

ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.

S O C R A T I S

SCHOLASTICI

ECCLESIASTICA HISTORIA.

EDIDIT

ROBERTUS HUSSEY, S.T.B.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PROFESSOR REGIUS.


TOMUS III.

ANNOTATIONES.



E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

M.DCCC.LIII.



ANNOTATIONES

AD

SOCRATIS HIST. ECCLES.

LIB. I.

1, 2. μερικῶς] Hoc loco μερικῶς non significat singillatim, 5 sed ἐκ μέρους. Revera enim Eusebius in libris de vita Constantini, Historiam Arii ex parte duntaxat attigit, non vero totam nec singillatim prosecutus est. VALES.

Μερικῶς reddi potest, *partim*: quemadmodum in, εἰπὼς δύναυτο μερικῶς γοῦν ἀνεθῆναι τῆς βλας, infra, iv. 15. Conf. μερικῆν δύναμιν vii. 18. 9.

1, 3. ἐξ ᾧν ἐκεῖνος ἀπέλιπε] Musculus hunc locum ita vertit: *commentarii nostri exordia inde sumemus, ubi ille desinit*. Atque ita fere Christophorus, nisi quod magis barbare, et minus Latine transtulit: *ex iis rebus a quibus ab eo desitum est scribere, nostri operis exordium capiemus*. Ego vero malim vertere: *ab iis rebus quas ille nobis reliquit, scribendi sumemus exordium*. Vult enim dicere Socrates, exorsurum se ab historia Arii, quam Eusebius ex parte tantum attigerat in libris de vita Constantini: Eusebium enim in iis libris, magis studuisse ut imperatoris laudes amplificaret, quam ut res ecclesiasticas accurate perscriberet: se vero, qui res in Ecclesia gestas scriptis mandare constituerit, historiam Arianæ hæreseos diligentius narraturum, et ab iis rebus quas Eusebius vel de industria prætermiserat, vel quia nihil ad institutum ipsius facerent obiter tantum perstrinxerat, initium Historiæ suæ facturum. Certe Socrates non inde Historiam suam inchoavit, ubi Eusebius desierat. Eusebius enim usque ad obitum Constantini opus suum perduxit. Historiam quidem Ecclesiasticam Eusebius usque ad tumultum Arii, et ea quæ Nicænum concilium præcessere, continua serie persequutus est. Proinde

si decem libros Historiæ Ecclesiasticæ spectemus, Socratem inde incepisse ubi Eusebius scribendi finem fecerat, possumus dicere. Sed si præterea jungamus libros De Vita Constantini, sicuti junxit Socrates, tum istud verum non erit. VALES.

Ἀπέλιπε reddi potest, *omisit*; vel, sicut Valesius in versione sua, *intactas reliquit*.

Cap. 2. Conf. Sozomen. Hist. Eccl. i. 2. 3. et 4. Cassiodor. Hist. Tripartit. i. 4.

2. 1. Ἡνίκα] Hoc initium esse periodi Musculus et Christo-⁶phorsonus existimarunt, cum tamen periodus inchoanda sit ab iis verbis quæ in fine superioris capituli leguntur, ἐνθένδε πόθεν τὴν ἀρχὴν ποιησόμενοι. Idque nos in versione nostra secuti sumus. VALES.

Ib. κατὰ δὲ τὰς Βρεττανίας] Existimasse videtur Socrates, Constantinum et Maxentium imperare cœpisse eodem anno, quo Diocletianus et Maximianus Herculeus purpuram deposuerant. Qua in sententia fuit etiam auctor Chronici Alexandrini, et alii quidam, qui annos imperii Constantii Constantino ejus filio attribuunt. Atque hinc factum est, ut Constantinus Maximus a quibusdam regnasse dicatur annis duobus ac triginta, cum tamen revera triginta tantum annis ac mensibus decem regnaverit. VALES.

Ib. τεθνηκὸς τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος] Idem repetit Socrates in fine libri septimi, ubi Historiam suam concludens, ait eam ordiri ab anno primo Olympiadis CCLXXI quo Constantinus imperator renuntiatus est. Hæc Olympias incipit a solstitio anni trecentesimo quinti, qui fuit annus primus post abdicationem Diocletiani. Verum Constantius non hoc anno mortuus est, sed sequente, quo ipse sextum consul fuerat, cum Galerio Augusto, ut legitur in fastis Idatii. Anno igitur secundo supradictæ Olympiadis mors Constantii adscribenda est. VALES.

Idatio adstipulatur et Eusebius in Chronico a B. Hieronymo Latine verso, quo ad secundum annum Olympiadis CCLXXI hæc notantur: *Constantius sexto decimo imperii anno diem obiit in Britannia, Eboraci. Post quem filius ejus Constantinus, ex concubina Helena procreatus, regnum invadit. Quarto autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus. Quinetiam Constantinum imperium invasisse VIII Kal. Aug.*

anni CCCVI ex ipsius obitu clarissime evincitur : de quo vide Socratem cap. ult. hujus libri, et Eusebium in ejus vita, lib. IV. cap. 64. computatis in ejus regnum annis XXX, mensibus X. READING.

2, 1. ἐν Ταρσῷ τῆς Καλικίας ἐτελεύτη] Fallitur hic Socrates. Maximianus enim senior, qui et Herculius, jussu Constantini occisus est in Galliis anno Christi 310. Maximinus autem Cæsar biennio post victus a Licinio, periit apud Tarsum, ut scribit Aurelius Victor, Eusebius in Chronico, et alii. Solemnis est hic error Græcorum, qui Maximianum et Maximinum inter se confundunt. VALES.

In multis hic Socrates erravit. Operæ pretium erit si paucis seriem rerum contexam, quas ille tetigit. Diocletianus duos Cæsares pronuntiavit, Severum et Maximinum, et imperio se abdicavit non in Italia sed Nicomediæ, Kal. Maiis A. D. 305; supremum vero imperium tradidit Maximiano Galerio, (qui etiam alio nomine Armentarius vocatus est,) et Constantio, qui ambo antea Cæsares fuerant; consentiente in his Maximiano Herculio, qui antea Diocletiani imperii collega fuerat. Quamprimum autem Constantius mortuus esset, qui diem obiit Eboraci VIII Kal. August. A. D. 306 anno secundo Olympiadis CCLXXII, Constantinus in imperium loco patris sui successit. Eodem anno, post paucos autem menses, vulgus et milites Romani Maxentium filium Maximiani Herculii, reluctantante patre ejus, imperatorem confirmaverunt: contra quem cum Galerius Severum in Italiam miserat, hunc sui milites deseruerunt et Maxentio necandum tradiderunt. Perempto Severo, Galerius A. D. 307 Licinium creavit Augustum, quartam scilicet ejus honoris tum consortem. Exinde Maximianus Herculius, bellum et dolos parans contra Constantinum, captus et ejus jussu vel occisus est, vel se occidit, prope Massiliam A. D. 310. Anno vero proxime sequenti, nempe A. D. 311, Galerius morbo inusitato absumptus est: tum autem A. D. 312 Constantinus Maxentium bello devicit. Denique A. D. 313 Maximinus fugatus a Licinio Tarsum devenit, atque ibi mortuus est, hausto, si fides Lactantio habenda sit, veneno. Hæc tradunt Lactantius De Mort. Persecut. XVIII. —XLIX. Aurelius Victor De Cæsar. XXXIX.—XLI. et Epitom. XXXIX. XL. Eutropius in Breviario X. 1. et alii.

Tempora rite digesta vide in Clintoni Fastis Romanis. Zosimus tamen, hic nimium cum Socrate conveniens, perperam narrat quoque Constantium et Galerium, imperatores factos, nuncupavisse Cæsares Severum et Maximinum, Maximianum vero Heraclium morbo Tarsi periisse, lib. ii. capp. 8. et 11. Paulo autem postea recte tradit Maximinum eodem loco mortem obiisse, c. 17.

2, 1. Σεβήρος δὲ ὁ Καῖσαρ] Flavius Valerius Severus, Maximiani Armentarii imperatoris ex sorore nepos, ab avunculo, cum Maximino, Cæsar declaratus Italiæ et Africæ res curavit. Illum saltatorem, temulentum, ebriosum, cui nox pro die, et dies pro nocte, dixit Diocletianus. Cum Romæ imperium Maxentius invaserat, VI. Kal. Novembris, ann. CCCVI. Severus, ut eum opprimeret, ad muros urbis armatus accessit. Statim vero milites eum deserunt, et se Maxentio, contra quem venerant, tradunt. Quid restabat deserto, nisi fuga? Ravennam confugit, ibique se cum paucis militibus inclusit. Sed cum videret futurum, ut Maximiano Herculio, qui eum cum exercitu urgebat, traderetur, dedit sese ipse; nihilque aliud impetravit, nisi bonam mortem: nam venis ei incois, leniter mori coactus est. *Vide Lactant. de mortibus Persecutorum, cap. 18. et 26.*
READING.

Ib. πάντα Μαξιμιανὸς ὁ Γαλέριος περιέπων] Hæc benigne intelligenda sunt. Neque enim Galerius totius imperii revera clavum tenuit, cum duo alii eodem tempore essent Augusti: Constantinus in Galliis, et Maxentius Romæ. Verum summam imperii nihilominus administrasse dicitur, eo quod ipse senior erat Augustus, et a junioribus Augustis instar patris colebatur. VALES.

2, 4. περὶ γὰρ μεσημβρινῶς] Eusebii verba hæc sunt, ἀμφὶ μεσημβρινῶς ἡλίου ὄρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινοῦσης, De Vita Constant. i. 28. Deinde pergît Eusebius eadem fere referre quæ Socrates hic exscripsit de Constantini visione, qualem eam ipse Constantinus post multos annos sibi narravit. Aliter tamen, nescio quo auctore, Rufinus refert, Constantinum crucem vidiisse, non meridie sed *per soporem*, et, ei *tanto visu exterrito adstitisse angelos dicentes, ἐν τούτῳ νύκτα*, Hist. ix. 9. Rufinum sequi primo videtur Sozomenus, mox autem Eusebium nominatim citat. i. 3. Aliter quoque Philostorgius, i. 6.

2, 7. τὸ σταυροειδὲς τρόπαιον] Vexillum hoc λάβωρον appellat Sozomenus Hist. Eccl. i. 4. *Labarum* Rufinus, Hist. ix. 9, et Latini scriptores, penultima brevi. Vide Ducange Gloss. Med. et Infim. Latin. in voce. Formam ejus descripsit Eusebius qui semel id ipsum viderat, De V. Const. i. 30, 31. Fuit igitur longum hastile, portans ad summum antennam transversam, supra quam fixum erat signum, ✠, corona circumdatum, infra vero pendebat velum quadratum et gemmatum; tum infra velum affixæ erant superiori parti hastilis imagines Constantini et filiorum ejus. Lactantius, qui tacet de meridiana visione, refert solummodo, *Commonitus est in quiete Constantinus ut caeleste signum Dei* (hoc est, formam Crucis) *notaret in scutis, atque ita prælium committeret. Fecit ut jussus est, et transversa X littera, summo capite circumflexo, Christo in scutis notat. Quo signo armatus exercitus capit ferrum*, 44. Quod vero attinet ad tempus hujus prælii, Lactantius dicit, *Imminebat autem dies quo Maxentius imperium ceperat, qui est ad sextum Kalendas Novembris, et quinquennalia terminabantur*, ib. Fallitur tamen in annorum numero, nam sextus fuit Maxentii annus, quemadmodum tradunt Victor, Cæsar. 40, et alii auctores. Itaque occisus est Maxentius, absoluto suo imperii sexennio, cum Constantinus tres menses et duos dies septimi anni exegerat. Plura vide in Clintoni Fast. Roman.

2, 7. ἑβδομὸν ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ] Constantinus victoriam 7 de Maxentio retulit anno Christi 312, cum ipse et Licinius secundum consulatum gererent. Hic erat annus sextus imperii Constantini. Ejus enim initium consurgit ex ante diem octavum Kal. Augusti, anno Christi 306. Quod si Maxentium victum esse dicamus octavo Kal. Octobres, ut in fastis ponit Onufrius, et Sigonius in lib. ii. de Occidentali Imperio, tunc verum esse poterit, id quod ait Socrates, Constantinum septimo imperii sui anno victoriam de Maxentio retulisse. Quippe annus septimus ejus imperii cœperat octavo die Kal. Augusti, anno 312. Turbat me tamen non mediocriter, quod Maxentius anno 6 imperii sui exeunte, pridie quam septimum inchoaret, occisus esse dicitur in panegyrico Nazarii [Incerti Panegyric. ix. 16 et 20, pp. 242. 246. ed. Paris. 1676.]. Atqui Maxentius paucis diebus post Constantinum imperare exorsus fuerat. Quod si octavo Kal. Octobris cæsus fuit, necessario

dicendum est eum septimo Kal. Octobris regnare cœpisse. Atque ita Constantinus duobus mensibus ante Maxentium ad imperium pervenisset. Quod quidem minus probabile mihi videtur. Cæterum Socrates hic sibi ipse constat. Nam cum imperium Constantini, ab anno Christi 305. exorsus sit, recte hanc victoriam refert anno ejusdem imperii septimo. VALES.

2, 8. τοῦ καὶ γαμβροῦ αὐτοῦ τυγχάνοντος ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ Κωνσταντίᾳ] Vertendum, *quem etiam sibi affinem adsciverat, vel affinitate sibi adjunxerat.* Ita vocem γαμβρός exponit Scholiastes in Homerum: Γαμβρός, inquit, καλεῖται ὁ γήμας, ὑπὸ τῶν οἰκείων τῆς γαμηθείσης. *W. Lowth.* READING.

2, 10. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Διοκλητιανός] Mortuus est Diocletianus Salonæ, die tertio Nonas Decembres, anno Christi 316. ut recte in fastis scribit Idatius. Idem scribit auctor Chronici Alexandrini, nisi quod pro Diocletiano nomen Galerii Maximiani perperam irrepsit. Idem quoque confirmat Zosimus in libro secundo Historiæ, ubi scribit Diocletianum tribus annis post tertium consulatum Constantini et Licinii, mortem obiisse. Postquam enim dixit, à Chilonis et Libonis consulatu, quo sæculares ludi celebrati fuerant, ad tertium consulatum Constantini et Licinii, decem supra centum annos fluxisse, subjungit: Διοκλητιανός μὲν τελευτᾷ τρισὶν ἐνιαυτοῖς ὕστερον: quod verissimum est. At Josephus Scaliger in animadversionibus Eusebianis, hunc Zosimi locum male accepit, quasi diceret Zosimus Diocletianum triennio post abdicationem imperii, seu post nonum ipsius consulatum, e vivis abiisse. VALES.

Potior tamen opinio est, Diocletianum mortuum esse A.D. 313; siquidem tradunt Lactantius, 42, 43, et Eusebius Hist. Eccles. ix. 11, Maximinum Diocletiano fuisse superstitem. Vide Clintoni Fast. Roman. annis 313 et 316, qui discrepantium auctorum testimonia rite pensat.

Cap. 3. Conf. Sozomen. i. 2. et 7. Euseb. Vit. Const. i. 51. seqq. Sulpic. Sever. Hist. Sacr. ii. 33.

3, 1. τοὺς Ἑλλήνων ναοὺς κλείων] Edictum quo *gentilium templa subversa sunt*, refert Hieronymus, Chron. A. D. 331, et alii auctores. Conf. Clintoni Fast. Rom. Append. p. 88. Non omnia tamen clausa sunt templa: id enim postea fecit Theodosius Magnus; cujus sub regni initio scribit Zosimus,

ἔτι γὰρ ἦν αὐτοῖς ἄδεια τοῦ φοιτᾶν εἰς τὰ ἱερά, καὶ τὰ θεῖα κατὰ τοὺς πατέρας θεσμοὺς ἐκμειλίττεσθαι, iv. 29. Sozomenus vero ait de Theodosio, ἀρξάμενος βασιλεύειν ἐκώλυσε τούτων [τόπων] ἐπιβαίνειν τελευτῶν δὲ καὶ πολλοὺς καθείλεν, H. E. vii. 20. Statuas quidem deorum et ornamenta templorum Constantinus transtulit Constantinopolim, ut his novam suam Romam decoraret: nonnullis templis januas, vel tectum, abstulit: Græcorum ritus omnibus modis irridere studuit; itaque legatos quodam urbes et provincias circumire jussit, qui ineptias et figmenta ethnici cultus populo exponerent: hoc autem facto, deserta sunt a multis templa. Præterea templa in Aphacis, in Ægis, et in Heliopoli funditus evertit. Omnia tamen hæc post Licinii exitium evenisse videntur. Vide quæ Eusebius memorat, V. Const. iii. 54-58, et ii. 44, 45. Cassiodor. Hist. Trip. ii. 20. Sozomen. ii. 5. Denique consilium suum ipse aperit Constantinus in edicto eo quod exhibet Eusebius, sic, μάλισθ' ὅτι τιwès, ὡς ἀκούω, φασὶ τῶν ναῶν περιηρῆσθαι τὰ ἔθνη καὶ τοῦ σκότους τὴν ἐξουσίαν ὑπερσυνεβούλευσα ἂν πᾶσιν ἀνθρώπων, εἰ μὴ τῆς μοχθηρᾶς πλάνης ἢ βλαίος ἐπανάστασις ἐπὶ βλάβῃ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως ἀμέτρως ταῖς ἐνίων ψυχαῖς ἐμπεπήγει. Vit. Const. ii. 60.

3, 2. διωγμὸν] Licinii molesta edicta et gesta refert Eusebius De V. Const. i. 51-56. ii. 1. 2. Qualia sunt quæ sequuntur: mandatum fuit ne episcopi inter se communicarent, neque conventus agerent, consultandi gratia, neque alter alterius ecclesiam viseret; ne mulieres cultui publico in cœtu ecclesiæ adessent; sed ut solæ fœminæ fœminas docerent; ne in ecclesiis Christiani intra mœnia urbis, sed sub dio in aperto campo potius convenirent. Christianos e regia expulit, et bonis atque patria multavit. Milites item nisi sacrificarent cingulo exuit. Carcere conclusorum miseriam vetuit ne quis cibo et officiis sublevaret. In paucis quibusdam locis ecclesias destruxit et episcopos morte crudeli affecit, alios exulare coegit. Postremo creditus fuit (sicut ait Eusebius) in animo habere ut mox Christianos universos insequeretur. Rufinus rerum ordinem ita describit: "*Primo namque omnium de palatio suo, si quis Christianus esset, exire jubet, tum et de omni militia. Post hæc proficit pestis, et tyrannicis edictis statuit, omnes qui se Christianos profiterentur in carcerem tradi. Sta-*

tim tamen invenit aliquid, in quo priores crudelitate superaret. Addit edicto, ut ne quis alicui misso in carcerem, cibum vel potum deferat, dicens, iniquum esse misericordiam fieri, atque humanitatem præbere his, quos ipse suis legibus condemnasset. Et ita multitudines in carcerem reclusæ inedia necabantur. Sed per hoc putabat adhuc occultiorem esse tyrannidem suam, verum crescente animi sævitia, etiam hoc parum videtur: continuo in episcopos, cæterosque sacerdotes Dei rabiem crudelitatis extendit," seqq. Hist. ix. 10. Contra autem Sulpicius Severus de Licinii gestis ait, *Sane tum Licinius, quia adversum Constantinum de imperio certavit, milites suos litare præceperat: abnuentes militiæ rejiciebat. Sed id inter persecutiones non computatur: adeo res levioris negotii fuit, quam ut ad ecclesiarum vulnera perveniret.* Hist. Sacr. ii. 33.

Cap. 4. Conf. Sozomen. i. 7. Cassiod. i. 8. Nicephor. Callist. vii. 44.

4. 1. 'Εκ δὲ τοῦτου] *Has ob causas, Valesius.* At vero falsum est Constantinum bellum suscepisse propter vindicandos Christianos, quemadmodum affirmant Eusebius V. Constant. ii. 3 et Rufinus, quos secutus est Socrates; quorum tamen errorem Sozomenus consulto evitasse videtur Hist. i. 6, 7. Socrates vero et res et tempora miscet. Eusebius tantummodo omittit. Dissidium enim primum exortum est inter Constantinum et Licinium paulo post mortem Maximini, ὀλιγότου χρόνου διαδραμόντος, ait Zosimus ii. 18. Anno Septimo Constantini, *Bellum Cibalense adversum Licinium*, habet Eusebii Chronicon Hieronymianum. Quem annum statuit ad A. D. 314 Idacius in Chronico. Deinde pax inita est et foedus pactum, facta provinciarum divisione. Majus iterum bellum exortum est A. D. 323 a Constantino, postquam naves suas collegerat ad Thessalonicam nunc primum factam stationem navalem. Finitum vero hoc bellum est cum Licinius in Nicomedia obsessus ipse se Constantino dedit, et deinde paulo postea Constantini jussu Thessalonicæ occisus est A. D. 324. Vid. Zosim. ii. 22—28. et Clintoni Fast. Rom. Tempus vero quo Licinius Christianos infestavit, sicut Eusebius et alii tradunt, videtur fuisse inter primum sive *Cibalense* bellum, et secundum quod Licinio vitam abstulit; tum quia per exiguum fuit temporis spatium inter Maximini excidium et bellum

Cibalense quo mutari quidquam contra Christianos posset, cum quia Chronicon Hieronym. refert anno XI Constantini, *Licinius Christianos de palatio suo pellit*, et Cedrenus annis tertio et quarto post Maximini mortem, qui cadunt in A. D. 316 et 317, (quamvis ille eos pro XIV et XV Constantini numeret) ait, *Λικίνιος ἤρξατο κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κινεῖν*. Initium persecutionis Pagius ponit ad A. D. 319, ex Anonymo Valesiano. Vid. Pag. in Annal. Baron. an. 318. Sozomenus affirmat Licinii mentem mutatam esse post pugnam Cibalensem, *πρότερον τὰ τῶν Χριστιανῶν πρεσβεύων, μετεβάλετο τὴν γνώμην*, Hist. i. 7: scilicet, antea nomen Christianum professus est. Cui adstipulatur Pagius et argumenta affert ad firmandum suam opinionem, nempe, "Licinium tunc Christianam Religionem eo modo quo Constantinus nondum Catechumenus, professum esse," an 318. X.

4, 2. *πρὸς Χρυσόπολιν τῆς Βιθυνίας*] Ita Cedrenus quoque: et Aurelius Victor, *Licinius pulsus Chalcedona concessit. Ibi—oppressus est*. De Cæsar. 41. Sed hoc factum est Nicomediæ, ut supra diximus: idem etiam ait Sozomenus i. 7. Ex Zosimo discimus, pugnatum esse apud Chalcedona, antequam Licinius ad Nicomediam confugerit. Socrates belli eventus nimis arcte compressit.

4, 4. *βαρβάρους τινὰς συναγαγόν*] Solus Socrates causam hanc Licinii necis tradidit. Plerisque videtur Constantinus interfici eum jussisse parum justa ratione. Zosimus affirmat interfectum fuisse præter fidem jurisjurandi a Constantino dati. Eusebius nullam causam adnotat præterquam quod, *νόμῳ πολέμου διακρίνας, τῇ πρεπούσῃ παρεδίδου τιμωρίᾳ*. Vid. Zosim. ii. 28. Euseb. V. Const. ii. 18.

4, 5. *αὐτοκράτωρ καὶ βασιλεὺς*] In codice Regio et Florentino 9 deest particula *καὶ*, quam supplevit Christophorsonus. Mihi non admodum necessaria videtur. Quod si eam retinere voluerimus, tum *βασιλεὺς* Augustum significabit, non ut vertit Christophorsonus, Regem. Alludit autem Socrates ad militum acclamationes, qui post insignem victoriam, principem suum imperatorem et Augustum appellare consueverant. Idem faciebant cives, cum princeps victor in urbem introiret. VALES.

Cap. 5. Conf. Sozomen. i. 15. Rufin. Hist. x. 1. Theodoret. Hist. Eccles. i. 3. Cassiodor. i. 12. Nicephor. viii. 5.

5, 1. Μετὰ Πέτρον] S. Petrus, episcopus Alexandrinus, anno persecutionis nono martyrium fecit, teste Eusebio in fine libri vii., ideoque illud ad annum Christi CCCXI revocandum est, diemque Novembris XXV. Ant. Pagi, ad ann. 310. c. iv. et ann. 311. c. xx. S. Achillas anno tantum CCCXII. in locum ejus subrogatus, mensibus tantum quinque sedit. Huic successit Alexander, cujus initium Eusebius in Chronico ad annum CCCXIII. collocat. *Idem ibid.* READING. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 312.

Ib. φιλοσοφῶν ἰθεολόγει] Idem ait ipse Arius in epistola sua ad Eusebium Nicomediensem; in qua asserit causam, quare ab Alexandro episcopo vexatus fuerit, fuisse, ἐπειδὴ οὐ συμφωνοῦμεν αὐτῷ δημοσίᾳ λέγοντι, ἀεὶ Θεὸς, ἀεὶ Υἱὸς, ἅμα Πατὴρ, ἅμα Υἱὸς, συνπαρχει ὁ Υἱὸς ἀγεννήτως τῷ Θεῷ, ἀειγενής, ἀγενητογενής, οὐτ' ἀτόμῳ τιμὴ προάγει ὁ Θεὸς τοῦ Υἱοῦ, ἀεὶ Θεὸς, ἀεὶ Υἱὸς, ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱός. Epiphani. Hær. lxi. 6. Et epistola ad ipsum Alexandrum scripta ab Arianorum parte respicit ad ejus morem publice in ecclesia prædicandi, ibid. c. 7, 8; et Athanas. De Synod. 16.

5, 2. Ἄρειος] Arius gente erat Libis, sive, ut habet Photius, ortu Alexandrinus, Ammonii filius. Probabile est illum ex Luciani Antiocheni schola prodiisse; diserte enim Eusebium Nicomediensem *Conlucianistam* appellat. Orto Meletiano schismate, primum partes Meletii tuebatur; quo deinde deserto, ad Petrum Alexandriæ Episcopum se contulit, ab eo in diaconorum numerum adscitus, et ob turbulentum ingenium iterum ejectus [est]. Post mortem Petri pœnitentiam simulavit, et ab Achilla episcopo veniam precatus, ab eo ad presbyteri dignitatem promotus est; unamque ex ecclesiis Alexandrinis, quæ *Baucalis* dicebatur, curæ suæ commissam habuit. Guil. Caveus ad ann. 315. Famosissimum hunc hæresiarcham sic depingit Epiphanius. [Hæres. lxi. 3.] *Fuit, inquit, procrioris statura, demisso vultu, totaque corporis configuratione, subdoli serpentis instar, ad fraudem et fallaciam composita; ita ut calido illo, externoque habitu facile simplicioribus animis obreperet. Nam hemiphorium et colobium indutus, in colloquiis ac salutationibus blandus erat imprimis, atque omnium animos adulationum illecebris devinctos tenebat.* READING.

Ib. τὸ Σαβέλλιον δόγμα] Σαβέλλιος δὲ ὁ Λίβυς ὁ Πενταπολί-

της—*Sabellius Afer Pentapolitanus, hujusmodi hæresin inchoavit. Unam hypostasin esse dixit Patrem et Filium, et Spiritum Sanctum, et unam triplicis nominis personam: eundemque nunc ut Patrem vocat, nunc ut Filium, nunc ut Spiritum Sanctum. Ac in veteri quidem Testamento ut Patrem, legem tulisse; in novo autem ut Filium, esse incarnatum; et ut Spiritum Sanctum, ad apostolos venisse.* Theodoret. Hæret. Fab. lib. ii. cap. 9. **READING.**

Conf. infra capp. 23 et 24, ubi idem crimen Sabellianismi a diversis ingeritur. Ariani tamen in epistola sua modo citata Sabellii opinionibus, cum aliis hæreticis, renuntiant. Epiphan. Hær. lxxix. 7. et Athan. De Syn.

Cap. 6. Conf. Sozomen i. 15. Theodoret i. 2. seqq. Euseb. 10 V. C. ii. 61. Cassiod. i. 13. Gelas. Act. Conc. Nicæen. ii. 3.

6, 1. ἀπὸ σμικροῦ] Hæc et quæ sequuntur usque ad καὶ πόλεις sunt Eusebii in Vit. Const. ii. 61.

6, 2. Εὐσέβιος] Eusebius, *Nicomediensis* dictus, Julianum imperatorem, qui puer adhuc sub eo educatus erat, genere ut opinor, materno longius contingebat. Vide Ammian. Marcell. lib. xxii. Primum Beryti in Syria episcopus, inde Nicomediam, imperii occidentalis tunc temporis sedem, veluti Romæ æmulam nuper a Diocletiano mire exornatam, vir supra modum ambitiosus transferri se curavit. Arium in orientem suam recepit; amicitiam cum eo et communionem coluit, ejusque causam missis ubique literis gnaviter egit. Idem prorsus cum Ario docuit. Filium nempe non modo κτιστὸν εἶναι καὶ θεμελιωτὸν καὶ γενητὸν τῇ οὐσίᾳ, sed et alterum ab ingenito vere esse, et non ex ejus substantia factum, nec ullo modo participem naturæ illius, nec e substantia ejus existentem, verum natura et virtute prorsus diversum, ad perfectam licet similitudinem naturæ virtutisque opificis sui conditum. Eadem porro dogmata docere non contentus, totius factionis dux ac signifer evasit, omniumque malorum quæ in Athanasium machinabantur Ariani, ἐργοδιώκτης unicus. Inde Arii sectatores vulgo *Eusebiani*, et οἱ περὶ Εὐσέβιον dicti. *Guil. Cave ann. Christi 324.* **READING.**

6, 3. Συνέδριον πολλῶν ἐπισκόπων καθίστας] Prius, ut videtur, presbyteros et diaconos Alexandriæ et Mareotidis in unum congregavit, quorum consensum in Ario ejusque sequacibus

deponendis postulavit. Ipsam Alexandri ad clerum suum allocutionem in lucem protulit Cotelarius, notis in librum viii. Constit. Apost. cap. 28. *W. Lowth.* READING.

Synodus hæc fuit centum fere episcoporum, sicut ipse Alexander testatur infra in epistola sua: habita vero est A. D. 321, eo enim anno, Crispo II. et Constantino II. consulibus, Arium ab Alexandro episcopo de Alexandrina ecclesia ejectum esse tradit Hieronymus in Chronico. Quo anno exorta sit dissensio incertum est: Alexandrum sacratum esse episcopum A. D. 313, demonstrat Clintonus in *Fast. Rom.* ad A. D. 321: Conf. quoque Neale, in *Hist. Eccl. Orient.* (Anglice scripta) i. 15. Arius vero, etsi cum priore episcopo Petro concertasset, postea tamen fertur reconciliatus, et ab Alexandro in honore habitus fuisse primo episcopatus ejus tempore. Vid. *Sozom.* i. 15. Paulatim autem cœpit novas opiniones in ecclesia propagare, clam Alexandro, (quod Alexander ipse fateatur in epistola sua ad Alexandrum Constantinopolitanum quam dedit Theodoretus in *Hist. Eccl.* i. 4.) donec ei patefactum est quid Arius ageret, per Meletium Thebaidis archiepiscopum, si vera perhibet Epiphanius in *Hæres.* lxi. 3. Tum mota de his rebus quæstione, Alexander, cujus animum Sozomenus ait paulisper de doctrina controversa hæsisse, primo Arium ad se accitum admonuit (Vid. *Epiphan.*): deinde convocatis paucis de clero et episcopis, sententiam tulit Ario adversam, et ut ille errorem suum agnosceret postulavit: quod cum minime fieri videret, contra autem Arium opinionem suam summis viribus tueri et aliis commendare velle, denique coacto concilio centum fere episcoporum Arium ipsum cum novem diaconis doctrinæ sociis excommunicavit. Judicium synodi tunc aliis episcopis et clero communicavit, quod probatum et subscriptione confirmatum est per Ægyptum, et Thebaidem, Libyam, Pentapolim, Syriam, Lyciam, Pamphyliam, Asiam, Cappadociam, et loca vicina: ut ipse ait in *Epistol. ad Alexandr. Constantinop.* in *Theodoret. Hist.* i. 4. ad finem. Interea Arius et socii ejus non tantum operam dederunt ut synodi acta convellerent, et opiniones suas in hominum animos verbis et scriptis domi insinuarent, verum etiam externam sibi quæsiverunt opem. Præsertim episcopos ad partes suas vocaverunt, nec omnino incassum: nam duo e

Libya iis adstipulati sunt, Theonas et Secundus, quos mox etiam perinde damnatos esse comperimus atque ipse Arius fuerat. In Syria vero, quam Arius hujus rei causa profectus est, tres Arianis consenserunt; et præter omnes Eusebius Nicomediensis, ad quem Arius epistolam scripsit quam servaverunt Epiphanius et Theodoretus, et apud quem postea commemoratus est, Arianam partem omni animo amplexus est, atque ejus patronus et propugnator esse nunquam destitit. Tum Alexander, ut grassanti malo obviam iret, epistolas contra Arianos compositas ad præcipuas ecclesias misit, quarum unam scriptam ad Alexandrum Constantinopolitanum habet Theodoretus H. E. i. 4; in qua queritur de tribus episcopis Syris, qui schismaticorum animos consensu suo auxerant, (qui videntur fuisse Paulinus episcopus Tyri, Eusebius Cæsareæ, et Patrophilus Scythopolis, secundum Sozomenum i. 15,) et narrat quid ipse et quid adversarii egissent. Fortasse etiam iterum synodum coegit, quæ vel acta sua confirmaret, vel alios Arianorum doctrinæ sequaces condemnaret. Cum autem Arianorum fautores pergerent Ecclesiam turbare, duce Eusebio Nicomediensi, Alexander iterum epistolas synodicas mittere constituit, atque eam encyclicam composuit quam hic Socrates exhibet; in qua Eusebium tanquam schismaticorum patronum culpatur, et synodi Alexandrinensis judicium promulgat. Hanc per omnes ubique gentium ecclesias dimisit: ipse ait, *ἐπειδὴ καὶ πρὸς τοὺς ἀπανταχοῦ συλλειτουργοὺς ἐπέστειλα περὶ τῶν περὶ Ἄρειου*, in litera scripta ad clerum suum. Vid. Mansi Concil. tom. ii. col. 557. Epiphanius vero tradit Alexandrum fere septuaginta encyclicas epistolas scripsisse, Hær. lxxix. 4. Arius interea, peragrata Syria, tandem Nicomediam ad Eusebium devenit, ubi, sicut tradit Athanasius, (De Synod. 15,) libellum doctrinæ suæ conscripsit, unde etiam epistolam eam ad Alexandrum rescripsit quam dedit Epiphanius, lxxix. 6. Verum jam apud Eusebium majora ab Arianis consilia iniri. Cum enim Alexandrum frustra conatus esset Eusebius per scripta a proposito suo avertere, concilium Arianorum convocavit in Bithynia, (Sozom. H. E. i. 15,) qui, missis epistolis ad omnes ubique episcopos, petierunt ut Arium et socios ejus tanquam orthodoxos in communionem admitterent. Mox autem et ab Ario ita cum episcopis Syris, qui sibi favebant, actum est, ut

illi Alexandrum per scriptum deprecarentur, ut Arium restitueret et propriam in Alexandria ecclesiam iterum regendam ei permetteret. Minime tamen ab his flexus Alexander perstitit sese schismaticis sua et synodorum auctoritate opponere: crevit enim dissentientium numerus, et res videtur sæpius in synodis acta fuisse, quibus novi subinde Ecclesie turbatores damnati sunt: quod ex ipsis epistolis colligere possumus; unde etiam ordo quo ipsæ scriptæ sunt satis apparet. Nam in epistola Alexandri ad Alexandrum Constantinopolitanum, quæ scripta est postquam Arii condemnatio (A. D. 321.) per ecclesias vulgata erat, novem solummodo diaconi cum Ario condemnati nominantur, quamvis tres etiam episcopi Syri graviter increpentur. In epistola vero encyclica quam habet Socrates, undecim clerici cum Ario damnantur et episcopi duo. In epistola quoque ad Silvestrum papam scripta, memorat Liberius papa, significasse Alexandrum, "undecim tam presbyteros quam etiam diacones," quod Arii hæresin sequerentur, se ecclesia eiecisse. Vid. Liberii Epist. ad Constantium in Mans. Concil. tom. iii. col. 202. Denique in epistola sua, sive potius oratione, ad clerum Alexandriæ et Mareotæ, alios insuper nominat Alexander ita,—καὶ ἀφ' ἡμῶν Χάρης καὶ Πιστὸς πρεσβύτεροι, καὶ Σαραπίων, καὶ Πά-
 ράμμων, καὶ Ζώσιμος, καὶ Εἰρηναῖος διάκονοι, ἀπηκολούθησαν τοῖς περὶ Ἀρείων, καὶ ἠγάπησαν σὺν αὐτοῖς καθαιρεθῆναι. Vid. Athanas. Oper. vol. i. p. 396. Ed. Benedict. Habetur quoque in Mans. Conc. tom. ii. col. 557. Plures igitur fuere synodi post illam in qua primo Ecclesia ejectus est Arius A. D. 321. Quemadmodum etiam Nicephorus tradit, aliam synodum habitam esse in Ægypto super libello deprecatorio isto quem Alexandro miserunt episcopi Palæstini, H. E. viii. 11. et Sozomenus ait, multas fuisse de hac re in Ægypto synodos i. 16. Hæc, quæ Socrates omisit, evenerunt inter quæstionem primo habitam de Ario et synodum ad Nicæam convocatam.

6, 4. Ἐπιστολὴ Ἀλεξάνδρου] Ediderunt hanc epistolam doctiss. monachi Benedictini inter opera S. Athanasii, tom. i. p. 396. ubi observant hoc, quod Socrates dedit, exemplar, multis mendis esse respersum; desiderari etiam hic Alexandrini cleri subscriptiones, quas ad suæ editionis calcem subjecerunt. Legitur item (*inquiunt*) apud Gelasium, lib. ii. c. 2.

cum subscriptionibus, sed mendis etiam obsita. Habetur denique apud Epiphanium Scholasticum, Historiæ tripartitæ, lib. i. c. 13. **READING.**

Habet etiam Nicephorus eam, H. E. viii. 8. Theodoretus omisit, ejus vero loco habet aliam Alexandri ad Alexandrum Constantinopolitanum, longiorem et prius scriptam: quamobrem Nicephorus, qui utramque exhibet, hanc, omittendis hic illic partibus quibusdam, decurtavit. Cassiodorus quoque utramque retinuit, inverso tamen ordine.

6, 5. [Ἐνὸς σώματος ὄντος] Scripserat olim Lucas Holstenius vir doctissimus dissertationem in hanc Epistolam Alexandri, quam quidem paulo ante obitum suum, una cum aliis opusculis ad me misit. In ea dissertatione id primo loco observat, male interpretes hæc Alexandri verba ita transtulisse: *Cum unum Catholicæ corpus Ecclesiæ.* Ipse vero contendit, locum ita potius vertendum fuisse: *Cum Ecclesia Catholica unum sit corpus, vel uno constet corpore.* Vult enim vir doctissimus, Alexandrum alludere ad Epistolas Pauli, in quibus Ecclesia sæpius vocatur Corpus Christi. Sed pace summi viri, mihi que quondam amicissimi dictum sit, ferri non potest hæc versio. Nam si Alexander ita sensisset ut vult Holstenius, diceret profecto ἔνός σώματος οὐσης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. Quod cum non dixerit, apparet non alium esse sensum horum verborum, quam quem posuerunt interpretes. Præterea si Alexander voluisset dicere, Ecclesiam esse corpus Christi, non dixisset ἔνός σώματος, sed potius σώματος τοῦ Χριστοῦ. **VALES.**

Ib. [ἐν ταῖς θέλαις γραφαῖς] Epist. ad Ephes. iv. 3.

6, 6. [γράφειν ἐπεχείρησε πανταχοῦ] Una harum epistolarum scripta ad Paulinum episcopum Tyri extat apud Theodoretum H. E. i. 6, in qua rogat eum Eusebius ut ad Alexandrum episcopum Alexandriæ gratia Arianorum scribat.

Ib. τὸ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον. Vid. Matth. xviii. 17. Ep. ad Roman. xvi. 17.

6, 8. Οἱ μὲν οὖν ἀποστᾶται γενόμενοι εἰσὶν] Horum quæ sequuntur nominum quatuor absunt e catalogo damnatorum qui extat in priore Alexandri epistola ad Alexandrum Constantinopolitanum scripta, scilicet Carpones, Gaius, et Secundus atque Theonas. Vid. Theodoret. H. E. i. 4. In alio vero ejus scripto, quod modo citavimus, recensentur cum his etiam nomina

Charetis et Pisti presbyterorum, et Sarapionis, Parammonis, Zosimi, et Irenæi diaconorum. Quod vero codex ille inter Athanasii Opera habet post *Σαρμάτης, οἱ ποτὲ πρεσβύτεροι*, dubium esse videtur: prior enim Alexandri epistola quæ apud Theodoretum extat, omnes istos novem quos post Arium recenset, diaconos nominat. Itaque de Carpone et Gaio solis quærere licet, an tum temporis presbyteri fuerint: quod fortasse etiam ordo in quo nomina collocantur de utroque credere vetat. Cum vero alio modo censeantur in Arii epistola Nicomedie scripta, fieri potest ut horum nonnulli a diaconatu in presbyterium ab Arianis postea eveci fuerint. Nam Arii epistola eos ita nominat: "Αρειος, Ἐθάλης, Ἀχιλλεύς, Καρπώνης, Σαρματᾶς, Ἀρειος, πρεσβύτεροι. Διάκονοι, Εὐζώιος, Λούκιος, Ἰούλιος, Μηνᾶς, Ἑλλάδιος, Γάιος. Ἐπίσκοποι, Σεκούνδος Πενταπόλεως, Θεωνᾶς Λίβυς, Πιστός. Epiphan. Hær. lxi. 8. Cui propius accedit Sozomenus quoque, quamvis aliqua de parte diversus; ponit enim post Arium hos, Aethalem, Achillam, Carponem, Sarmatam, Arium, presbyteros; Euzoium, Macarium, Julium, Menam, et Helladium diaconos i. 15.

6, 9. οὐκ αἰεὶ ὁ Θεὸς πατὴρ ἦν] Cl. Georgius Bullus, in hæc II dogmata Arianorum animadvertens, ait, eos λόγον duplicem, ut et duplicem σοφίαν statuisse: alterum in ipso Patre residentem λόγον, naturalem ipsius et proprium; per quem, et universitatem rerum, et λόγον alium condidit: alterum a Patre et insito λόγῳ procreatum, qui λόγος nominetur abusive, quippe qui nec genuinum ejus Verbum sit, nec ipsi coæternum, sed ἐξ οὐκ ὄντων a Deo hunc mundum condituro factus fuerit: et hunc posteriorem λόγον Filium Dei dicebant. *Defens. Fidei Nic. sect. 3. cap. iv.* [iii. 4. 2. vol. v. p. 538. ed. 1827.] READ.

6, 13. ἐγγὺς ἑκατόν] Notandus est hic numerus centum episcoporum in Ægypto. Eundem quoque numerum legere memini apud Athanasium in Apologia 2. adversus Arianos pag. 788. [187. ed. Bened.]—ἐπίσκοποι εἰσὶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ἐγγὺς ἑκατόν. VALES. Sequitur, ut quod Alexander scripsit de eadem re ad Alexandrum Constantinopolitanum, nempe Arianos condemnatos fuisse *παμψηφεί τῆς προσκυνούσης Χριστοῦ τὴν θεότητα ἐκκλησίας*, Theodoret. i. 4, idem sonet: nam *ferè centum* episcopi omnes fuere.

6, 14. Οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον προσεδέξαντο] Videtur ergo hæc

epistola scripta esse postquam Arius ad Nicomediam devenisset: quod ex Epiphani. Hær. lxi. 4 et 5 colligimus eum non statim fecisse post condemnationem suam. Porro autem non Arium solum, sed et ceteros quoque ejus doctrinæ participes ad Nicomediam confugisse testantur subscriptiones appositæ ad epistolam illam a Nicomedia ad Alexandrum missam, quam dedit Epiphanius Hær. lxi. 7.

Ib. *φωτὶ πρὸς σκότος*] Ep. ii. ad Corinth. vi. 14.

6, 15. *Ἰωάννου λέγοντος*] Ev. Joan. i. 1.

Δι' αὐτοῦ] Ibid. i. 3.

6, 16. *Ἐξηρέξατο*] Ps. xlv. 1. Septuag.

Ἐκ γαστρὸς] Ps. cix. 3.

Ὁ ἐμὲ] *Ὁ ἑσρακὸς ἐμὲ*, Joan. xiv. 9.

6, 17. *ὁ λέγων*] Joan. x. 30. 38. xiv. 11. xvii. 21.

Ib. *διὰ δὲ τοῦ προφήτου*] Malach. iii. 6.

6, 18. *ὡς δ' Ἀπόστολος*] Ep. ad Hebr. xliii. 8.

13

6, 19. *τοῦ Παύλου γράφοντος*] Ep. ad Hebr. ii. 10.

6, 20. *τοῦ Κυρίου λέγοντος*] Joan. x. 15.

6, 22. *τὸ γεγραμμένον*] Proverb. xviii. 3.

6, 24. *Ἰσχυρὸς καὶ Φιλητός*] Epist. ii. ad Tim. ii. 17.

6, 25. *προεΐρηκε*] Matth. xxiv. 4.

6, 26. *ἔγραψεν*] Ep. i. ad Tim. iv. 1.

6, 29. *Ἰωάννης*] ii. Epist. 10.

14

6, 36. *περὶ τῶν ἀνωτάτω δογμάτων*] *De summis fidei nostræ dogmatibus* Valesius in versione sua: *δογμάτων* omittit Eusebius, cujus hæc sunt verba in Vit. Const. ii. 62.

Ib. *συνανεμίγνυντο δὲ τοῖς Ἀρειανίζουσι Μελιτιανοῖ*] Fallitur hic Socrates, ut equidem existimo. Neque enim Melitiani Arianis se adjunxerunt, nisi post synodum Nicænam, ab Eusebio Nicomediense sollicitati ut adversus Athanasium calumnias texerent, quemadmodum testatur ipse Athanasius in Apologetico secundo [59. p. 178. seqq. ed. Bened.] adversus Arianos. Certe si Melitiani ante synodum Nicænam conjuncti fuissent cum Arianis, non tam benigne eos tractassent patres synodi Nicænæ. VALES. Idem fere quod Socrates repetit quoque Nicephorus, scilicet, rem in synodo iterum actam esse postquam episcopi Palæstini Alexandrum pro Arianis deprecari essent, in ea autem re agenda Meletianos Arianis tum magnam opem tulisse, H. E. viii. 11. Silent tamen de Meletianis hoc loco Theodoretus et Sozomenus.

6, 37. Μελητιός τις] Cedit, juxta Athanasium, Meletiani exordium schismatis in annum 301, vel 302. ait enim ipse in Epistola ad Episcopos Ægypti, et Libyæ, [p. 293,] anno 356 conscripta, Meletianos ante annos 55 schismaticos evasisse. Secus tamen existimarunt Baronius aliique, qui cum eam epistolam ad annum 361 referant, Meletiani schismatis initio annum consequenter assignant. Sed eam ipsam epistolam certissime ad annum 356 pertinere in Monito ad eandem palam faciemus. Nonnihil tamen negotii faciant Socratis verba, qui ait Meletium persecutionis tempore idolis immolasse: cum enim persecutio anno 303 grassari cœperit, non potuit Meletius ob illud flagitii, persecutionis hujus tempore commisi, anno 301 abdicari et schisma efficere. Verum cum Socrates hanc historiam ex Athanasio fere ad verbum sit mutuatus, videtur sane illud, ἐν τῷ διωγμῷ, quod ille de Meletio loquens ait, suo Marte addidisse: alias enim sæpissime Athanasii sententiam referens, ab Athanasii scopo non parum aberrat. Nihil tamen repugnat, Meletium ante annum 301 idolis immolasse: licet enim ingens illa persecutio nondum cœpisset, attamen quavis minima data occasione, certis in locis persecutio in quosdam concitabatur. *Clariss. Monachi Benedictini, Notis in S. Athanasii Apologiam contra Arianos*, pag. 177. **READING.**

Si Epiphanium audiamus, (a quo Meletii nomen semper scriptum est Μελητιός,) causa dissensionis hæc fuit; Meletius, confessor ipse, negavit clericos lapsos facile in locum suum in Ecclesia restituendos esse, contra Petrum episcopum, cujus sententia de hac questione mitior erat. Inde factum est schisma; in quo pauci Petrum secuti sunt, major vero pars Meletium, qui Thebaidos archiepiscopus et post Petrum secundus erat. Interfecto Petro, Meletius plures post se traxit, et multos in clerum consecravit: secta quoque ejus sibi nomen sumpserunt, *Ecclesiam Martyrum*. Fuit tamen ille in fide et doctrina integer, et primis Arii conatibus sedulo obstitit, Alexandri autem auctoritatem obsecundavit. Postea, mortuo Meletio, (post Arianorum damnationem) visum est Alexandro Meletianos, jamdiu seorsum agentes, iterum in Ecclesiæ ordines cogere: quo offensi aliqui sectæ ejus principes auxilium quærebant a Constantinopoli atque Nicomedia; ubi ab Eusebio persuasi sunt, sive pellecti, ut cum Arianorum parte starent. Exinde una Ariani et Mele-

tiani Ecclesiam aggressi sunt. Hæc Epiphaniï narratio est, Hær. lxxviii. "quam tamen a Meletiano quopiam accepisse eundem patrem plerique omnes existimant," scribit reverendus M. J. Routh Colleg. Magdal. Præses. Ex episcoporum vero Ægyptiorum epistolis, quas hic vir doctissimus ibidem edidit (e Maffei Observationibus), satis constat initium schismatis fuisse, quod Meletius, præter jus atque ecclesiasticum ordinem, ordinationem in aliena parœcia faceret. Factum quidem suum ille tueri voluit, causando egestatem ecclesiæ: quod tamen episcopi negabant: et cum pergeret eadem agere, nolentibus et reclamantibus aliis episcopis, Petrus interdixit Alexandrinis ejus communione per epistolam scriptam (ut videtur) e carcere; postea vero, refert Athanasius, Meletium in synodo episcoporum a Petro condemnatum esse, Apolog. c. Arian. 59: quod factum esse videtur A. D. 302. Clinton. Fast. Roman. ex Athanas. Plura vide in Routh Reliq. Sacr. ad S. Phileam, vol. iii. p. 381. seqq. Conf. de Meletio Theodoretum Hæret. Fab. Comp. iv. 7.

6, 40. *ἔγραφον*] Hoc factum est præcipue per synodum Arianorum habitam in Bithynia; de qua, et de ceteris postea gestis, jam diximus supra in notis p. 13.

Cap. 7. Conf. Sozom. i. 16. Theodoret. i. 7. Euseb. V. C. ii. 69. Cassiod. i. 19. Gelas. ii. 4. Niceph. viii. 13.

7, 1. *Ὅσιος*] Hosius, gente Hispanus, Cordubæ, Senecæ et Lucani natalibus inelytæ, in provincia Bœtica episcopus, sub persecutione Maximiani confessione nobilis. Interfuit synodo Illiberi habitæ anno CCCV, seu ex Ferdinand. Mendozæ calculo, CCC, vel CCCI. Apud Constantinum M. summa in gratia multos annos floruit, eique erat a sacris consiliis; ab eo ad synodum Arelatensem, anno CCCXIV, evocatus; ab eodem anno CCCXXIV, Alexandriam ad sedandam controversiam Arianam cum literis missus. *Guil. Cave ad ann. 316.*
READING.

Operæ pretium erit ponere hic ipsa verba quibus Eusebius Hosium describit: Constantinus, ait ille, *παραχρήμα τῶν ἀμφ' αὐτὸν εὐσεβῶν, δὲν εὐ ἠπίστατο σώφρονι πίστειως ἀρετῇ δεδοκιμασμένον ἄνδρα λαμπρυνόμενον ταῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ὁμολογίαις κατὰ τοὺς ἐμπροσθεν χρόνους, βραβεῦσαι εἰρήνην τοῖς κατ' Ἀλεξάνδρειαν διεστῶσι ἐκπέμπει.* Vit. Const. ii. 63. Theodoretus rem sic

παρτά, καὶ τινὰ τῶν ἐπ' ἀγχινοῖα περιβοήτων εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν μετὰ γραμμάτων ἀπέστειλε, H. E. i. 7.

7, 2. ἐν τοῖς Εὐσεβίου] Epistola integra incipit a capite 64, 16 ea vero pars quam transcripsit hic Socrates, a capite 69, Eusebii Vit. Const. ii. Eandem ejus partem quam Socrates transcripserunt quoque Gelasius ii. 4, Nicephorus viii. 13, et Cassiodorus, ex Epiphani versione, i. 19, paucis tantummodo omissis. Data est A. D. circiter 324, post debellatum Licinium, (Septemb. 18. 323. vid. Clinton. Fast. Rom.) sicuti testatur ipse Constantinus in exordio, εἰ τὸν κοινὸν τῆς οἰκουμένης ἐχθρὸν ἐφέλων, seqq., Euseb. V. C. ii. 66, et antequam præceptum sit episcopis, ut ad Nicæam convenirent A. D. 325.

7, 3. ἡ μὲν σύνοδος ἠρνήθη] *Communio quidem denegata est.* Valesius. “Langus vertit, *Conventus quidem solennis quibusdam denegatus.* Christophorus vero sic interpretatur, *Conventus qui in ecclesia fieri solet, impeditus.* Σύνοδον igitur pro synaxi hic acceperunt, quo sensu ea vox non infrequenter usurpatur. Sic rursus in hoc capite εἰς δημοσίας συνόδους ἐκφέρειν, et in capite 68.” Valesius ad Euseb. V. C. Conf. infra 11, τὴν τῆς συνόδου κοινωνίαν, et 13, τὸ τῆς συνόδου τίμιον. Male Epiphanius vertit, *mysteria contemnuntur.*

7, 4. τὴν γνώμην] Meliorem sensum efficit id quod habet Eusebius, *συγγνώμην.* Epiphani versione, *voluntatem præbens*, indicio est Socratem non ita scripsisse locum.

7, 11. τῷ θεραπευτῇ τοῦ κρείττονος.] *Ilius longe potentioris famulo.* Langus. Scilicet, (Dei) maximi famulo: conf. *μὲν συνθήκη τοῦ κρείττονος*, paulo infra, 14. Dei ministrum se esse gloriabatur Constantinus. Vid. Euseb. V. C. ii. 28.

7, 12. αἰρέσεως] *Propositi, sive, instituti*: bono sensu, quem admodum etiam in, τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν Act. Apostol. xxvi. 5; τῆς αἰρέσεως τῆς καθολικῆς Euseb. H. E. x. 5. 17; et passim apud scriptores sæculares.

7, 16. ψυχὰς ἐκκαθάραντες] “Id est, *detersa caligine similitatum, qua mentis vestra acies erat obducta atque obscurata.* Sequitur enim, ἀλλήλους ἐπίγνωτε, id est, *vos vicissim agnoscite, amplectimini, salutate.* Quibus verbis alludere videtur Constantinus ad morem Christianorum sui temporis: apud quos in sacris conventibus, dum populus ad perceptionem mysteriorum accederet, diaconus sæpius inelamabat ἐπιγινώσκετε ἀλ-

λήλους, ne quis scilicet prophanus aut Judæus ad sacram mensam irreperet, ut docet Chrysostomus in Oratione prima contra Judæos, p. 440. tomi primi [vol. i. p. 593. ed. Benedict.]. Eodem verbo usus est Marcion cum Polycarpum aliquando vidisset, ἐπιγνώσκει ἡμᾶς, ut ex Irenæo refert Eusebius in libro 4 Historiæ [iv. 14.]. Latini quoque verbum recognoscere usurpant eo sensu. Sic in passione Fructuosi episcopi [Ruinart Act. Mart. p. 221.]: *Cum se excalceasset, accessit ad eum commilito frater noster nomine Felix, apprehenditque dextram ejus, recognoscens eum, et deprecans; ut sui memor esset.* Tertullianus in libro 4 contra Marcionem cap. 2, *Propterea Hierosolymam ascendit, ad cognoscendos apostolos et consultandos.* Valesius ad Euseb. V. C. De hac formula ἐπιγνώσκετε ἀλλήλους conf. Bingham Origin. Eccl. xiii. 1. 3.

7, 19. εἰς τὴν ἐφᾶν] “Persis nempe, qui Mesopotamiam fatigabant, bellum illaturus.” Reading, ad Euseb. V. C. Fuisse illum σπουδάζοντα τὰς ἐπὶ τῆς ἕω πόλεις ἰδεῖν ait Sozomenus, i. 16.

Cap. 8. Conf. Sozom. i. 17. Theodoret. i. 7. Euseb. V. C. iii. 4. seqq. Hilar. Fragm. Hist. ii. 26. seqq. Rufin. x. 1. Cassiod. ii. 1. Gelas. ii. 5. Niceph. viii. 14. Sulp. Sever. H. S. ii. 35.

8, 1. ἡ τοῦ βασιλέως ἐπιστολή] Hosius imperatoris epistolam ad Alexandriam portavit, atque ibi synodo interfuit, quæ iterum coacta est ad hanc rem discutiendam: ab ea vero synodo condemnati et depositi sunt Colluthus et sectatores ejus, inter quos fuit Ischyraus ille. Vid. Athan. Apol. cont. Arian. 74. p. 191. et 75. p. 193.

8, 2. τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς] Quo pacto habita fuerit antea de hac re quæstio, A. D. circiter 190, vide in Eusebii Hist. Eccl. v. 23 et seqq. Conf. Epiphanium, qui refert dissidium illud originem traxisse de episcopis qui e circumcissione fuerunt, Hær. lxx. 9. Duplex vero fuit de Paschate quæstio; primo, de die, scilicet an festum servaretur a quarto decimo die lunæ, (quæ fuit opinio Quartodecimanorum,) an die Dominico proxime sequenti; tum autem, de calculo temporis, quo definiretur ea luna cujus sub plenilunio periodus festi caderet. Utraque a concilio Nicæno decisa est.

8, 4. σύνοδον οἰκουµενικὴν]] Eodem nomine, *σύνοδον οἰκουµενικὴν* appellat etiam Eusebius in Vit. Const. iii. 6. et Epistola

Athanasii ad Afros episcopos, 2. p. 892 ed. Benedict. Conf. Heinichen ad Euseb. V. C. iii. 7.

8, 4. τριτω βιβλιω] V. C. iii. 7.

8, 5. Πέρσης ἐπίσκοπος] Nempe Joannes Persidis episcopus, uti refert Moses Chorenens. Hist. Arm. ii. 86. et Subscriptiones concilii. Vid. Mans. Conc. ii. col. 694. et 699. E Mesopotamia subscriptiones referunt nomina trium aliorum episcoporum præter Jacobum Nisibenum, de quo vid. Theodoret. H. E. i. 7. et Religios. Hist. i. et Gennadii Catal. Vir. Illustr. Scytha interfuit concilio solus Theophilus Gothorum episcopus. Vid. infra, ii. 41.

8, 6. τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως] Adhuc quæritur inter viros doctos, utrum hoc ab Eusebio dictum sit de Roma, an de Byzantio postea Constantinopoli vocanda. De Roma et ejus episcopo accipiunt Sozomenus, Theodoretus, et Nicephorus, quamvis hic Metrophanem etiam tum superfuisse, et legatos quoque ad concilium misisse, dicat. Quorsum Socrates verba Eusebii hic verterit fortasse dubitari potest: infra autem, c. 17, eadem male interpretatur de Constantinopoli. Cassiodorus, sive Epiphanius Scholasticus, de Constantinopoli intelligit, Alexandrum tamen ejus tunc episcopum fuisse ait. Similiter Gelasius de Constantinopoli accipit, addit autem, Metrophanem episcopum fuisse qui duos legatos (Alexandrum et Paulum) misit. Hactenus divisæ sunt sententiæ de Eusebii verbis, quamvis in tali re vix potiores auctores quæreremus quam Theodoretum, Nicephorum, et Sozomenum qui Socratem videtur hic, ut solet, corrigere. Tum vero quæstio aliunde solvitur, si verum sit quod mox traditur, Alexandrum viginti tres annos in episcopatu suo egisse; hoc autem affirmant Socrates, infra, ii. 6, Sozomenus, Theophanes, et alii: unde necesse foret Metrophanem aliquamdiu ante synodum Nicænam mortuum esse. Inter recentiores qui hunc locum de Constantinopoli acceperunt sunt Petrus De Marca, Baluzius, et ex parte Pagius, alibi enim ipse sibi contradicit: qui de Roma, Baronius et Valesius. Nuperrime autem Clintonus in Append. ad Fast. Rom. p. 558. ita colligit: "Metrophanem Constantinopolitanum (verius Byzantinum) hic potius dici, sicut Pagius, tom. i. p. 386, recte censet, quam Silvestrum Romanum, demonstratur e Nominibus subscriptis Concilio apud Gelasium, tom. ii. p. 236." Recte vir doctissimus unicum hoc

testimonium citaret, modo de fide testis satis certi esse possemus. At vero Subscriptiones istæ Gelasii minime sunt e veteribus Actis verbatim vel fideliter transcriptæ, sed omnino ad modulum recentioris ævi digestæ. Poterat fortasse Gelasius, si nomen Alexandri reperisset subscriptum, crederet vero ipse Metrophanem tunc Byzantii episcopum fuisse, cetera facile supplere, tanquam commentator, in commodum lectorum, sicut multa addidit historiæ suæ quæ in nullis Actis scripta repperit. Et nequeo equidem Gelasio hic tantum fidem habere ut ejus causa Socratis et ceterorum calculum de tempore episcopatus Alexandri rejiciam, et dicam cum Clintono, omnes hos auctores errasse potius quam Gelasium. Superfuit quidem Silvester papa undecim annos post synodum Nicænam, quod Pagius animadvertit: attamen poterat senex ætatem et infirmitatem suam caussari ne tantum iter faceret, a Roma (non a Byzantio,) ad Nicæam, quamvis nondum in ipso articulo mortis positus.

Denique notandum est, certum esse unum primarium episcopum legatos pro se ad synodum misisse: omnes autem auctores uno ore affirmant venisse legatos a Roma: at vero etiam alterum, nempe Byzantinum, legatos misisse, certo demonstrari non potest: quod si unus tantummodo miserit, is certe Romanus fuit. Atque in hunc quidem sensum ipsa Eusebii verba facilius ac sponte sua currere videntur, siquis rerum et vocum ordinem æstimet: loquitur enim hoc versu de remotis partibus occidentis, non subito autem inde orationem ad Græcorum metropolim retorquet. Præterea in Subscriptionibus nomen Hosii plerumque proximos sibi habet legatos Romanos, quemadmodum hoc etiam loco conjunguntur.

Plura vide in Vales. Annot. in Euseb. V. C. iii. 7, et 47, Variorum Reading, et Heinichen, ibid. Conf. infra, ii. 6.

8, 9. *τριακοσίων ἀριθμὸν ὑπερακοιζουσα*] Socrates hic Eusebium emendare vult; nam pro *τριακοσίων*, habet Eusebius *πεντήκοντα καὶ διακοσίων*, ubi Valesius adnotat: "De numero episcoporum qui Nicænzæ synodo interfuerunt, non convenit inter antiquos. Eusebius quidem hoc loco ducentos et quinquaginta fuisse scribit. Eustathius vero Antiochenus episcopus in Homilia de verbis illis quæ in Proverbiis Salomonis leguntur, *Dominus creavit me*, ducentos circiter et septuaginta illos

fuisse dicit; neque enim se accurate eorum numerum subduxisse. [Theodoret. H. E. i. 7.] Verum constantior fama est et recentiorum omnium consensu firmata, trecentos et octodecim episcopos in illa synodo consedissee. Sic ex antiquis Athanasius in Epistola ad Africanos episcopos non procul ab initio (2. p. 892), Hilarius in libro contra Constantium (27), Hieronymus in Chronico, et Rufinus (H. E. x. 1). Athanasius in Epistola de Syn. Nicæn. Decretis ait, episcopos qui Nicææ convenerunt, fuisse plus minus trecentos." Hæc Valesius; quibus addit Reading, "Ismael Ibn Ali, Scriptor Muhammedanus a Seldeno citatus, ait, congregatos fuisse 2048 episcopos, ex quibus Constantinus selegit 318. Et quidem ex Eusebii verbis statim sequentibus *πρεσβυτέρων και διακόνων*, etc. *οὐκ ἦν ἀριθμὸς εἰς κατάληψιν*, conficitur, nec diaconos nec presbyteros, sed episcopos solos ad ferendam in synodo sententiam admissos fuisse, ac proinde verisimile esse e numero isto 2048, solos 318 episcopos fuisse; reliquos autem clericos, quibus propterea synodo interesse interdictum fuit. Bevereg. Annot. in Can. Conc. Nic. 1. qui consentit Balsamoni, Zonaræ, cæterisque, 318 episcopos in hoc concilio numerantibus:" hæc Reading.

Majorem illum numerum, nempe 2408 episcopos, repetunt Eutychiei Annales, et Orientales nonnulli, sicut refert Renaudotius in Hist. Patriarch. Alexandr. xix. p. 69. Aliorum vero antiquorum, præter illos modo citatos, diversi sunt calculi. Athanasius uno loco *trecentos* fuisse ait, De Synod. 43 p. 757. Idem bis affirmat Julius papa in Epistola sua, quam exhibet Athanasius in Apolog. c. Arian. 23 p. 143 et 25 p. 145. *Trecentos vel eo amplius*, Hilarius Fragm. Hist. ii. p. 643, Lucifer Caralitanus De Regib. Apostat. 17 in Galland. Biblioth. vi. p. 208, et Hieronym. Adv. Lucif. 20. Constantini Epistola quam habet Socrates paulo infra, *plures quam trecentos*; Sozomenus vero *plures quam (ὕπερ ἀμφὶ) trecentos et viginti*. Denique locus ille, ex Eustathio excerptus a Theodoro, quem modo indicavit Valesius, *διακοσίων μῆτι γε και ἐβδομήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὁμόσε συναχθέντων; τὸ γὰρ σαφὲς διὰ τὸν τῆς πολυανδρίας ὄχλον οὐκ οἷός τέ εἰμι γράφειν*, H. E. i. 7, satis evincit incertum fuisse numerum.

8, 10. τῷ μέσῳ τρόπῳ] "Multiplex hujus loci sensus esse

potest. Nam μέσος τρόπος sumi potest pro modestia et comitate morum, ut μέσφ positum sit pro μετρίφ. Vel μέσος τρόπος dicitur eorum, qui principem quidem locum inter episcopos doctrina et sanctitate vitæ præstantes minime obtinebant: non longo tamen intervallo aberant a primis. Sic medios principes ac duces vocarunt antiqui, qui nec optimi essent nec pessimi, sed medio quodam loco inter utrosque subsisterent. Denique μέσος τρόπος dici potest de iis, qui utramque laudem, doctrinæ scilicet ac sanctitatis complexi erant. Ita hunc Eusebii locum interpretatur Sozomenus in lib. i. cap. 16 his verbis: οἱ μὲν νοεῖν καὶ λέγειν ἱκανοί, εἰδήσει τε τῶν ἱερῶν βίβλων, καὶ τῆς ἄλλης παιδείσεως ἐπίσημοι· οἱ δὲ ἀρετῇ βίον διαπρέποντες· οἱ δὲ κατ' ἀμφότερον εὐδοκμοῦντες. Vides quos Eusebius vocavit τῷ μέσφ τρόπφ κατακοσμουμένους a Sozomeno dici κατ' ἀμφότερον εὐδοκμοῦντας. Epiphanius Scholasticus in lib. ii. Historiæ Tripartitæ cap. i. hunc Eusebii locum ita vertit: *Ministorum vero Dei, alii sapientia sermone fulgebant, alii continentia vitæ et patientia coruscabant: alii vero medio modo horum virtutibus ornabantur.* Valesius ad Const. Vit. iii. 9.

8, 12. ἐπιτέλεσας ὁ βασιλεὺς ἐπιwickιον κατὰ Λικινίου ἑορτὴν, ἀπῆντα καὶ αὐτός] Sozomenus narrat multa acta fuisse ab episcopis antequam Constantinus ad concilium veniret: οἱ δὲ ἐπίσκοποι συνεχῶς συνιόντες, τὸν Ἀρειὸν εἰς μέσον παρήγαγον, καὶ ἀκριβῆ βάσανον ἐποιοῦντο τῶν αὐτοῦ προτάσεων, seqq., i. 19; postea vero imperatorem advenisse scribit. Constantinus vicennalia sua egit a Julii die 25 A. D. 325. Clinton. Fast. Rom. Tempus autem quo Licinius cæsus fuit, Bucherius ex antiquo Calendario coniecit fuisse Julii diem 3. Doctrin. Temp. p. 283. Eusebius vero in Vita Constant. tradit, vicesimum imperii annum completum fuisse (hoc est, tempus quo vicennalia acta sunt advenisse,) eodem tempore quo patres concilii in unum iudicium de rebus controversis consenserunt: ὃν δὴ πραχθέντων, δευτέραν ταύτην νίκην ἀρασθαι εἰπὼν βασιλεὺς κατὰ τοῦ τῆς ἐκκλησίας ἔχθροῦ, ἐπιwickιον ἑορτὴν τῷ Θεῷ συνετέλει. Κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ αὐτῷ καὶ τῆς βασιλείας εἰκοσαετῆς ἐπληροῦτο χρόνος: et tum continuo refert, quomodo, actis ubique festis diebus, imperator omnes quoque episcopos, qui concilio affuerant, lauto convivio apud se in palatio exceperit. Vit. Const. iii. 14, 15. Conf. iv. 47. Veruntamen consedit concilium aliquamdiu post mensem Julium.

8, 13. δῖάκονος] *Archidiaconum* appellat auctor Vitæ Metrophanis et Alexandri apud Photium Cod. 256: *Alexandria episcopum, jurisconsultum, qui apud Nicenam synodum diaconus adfuerat*, Sulpicius Severus.

8, 15. ἀλλὰ γυμνὴν γνώμην] Socrates hanc narrationem videtur hausisse ex Rufini libro decimo, ubi Rufinus agit de Concilio Nicæno. Sed Socrates quædam de industria mutavit. Gelasius vero cum hoc argumentum nactus esset, mirum in modum auxit atque amplificavit, singulorum philosophorum interrogationes referens, et responsa episcoporum. Quæ omnia fabulas potius redolent quam historiam rerum gestarum. VALES.

Melius se habet locus sicut nunc est, quam legitur in Cod. Allat.: nam γνώμη est *animi sententia*, γνώσις vero *scientia*; nondum autem *scire* datum est ea quæ *credimus*. Pulcherimum hoc effatum non attinet nunc fusius explicare: animadvertendum tamen est, caput et substantiam Christianæ religionis breviter in his verbis comprehendi; scilicet, primo, *recte de Deo sentire*, quod est, verum dogma confiteri, hanc vero sententiam *fide*, id est, non incerta opinione, sed constanti animi assensu, retinere et *tueri*, et tum demum *bonis operibus* exequi.

8, 17. εἰς ἕνα τόπον] Disceptatur an locus hic fuerit in palatio, an in ecclesia. Sozomenus et alii nonnulli dicunt fuisse in palatio: Eusebius vero eum appellat οἶκον εὐκτήριον, V. C. iii. 7. Rem pluribus argumentis prosequitur Valesius ad cap. 10, atque ibi sententiam suam profert his verbis: "Cunctis igitur accurate perpensis, ita censeo: episcopus primum quidem in ecclesia convenisse: ibique de Arii dogmate et de regula fidei pluribus diebus tractavisse; tandem vero die ad finiendum negotium constituto, convenisse in palatium ut coram imperatore sententiam dicerent, et contentioni finem imponerent. Atque ita tollitur omnis difficultas."

8, 18. ἤρξατο ὁ βασιλεὺς] Non concionatus est imperator donec ex episcopis unus orationem habuerat. Nam imprimis episcopus modica oratione imperatorem salutavit, et Deo gratias egit propter eum. Quis vero fuerit ille episcopus, dubium est. Ab Eusebio vocatur, ὁ τοῦ δεξιῶν τάγματος πρωτεύων, V. C. iii. 11, quem titulus ejusdem capituli nominat, Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον. Theodoretus autem ait fuisse Eustathium An-

tiochenum, H. E. i. 7. Plura vide in Valesii annott. ad Euseb. V. C. iii. 11. Constantini orationem, e Latino sermone quo habita est, ab interprete in Græcum coram concilio versam, exhibet Eusebius, ibid. 12.

8, 18. παραχωρεῖν] *Ut singuli deponerent*, Valesius, sensu activo, minus usitato, cujus tamen exempla non desunt. Vid. Thesaur. Stephani novum editum Parisiis, in v. At si hic sensus esset, scribendum erat potius, καὶ ἕκαστον μὲν τὴν ἰδιόουσαν λύπην παραχωρεῖν: quamobrem mallet equidem interpretari, *ut decederet uniuscujusque similitas*.

Ib. ἀντεγκαλοῦντες ἦσαν ἀλλήλοις οἱ πλείονες] Eadem fere quæ Socrates tradunt quoque Rufinus et Sozomenus. Paulo aliter vero Theodoretus, qui incertum relinquit, an accusatores isti fuerint episcopi qui concilio intererant, an alii aliqui, φιλαπεχθήμενες γὰρ ἄνδρες ἐγράψαντο τῶν ἐπισκόπων τινὰς, H. E. i. 10. Hinc quibusdam visæ sunt illæ querelæ fuisse Arianorum dolus. Gelasius tamen refert utrumque factum fuisse, nempe episcopos cum invicem inter se alterum ab altero, tum a laicis accusatos, atque imperatori delatos fuisse. Act. Syn. Nic. ii. 8.

8, 20. τρίτῃ βιβλίῳ] Nempe c. 13.

8, 24. Σαβίνῳ τῷ Μακεδονιανῷ] Hic Sabinus episcopus fuit 21 Macedonianorum in urbe Thraciæ Heraclea, qui collectionem actorum synodaliū composuerat, opus utile admodum: cujus testimonio sæpius utitur Socrates in his libris. Reprehendit tamen eum Socrates plerisque in locis, tum quod mala fide usus esset in actis illis colligendis; ea quidem studiose referens quæ ad adstruendam ipsius hæresim pertinebant; omittens vero contraria: tum quod orthodoxis episcopis semper infensum se ostenderet. Cujusmodi illud est quod hoc loco refert Socrates, patres Nicæni concilii ignaros ac simplices fuisse. Sed solemne est hæreticis, adversus sanctissimos Ecclesiæ patres ac doctores conviciari. VALES.

Ibid. ἵνα δταν τινὲς τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ὡς περὶ τὴν πλοστὴν σφαλείῃς] Non sine indignatione, adeoque horrore quodam recole stupendam eorum inscitiam, seu potius impiam vesaniam, qui in venerandos patres Nicænos non veriti sunt palam debacchari, tanquam qui catholicam de persona Jesu Christi doctrinam, ab apostolis traditam, ac per tria prima secula in

Ecclesia conservatam, vel malitiose, vel certe per imperitiam ac temere depravaverint, novamque fidem orbi Christiano obruserint. Hoc nomine (ut veteres taceam Arianos) olim infamis fuit Sabinus, Macedonianæ factionis assecla. *Cl. Bullus initio Defensionis Fidei Nic. § 3. READING.*

8, 25. *συνόδοι ἐγγράφως ἐξέδωκαν*] Duo genera fuerunt scriptorum quæ e conciliis prodibant; nempe Epistolæ, sive Synodicæ, quas per diversas ecclesias transmittabant vel ab aliis episcopis subscribendas, vel recipiendas tantummodo, prout concilii de re controversa iudicium, quarum exempla passim feruntur; quemadmodum etiam factum fuisse sæculo post Christum natum secundo testatur Eusebius, H. E. V. 23 et 24. Alterum genus fuit Acta Synodalia; quibus omnia quæ in concilio dicta et gesta sunt literis a notario mandabantur, eodem modo quo apud tribunalia civilia. Hunc etiam morem usque ab antiquis temporibus usitatum fuisse, indicat Eusebii testimonium de Actis concilii Bostrensis habiti sæculo tertio, his verbis: *καὶ φέρεται γε εἰσέτι νῦν ἐγγραφα τοῦ τε Βηρύλλου καὶ τῆς δι' αὐτὸν γενομένης συνόδου ὁμοῦ τὰς Ὀριγένους πρὸς αὐτὸν ζητήσεις, καὶ τὰς λεχθείσας ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παροικίας διαλέξεις, ἕκαστά τε τῶν τότε πεπραγμένων περιέχοντα.* H. E. VI. 33. Alterutrumne horum collegerit Sabinus, an utrumque, non liquet.

8, 29. *καὶ εἰς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα.*] Symbolum originem cepit ex agnitione fidei a baptizandis facta, ut fuse ostendit doctiss. Pearsonus in sua Symboli Apostolici expositione, p. 34, 35. ideoque olim haud plures habuit articulos. Vid. eundem pag. 331, et Socratem nostrum paulo infra in hoc capite. **READING.**

8, 31. *Ταύτην τὴν πίστιν*] Ex Athanasio discimus Hosium reputatum esse, saltem ab Arianis, hujus symboli auctorem: *οὗτος δὲ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐξέθετο,* *Histor. Arian. ad Monach. 42.* S. Basilius tamen diserte tradit compositum esse ab Hermogene: *αὐτὴ ἡ πίστις ἢ κατὰ Νίκαιαν παρ' ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς ἐκφωνηθεῖσα ἐξ ἀρχῆς,* *Epist. cxxlv. 9.* Idem quoque dictum in *Epist. lxxxii.*

Ib. *πέντε δὲ λόγοι*] Immo duo tantum episcopi, Secundus 22 ac Theonas, fidei Nicænzæ subscribere recusarunt, ut recte scribit Theodoritus in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ, et

ante illum Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos. Idque aperte confirmat Epistola Synodica Concilii Nicæni, quæ hic refertur a Socrate. VALES. Recte hæc Valesius. Videtur vero Socrates duos hos episcopos quos synodus condemnavit cum pluribus illis confundere qui pro Arianorum opinione disputaverunt. Tres Arianorum propugnatores, nempe Eusebium Nicomediæ episcopum, Theognium, et Marim, antea nominaverat Socrates: itaque hic tanquam condemnatos recensuit. Fuere tamen plures qui concilii sententiæ primo restiterunt, quamvis omnes præter hosce duos ceterorum patrum auctoritati denique manus dederint. Rufinus tradit, fuisse illos septemdecim, x. 5, et Sozomenus, i. 20, atque Gelasius, ii. 6. Ex Theodoro nomina tredecim colligimus, præter Marim, quem ille omittit: fuere igitur, Eusebius Nicomediæ episcopus, Eusebius Cæsareæ, Theodotus Laodiceæ, Paulinus Tyri, Athanasius Anazarbi, Gregorius Beryti, Aetius Lyddæ, Menophantus Ephesi, Patrophilus Seythopoleos, Theognius Nicææ, Narcissus Neroniadis in Cilicia postea diotæ Irenopoleos, et Theonas Marmarices atque Secundus Ptolemaidis. H. E. i. 4 et 6. Plura nomina congregavit Nicetas in Thesaur. Orthod. Fid. quem locum citavit Valesius ad calcem Fragmentorum Philostorgii. Gelasius, qui novem tantum nomina ponit octo vero reliqua se omisisse dicit, addit nomen Theodori episcopi Heracleæ, quem non constat fuisse tunc temporis episcopum; refert enim Athanasius eum ab Arianis promotum esse, Epist. ad Ep. Ægypt. 7 p. 277.

8, 33. *προσθέντες μήτε ἐπιβαλναι τῆς Ἀλεξανδρείας αὐτόν*] Mandatum hoc fuit ab imperatore: quemadmodum etiam postea reditus ad Alexandriam Ario ab imperatore permissus est, infra, c. 27. Cf. Valesium ad c. 14 infra. Animadvertere tamen oportet, Photium tradere, synodum eam quæ habita est Alexandriæ sub Demetrio episcopo, cum Origenem condemnarat, decrevisse insuper eum debere Alexandria excedere, *καὶ μήτε διατρέβειν ἐν αὐτῇ μήτε διδάσκειν*. Phot. Cod. 118.

Ib. *τοὺς περὶ Εὐσέβιον καὶ Θεόγγιν*] Scilicet quinque illos quos modo dixit damnatos fuisse. Rufinus autem tradit sex ex illis septemdecim qui Ario, sicut hic refert, faverant, in exilium missos esse cum Ario, sed non Eusebium Nicomediensem. Fallitur tamen uterque, Socrates et Rufinus. Contra

Philostorgius dicit Secundum profinus ab imperatore relegatum esse: tum vero post tres menses Eusebium aliam ob causam eadem poena multatum, quo tempore etiam revocatos esse τοὺς περὶ Σεκοῦνδον. Philostorg. i. 10 et ii. 1. Et Theognium quoque eodem tempore cum Eusebio relegatum esse constat ex epistola imperatoris, in qua ambo nominantur. Revera tamen hæc serius acta esse videntur quam tradit Philostorgius. Vid. Theodoret. i. 20 cum Valesii annott., et infra, 9 ad finem.

8, 34. κατὰ λέξιν τάδε] Hæc Eusebii epistola habetur ad finem Athanasii Epistolæ De Decret. Nicæn. Syn., in Theodoret. H. E. i. 12, in Gelasii Hist. Conc. Nicæn. ii. 35, et in Nicephori H. E. viii. 22.

8, 38. ζῶην ἐκ ζωῆς] Sicut Eusebius Filium vocat *vitam de vita*; ita alii postea *virtutem de virtute, et sapientiam de sapientia*. S. August. de Trin. lib. VII. cap. 3. [4] *Ideo Christus virtus et sapientia Dei, quia de Patre virtute et sapientia etiam ipse virtus et sapientia est; sicut lumen de Patre lumine &c.*
READING.

8, 41. Ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθελος τῆς πίστεως] Hanc fidei confessionem Valesius, Tillemontius, aliique nonnulli crediderunt fuisse eundem istum libellum Eusebii quem, postquam perlectum audierant patres in concilio, prorsus rejecerunt, et tanquam impium atque blasphemum discerpserunt; quam opinionem falsam esse multis argumentis demonstrari potest. Nam Theodoretus, qui in narratione sua rerum in concilio gestarum damnatam esse Arianorum fidei formulam memorat, et tum Eustathium citat qui eandem formulam videtur appellare Eusebii libellum, H. E. i. 7, et 8, mox alio loco epistolam hanc Eusebii Cæsariensis integram profert, cap. 12, neque tamen verbum addit quo indicet, symbolum illud quod epistola continet, eam ipsam esse impiam doctrinam de qua antea mentionem fecerat: hoc autem non omisurus erat, si res eadem esset. Tum Eusebius ipse in epistola ait, fidei suæ formulam altercationis locum non dedisse, præterquam eo nomine, quod vox *δοκίμιον* ei deesset. Theodoretus vero et Eustathius testantur Eusebii libellum modo dictum cum detestatione omnium fere qui aderant exceptum fuisse. Diverse igitur res sunt de quibus scribunt; et *Eusebii libellus* iste fuit symbolum

ab Eusebio Nicomediensi prolatum. Alioqui Eusebius Cæsareensis, in iis quæ scripsit de sua fidei formula in concilio oblata, flagitiosus mendacii arguendus foret: quod quidem Tillemontius non reveritus est dicere. Denique ea ipsa formula quam Eusebius in epistola sua descripsit, quamvis meliori sententiæ concilii adversa, nihil tamen in se impium nec blasphemum continet; itaque non potest ea esse quam episcopi tanta indignatione repulerunt.

8,41. προσεγγραφέντος βήματος τοῦ ὁμοουσίου] Affirmare videtur 23
Eusebius, Constantinum Imperatorem auctorem fuisse ut vocabulum consubstantialis in symbolo adderetur. Quod tamen nequaquam verisimile est. Neque enim adeo doctus erat Con- 24
stantinus, quippe qui vix adhuc esset catechumenus. Sic igitur hæc Eusebii narratio intelligenda est, ut episcopi quidem post prolatum ab Eusebio Cæsariense symbolum, addendam illi esse censuerint vocem consubstantialis: Constantinus vero eorum sententiam confirmaverit. Eusebius vero, qui se apud suos purgare et excusare satagebat, quod formulæ fidei in concilio editæ subscripsisset, quemadmodum testatur Athanasius in libro de Decretis Synodi Nicænæ, et in libro de Synodis Arimini et Seleuciæ, rem de industria involvit, et Constantino principi id adscribit, quod episcopis potius erat adscribendum. VALES.

8,43. τήνδε τὴν γραφὴν πεποιήκασι.] Post hæc verba, ante Symbolum Nicænum, in Codice Florentino et Sfortiano adduntur hæc verba, τὸ μάθημα. Ita Græci vocabant symbolum fidei, eo quod a catechumenis memoriter disceretur. Socrates in libro tertio capite 25, πιστεύομεν εἰς ἓνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος. Leontius Bisantius in lib. de Sectis, [Act. iv. 2. Galland. Bibl. xii. p. 636.] de synodo Constantinopolitana loquens, καὶ ἐκτίθενται ὄρον ἡτοι μάθημα πίστεως, ὅπερ λέγομεν. Et multo post de concilio Chalcedonensi loquens, καὶ ἐκτίθενται μάθημα, πῶς δεῖ πιστεύειν [ibid. p. 639.]. Et pagina 466. de Zenonis Henotico loquens, symbolum Nicænum vocat τὸ μάθημα τῶν ἐν Νικαίᾳ [ibid. p. 639.]. Restituenda est ea vox in lib. 5 Historiæ Tripertitæ [Cassiod. v. 34.]. Nam ubi vulgo legitur; *præsens concilium celebratum est, non ut anathema discat, neque ut fidei explanationem suscipiat*, scribendum est: *non ut mathema discat*. VALES.

8, 45. οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῆναι] Hujus effati, quod pro suo agnoscit Arius in Epistola ad Eusebium Nicomediensem, apud Theodorit. lib. I. cap. 5, hic erat sensus; Filium a Patre per generationem originem habuisse, quod etiam catholici confitebantur; sed ita habuisse, ut tempus aliquod assignari possit, in quo non fuisset genitus: *γένουεν ὕστερον, ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, qui prius non erat, postea existit*: et προηγείται διάστημα ἐν ᾧ φασὶ μὴ γεγενῆσθαι υἱὸς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, *præcessit spatium temporis, in quo dicunt non existisse Filium a Patre*, prout Ariana dogmata recitat Alexander episcopus Alexandrinus ad cognominem suum Constantinopolitanum, apud Theodorit. lib. I. cap. 4. Cum contra catholici assererent Πατέρα δεῖ εἶναι Πατέρα, δεῖ παρόντος τοῦ υἱοῦ, *Patrem semper esse Patrem, præsentem semper Filio, ὁ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος* genito, ut ait idem Alexander ibid. Filium esse *συνάδιον* et *ἀειγέννητον*; quas voces uti a catholicis de Filio usurpatas criminantur Arius, ubi supra, ejusque asseclæ, in Epistola ad Alexandrum apud Athanasium de Synod. Arimin. et Seleuc. Eundem sensum aliis verbis exprimunt patres synodi Antiochenæ, cum anathemati illos subjoiciunt qui asserunt *καρὸν ἢ αἰῶνα εἶναι ἢ γεγονέναι, πρὸ τοῦ γεννηθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ*, apud Socratem lib. II. cap. 10. Idem sentiunt auctores Fidei *μακροστίχου*, cum negant *χρονικὸν διάστημα προεσθυμητέον Χριστοῦ*, ibid. cap. 19. Aliter quidem hoc Arianorum effatum explicat ol. Bullus in Defens. Fid. Nic. sect. III. cap. 9. quem consule. *W. Louth*. READING.

8, 49. τῶν λοιπῶν κτισμάτων] Hoc non innuit Filium esse *κτίσμα*, sicut fortasse imperitis Græci sermonis videri posset: quod ut demonstræm, satis sit unum exemplum adducere e fidei expositione synodi Illyricanæ contra Arianos habitæ, *οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κτισμάτων δι' αὐτοῦ γενομένων ἐμφερῆς ὁ Υἱός*. Theodoret. Hist. iv. 8. Alius item ejusdem tenoris locus habetur in veteri Latina interpretatione Disputationis Archelai et Manetis: *Archelaus dixit: "— scriptum est, Dominum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu Patris. Reliquæ ergo omnes creaturæ visibiles sint necesse est—Deus vero, cum a nullo unquam visus sit, quid ei potest"*—seqq. Routh. Rel. Sacr. v. IV. p. 213. Nam in voce, *reliquæ*, res creatæ cum ipso Deo comparantur.

8, 50. οὐ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων τρόπον] Metus nequid corporeum in doctrinam de Deo hic inferretur, videtur magnum scrupulum injecisse mentibus Arianorum. Idem objecit Eusebius Nicomediensis contra fidem catholicam, una cum altero illo mormone quo sese terrere solebant ejus partis homines, tanquam illud quoque in ecclesia credendum esset, nempe, duos esse Deos: ὅτι γὰρ οὕτε δύο ἀγέννητα ἀκηκόαμεν, οὕτε ἐν εἰς δύο διηρημένον, οὐδὲ σωματικόν τι πεποιθὸς, μεμαθήκαμεν ἢ πεπιστεύκαμεν. Theodoret. H. E. i. 6. Satis quidem vulgatus est hodie error ille indoctorum hominum, qui *substantiam* cum *corpore*, sive *materia*, confundunt. Per se tamen constat *οὐσίαν*, vel *essentiam*, de Deo dictam nihil corporeum significare, sed id quo Deus est; hoc est, *Spiritum*.

8, 51. τῷ τοῦ ὁμοουσίου συγχρησαμένους ὀνόματι] Ὁμοούσιον vocabulum non primum a patribus Nicænis inventum, neque ab ipsis in quæstione de Filii divinitate noviter usurpatum (quod multi existimarunt) sed inde a majoribus ad posteros translatum fuisse, Eusebius hic diserte testatur. Non est dubium quin Eusebio præsto fuerint multa primævæ antiquitatis monumenta, quæ hodie nusquam exstant, sed dudum interciderunt, ex quibus ille hanc assertionem suam abunde confirmare potuisset: neque enim nobis, in tanto ac tam deplorando veterum scriptorum naufragio, desunt testimonia, quæ eandem satis evincant. Tertullianus initio libri adversus Praxeam expresse dicit, Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum esse *unius substantiæ*; idque adeo in regula fidei et *οἰκονομίας* sacramento, a catholicis custodito, contineri affirmat. Quid autem, te obsecro, aliud Latine significat *unius substantiæ*, quam quod Græce dicitur ὁμοούσιον? Rufinus de adulteratione librorum Origenis testatur, frequenter hanc vocem apud Origenem reperiri. Athanasius in libro de sententia Dionysii Alexandrini contra Arianos refert, Dionysium illum (Origenis discipulum) in epistola ad cognominem Dionysium Romanum dixisse, Christum esse ὁμοούσιον τῷ Θεῷ: exstat etiam hodie Dionysii Alex. epistola contra Paulum Samosatenum, in qua vox illa reperitur. Sed maximum τῷ ὁμοουσίῳ præjudicium facere nonnullis visum est, quod synodus Antiochena, sexaginta circiter annis ante Nicænam habita, contra Paulum Samosatenum, vocem istam expresse repudiaverit. Verum

Basilii M. Operum tom. iii. p. 292, diserte testatur, eatenus tantum homocousii vocem rejecisse patres Antiochenos, quatenus ipsa significare videretur substantiam aliquam divinam Patre et Filio anteriorem, quæ postmodum in Patrem et Filium distributa fuerit: ideoque vocem silentio supprimendam censuerunt, quod Paulus ex ea, catholicis satis usitata, argumentum formaret, quo Christi divinitatem oppugnaret: ut scribit Athanasius in libro de Synodis Arim. et Seleuc. *Cl. Bull. Def. Fid. Nic.* p. 28. 33. [ii. 1. 8. seqq.] READING. Conf. infra, ad iii. 7.

8, 53. *χρησθαι τοῖς ῥήμασι*] Post hæc verba Athanasius, 26 Theodoretus, Gelasius, et Nicephorus addunt alteram paragrapham de anathematismo; in qua, præter alia, exponitur ratio contra illud *πρὸ τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἦν*: nempe hæc, *ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργεῖα γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ Πατρὶ ἀγεννήτως*: quæ quidem explicatio neque catholica neque Ariana est. Valesius adnotat, "Certe Socrates consulto eam (paragrapham) prætermisisse mihi videtur, eo quod hæreticum sensum contineret" ad Theodoret. i. 12. Contra autem Bullus doctis argumentis contendit spuriam eam esse, et ab Ariano quodam epistolæ Eusebii affictam. *Defens. Fid. Nic.* iii. 9. 3.

Cap. 9. Conf. Sozomen. i. 21. 24. Theodoret. i. 9. Cassiod. ii. 12. Gelas. Act. Conc. Nic. ii. 34. Niceph. viii. 24.

9, 1. *Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ*] In fine hujus tituli addit Gelasius *καὶ τοῖς κατὰ τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς κλήροις τε καὶ λαοῖς ὀρθοδόξοις*, male: nam præterquam quod meliores auctores hoc non agnoscant, ex ipsius quoque epistolæ tenore satis liquet eam ad ecclesiam Alexandrinam, unde præcipue malum ortum esset, scriptam esse.

9, 6. *κατὰ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον*] Male Christophorus 27 hunc locum ita vertit; *nam si accurate in eum inquisitum fuisset, nihil certe commeruisset veniæ. ἀκριβῆς λόγος* est strictum jus, cui opponitur æquitas, sive *ἐπιείκεια*. Aiunt igitur patres synodi Nicænae, synodum egisse cum Melitio, non stricto ac summo jure, nec juxta exactam regulam ac disciplinam, sed dispensative, hoc est *συγκαταβατικῶς*. Summo enim jure Melitius nullam veniam merebatur, quippe qui ordinationes nullatenus ad se pertinentes sibi vindicasset, et schisma in Ægypto fecisset. Id enim aperte designant hæc verba hujus

epistolæ ; τοὺς δὲ χάριτι Θεοῦ ἐν μηδενὶ σχίσματι εὐπεθένας. Ob hanc igitur temeritatem atque insolentiam, dignus erat Melitius qui deponeretur atque excommunicaretur. Sed tamen sanctissimi patres clementius cum eo agere voluerunt, omnem quidem potestatem ei adimentes, solum autem episcopi nomen ei relinquentes. Cur autem benignius actum sit cum Melitio, plures causæ afferri possunt. Prima est quam insinuant in hac epistola sanctissimi patres ; eo quod scilicet vigorem censuræ ac severitatis suæ in Arium ejusque socios prius distrinxerant. Æquum autem erat, ut post tristem atque immitem in illos latam sententiam, locus deinceps clementiæ reliqueretur : præsertim cum Melitius nullius hæreseos convictus, schisma tantum fecisse argueretur. Multi quoque inter Melitianos erant viri boni, et sanctitate vitæ conspicui. Cujusmodi fuit Paphnutius ille anachoreta, et Joannes episcopus, de quibus loquitur Epiphanius in hæresi Melitianorum. Denique pro bono pacis, ut vulgo dicitur, quo Ecclesiæ membra antea divulsa in unum coalescerent, patres Nicæni Melitianos in communionem receperunt. Atque hoc est illustrissimum exemplum dispensationis ecclesiasticæ. VALES.

9, 6. ψιλὸν δὲ τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι] Melitius, præter crimen supra memoratum, antiquam et ubique fere receptam episcoporum ordinandi consuetudinem violaverat. Quippe mos fuit, ut omnes provinciæ episcopi ad sedem vacantem convenientes, plebe præsentē successorem eligerent ac ordinarerent. Melitius vero, quemcunque locum aut regionem peragravit, ibi episcopos, presbyteros, et diaconos sua propria auctoritate instituerat ; ut scribit Epiphanius, Hæres. 68, et Theodoret. Hæret. Fab. lib. iv. cap. 7. Hæc ab eo inique facta cum Alexander episc. Alexandrinus synodo Nicæniæ significasset, auctor fuit, ni fallor, ut quartus ejusdem synodi canon conderetur ; quo nempe decernitur, ut, quodocunque episcopus ordinandus est, omnes provinciæ episcopi conveniant, vel saltem per literas suffragia ferant, et sic ordinationem simul peragant : quæ autem ab iis fiant, a metropolitano cujusque provinciæ confirmentur. *Guil. Beveregius Annot. in Canonem prædictum ; ubi hunc Socratis locum adducit.* READING.

9, 7. Τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντας] Non probō interpre- 28

tationem Christophorsoni, qui hæc verba accepit de presbyteris a Melitio ordinatis. Nam Melitius non presbyteros solum ac diaconos, sed episcopos quoque per Ægyptum ordinaverat, ut testatur Epiphanius. Immo vero longe plures ordinarat episcopos quam presbyteros, quemadmodum colligere est ex indiculo, quem Alexander post synodum Nicænam ab illo exegisse dicitur. In eo enim breviculo, octo et viginti recensentur episcopi partium Melitii: presbyteri vero quinque, et tres diaconi. Exstat hic indiculus apud Athanasium in Apologetico secundo adversus Arianos. Cum igitur Melitius tot ut dixi episcopos ordinaverit, si patres synodi Nicænæ nihil de episcopis ab illo ordinatis statuissent, imperfecta esset eorum sententia; qui de presbyteris quidem a Melitio constitutis quid agendum esset decrevissent, de episcopis vero tacuissent. Quare existimo hæc verba de utrisque accipienda esse, tam de episcopis, quam de presbyteris. VALES.

His consimilia statuerunt patres de Novatianis sive *Catharis*, Canone viii. hujus concilii: *Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαρῶς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε χειροθετούμενους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ ——— ἐνθα μὲν σὺν πάντες εἴτε ἐν κώμαις εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι εὐρίσκονται χειροτονηθέντες, οἱ εὐρίσκόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ, ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι· εἰ δὲ τοῦ, τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος, προσέρχονται τινες, πρόδηλον ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας ἔξει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπισκόπου· ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς λεγομένοις καθαρῶς ἐπίσκοπος, τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἔξει· πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκίμῃ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν· εἰ δὲ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσκει, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρεπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὄλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ᾧσιν.* READING.

Ib. *μυστικωτέρα χειροτονία βεβαιωθέντας*] Primo loco statuit synodus, ut episcopi et clerici, qui a Melitio ordinati fuerant, sanctiori consecratione firmentur, id est, manus impositionem ab Alexandrino episcopo accipiant. Nam cum præter consensum ipsius ordinati fuissent, vult synodus ut ante omnia ab episcopo Alexandrino ordinentur juxta antiquam consuetudinem, qua receptum erat ut omnes episcopi Ægyptiacæ diocesis, subjecti essent Alexandrino pontifici. In Melitio autem

synodus idem non exigit, quia scilicet Melitius ipse legitime ordinatus fuerat. VALES.

9, 7. 'Αλεξάνδρον προκεχειρισμένων] Melius scriberetur προκεχειροτονημένων, ut legitur apud Theodoritum in libro primo. Aliud enim significat προχειρίζεσθαι, ut postea dicemus. Porro Sozomenus in libro primo cap. 24. ubi hanc epistolam in compendium redigit, hæc verba de clericis accepit, non de episcopis. VALES.

Ib. τοὺς ἀρέσκοντας αὐτοῖς προχειρίζεσθαι] In annotationibus ad Eusebii librum tertium de Vita Constantini, jam pridem monui προχειρίζεσθαι idem esse, quod proponere nomina ordinandorum. Sic supra de Melitio statuit synodus, μήτε χειροθετεῖν, μήτε προχειρίζεσθαι. Nec aliter Nicetas in vita Ignatii patriarchæ Constantinopolitani, ubi ejus electionem commemorat. πολλῶν τοιγαροῦν εἰς προστασίαν τῆς ἐκκλησίας προχειριζομένων, καὶ ἄλλων δι' ἄλλας αἰτίας διαμαρτανόντων τοῦ σκοποῦ, &c. Id est, *Cum igitur multi ad præsulatum ecclesiæ nominarentur, et alii alias ob causas spe sua exciderent, &c.* Itaque quod sequitur ἢ ὑποβάλλειν ὀνόματα, nihil aliud erit quam ἐπεξηγήσις, seu explicatio verbi præcedentis. Atque ita sumpsit Sozomenus in dicto capite 24. Porro notandum est Melitium, utpote auctorem schismatis, durius tractatum esse quam Melitianos. Omnem enim episcopalem functionem ademerunt Melitio Nicæni patres, solum ei nomen episcopi relinquentes. Melitianis vero permiserunt ut ministerium suum obirent in ecclesia. Id est, ut diaconi in diaconorum ordine ministrarent, presbyteri vero offerrent et consecrarent, et baptismi solemnia celebrarent, itidemque episcopi. Solum illis ademerunt jus suffragiorum in electionibus; idque prudenti consilio ab iis factum est, ne Melitiani quosdam suarum partium homines ad ecclesiastica officia clanculo promoverent. VALES.

Nequeo consentire iis quæ dixit Valesius de sensu προχειρίζεσθαι. Canon decimus hujus ipsius concilii ita præcepit; "Ὅσοι προχειρίσθησαν τῶν παραπεπτωκότων κατὰ ἔγνωιαν, ἢ καὶ προειδόντων τῶν προχειρισσάμενων, τοῦτο οὐ προκρίνει τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ, γνωσθέντες γὰρ καθαιροῦνται. Cujus sensus est, *quicumque ordinati fuerint e lapsis, sive inscienter, sive scientibus iis qui ordinaverint &c.*; sensus vero nullus foret, si προχειρίζεσθαι nihil esset nisi *proponere nomen*. In prece ea faci-

enda super consecratione episcopi, ubi dicitur ὁ ἐξ αὐτῶν προχειρισάμενος ἄρχοντας καὶ ἱερεῖς, Constitut. Apostol. viii. 5, sensus est, *qui constituisti*; et, ἐπίσκοπον προχειριζόμενον, ibid. ii. 3, indicat *episcopum designatum*. Apud recentiores ecclesiasticos προχειρίζεσθαι est *promovere* vel ad sacros ordines, vel ad gradum ecclesiasticum, quemadmodum passim reperitur in Ritibus Græcis apud Goar Euchologium; ut, exempli gratia, in Ordinatione Presbyteri precatur episcopus, τοῦτον δὲ εὐδόκησας προχειρισθῆναι ὑπ' ἐμοῦ &c. p. 293. Ipse etiam Sanctus Spiritus dicitur προχειρίζεσθαι: cum in Consecratione Episcopi precatur patriarcha his verbis inter alia, ἡ θεία χάρις—προχειρίζεται τὸν δέινα—ἐπίσκοπον seqq. ibid. p. 302. Ut igitur recte vim vocum distinguamus, illud ὑποβάλλειν ὀνόματα videtur esse *nomina candidatorum proponere*, ἐπιλέγεσθαι ὀνόματα est vel idem facere, vel fortasse *accipere nomina*: tum sequebatur *electio*, quam canon 13 concil. Laodicen. apud Bevereg. Synodicum, vocat τὰς ἐκλογὰς ποιέισθαι, apud recentiores vero, qualis est Balsamon, *eligi* dicitur ψηφίζεσθαι. Proximum huic erat προχειρίζεσθαι, cujus propria significatio est, *electum episcopum designare*. Denique χειροθεεῖν est *manus imponere*, χειροτονεῖν absolute *ordinare*: juxta illud, ἐπισκόπος χειροθεεῖ, χειροτονεῖ. πρεσβύτερος χειροθεεῖ οὐ χειροτονεῖ, Constitut. Apostol. viii. 28. Nam presbyteris non competit absolute ordinare, neque ullo officio in ordinatione habenda fungi per se; sed cum episcopo licet eis manus imponere. Non recte igitur Valesius distinxit, cum ita scriberet ac si colligeret, προχειρίζεσθαι idcirco vertendum esse, *nomen proponere*, quia diversum erat a χειροθεεῖν: tanquam hoc esset *absolute ordinare*. Vid. in Vit. Const. iii. 62. Præterea in hoc ipso loco non desunt argumenta ad confirmandam veram interpretationem vocis προχειρίζεσθαι: nam si ea esset mere *proponere nomina ordinandorum*, hæc vox vix in textum irrepisset, in τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου προκεχειρισμένων, pro προκεχειροτονημένων. Tum autem, quoniam hæc sententia a concilio lata in Melitianos, prohibitio fuerit omnis officii episcopalis, sicut optime censet Valesius, manca certe fuisset et debilis, ne dicam futilis, si nihil ulterius statuisset quam ne nomina ordinandorum Melitiani proponerent.

9, 9. εἰ ἄξιοι φαίνονται, καὶ ὁ λαὸς αἰροῖτο] Hæc verba plane confirmant id quod supra dixi, non de solis presbyteris ac dia-

conis hic agi, verum etiam de episcopis qui a Melitio fuerant ordinati. Nam si de solis presbyteris in locum alterius presbyteri promovendis hic ageretur, cur tantam cautionem adhiberent Nicæni patres, cur tot ac tanta requirerent ad hoc, ut aliquis ex presbyteris Melitianorum in locum defuncti Ecclesiæ catholicæ presbyteri subrogaretur? Vetant enim diserte sanctissimi patres, ne quis ex Melitianis in locum atque honorem defuncti succedat, nisi hoc honore dignus esse videatur, nisi populus eum eligat, nisi ejus electio ab episcopo Alexandriæ confirmata sit. Quorsum tanta cautela ac diligentia in promotione presbyteri? Apparet omnino hæc verba ad episcopos potius pertinere. In quorum præcipue electionibus necessaria erant populi suffragia; et quorum electionem confirmari in super oportebat ab Alexandrino episcopo, quippe qui metropolitanus esset totius Ægypti: VALES.

9, 11. *κύριος καὶ κοινῶς τῶν γεγενημένων*] *Auctor et participes* 29 *eorum quæ gesta sunt.* Notandum est quantam auctoritatem synodus his verbis tribuat Alexandro, qui dignitate secundus post Hosium habitus fuisse videtur.

9, 12. *τοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιούντας*] Hoc partem tantummodo respicit quæstionis quæ facta est de Paschate, nempe eum modum servandi festum quo usi sunt Quartodecimani. Et profecto Socrates nullam aliam varietatem notavit initio capituli præcedentis. Athanasius quoque similiter scripsit, *οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Συρίας καὶ Κιλικίας καὶ Μεσοποταμίας ἐχώλεον περὶ τὴν ἑορτὴν, καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἐποιοῦν τὸ Πάσχα*, De Synod. Ar. et Sel. 5: unde crederet fortasse aliquis, nihil actum fuisse de hac re nisi ut tolleretur Quartodecimianorum consuetudo; quod factum esset si omnes Pascha agerent non quartodecimo die, sed proximo Dominico die post quartodecimium. Certum tamen est synodum alteri etiam quæstionis parti, de inveniendi scilicet anni tempore in quo caderet Pascha, medelam adhibuisse. Hunc in finem constituerunt computum decem et novem annorum, quem Græci enneadecaeterida, sive enneacaidecaeterida, vocabant, quo tempus plenilunii ejus quod æquinoctium proxime sequitur unoquoque anno definiri posset: sicut testatur Ambrosius in *Epist.* 23. Eum vero circulum, vel cyclum, non ipsi patres invenerunt, sed auctores fuerunt ut ejus ratio exinde semper

ab Ecclesia haberetur in computando Paschate. At cum Leo papa magnus scribat in Epist. 94 (121. al.), *Studuerunt itaque sancti patres occasionem erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino episcopo delegantes: quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia*, nescio an velit dicere, ab ipsa synodo Nicæna statutum quoque esse ut cura hujus computi faciendi ad Alexandrinam ecclesiam mandaretur. Quo autem modo ab Alexandrino episcopo ad ceteras promulgaretur ecclesias Festi tempus, videmus in tribus illis Theophili epistolis quas Latine reddidit Hieronymus, inter suas, 96, 98, 100. Conf. Petav. Animadv. in Epiphan. Hær. lxx.

9, 15. ἐδέξαντο τὸν αἰρεσιάρχην Μελίτιον] Immerito Socrates Melitium appellat hæresiarcham. Nam neque Nicæni patres, neque Athanasius in Apologetico secundo, neque Epiphanius, Melitium ullius hæreseos insimulant, sed schismatis duntaxat auctorem fuisse dicunt. Verum cum Melitiani Arianis tandem sese adjunxerint, quod quidem post synodum Nicænam, et post mortem ipsius Melitii factum esse supra monui, schisma suum in hæresim verterunt, sicut de Donatistis scribit Augustinus. Itaque hoc sensu Melitius hæresiarches dici potest. VALES. Plura de Melitianis vide infra, ad c. 23.

9, 16. Θάλειαν] Cantica conscripsit Arius (teste Philostorgio lib. II. cap. 2.) varii generis, nempe nautica, molendinaria, viatoria, aliaque ejusmodi, certis modulationibus aptata, ut imperitorum animos suavitate cantus ad impietatem suam sensim abduceret. Sed præ ceteris decantatissimus est liber ille, *Thalia* dictus, toties Athanasio citatus, ad morem Sotadis, turpissimi Cretensis iambographi, conscriptus; in quo de gravissimis summeque venerandis fidei mysteriis, levissimis, futillissimisque numeris disseruit. Excerpta quædam ex eo habentur apud Athanasium de synodi Nicæen. contra hæres. Arianam decretis, p. 413. [221.] Orat. 2. [i.] contra Arianos, p. 137, 140. [408.] de Synod. Arim. et Seleuc. p. 680. [728.] *Guil. Cave in Ario*. READING.

Ibid. σωραδῖος ἄσμασων] De *Thalia* Aarii, vide Athanasium in oratione 2. [i.] contra Arianos. Quam cum a synodo damnatam esse dicit Socrates, intelligendum est non ipsum carmen nominatim esse damnatum, sed doctrinam tantum

quæ illo carmine continebatur. VALES. *Sotadicis carminibus* ipse Athanasius Arii Thalam comparavit. Vid. Orat. i. Contr. Arian. 2 et 4, ubi etiam, in 5, sequitur excerptum de Thaliæ exordio, cujus initium est, Κατὰ πλοστὶν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, συνετῶν Θεοῦ seqq. Eandem similitudinem repetit Sozomenus, addens, *ita se audivisse*, nunquam enim librum istum vidisse, H. E. i. 21.

9, 17. Ἡ ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως] Neque hanc epistolam neque 30 eam quæ proxime sequitur dedit Eusebius in Vita Constantini. Utramque exhibet Gelasius, solus præter Socratem, Conc. Nic. ii. 37. Nicophorus hanc omittit, proxime vero sequentem habet viii. 25. Cassiodorus quoque posteriorem dedit Latine versam Hist. Trip. ii. 15.

9, 20. ἤλικα καὶ ὡς δεινὰ τὰ περὶ τοῦ μεγάλου Σωτήρος] Prorsus contraria hæc sunt illis quæ antea scripserat Constantinus ad Alexandrum episcopum Alexandriae, ὑμῶν γὰρ ἐν ἀλλήλοις ὑπὲρ μικρῶν καὶ λίαν ἐλαχίστων φιλονεικούντων seqq. supra, 7.

9, 26. μηνῶν ὅτι οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχε, γέγονεν ὁ ὄρος τῆς 31 πίστωσης] Ex his apparet Simonis Episcopii et asseclarum in patres Nicænos iniquitas, qui depingunt eos tanquam furore percitos, partiumque studio insano ac maleferiato abreptos, adeo ut symbolum potius præcipitatum, quam a compositis animis profectum videri debeat. En hic falsæ criminationis redargutio! **READING.**

9, 28. κατελάμπουτο δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ] In ea sententia fuit Socrates, ut crederet, concilio episcoporum vere universalis semper adesse Spiritus Sancti gratiam illuminatricem, quæ eos, utcumque rudes et imperitos (quod tamen Sabinus de patribus Nicænis falso affirmaverat) ab errore, saltem in necessariis fidei articulis, immunes custodiret. *Vide Cl. Bulli Defens. Fidei Nic. pag. 2. fol.* **READING.**

9, 30. Ἄλλη ἐπιστολὴ Κωνσταντίνου] Hæc Constantini Imperatoris epistola non suo loco hic refertur a Socrate. Collocanda potius erat post epistolam Constantini ad Ecclesias, quæ proxime sequitur in hoc capite. Primo enim loco referendæ sunt epistolæ quæ pertinent ad synodum Nicænam. Hæc vero proprie non pertinet ad synodum: nec ullam synodi continet mentionem. Porro ad hanc Constantini epistolam alludit Athanasius in epistola ad Solitarios, ubi de Constantio

hæc dicit: διὰ τὶ τοὺς Ἀρειανούς, οὓς ἐκείνος Πορφυριανούς ὠνόμασε, τούτους οὗτος εἰς ἐκκλησίαν εἰσαγαγεῖν σπουδάζει; [p. 375.] VALES.

9, 30. Πορφυριανούς μὲν καλεῖσθαι] Doctissimus Cudworthus, in Intellectuali Systemate, pag. 592. conjicit, nomen hoc ideo Arianis inditum, quod instar Porphyrii aliorumque e juniore Platoniorum schola, gradationes quasdam inter diversas S. Trinitatis hypostases excogitarant: quo pacto secundam et tertiam personam in creaturarum fere ordinem redigerent. Imo Plato ipse a Cyrillo Alex. redarguitur, lib. I. contra Julianum, quasi gradationibus suis viam Arianismo sterneret. *W. Lowth.* READING.

9, 32. Ἄλλη ἐπιστολή] Hæc epistola legitur quoque in Eusebii V. C. iii. 17. Theodoret. i. 10. Gelas. ii. 37. et Nicephor. viii. 25.

9, 34. ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ] “Hæc verba Constantini respexisse videtur Athanasius, cum in libro De Synodis Arimini et Seleuciæ p. 873. [p. 719. ed. Bened.] notat aliter locutos esse patres synodi Nicænae in expositione fidei, aliter in definiendo Paschæ die. Nam in hoc quidem negotio usi sunt verbo ἔδοξε, id est, *placuit*. In expositione autem fidei nequam dixere *placuit*, sed *ita credit sancta et universalis Ecclesia*. Certe verbum ἔδοξε quod refert Athanasius, non reperitur in epistola synodica, sed in hac tantum epistola Constantini: quam pro synodica habitam fuisse non immerito quis possit suspicari.” Valesius ad Euseb. V. C. iii. 18.

Nihil de servando Paschate continent viginti Canones concilii, neque epistola synodica ad ecclesiam Alexandrinam, præterquam quod annuntiatum sit in ea, omnes in uno modo servandi consensisse. Certum tamen est synodum regulam aliquam de hac re statuuisse, qua et Quartodecimanorum vel Judæorum ratio exploderetur, et tempus anni definiretur, sicut supra diximus. Verisimile igitur est scriptam quodammodo fuisse hanc regulam, ut variis ecclesiis publicaretur, saltem sequenda communicaretur, quamvis jamdudum e literis evanuerit. Epistola synodica ad Alexandrinos innuit, præter ea quæ recitata sunt in epistola, factos etiam a synodo fuisse canones et decreta, εἰ δέ τι ἄλλο ἐκανονίσθη ἢ ἐδογματίσθη, συμπαρόντος τοῦ κυρίου καὶ τιμωτάτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ

ἡμῶν Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς παρὼν ἀκριβέστερον ἀνοίσει πρὸς ὑμᾶς. Fieri igitur potest ut inter hæc quæ Alexander ecclesiæ suæ renuntiaret, fuerit etiam, præter viginti illos canones, quicquid in concilio præceptum esset de Paschate; quod ut ubique ab ecclesiis observaretur consultum est per hanc imperatoris epistolam vel edictum. Sozomenus non temere dicere videtur, *πανσαμένης δὲ τῆς ἐπὶ τῷ δόγματι ζητήσεως, ἔδοξε τῇ συνόδῳ καὶ τὴν πασχαλιαν ἑορτὴν ἀπαντας κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν καιρόν.* H. E. i. 21.

9, 36. Μηδὲν τοίνυν ἔστω ὑμῖν κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου] Regia hæc est sententia contra Judæos et morem Judaicum. Simile quoddam habetur in Constitut. Apostol. v. 17, lenius tamen, nempe, *μηκέτι δὲ παρατηρούμενοι μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν οὐδεμίαν γὰρ κοινωνίαν ἡμῖν ἔνν πρὸς αὐτούς* quod constat diu post synodum Nicænam in librum istum insertum esse. Nam Epiphanius refert Audianos solitos esse citare præceptum ex Apostolorum Constitutione (quam τὴν τῶν Ἀποστόλων διάταξιν appellat) cujus mens longe diversa fuit, *ὑμεῖς μὴ ψηφίζετε, ἀλλὰ ποιεῖτε ὅταν οἱ ἀδελφοὶ οἱ ἐκ περιτομῆς μετ' αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε*: Christiani vero οἱ ἐκ περιτομῆς, id est, *ex Hebræis*, eodem temporis calculo usi forent quo Judæi. Conf. Epiphanius. Hæres. lxx. 10. Cotelierium in Constitut. Apostol. et Usserium in Dissertat. de Ignat. Ep. ix. Fuit tamen Constantinus iu Judæos severior, sicut ex edictis ejus apparet.

9, 37. ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει δεύτερον τὸ Πάσχα] “ Cum Neomenia 33 Paschalis Judæorum a die quinto mensis Martii inciperet, et tertio Aprilis clauderetur, hinc fiebat aliquando ut eorum Pascha ante æquinoctium inciperet. Ita duplex Pascha eodem anno celebrabant, si annum intelligas Solarem ac Julianum, a verno scilicet æquinoctio hujus anni ad sequentis anni vernalis æquinoctium. Idem ait Ambrosius in Epistola [23.] ad episcopos Æmiliæ, ubi scribit Judæos interdum mense duodecimo Pascha celebrasse, id est, juxta Latinos vel Orientales. Neque enim Judæi mense illo qui apud ipsos erat duodecimus, Pascha unquam celebrabant, sed decima quarta die primi mensis. Porro hæc iteratio quam Judæis objicit Constantinus nequaquam magni momenti mihi quidem videtur. Idem enim retorquere poterant Judæi adversus Christianos; eos scilicet

uno eodemque anno bis Pascha celebrasse, si annum vertentem intelligamus. Ponamus enim hoc anno Pascha celebrari decimo Calendas Maias : sequente anno citius celebretur necesse est. Atque ita duplex Pascha intra unius anni vertentis curriculum apud Christianos occurrit. Quod tamen non eveniet, si annum numeraveris ab æquinoctiali cardine ad alterius anni vernum æquinoctium. Vide Epiphanium in Hæresi lxx., quæ est Audianorum, p. 824. et animadversiones D. Petavii. Cui junge caput 3 Ægidii Bucherii de Paschali Judæorum Cyclo." Valesius ad Euseb. V. C. iii. 18.

9, 41. καὶ αὐτὸς δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγγυνοίᾳ ἀρέσειν ὑπεσχόμεν] Videtur igitur hæc epistola revera intentata fuisse ab imperatore ad eas ecclesias quæ ritum Quartodecimanorum sequebantur, de quibus mox inquiremus.

9, 42. Ἀσιανὴν τε διοίκησιν καὶ Ποντικὴν καὶ Κιλικίαν] "Dioecesis fuit administratio multarum simul provinciarum, quæ in unum coactæ per præfectos prætorio et eorum vicarios regerantur. Ita sub præfectura prætoriana Orientis quinque erant dioeceses; Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia. Harum dioecesium una quæque plures provincias complectebatur. Orientis quidem dioecesis xv provincias continebat. Ægyptiaca vero vi. Asiana x. Pontica totidem, Thracia vi. Vide Boissonium de Verb. Significationibus in *Dioeceses*." Hæc Suicerus in v. Plura vide in Bingham Origin. Eccles. ix. 3. Cum autem Constantinus hic ecclesias dioecesis Asianæ et Ciliciæ numeret inter eas quæ cum occidentalibus et plerisque aliis conveniebant in celebrando Paschate, Eusebius vero tradat, *omnes Asiæ ecclesias una cum finitimis ecclesiis* a Victore damnatas esse propter errorem Quartodecimanorum, H. E. v. 24, credere possemus, fide hujus regiæ epistolæ, nonnullas earum regionum ecclesias post Victoris ævum (quod fuit fine sæculi secundi) morem suum mutasse. Verum refert Athanasius, De Synodis 5, et Epistol. ad Afros Episcopos 1, ecclesias Ciliciæ, Mesopotamiæ, et Syriæ servasse morem Quartodecimanorum quando habitum est Nicææ concilium. Sozomenus quoque dicit, prope finem sæculi quarti, H. E. vii. 18, veterem fuisse a patribus receptam consuetudinem per Phrygiam et Galatiam celebrandi Pascha eodem tempore quo Judæi agebant. Et Theodoretus initio sæculi quinti tradit,

Hæret. Fab. iii. 6, Quartodecimanos etiam tum superfuisse in paucis quibusdam locis Asiæ et Ponti. Alios item nonnullos ejusdem sectæ comperimus fuisse Philadelphix, qui errori suo renuntiabant in concilio Ephesino A. D. 431. Vid. Act. vi. Quibus perpensis, verisimile esse videtur etiam eo tempore quo hæc scripsit Constantinus, non omnino Quartodecimano- rum expertes fuisse tres eas regiones Asiaticas, quas ille refert unanimi consensu morem universæ Ecclesiæ secutas esse; sed sparsos fuisse hic illic per eas et homines et ecclesias qui festi tempus cum Judæis computabant. Hoc autem confir- matur si exordia ecclesiarum in his regionibus repetamus. Certum enim est Quartodecimano- rum morem ex Hebræis pro- fluxisse, sicut testatur vetus ille canon ab Audianis citatus, *ποιεῖτε ὅταν οἱ ἀδελφοὶ οἱ ἐκ περιτομῆς* seqq. Hebræi vero Chri- stiani plurimi fuisse videntur in illis tractibus: nam apostolus Petrus qui ad Hebræos, sicut etiam Johannes et Jacobus, missus est, (vid. S. Paul. ad Galat. ii. 9,) Epistolam suam in- scripsit ad dispersos Hebræos in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, et Bithynia. Pet. 1 Ep. i. 1: S. vero Johannes Apoca- lypsim suam ad ecclesias Asiæ. Itaque non mirum est si He- bræorum mos late receptus sit in his ecclesiis.

9, 44. *πᾶν γὰρ ὃ τι δ' ἂν ἐν τοῖς ἀγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρ- 34
οις]* "Notanda est hæc Constantini sententia de auctoritate judiciorum synodali- um. Cui similis est locus alter in epistola ejusdem Constantini ad episcopos post concilium Arelatense. *Dico enim, ut se veritas habet. Sacerdotum judicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens judicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud judicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti.*" Valesius ad Euseb. V. C. iii. 20. Vide Episto- lam Constantini in Gest. Purgat. Cæciliani p. 99. post Op- tati Opera ed. Paris. 1679. Habetur quoque in Mans. Col- lect. Conc. post Concilium Arelatense, et in Appendice ad Au- gustin. Oper. tom. ix. p. 24.

9, 45. *διάρτηεν ὀφέλιτε]* "Ex hoc loco aperte colligitur epistolam hanc Constantini scriptam esse ad episcopos qui synodo non interfuerant. Inscripta quidem est epistola ad Ecclesias. Verum ecclesiarum nomine antistites intelligendi sunt. In sacerdotibus enim Ecclesia constat, ut ait Honorius in appendice codicis Theodosiani." Valesius ad Euseb. V. C.

iii. 20. Conf. de hac epistola Gelasium, p. 197. ed. Balfour, qui ait, τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῆς συνόδου ἀπέστειλε: et Sozomenum, i. 25, δῆλα δὲ ποιῶν καὶ τοῖς μὴ παροῦσι, seqq. Ad quas præcipue scripta sit ecclesias modo diximus, nempe ad illas in quibus de agendo Paschate erratum fuerit. De eo vero quod hic dicat Constantinus, *velle se eas visere, et una cum iis festum agere*, notandum est imperatorem jam ad Orientem, ubi Quartodecimanorum mos invaluerat, proficiscentem revocatum esse propter Ecclesiæ dissidia, quæ concilium habendum exposcebant; sicut ipse de se conquestus est in epistola ea quam Socrates dedit supra, 7.

9, 46. Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς Εὐσέβιον] Hæc Epistola Constantini ad Eusebium, aliæque item duæ quæ sequuntur, prorsus alieno loco hic positæ sunt. Nam nec ad synodum Nicænam ullatenus pertinent, nec de Ario aut de Arianis loquuntur. Quinimo prior hæc Constantini ad Eusebium epistola, scripta est ante concilium Nicænum, ut aperte indicat Eusebius ipse in libro secundo de vita Constantini cap. 46. VALES.

Eodem tamen loco refert hanc epistolam Theodoretus H. E. i. 15. Huc conferri potest etiam alia epistola similis fere tenoris data ad Cæcilianum episcopum Carthaginis paulo post A. D. 315, quantum conjicere liceat, quæ extat in Euseb. H. E. x. 6. Contra autem Nicephorus hanc nostram, cum proxime sequenti epistola, subjicit historiæ concilii, viii. 27.

9, 49. αἰτήσεις δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ διὰ σοῦ οἱ λοιποὶ] Hæc verba 35 satis bene tuentur sententiam eam quam protulit Strothius ab Heinichen citatus, scilicet, hujusmodi epistolas minime ad omnes episcopos viritim missas esse, sed tantum ad metropolitanos vel primates episcopos: qualis in Palæstina fuit Eusebius episcopus Cæsareæ. Vid. Heinichen ad Vit. Const. ii. 46. Eodem convenit quod mox sequitur; missas esse has epistolas πρὸς τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους, hoc est, *per singulas præfecturas*: nam in una præfectura plures esse poterant episcopi sub uno metropolitano.

Ib. τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως] Id est, ab officio præfecturæ prætorianæ. Hi officiales uno verbo ἐπαρχικοὶ dicebantur. Ita enim Chrysostomus appellat in epist. xiv. [p. 599.] ad Olympiadem, et in epist. cxii. et ccv. [p. 714.] Latini quoque uno verbo præfectianos eos appellant. Sic Ammianus Marcellinus in lib. xvii. p. 90.

Denique inusitato exemplo, id petendo Cæsar impetraverat a præfecto, ut secundæ Belgicæ multiformibus malis oppressa dispositio sibi committeretur: ea videlicet lege, ut nec præfectianus, nec præsidialis apparitor ad solvendum quemquam urgeret. Vide quæ notavi ad librum secundum Eusebii de vita Constantini, [ii. 46.] VALES.

9, 51. Κατὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν] Hanc epistolam retulit Eusebius in V. C. iv. 36: scriptam vero esse aliquamdiu post concilium Nicænum testatur cum locus in quo positus est ab Eusebio, tum mentio Constantinopolis urbis quæ facta est in ejus initio: nam Constantinopolis dedicata est A. D. 330. Vide Clinton. Fast. Rom. Habetur quoque epistola in Theodoret. H. E. i. 16. et Latine in Cassiod. Hist. Trip. ii. 17. Nicephorus recte eam posuit post finitam historiam concilii, viii. 27.

9, 53. τῆ τῆς ἐκκλησίας λόγῳ] *Ecclesiæ* vertit Valesius. *Ecclesiis* Epiphanius in Cassiodor. Vid. annott. in marg.

Ib. διοικήσεως καθολικῶν] Hunc locum exposui in Annotationibus ad librum quartum de Vita Constantini. De καθολικοῖς vero, seu rationalibus multa dixi, partem in commentariis ad Ammianum Marcellinum, partim in notis ad excerpta Dionis Cocceiani, partim etiam in annotationibus ad Historiam Ecclesiasticam Eusebii. VALES.

Annotationes vero quas respicit hæc sunt: "Hoc loco διοικήσεως diocesim Orientis significat. Sic autem veteres Romani vocabant certum numerum provinciarum, quæ simul collectæ parebant vicario præfecturæ prætorianæ. Nam præfectus quidem prætorio sub dispositione sua plures habebat dioceses: vicarii autem singulas. Porro hæc vox eo sensu usurpata est circa tempora Constantini, ut discimus tum ex ejusdem epistolis supra relatis, tum ex legibus aliquot codicis Theodosiani:" ad V. C. iv. 36.

9, 55. Ἄλλη ἐπιστολὴ πρὸς Μακάριον] Extat in Euseb. V. C. 36 iii. 30. Theodoret. H. E. i. 17. Niceph. viii. 28.

9, 56. τοῦ κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ] "Hostem publicum Constantinus hic appellat Licinium, post cujus exitium ait sacrum Domini sepulchrum quod ante latuerat, in lucem et conspectum hominum produisse. Occisus est Licinius anno Christi 326. ut scribitur in Fastis Idatii. Eodemque anno cum He-

lena Hierosolymam advenisset, sepulchrum Domini repertum est. Posset etiam publici hostis nomine dæmon hic intelligi, nisi quæ sequuntur verba repugnarent. Neque enim diabolus tunc demum victus atque oppressus est, cum sepulchrum Domini egestis ruderibus detectum est. Adde quod ἀναλρεσις, id est, cædes, melius de Licinio dicitur quam de diabolo." Valesius ad Euseb. V. C. iii. 30. Rectius vero computat Clintonus occisum esse Licinium A. D. 324. Vid. Fast. Rom. in anno. Heinichen ait: "Epistola ad Macarium scripta est probabiliter anno cccxxv vel cccxxvi: vid. Holzhausen de fontibus quibus Socrates, Sozom. ac Theod. usi sunt, p. 49." ad V. C. l. c.

9, 61. Δρακιλλιανῶ τῷ διέποντι τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων τὰ μέρη] "Extant duæ Constantini leges in codice Theodosiano, altera in titulo de Usuris, altera de Hæreticis, ad hunc Draconianum scriptæ. Prior hanc habet inscriptionem: *Imp. Constantinus Aug. ad Draconianum agentem vices præfectorum præt.* Proposita autem est Cæsareæ in Palæstina 15 Kal. Maias Paulino et Juliano Coss. [A. D. 325.] Secunda vero proposita dicitur Kal. Septemb. Generasto, Constantino Aug. vii. et Constantio Cæsare Coss. Id est, anno Christi 326. Quo etiam anno Constantinus hanc epistolam scripsit ad Macarium episcopum Hierosolymorum." Valesius ad Euseb. V. C. iii. 31.

9, 62. συνόψεως] "Hoc loco σύνοψις formam significat ac delineationem futuri operis. Quo sensu sumitur etiam in epistola Himerii rationalis Alexandriæ ad præfectum Mareotæ, quam refert Athanasius in Apologia, p. 803. [Apolog. c. Arian. 85 p. 201. ed. Bened.] Postquam enim dixit Augustum et Cæsares permisisse Ischyrae ut ecclesiam in pago suo ædificaret, mandat præposito pagi illius ut formam futuri operis quamprimum delineet et ad officium suum mittat, φρόντισον τοῖνυν ἐν τάχει τὴν σύνοψιν ποιησάμενος εἰς τὴν τάξιν ἀνευεγχεῖν." Valesius ad Euseb. V. C. iii. 31.

9, 63. Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν] "Basilicarum cameræ duobus fere modis disponebantur. Aut enim lucunaribus ornabantur, aut opere musivo depingebantur. De lacunaribus testis est Constantini locus. De opere musivo Procopius in libro i., de fabricis Justiniani, ubi sanctæ Sophiæ templum describit. [i. c. 1. et planius quidem ibid. c. 10, ubi cameram

palatii describit]. Jam lacunaria duobus modis exornari solebant. Aut enim deaurabantur; aut pingebantur, quod primus instituit Pausias, de quo Plinius in lib. xxxv. c. 11. ita scribit: *idem et lacunaria primus pingere instituit: nec cameræ ante eum taliter adornari mos fuit*, [c. 40. ed. Franzii]. Isidorus in lib. xix. Originum, *Laquearia*, inquit, *sunt quæ cameram subtegunt et ornant: quæ et lacunaria dicuntur: quod lacus quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gypso vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus*. [Principaliter autem lacus dicitur, ut Lucilius: *Resultant cædes lacusque. Cujus diminutio lacunar facit, ut Horatius: Neque aureum mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarium, et per antistichon laquearium*. Isidor. Etymol. xix. 12.] Quem Isidori locum immerito reprehendit Salmasius in Notis ad Flavium Vopiscum pagina 393, ubi negat lacunaria cameris unquam supposita fuisse. Atqui Plinius idem diserte affirmat, et Constantinus in hac epistola. Vetus auctor quæstionum Veteris et Novi Testamenti, in Quæst. 106, [Append. ad Augustin. Oper. tom. iii. col. 102.] *Sicut enim ad ornamentum domus pertinet, si camera ejus habeat auro distincta laquearia,*” seqq. Valesius ad Eus. V. C. iii. 32.

9, 64. προσέθηκε] Scribendum omnino est *προέθηκε*, id est, proposuit. Solebant enim imperatores Romani epistolas suas, quas ad civitates scribebant, publice legendas proponere. Itaque ad calcem epistolæ addebant, Proponatur: ut in Eusebianis annotationibus observavi. Sic igitur Constantinus cum multas epistolas conscripsisset adversus Arium et ejus sectatores, eas publice in foro proponi voluit. Talis est epistola imp. Constantini ad Arium et Arianos, quam refert Gelasius Cyzicenus in libro iii. de Gestis Synodi Nicænæ [p. 216]: Cujus epistolæ meminit etiam Epiphanius in hæresi Arianorum [lxix. 9]. Scripta est autem a Constantino post synodum Nicænam, et continet pœnam adversus eos qui a prava Arii opinione recedere noluerint. Jubet enim imperator in fine illius epistolæ, ut decem capitum adjectione mulctentur, si plebei fuerint. Id est, ut præter tributariam functionem et capitationem suam, pro decem insuper capitibus tributum pendant. Qui vero curialis essent originis, curiæ traderentur, et publicis decurionum functionibus obnoxii essent. Hæc igitur epistola

fuit instar edicti, ac proinde publice legi ac proponi debuit. VALES.

9, 64. *διακωμωδῶν*] Vide Epistolam Constantini ad Arium et Arianos, apud Baronium ad ann. 319. n. 7 [modo citatam]. *W. Lowth. READING.*

9, 65. *καὶ Νικομηδεῦσι*] Hujus Epistolæ Constantini ad Nicomedienses pars maxima erat apud Theodorum Historiæ Ecclesiasticæ, lib. i. c. 20. Integra autem, sed Latine, extat apud Baronium ad annum Christi 329, sicut eam Justinianus imperator misit Vigilio papæ. VALES. Exhibetur quoque ea epistola integra a Gelasio prope finem tertiæ partis Hist. Conc. Nic. p. 217. ed. Balfour.

Ib. *Τοῖς αὐτοῦ πράγμασι ἐπεβούλευσε*] Certe quidem in ea epistola Constantinus Eusebium carpit, ideo quia tyrannicam gerens mentem, ipsius tyranni (scilicet Licinii) partibus favisse videretur: aliam vero causam esse dicit cur in exilium actus sit, nempe quia hæreticos quosdam Alexandrinenses, quos Constantinus ad Nicomediam (sicut videtur) ablegaverat, hic et Theognius ad se recepissent et fovissent: quo iratus Constantinus utrumque exulare jussit, et alios in eorum locos instituit episcopos. Scriptam fuisse aliquamdiu post concilium hanc epistolam constat præsertim ex eo loco, in quo imperator ipsum concilium in memoriam Nicomediensium revocat, ac si res diu acta foret, *μémentαι ἢ ὑμετέρα ἀνεξικακία ἐπὶ τῆς Νικαίων πόλεως γεγενῆσθαι σύνοδον.* Unde jure collegit Valesius, ad Theodoret. i. 20, falsum esse Philostorgium, cum diceret Eusebium et Theognium in exilium esse actos tertio mense post habitum concilium.

Cap. 10. Conf. Sozom. i. 22. Cassiod. ii. 13. Niceph. viii. 20.

10, 1. *κέκληκε πρὸς τὴν σύνοδον καὶ Ἀέσιον*] Idem refert Sozomenus in lib. i. c. 22. ita tamen ut satis appareat, eum a Socrate hanc historiam accepisse. Etenim Socrates quidem totam historiam longe uberius et elegantius refert. Et postquam eam retulit, ait se illam accepisse ab homine fide digno qui synodi Nicænae temporibus vixisset. Sozomenus vero narrationem hanc sic orditur, *λέγεται δὲ τὸν βασιλέα.* Nec eam ullius testimonio confirmat. Adde quod Sozomenus ipsa quoque Socratis verba quodammodo suffuratur, immutans aliquantulum atque interpolans, ut solent plagiarii. Hæc ta-

men narratio parum probabilis mihi videtur, multis de causis. Primum quia nullius veteris scriptoris testimonio nititur. Deinde nec Socrates, nec Sozomenus dicunt, cujusnam urbis episcopus fuerit Acesius. Quod tamen ad fidem faciendam erat necessarium. Præterea nequaquam verisimile est, hæreticorum episcopum ad synodum ecclesiasticam accitum fuisse a Constantino. Nam si ad restituendam ecclesiæ concordiam Constantinus Acesium evocavit, eadem ratione aliarum quoque hæreseon episcopos ad Nicænum concilium evocasset. Denique quod ait Socrates, se ab homine admodum provectæ ætatis id accepisse, qui synodo interfuisset, incredibile prorsus mihi videtur. Fuit hic Auxano, Novatianorum presbyter, qui una cum Acesio huic synodo interfuit, et usque ad imperium Theodosii junioris vixit, ut ait Socrates, c. 13. A synodo autem Nicæna ad initium imperii Theodosii, anni sunt octoginta tres. Quibus si viginti annos addideris, quos natum fuisse oportet Auxanonem tunc cum synodo interesset, centenario major Auxano fuerit necesse est quando istud Socrati narravit. Æstimet igitur lector, quanti faciendum sit testimonium hominis decrepiti et hæretici. VALES. Socratem tamen sequitur Nicephorus H. E. viii. 20, et Cassiodorus in H. T. ii. 13.

10, 2. καὶ τῷ ἡρισμῷ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς] Hoc de Paschate ³⁸ decretum distincte a canonibus Nicænis recenset Epiphanius, hæres. lxi. num. 10. et recte quidem: neque enim in canonibus occurrit; quod nonnulli eo detorquere conantur, ut exinde probarent plures quam viginti canones a Nicænis patribus constitutos esse; non animadvertentes consensum etiam patrum istorum de fide in canones non referri; neque sane necesse erat ut canon de utrovis institueretur. Cum enim eo ipso nomine convocati fuerint, ut fidem de Filii divinitate exponerent, et controversiam de Paschate tunc temporis exortam determinarent, quid de istis negotiis factum est, in epistola synodica (*superiori capite memorata*) potius quam in canonibus promulgandum erat. *Guil. Beveregius Annot. in Can. i. Antioch.* p. 188. Canon autem apostolicus, ad quem respicit Acesius, est vii. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἑαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρεῖσθω. READING.

10, 3. καλοῦσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ] Johan. 1. Ep. v. 16, 17.

Cap. 11. Conf. Sozomen. i. 23. Rufin. x. 4. Cassiod. H. T. ii. 14. Niceph. viii. 19.

11, 3. νόμον νεαρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσφέρειν] Vetus quippe lex hæc erat; τὴν βοηθὸν ἱερεὺς ἐκβάλλων, ἀποβαλλέσθω μὴ εἰσάγων δὲ, καθαιρεῖσθω, Apost. Canon. vi. Idem et sextæ synodi in Trullo canones xii. et xiii. constituunt. **READING.** Verba citata non sunt Canonis Apost. vi, sed Epitomæ Can. Apost. v, quæ præ se fert nomen Alexii Aristeni. Vid. Bevereg. Synod. tom. i. p. 4, et Prolegom. p. xvii.

Ib. καὶ διακόνους] In codice Florentino additur καὶ ὑπο- 39
διακόνους. Atque ita quoque habet Sozomenus in lib. i. c. 23. ubi hanc historiam refert de Paphnutio. Ex quo etiam apparet id quod supra dixi, Sozomenum sua mutuatum esse a Socrate. Is enim qui adjicit alterius narrationi, satis indicat se posteriorem scripsisse. Ceterum tota hæc narratio de Paphnutio et de celibatu clericorum, prorsus suspecta mihi videtur. Nam nec Rufinus ex quo priora de Paphnutio hausit Socrates, ullam hujus rei mentionem facit. Nec Paphnutius ullus memoratur inter episcopos Ægypti qui Nicæno concilio interfuerunt. De celibatu autem episcoporum, presbyterorum ac diaconorum, extat decretum Siricii PP. c. 16. Item Leonis PP. c. 17. **VALES.** *Subdiaconi* habet quoque Cassiodorus.

Canon Apostol. xxvi. Τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους. In quem canonem hæc habet Balsamon: Πρὸ τῆς χειροτονίας πᾶσι ἐφέιται συνάπτεσθαι γυναίξι, καὶ οὕτω χειροτονείσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, διακόνους καὶ ὑποδιακόνους· μετὰ δὲ τὴν χειροτονίαν, μόνοις ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις ἐνεδόθη γαμεῖν. Canone etiam i. synodi Neocæsareanæ statutum est, *Presbyterum, si uxorem duxerit, ordine suo esse movendum.* De conjugio sacerdotum vid. Pearson. in Tract. de annis priorum Romæ episcoporum, p. 186, &c. sub his titulis: *Nihil imminutus sacerdotii honor legitimo matrimonio. Quis eunuchus propter regnum cælorum.* Commoda autem et incommoda istiusmodi conjugii vid. apud Gilbertum episcopum Sarisburiensem Expositione Articuli xxxii. Ecclesiæ Anglicanæ. **READING.**

11, 4. διαναστὰς ἐν μέσφ τοῦ συλλόγου τῶν ἐπισκόπων ὁ Παφνούτιος] Narratio hæc de Paphnutio suspecta est Valesio; verum hujusce suspicionis nullum idoneum argumentum affert

vir doctus. E contra, sententia ista Paphnutii postea lege imperiali confirmata est, quæ exstat lib. xvi. Cod. Theodos. [Tit. ii.] leg. 44. de Episcopis et Presbyteris. Itaque non minus candidè quam vere hæc de re pronuntiavit doctiss. Du Pin, scilicet, hujus historię fidem non alia de causa in dubium fuisse vocatam, quam quod receptæ ecclesiæ Romanæ disciplinæ contradicat. *W. Lowth.* **READING.**

Cap. 12. Conf. Sozomen. i. 11. Rufin. x. 5. Niceph. viii. 42.

12, 1. *Περὶ δὲ Σπυριδωνος*] De Spyridone plura vide apud Sozomenum, lib. i. c. 11. **READING.**

Conf. etiam Rufinum, qui ait se auctores habere eos qui Spyridonem viderant, H. E. x. 5. Unusquisque igitur horum trium scriptorum seorsum aliquid de Spyridone collegerat.

Cap. 13. Conf. Sozomen. i. 14. Niceph. viii. 41.

13, 1. *περὶ Εδρυχίανου*] Breviter hæc ex Socrate compilavit Sozomenus l. c.

13, 4. *οικέλους καλεῖ ὁ βασιλεὺς*] Domesticos protectores intelligit, de quibus scripsi in annotationibus ad lib. xiv. [7, 9. et 10, 2.] Amm. Marcellini. **VALES.**

13, 11. *ἀ κανόνας ὀνομάζειν εἰώθασιν*] Scilicet viginti canones; qui legi possunt in quavis conciliorum vel canonum collectione, et in Routh. Scriptor. Ecclesiastic. Opuseul. v. 1. Obiter vero notandum est, non novam Socratis ævo fuisse hanc vocem *κανών*, de regula ecclesiastica: siquidem ea usus est Eusebius in iis quæ narrat de Origine, in H. E. vi. 2, et Dionysius Alexandrinus, ibid. vii. 7. Plura vide in Suicer. Thesaur.

13, 12. *Ὅσιος ἐπίσκοπος Κουδρούβης*] Hunc locum supplēvi ex codice Florentino et Sfortiano. Nam in vulgatis quidem editionibus, post hæc verba legebatur, *Βιτών καὶ Βικεντίως*. Verum optimi illi codices integrum nobis locum exhibuerunt hoc modo, *Ὅσιος ἐπίσκοπος Κουδρούβης Ἰσπανίας οὕτως πιστεύω ὡς προεγγράπται Ῥώμης Βιτών*. Est hæc series episcoporum qui concilio Nicæno subscripserant, quam Socrates descripsit ex libro synodico Athanasii, ut ipse infra testatur. Et in Græcis quidem canonum collectionibus hæc series desideratur, nec habetur in versione Dionysii Exigui. In vetustissima tamen collectione quæ nuper Parisiis edita est, et quæ ante versionem Dionysii olim utebatur occidentalis ecclesia;

necnon in collectione Isidori, hæc series habetur iisdem fere verbis. In vetustissima quidem illa collectione sic legitur: *Et subscripserunt. Osius episcopus civitatis Cordubensis, provinciæ Spaniæ dixit: Ita credo sicut superius scriptum est. Victor et Vincentius presbyteri urbis Romæ. Alexander Alexandriæ magnæ. Arphocraton, seqq.* Atque ita fere collectio Isidori. Verum in synodico Athanasii post Alexandrum episcopum Alexandriæ collocatus erat Eustathius episcopus Antiochiæ, et Macarius Hierosolymorum; ita ut quatuor primarum sedium episcopi priore loco subscripserint. Nam Hosius una cum Vitone et Vincentio presbyteris, pro Silvestro episcopo urbis Romæ videtur subscripsisse. Alia enim causa afferri non potest, cur Hosius inter episcopos qui concilio Nicæno subscripserunt, primo loco positus sit, nisi illa quam dixi. Quippe illud concilium maxima parte ex orientalibus constabat episcopis. VALES.

Subscriptiones episcoporum quæ feruntur vide in Mans. Concilior. Coll. tom. ii. a col. 692. Alia quædam habet Gelasius parum fide digna in Hist. Conc. Nic. ii. 28.

13, 12. Βίτων] Hujus Vitonis presbyteri meminit Athanasius in Apologetico adversus Arianos [20]; et synodum Romanam quinquaginta episcoporum, a quibus ipse susceptus est in communionem, in ejus ecclesia collectam fuisse testatur; λοιπὸν οὖν συνελθόντες ἐπίσκοποι πλέον πεντήκοντα, ἐνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος συνήγευ, seqq. Id est, *Tandem vero cum convenissent episcopi plures quam quinquaginta, in ecclesia in qua Vito populum colligebat, seqq.* VALES.

Ibid. Ἀρποκρατίων Κύνων] In Latinis canonum collectionibus, Harpocraton Naucratis episcopus dicitur, eique proxime subjungitur Adamantius Cynopolites, sive Cynensis, ut scribitur in vetustissima collectione illa cujus supra mentionem feci. VALES.

At in subscriptionibus editis ab Harduino e codice Collegii 42 Paris. Soc. Jesu, apud Mans. Conc. ii. col. 697, nomina alio modo leguntur, scilicet, (post Alexandrum) *Tyrannus Antinoi, Pelusianus Lyci, Arpocraton Alfusianorum, Adamantius Cini.* Quæ omnia Socratem auctorem non habent, neque Athanasii Synodicon quod ille citat; nam videtur ille nomina patriarcharum Antiochiæ et Hierosolymorum e catalogo exscripta

prima posuisse honoris causa, tum vero primum ceterorum omnium post Alexandrum legisse nomen Harpoerationis.

13, 12. ἐν τῷ συνοδικῷ Ἀθανασίου] Hic liber Athanasii hodie non extat, quod equidem sciam. Ceterum probabile est, nomina episcoporum qui Nicæno concilio subscripserunt, ex eo libro translata esse. VALES.

13, 13. ὡς ἐν παρασημειώσεσιν εὔρομεν] Hanc vocem non intellexerunt interpretes: παρασημείωσις est notatio temporis, actis publicis præfigi solita, ut jam pridem monui ad Hist. Eccles. Euseb. i. 9. Sane in Græca collectione canonum quam primus edidit Joannes Tilius, temporis nota præfigitur hujusmodi: κανόνες τῶν τῆ ἀγίων πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, ἐν ὑπατερίᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων ἔτους χλς ἀπὸ Ἀλεξάνδρου ἐν μηνὶ Δεσίῳ ἑννεακαιδεκάτῃ, πρὸ δεκατριῶν καλάνδων Ἰουλίω. VALES.

Ib. τῇ εἰκάδι τοῦ Μαίου μηνός] Aliter in collectione Græca quam edidit Tilius. Convenisse enim dicitur synodus die 19, mensis Desii, quem Romani Junium vocant, die 13. Kalendas Julias. Idque confirmat auctor Chronici Alexandrini, et Chalcedonense concilium, et collectio Latina quam Baronius Cresconianam vocat. Sane in annotationibus Eusebianis pag. 224, [ad V. C. iii. 15.] certissimis argumentis demonstrasse mihi videor, hanc posteriorem scripturam veriore esse quam illam Socratis. Quod si conjecturæ locus est, videtur Socrates usus esse vitioso codice, in quo scriptum erat πρὸ δεκατριῶν καλάνδων Ἰουλίω pro Ἰουλίω. Porro sciendum est, Nicænos, sicut et reliquos Asiaticos, usos esse anno ac mensibus Macedonicis. VALES.

Communis, et omnium receptissima est opinio, celebratum fuisse concilium Nicænum anno Constantini 20, Christi 325. De die autem inter scriptores non convenit. Socrates enim iniisse asserit τῇ εἰκάδι τοῦ Μαίου μηνός, id est, *vicesima die mensis Maii*, sive 13 Kal. Jun. (non 11, ut Valesius et Christophorsonus interpretantur.) At Chronicon Alexandrinum, titulus canonum, et concilium Chalcedonense synodi hujus initium collocant in 19 die mensis Macedonici Desii, qui respondet 13 Kal. Julias, sive decimo nono die Junii in anno Juliano. *Beveregius Annot. in Can. Concil. Nic. initia.*
READING.

Consedit concilium a die 19 mensis Junii A. D. 325, et (sicut tradunt nonnulli) continuatum est usque ad diem 25 mensis Augusti. Quicquid de tempore statuendum est vide in Clinton. *Fast. Roman.* in anno.

13, 13. *Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνοιο βασιλείας]* Post hæc verba codex Leonis Allatii hoc addit, ἀπὸ δὲ τῆς Κωνσταντινοῦ βασιλείας ἔννεκαδέκατον ἔτος ἦν quæ sunt verissima. Paulino enim et Juliano Coss. qui est annus, Christi 325, mense Maio quo juxta Socratis sententiam Nicæna synodus congregata est, nonus decimus agebatur annus imperii Constantini. Vicesimus vero incepit eodem anno sub finem mensis Julii. VALES.

Animadvertendum est Socratem hic periodum computare ab anno ante Christum natum 312, qui vulgo dicitur Era Seleucidarum.

Cap. 14. *Conf. Sozomen. ii. 16. Cassiod. H. T. ii. 17. Niceph. viii. 43.*

14, 1. *Εὐσέβιος δὲ καὶ Θεόγνις]* Nullum hic ordinem servavit Socrates. Revocatos enim esse dicit ab exsilio Eusebium ac Theognium, prius pene quam in exsiliu missos esse dixerit. Rectius itaque Sozomenus, qui hac in parte Socratis narrationem correxit. Nam in libro primo Historiæ capite 21, refert Eusebium ac Theognium paulopost synodum missos esse in exsiliu ab imperatore Constantino, et in eorum locum alios episcopos suffectos esse. Deinde in libro secundo capite 16. narrat, qualiter ab exsilio revocati sint. Ex quo, ut obiter moneam, colligitur Sozomenum post Socratem Historiam suam conscripsisse, cum narrationem Socratis plerisque in locis emendet ac corrigat. Porro Eusebius ac Theognius tribus post synodum Nicænam elapsis mensibus, missi sunt in exsiliu, ut testatur Philostorgius. Anno autem tertio post eandem synodum ab exsilio reversi sunt, ut scribit idem Philostorgius, id est anno Christi 328. Quæ cum historia rerum eo tempore gestarum optime conveniunt. Omnes enim historici consentiunt, Eusebium cum ab exsilio rediisset, consiliu cepisse de confirmanda Arii opinione, et de exturbandis Nicænæ fidei assertoribus. Primumque ejus impetum fuisse adversus Eustathium Antiochensem episcopum, quem confectis calumniis deturbavit anno Christi 329, aut certe 330, ut notavi ad librum tertium Eusebii de vita Constantini. Male

igitur Baronius Eusebii Nicomediensis reditum consignat anno Christi 330. VALES.

At vero supra, ad 9, 65, diximus verisimile esse Eusebium et Theognium paulo serius in exilium actos esse quam narrat Philostorgius: quod tamen historię seriem hic non emendat.

14, 1. βιβλίον μετανοίας τοῖς κορυφαίοις τῶν ἐπισκόπων ἀποστέλαντες] Baronius ad annum Christi 325 Socratem ac Sozomenum reprehendit, qui dixerint Eusebium ac Theognium paulo post synodum Nicænam missos esse in exilium: deinde aliquot post annis misso satisfactionis libello ad nobiliores episcopos, ab exsilio esse revocatos. At Baronius contendit hunc libellum ab Eusebio oblatum esse episcopis in synodo Nicæna. Primum enim regulam fidei ait scriptam fuisse, cui Eusebius Nicomediensis cum aliis quatuor episcopis subscribere recusavit. Eundem tamen postea oblato satisfactionis libello, iis quę decreta fuerant subscripsisse. Posthęc vero cum synodus Arium anathemate damnasset, Eusebium ac Theognium huic anathematismo noluisse subscribere: eamque ob causam damnatos ac depositos esse a synodo, et Amphionem ac Chrestum in eorum locum subrogatos. Constantinum tamen imperatorem intercessisse, ne sententia executioni mandaretur, egisseque ut Eusebius ac Theognius oblato pœnitentię libello susciperentur a synodo. Sed primum in eo peccat Baronius, quod duos libellos ab Eusebio oblatos esse dicit. Nam de priore illo libello nemo unquam mentionem fecit. Deinde quod ait de depositione ac damnatione Eusebii atque Theognii facta in concilio Nicæno, ejus rei nullum auctorem citat. Certe Constantinus in epistola ad Nicomedienses, id tunc factum esse non dicit, sed tantum ait Eusebium metuisse ne id fieret. Denique quod ait libellum pœnitentię ab Eusebio oblatum esse in synodo Nicæna, id ex ipso libello manifeste refellitur. Oblatus est enim hic libellus ab Eusebio cum esset in exsilio, ut testatur his verbis, καὶ διὰ τοῦτου τοῦ γράμματος πληροφοροῦμεν τὴν συγκατάθεσιν, οὐ τὴν ἐξορίαν βαρέως φέροντες, ἀλλὰ τὴν, seqq. Præterea missus est hic libellus cum jam Arius ab exsilio esset revocatus. Id enim testantur hæc verba, ἄτοπον δὲ, τοῦ δοκοῦντος εἶναι ὑπευθύνου ἀνακεκλημένον καὶ ἀπολογησάμενον, seqq. Porro Arius satis diu post synodum Nicænam a Constantino revocatus est. VALES.

14, 2. Ἡδὴ μὲν οὖν καταψηφισθέντες, &c.] Cum Eusebius ac 43 Theognius in exordio hujus epistolæ dicant se damnatos ab episcopis, quæri merito potest, ubi et quando fuerint condemnati. Baronius quidem eos in synodo Nicæna damnatos esse dicit atque depositos. Sed contra est auctoritas Beati Hieronymi, qui in dialogo adversus Luciferianos [19, 20,] diserte testatur Eusebium ac Theognium cum aliis episcopis Arianæ factionis a synodo Nicæna susceptos fuisse. Idque probat tum ex testimonio eorum qui synodo interfuerant, tum ex actis ipsis synodi Nicænæ, in quibus inter nomina episcoporum qui synodo subscripserant, Eusebius et reliqui quos dixi recensebantur. Idem quoque testatur Philostorgius, qui tribus circiter mensibus elapsis post Nicænam synodum, Eusebium ait esse relegatum. Cum igitur Eusebius ac Theognius se damnatos ab episcopis esse fateantur, id autem in synodo Nicæna factum non esse constet, necesse est ut in alio quopiam episcoporum conventu id gestum sit. Causam quidem ipsam refert Constantinus in epistola ad Nicomedienses. Idcirco enim se illos in exilium misisse dicit, quod hæreticos quosdam, quos ipse ab urbe Alexandria ad comitatum mitti jusserat, suscepissent, et cum illis communicassent. Et Baronius quidem ad annum Christi 329 hos Melitianos fuisse censet, perperam. Ego vero Arianos fuisse potius crediderim. Idque diserte testantur episcopi Ægypti in epistola synodica quam refert Athanasius in apologia secunda adversus Arianos. Ob hanc igitur causam synodum aliquot episcoporum fieri jussit Constantinus, a quibus Eusebius ac Theognius damnati sunt atque depositi, ipse vero eos in exilium misit. Idque aperte confirmat Athanasius in libro De Synodis, [21. p. 733,] μετὰ γὰρ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον οἱ περὶ Εὐσέβιον καθηρέθησαν. Idem quoque dicit Theodoritus in libro i. Hist. c. 19. VALES.

Quid in hac re gestum sit satis liquet ex epistola Constantini quam refert Gelasius iii. p. 217, et Theodoretus, H. E. i. 20, et hac Eusebii et Theognii; sed quando, et a quibus incertum est. Patres concilii Nicæni hosce duos episcopos non condemnauerant, sed (si vera scribat imperator) ad pœnitentiam reseruarant, parcendo eorum erroribus. Cum autem postea imperatori displicuissent, utrumque ille relegari jussit, quia cum Alexandrinis quibusdam Arianis communicaverant,

et episcopus alios in eorum locum substitui. Exinde, sicut ait Theodoretus, depositi sunt, et e suis civitatibus expulsi; Amphion vero et Chrestus episcopatum susceperunt. Hoc est quod queruntur, se ante condemnatos esse quam iudicati fuerint. Tum epistolam hanc scripserint necesse est ad eosdem ipsos episcopos a quibus e præcepto imperatoris depositi erant; aiunt enim, *καταψηφισθέντες—παρὰ τῆς εὐλαβείας ὑμῶν*, quos Socrates hic appellat *τοὺς κορυφαλοὺς τῶν ἐπισκόπων*. Eorum tamen nomina nusquam, quantum scio, tradita sunt. Causam, ob quam depositi sunt Eusebius et Theognius, memorat quoque Athanasius, *τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας κοινωλίαν, τοὺς ἀπὸ τῆς συνόδου τῆς οἰκουμένης ἀποδοκιμασθέντας*. Apolog. c. Arian. 7. p. 130. Conf. Sozom. ii. 21 et 16. Ergo depositi sunt post synodum Nicænam, si crimen eorum esset quod cum illis communicarent quos hæc synodus condemnauerat.

14, 2. *πρὸ κρίσεως*] Hæc verba in interpretatione sua omisit Christophorsonus et Musculus. Leguntur tamen etiam apud Sozomenum: et Epiphanius scholasticus ea sic reddidit: *Dudum quidem ante iudicium condemnati a reverentia vestra, patienter ferre quæ decreta sunt a sancto vestro concilio debuimus*. Sic igitur construenda sunt hæc verba, ἤδη πρὸ κρίσεως καταψηφισθέντες. Quibus verbis subindicare videtur Eusebius, se indicta causa, et præiudicio quodam damnatum fuisse: quia scilicet imperator ipsum antea damnaverat, infensus scilicet Eusebio ob varias causas, quas vide in Epistola Constantini ad Nicomedienses. VALES.

14, 4. *Εἰ δὲ ἐπέσθη ἡ ἀγία ὑμῶν σύνοδος*] Horum verborum hic est sensus. Si tunc, inquit, satisfacimus sancto concilio vestro, Nicæno scilicet, eique persuasimus justam nos causam habuisse, cur anathematismis nollemus subscribere, nunc consensum nostrum omni ex parte adimplemus: et tam anathematismo, quam fidei formulæ subscribere parati sumus. Vides quantam huic loco lucem afferat duarum vocum adjectio, *τότε* et *νῦν*. Ab Christophorsonus locum hunc aliter interpretatur, quasi legeretur *εἰ δὲ πιστεῖη [πιστεύη]*. Etenim vertit, *Quod si sanctum vestrum concilium nostris verbis voluerit fidem adhibere*. Verum Sozomenus ac Nicephorus vulgatam lectionem tumentur. VALES.

14, 5. *καὶ ἀνακαλέσασθαι*] Episcopis tribuit id quod ab impe-

ratore factum fuerat. Neque enim episcopi Arium ab exsilio revocaverant, sed imperator. Verum scriptores ita plerumque loqui solent, ut episcopis tribuant id quod ab imperatore factum est; et contra interdum imperatori attribuant id quod factum est ab episcopis. Sic Socrates supra dixit, synodum Nicænam vetuisse ne Arius Alexandriam ingrederetur. Cum tamen id ab imperatore ipso præceptum sit, ut docet epistola Constantini. VALES.

Cap. 15. Conf. Sozomen. ii. 17. Theodoret. i. 26. Rufin. x. 44
14. Cassiod. iii. 4. Niceph. viii. 44. Philostorg. ii. 11.

15, 1. Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος] Fallitur hic Socrates, et Sozomenus, qui Alexandri mortem, et ordinationem Athanasii referunt post reditum ab exsilio Eusebii ac Theognii. Atqui Alexander episcopus Alexandriæ, nondum quinque mensibus elapsis a synodo Nicæna, mortem obiit, ut testatur Athanasius in apologetico secundo adversus Arianos, ubi agit de Melitio: ἀλλ' ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ Νικαίαν, ἣ μὲν αἴρεσις ἀνεθεματίσθη, καὶ οἱ Ἀρειανοὶ ἐξεβλήθησαν. εἰ δὲ Μελιτιανοὶ ὀπωσθήποτε ἐδέχθησαν. οὐ γὰρ ἀναγκαῖον νῦν τὴν αἰτίαν ὀνομάζειν οὕτω δὲ πέντε μῆνες παρήλθον, καὶ ὁ μὲν μακαρίτης Ἀλέξανδρος τετελεύτηκεν [59. p. 178]. Idem quoque testatur Theodorus i. 26. Mors igitur Alexandri contigit anno Christi 325, ordinatio autem Athanasii vel eodem anno exeunte facta est, vel sub initium anni sequentis. VALES.

Obiit S. Alexander die 22. *Bermudæ, die lunæ*, inquit auctor Historiæ Patriarcharum Coptitarum, qui Baronii tempore non exstabat, id est, die decima septima mensis Aprilis, qui hoc anno (scil. anno Chr. 326) cum feria secunda concurrebat; festum tamen ejus die 26 Aprilis celebratur; sive quia eo die ordinatus fuerat, sive ob aliquam ejus translationem. Athanasius in Apologia 2, et Theodoretus in i. 26, tradere videntur eum mortuum esse post menses quinque a concilio Nicæno absoluto. Sed signantius tempus exprimit auctor libelli synodici in synodo Cæsariensi, dum ait: *Alexandro papa Alexandriæ, quinto post mense quam Nicæa domum reversus esset, ad Dominum digresso, Athanasius præsulatum merito accepit.* Quo pacto Alexander in suam ecclesiam initio hyemis pervenit, et die 16 Aprilis defunctus est.—Quod eo magis dicendum est, quod

Athanasii ordinatio non nisi sub hujus anni finem peracta est; cum anno 373, die 2 mensis Maii, ad Deum migrarit, et, ut testatur Cyrillus Alex. annos 46 integros sederit. Quare non dubito quin ea ordinatio 6 Kal. Januarii, uti ad genuinum Bedæ Martyrologium additur in MS. ecclesiæ Vaticanæ S. Petri, die videlicet 27 mensis Decembris, S. Joanni evangelistæ sacra, facta sit; et huc usque S. Athanasii initium hujus anni principio perperam consignatum fuerit, prætermissa vacatione sedis per aliquot menses; cujus causa fuisse videtur fuga Athanasii. Vide Sozom. lib. ii. c. 17. *Ant. Pagi ad ann. 326, n. iii.* **READING.**

Vid. Chronic. Orient. ab Abraham. Echellens. edit. Paris. 1651, p. 116. Diem 17 Aprilis eo anno in Dominicum incidisse ait editor recentior Annalium Baronii 1739: Renaudotius vero Alexandrum obiisse non d. 22, sed d. 23 Farmuthi, sive Barmudæ; Hist. Patriarch. Alexandr. p. 83. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 326, qui mortem Alexandri probabiliter ponit non in mense Aprili, sed in Januario ejus anni; cum fieri nihilominus tamen posset ut Athanasius sequenti mense Aprili ordinatus sit.

15, I. φησὶν ὁ 'Ρουφῖνος] Rem hanc narrat Rufinus Hist. lib. x. cap. 14. Cui suffragantur Sozomenus lib. ii. cap. 17, et Nicephorus lib. viii. cap. 44. Vide *Ant. Pagi ad ann. 311, n. xxvi, xxvii*, qui hanc historiam defendit, et putat Athanasium tunc circiter tredecim annos natum. Caveus vero noster et Du Pin fabulam esse censent. **READING.**

Rufinus hic refert se memorare de Athanasio ea quæ *acceperat ab his qui cum ipso vitam duxerant.*

Cap. 16. Conf. Euseb. V. C. iii. 14. Sozomen. ii. 25. Cassiod. ii. 18. Niceph. viii. 4.

16, I. εικοσαετηριδος εορτήν] Eusebius, Socrates, et Sozome- 45 nus uno ore affirmant, Constantinum proxime post dimissam synodum, priusquam episcopi domum redirent, Vicennalia sua dedisse. Hoc etiam Chronici Alexandrini suffragio confirmatur. Proinde ad 20 imperii annum Constantinus pervenerat, cum synodus hæc Nicæna dimittebatur. *Bevoregius Annot. in Can. Conc. Nic. initio.* [p. 43.] **READING.**

Justior est ratio eorum qui computant vicennalia incidisse dum sederet concilium. Agi cœpta sunt a die 25. Julij A. D. 325: anno vero sequenti celebrata sunt a Constantino etiam

Romæ: quod fortasse respexit Socrates cum scripsit supra c. 13, imperatorem Romam perrexisse, et ibi, finito concilio, dies festos egisse. Vid. Euseb. Chron. Hieronym., Chron. Pasch. Ind. 13., et ceteros auctores citatos in Fast. Roman. annis 325 et 326. Strothius citatus ab Heinichen ad Vit. Const. iii. 22, dixit, "Videtur Constantinus (festum) celebrasse diversis temporibus in diversis locis."

16, 1. *περὶ τὸ ἀνορθοῦν τὰς ἐκκλησίας ἐσπούδαζεν*] Ex Euseb. Vit. Const. iii. 24. et seqq.

Ib. *ἦν Βυζάντιον καλουμένην τὸ πρότερον ἠΰξησε*] Chronicon Paschale refert Constantinum cœpisse murum Byzantii restaurare et augere A. D. 328. Dedicata vero est Constantinopolis A. D. 330. Idat. Fast. Cons. Plura de ejus fundatione vide in Sozomen. H. E. ii. 3.

Ib. *στρατηγίῳ*] Erat Strategium ædes publica in qua stratego, id est duumviro qui urbem Byzantium olim regebant, sedere consueverant. Ejus mentio fit in veteri descriptione urbis Constantinopolitanæ, quæ notitiæ imperii Romani præfixa est: et in regione quinta ejus urbis recensetur, et in Chronico Alexand. p. 621. [Olympiad. cexliii.] VALES.

Cap. 17. Conf. Sozomen. ii. 1. Theodoret. i. 18. Euseb. 46 V. C. iii. 25. seqq. Rufin. x. 7. Cassiodor. H. T. ii. 18. Sulpic. Sever. ii. 33.

17, 1. *Δρεπάνη*] Drepanum fuit civitas Bithyniæ, quam Constantinus in honorem martyris Luciani, qui ibi sepultus erat, instauravit A. D. 327. Hieronym. Chron. Vid. Clinton. Fast. Rom.

Ib. *δι' δυνείρων χρηματισθείσα*] Nihil habet Eusebius in Vita Constantini de hac visione: refert solummodo, Helenam Hierosolymam petiisse ad persolvendum pii animi officium, iii. 42: et quoniam hoc quidem dicat postquam Constantini acta et largitiones in instauranda ibi ecclesia cum multa laude narraverit, incertum reliquit utrum velit dicere, consilio Constantini, an Helenæ, quæsitum et repertum fuisse sepulchrum Domini. Fatetur tamen in c. 41. *ministerium* saltem Helenæ id factum esse, *ἢ τοσοῦτον ἀγαθὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων διηκουεῖτο βίῳ*, quamvis gloriam ejus omnino ad Constantinum transferre videtur. Contra Socrates hic, et constans aliorum traditio, affirmat Helenam imprimis operam ei negotio impendisse, *σπουδαίως ἐζήτει, καὶ δυσχερῶς μὲν, σὺν Θεῷ δὲ εὐρίσκει*.

Ib. *ὡς ὀπωροφυλάκιον*] Isai. i. 8.

17, 2. 'Αφροδίτης κατ' αὐτοῦ ναδὺν κατασκευάσαντες] Vide Euseb. Vit. Const. iii. 26. Sulpicius Severus ait, *Adrianus—in templo ac loco Dominicæ passionis dæmonum simulachra constituit.* Hist. Sacr. ii. 31. Perperam vero Paulinus Nolanus, *Hadrianus imperator existimans se fidem Christianam loci injuria perempturum, in loco passionis simulachrum Jovis consecravit.* Epist. ad Severum xxxi. 3. Eusebius enim testatur Veneris fuisse templum quod ibi extractum est: atque idem dicit Rufinus. Et præterea Veneris fuisse fanum ibi usque a tempore Antonini Pii fundatum, demonstratur a nummis qui extant. Vid. Williams De Sancta Urbe (Anglice script.) i. c. iv. vol. i. p. 240, et ii. c. ii. vol. ii. p. 72, et 128. Certe ipsum templum cujuscunque numinis, memoriam loci servare poterat; sicut scribit Socrates, τῇ δὲ μητρὶ τοῦ βασιλέως φανερὸν τοῦτο ἐγένετο. Contra autem scribit Eutychius Annal. p. 452. ed. Pocock. *ignotum locum et factum esse fimetum magnum.*

17, 5. 'Ἐπεὶ δὲ ἀμφίβολος ἦν ὁ σταυρὸς ὁ ζητούμενος] Historia hæc de inventione S. Crucis non occurrit apud Eusebium, in loco huic parallelo, lib. iii. de vita Constant. cap. 28. Verum Cyrillus episcopus Hierosolymitanus, qui eodem seculo vixit, aperte testatur lignum S. Crucis imp. Constantino divinitus ostensum; in epistola ad filium ejus Constantium; item in Catechesi de ejus inventione loquitur, ut de re omnibus nota. Quocirca de historiæ hujus fide dubitari non potest. *W. Lovth.*
READING.

Hæc de reperta Cruce Domini Socrates ait infra, s. 9, se fama accepisse, credita tamen ea esse pœne ab omnibus Constantinopolitanis. Qui similia fere tradunt sunt, Sulpicius Severus Hist. Sacr. ii. 34, Rufinus x. 7, Paulinus Nolanus Epist. xxxi. 5, Sozomenus H. E. ii. 1, Theodoretus H. E. i. 18, Cassiodorus H. T. ii. 18, et ab his recentiores scriptores: inter quos insignis fabularum venditor est Eutychius Alexandrinus in Annalibus suis. Tacet Eusebius de Cruce in Vita Constantini, ubi narrat quomodo effossum sit Domini sepulchrum. Gravissimus auctor est Cyrillus episcopus Hierosolymorum ab A. D. fere 350, qui refert in epistola sua ad Constantium §. 3, repertum esse lignum Crucis Hierosolymis regnante Constantino ejus patre; et alibi quoque in operibus suis ad idem lignum provocat, tanquam manifestum veritatis testimo-

nium: vid. Cateches. iv. 10, x. 19, xiii. 4. Nihil vero ille habet de tribus crucibus, neque de miraculo quod in illis dignoscendis factum est. Ambrosius in oratione De Obitu Theodosii, 41 et seqq., pluribus narrat quo modo actum sit: multum vero a Socrate et aliis discrepat, cum dicit veram Crucem Domini ab aliis duabus quæ una jacebant per titulum recognitam esse; nihil vero de miraculo. Idem innuit Chrysostomus, qui cum in libro Contra Judæos (scripto Antiochiæ) 10, tom. i. p. 571, testatus esset, frustra ligui Crucis a multis ubique conquisita esse, in Homiliis in Joannem (habitis Constantinopoli) lxxxv (al. lxxxiv), 1, tom. viii. p. 505, ait, titulum quem inscripsit Pilatus, in eum usum designatum divinitus esse, ut per hunc vera Crux dignosceretur quando postea tres illæ simul effossæ essent. Breviter vero Moses Chorenensis, ab Helena repertam esse Crucem cum quinque clavis, dicit, Hist. Armen. ii. 84: scripsit autem ille, ut videtur, inter A. D. 431 et 451. vid. Whiston. Præfat. p. xix. Denique tempus quo Helena iter ad Palestinam fecit, probabiliter colligitur fuisse A. D. 326. Theodoretus ait profectam eam fuisse paulo ante vitæ suæ terminum, H. E. i. 18.

17, 7. Ἱεροσολῆμ τε νέαν] Desumpsit hæc Socrates ex Eusebii libro 3. de vita Constantini cap. 33. Sed deceptus est, cum existimavit ecclesiam illam quæ juxta sepulchrum Domini ab Helena, seu potius a Constantino ædificata est, novam Hierusalem esse appellatam. Neque enim id dicit Eusebius; sed tantum alludit ad novam Hierusalem, cujus mentio fit in Apocalypsi Joannis. Vide quæ notavi ad dictum locum Eusebii. Porro hunc locum emendavi ex Florentino codice, in quo ita diserte scribitur, Ἱεροσολῆμ τε νέαν, ut jam pridem monuit me per literas vir cl. Emericus Bigotius, cum ipsum codicem inspexisset Florentiæ. VALES.

17, 8. τῷ ἑαυτοῦ ἀνδριάντι] De hac Constantini statua quæ 47 super porphyreticam columnam in foro Constantini posita erat, mirum ac pene incredibile est quod narrat Philostorgius, [ii. 17,] eam a populo illuc cum cereis conveniente adorari solitam. Id tamen testimonio quoque suo confirmat Theodorus in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ cap. ultimo, εἰ δέ τις ἐκείνοις διαπιστεῖ, τὰ νῦν περὶ τὴν ἐκείνου θήκην καὶ τὸν ἀνδριάντα γεγόμενα βλέπων, πιστευσάσθω τοῖς γεγραμμένοις. VALES.

17, 10. *ἔγραφε δὲ καὶ Μακαρίῳ*] Scilicet eam epistolam quæ descripta est supra, ad finem c. 9.

17, 11. *Ἡ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ ποιήσασα*] Similiter Eusebius quoque memorat Helenam ipsam ecclesias ædificasse, V. C. iii. 42, 43: quamvis alibi Constantinum prout rei auctorem laudat, sicut ibid. iii. 25; ubi dicit Constantinum *jussisse* templum fieri in loco Resurrectionis, non tamen dicit a quo indicatus fuerit ille locus: et De Laud. Constant. 9. In capite vero 43 aperte dicit Helenam primam templum ad Bethlehem instituisse et donis ornavisse, postea vero imperatorem quoque alia regia addidisse ornamenta. Tum fere eadem repetit ibidem, de ecclesia Ascensionis. Et in capite 41 innuit Constantinum hasce duas ecclesias perfecisse et decoravisse in memoriam matris suæ: hoc est, post ejus obitum. Sozomenus quoque ait Helenam easdem duas ecclesias ædificasse, ii. 2. Theodoretus vero ait ipsam Helenam imperatoris epistolam ad Macarium, in qua præceptum est ut Ecclesia Martyrii extrueretur, portasse (*διηκόνησεν*), et tum postea effossam fuisse terram, et repertam crucem. Quæ si vera essent, sequeretur, neque propositum vestigandi sanctum sepulchrum, neque construendi ibi ecclesiam, ab Helena exortum esse, si utrique jamdudum per alios consultum esset antequam Helena ad Orientem proficisceretur. At vero non bene conveniunt hæc quæ habet Theodoretus: nam epistola imperatoris ad Macarium plane indicat jam tum effossum fuisse sepulchri locum, quando scribebat imperator: Theodoretus tamen describit quo modo id factum sit postea quam epistola ad Macarium allata sit. Theodor. H. E. i. 18.

17, 13. *περὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος*] Vid. Euseb. V. C. iii. 46. Quo vero anno mortua sit Helena dubitatum est. Pagius mortem ejus retulit ad A. D. 326. Valesius ad A. D. 327. Alii voluerunt fuisse paulo serius. Vid. Heinichen. ad Euseb. V. C. iii. 47. infra citatum.

Ib. *νέαν Ῥώμην*] Hæc duo verba Socrates addidit: nam Eusebius scripsit solummodo, *ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν*, V. C. iii. 47: ubi hæc adnotavit Valesius. "Romam intelligit. Eo enim delatum est cadaver Helenæ Augustæ, et post biennium Constantinopolim deportatum, ut tradit Nicephorus in libro viii. cap. 30. At Socrates in libro i. cap. 17. verba Eusebii

transcribens, τὴν βασιλεύουσαν πόλιν novam Romam interpretatur. Quem Socratis errorem merito reprehendit Baronius, cum Eusebius regiae urbis nomine Romam semper designare soleat. Adde quod non dedicata erat Constantinopolis, ac proinde urbs regia vocari non poterat, cum tunc temporis esset tantum vetus Byzantium. Socratem tamen secutus est Cedrenus; qui etiam hoc addit, Helenam duodecim annis ante Constantinum e vivis abiisse: καὶ ἀπετέθη ἐν λάρνακι πορφυρῇ αὐτὸς τε καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἑλένη, πρὸ δώδεκα ἐτῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἀποθανούσα. Hac ratione Helenam mortuam esse oporteret anno Christi 325, aut certe 326. Quo tamen anno Hierosolymam profecta esse dicitur ab Eusebio et Rufino. Adde quod post Crispi Cæsaris et Faustæ Augustæ necem Helena aliquamdiu supervixit, ut testatur Zosimus in libro ii. [29.] Porro Crispus occisus est Constantino Augusto vii. et Constantio Cæsare coss. anno Christi 326, ut legitur in Fastis Idatii. Mors igitur Helenæ anno Domini 327 recte adsignari potest, quemadmodum sentit Sigonius in libro 3 de imperio occidentali." Hæc Valesius: quibus contradixerunt alii, nempe his verbis; "Helenam non ut Pagi aliique voluerunt, a. 326 mortuam esse, recte Valesius ad h. l. defendit. Sed eandem vel nonnullis annis demum post a. 327 obiisse, satis probabile reddidit Manso, Leben Constantins p. 291, sqq. Conf. p. 368: atque idem simul in verbis τὴν βασιλεύουσαν πόλιν non de Roma sed de Constantinopoli cogitandum esse monuit l. l. p. 293;" Heinichen ad Euseb. V. C. l. c. Conf. supra, ad c. 8.

Cap. 18. Conf. Sozomen. i. 8. Cassiod. ii. 18.

18, I. τὰς Ἑλληνικὰς θρησκείας] Paganos ritus certe aversatus est ipse Constantinus, sicut hic dicit Socrates: verum etiam lege eos vetuisse fertur ab Eusebio et Sozomeno, cum sacrificiis omnino interdixit: θυσίας τε τρόπος ἀπηγορεύετο πᾶς Euseb. V. C. iv. 23. Conf. ii. 44. et Sozomen. i. 8. Valesius, quidem ad Euseb. V. C. ii. 44, prohibitionem hanc ad privata tantum sacrificia referre voluit. Heinichen vero validis rationibus evincit, Eusebium recte intelligi de abolendis penitus sacrificiis; quam opinionem sic profert: "Itaque hoc potius statuendum videtur, Constantinum prius quidem satis habuisse lege interdicare privata sacrificia, sed postremo vitæ tempore secunda lege omnia sacrificia sine discrimine prohibuisse." Alia

lex in eundem finem postea lata est a Constantio et Constante A. D. 341, sic, *Cesset superstitio. Sacrificiorum aboleatur insaniam. Nam quicumque contra legem divi principis parentis nostri, et hanc nostræ mansuetudinis jussionem*, seqq. Cod. Theod. xvi. tit. x. 2. Fast. Rom. A. D. 341. c. 3. Unde duæ res certo colligi possunt, et Constantinum sacrificia lege prohibuisse, et legem eam non obtemperatam fuisse.

18, 1. τὰ μονομάχια] Veteres Christiani artem gladiatoriam omnino damnabant. *Perit* (inquit Tertullianus de Pudicitia) *fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris, et gladiatorii cruoris.* [vii. p. 382.] Vide et eundem De Spectaculis. **READING.**

Sublatos fuisse gladiatores refert quoque Eusebius V. C. iv. 25. Lex extat in Cod. Theod. xv. tit. xi. 1, A. D. 325. Veruntamen postea vel spreta vel revocata est: nam gladiatorum munera dari mos fuit usque ad Honorii regnum. Quod testatur Theodoretus cum præclarum facinus Telemachi narrat, H. E. v. 26. Conf. Heinichen ad Euseb. l. c.

18, 2. τὸν πῆχυν Ἀλεξανδρέων] Vide Rufinum in libro xi. 13. [30.] Porro ea lex Constantini diu non stetit. Nam Julianus eundem cubitum in Serapidis templum jussit reportari: ibique deinceps mansisse videtur usque ad tempora Theodosii, et eversionem Serapei. **VALES.**

Conf. Euseb. V. C. iv. 25, ubi dicit Constantinum alios quoque ritus Nili colendi sustulisse. Rufinus tamen dicit Theodosium transtulisse cubitum in ecclesiam; tacet autem de Constantino.

18, 4. Γότθων] Pro Gothis Scythas dicit Eusebius V. C. iv. 48 5. Certe Græci scriptores Σκυθὰς vocare solent, quos Latini Gothos. Porro Gothi victi sunt ab exercitu Romano in terris Sarmatarum, die 12 Kal. Maii, Pacatiano et Hilariano Coss. i. e. anno Chr. 332. *inquit Vales. in loc. cit.* **READING.**

Gothos victos esse A. D. 332 a pluribus traditur. Vid. Clinton. Fast. Roman. eo anno. Sarmatas iis adjungit Aurelius Victor, *Interea Gothorum Sarmatarumque stratæ gentes*, Cæsar. xli. 13. Mox vero, hoc est, A. D. 334, Sarmatarum pars, expulsi a suis, intra Romanorum fines recepti sunt, sicut tradunt Hieronymus in Chronico, et alii. Vid. Clinton. Fast. Rom. Certe Constantinus postea gloriatus est, barbaras nationes

sua ope verum Dei cultum didicisse, infra c. 34. Attamen de Gothis Sozomenus, Socratis errorem more suo, ut videtur, respiciens, ait, eos jamdudum usque a Valeriani tempore fidem Christianam accepisse, H. E. ii. 6. quod confirmat Philostorgius ii. 5.

18, 5. Μαμβρηῆ] Ἀμφὶ τὴν καλουμένην δρῦν Μαμβρηῆ Euseb. V. C. iii. 51.

18, 6. δι' ἐπιστολῆς] Euseb. V. C. iii. 52. 53. Conf. Sozom. ii. 4. qui rem pluribus enarrat. De illo loco, et quid ibi ageretur, imperatorem per literas certiore fecerat ejus socrus Faustæ mater. Vid. Vales. ad l. Euseb.

18, 7. ἐν Ἡλίου πόλει] Euseb. V. C. iii. 58. Inauditum esse quod hic a Constantino factum est, dicit Eusebius; nempe in populo idolorum cultore extracta est ecclesia, atque episcopus cum clero institutus, ubi nemo erat Christianus. In quem locum hæc adnotat Valesius: "Ceterum hoc Constantini studium nihil profuit Heliopolitanis. Certe Petrus Alexandriæ episcopus in epistola quam refert Theodoretus in libr. iv. 22. Hist. Eccles. testatur omnes urbis illius incolas dæmonum cultui addictos fuisse."

18, 10. τὸ ἐν Ἀφάκοις] Turpissimum pathicorum hominum sodalitiū, quod cultus nomen præ se ferebat, parum cognitum deprehendit imperator, per edictum dissolvit, et missis militibus fugavit ab Aphacis. Euseb. V. C. iii. 55. et De Laud. Constant. 8.

18, 11. Πυθωνικὸν ἐξήλασε δαίμονα] *Spiritum propheticum*. Conf. πνεῦμα Πύθωνος, Act. Apost. xvi. 16. Templum fuit Æsculapii Ægis in Cilicia, ubi corpora a deo sanari et visiones dari credebantur. Hoc a militari manu destrui jussit Constantinus. Euseb. V. C. iii. 56. 57.

18, 12. Περσικοῦ μέλλοντος κινεῖσθαι πολέμου] Hujus belli rumor auditus est sub finem vitæ imperatoris. Euseb. V. C. iv. 53. 56. Mox vero obticuit; et pax iterum instaurata est, ante imperatoris mortem. ibid. 57. Victor tamen ait, *in Persas tendens, a quis bellum irrumpere acceperat, excessit*, De Cæsar. xli. 16, atque idem fere Chronicon Hieronymi, alique. Vid. Fast. Rom. A. D. 337. Dignum est memoratu, Constantinum jam antea Persarum regem Saporem per epistolam adiisse, hortatumque esse ut Christianorum Deum agnosceret

atque ipsis Christianis faveret: quam epistolam scriptam habet Eusebius in V. C. iv. 9—13.

Cap. 19. Conf. Rufin. x. 9. Sozomen. ii. 24. Theodoret. 49 i. 23. Cassiod. iii. 1. Niceph. viii. 35.

19, 2. κλήρω τὴν εἰς τὰ ἔθνη πορείαν ἐποιούντο] Hæc Socrates desumpsit e Rufino, cujus verba sunt, *In ea divisione orbis terræ quæ ad prædicandum verbum Dei sorte per apostolos celebrata est* seqq. Hist. x. 9. Eusebius quoque in ea traditione de dimissione apostolorum quam citat ex Origene, utitur verbo εἰληχεν, H. E. iii. 1, de singulis uniuscujusque provinciis. Jure tamen censet Fabricius, cum aliis viris doctis, verisimile non esse hujusmodi divisionem per sortem factam esse. Vid. Fabricii opus cujus titulus, *Salutaris Lux Evangelii*, cap. v.

Ibid. Θωμᾶς μὲν τὴν Πάρθων] Vide quæ notavi ad H. E. Eusebii, iii. 1. Quibus adde locum incerti scriptoris ex Homilia 2. in Matthæum: *Denique cum post resurrectionem Domini Thomas apostolus isset in provinciam illam, adjuncti sunt ei: et baptizati ab eo, facti sunt adjutores prædicationis illius.* De Magis Persicis loquitur. VALES.

De hisce traditionibus vide opus Fabricii modo laudatum, in quo memoratum est quicquid fere de hac re traditum aut scriptum sit.

19, 3. ἀμιλλησάμενος πρὸς τὸν φιλόσοφον Μητροδώρον] Hic est Metrodorus philosophus, cujus meminit Hieronymus in Chronico: qui ex Indica peregrinatione reversus, multas gemmas atque uniones obtulit Constantino; et alia plura, quæ longe majoris pretii essent, a Sapore Persarum rege sibi erepta esse mentitus, causam præbuit bello Persico, ut testatur Ammianus Marcellinus in libro 25. Vide, si placet, quæ illic notavi. VALES.

Cum Meropius dicitur Metrodori exemplo invitatus ad longinquam peregrinationem suscipiendam, hoc minime intelligendum de peregrinatione aliqua in Æthiopiã, Indiam tunc vocatam, ut perperam intellexit Rufinus, sed simpliciter et absolute de peregrinatione ad orbem terrarum lustrandum instituta. *Ant. Pagi ad ann. 327. n. xvi.* Vide etiam Pearsonum Vindic. Epist. Ignat. part. i. pag. 185.—READING.

Hæc sub Constantio, non vero sub Constantino contingere: pax enim Romanos inter et Persas anno 336 rupta,

occasione irruptionum Persarum in Mesopotamiam, et in regiones orientales imperii, ut diserte docent Eusebius in *vita Constantini*, lib. iv. cap. 56, Eutropius in *Historia*, Victor de Cæsaribus, et Rufus in *Breviario*. Et tantum abest ut Sapor Persarum rex accepta non remiserit, et Constantino non fecerit satis, ut Eusebius, testis oculatus, qui in hac re falli non potuit, prodit Persas, postquam in ditiones imperii irrupere, cum Constantino congredi vehementer reformidasse; missis legatis pacem ab eo postulasse; et imperatorem pacem et amicitiam cum eis libenter pepigisse. *Ant. Pagi ad ann. 327. n. xviii.* **READING.**

Ammiani Marcellini locus est xxv. 4. 23, his verbis conceptus, *Sed Constantium ardores Parthicos succendisse, cum Metrodori mendaciis avidius acquiescit, ut dudum retulimus plene.* Reliqua quæ commentatus est Valesius hausta sunt e Cedreni Chronico an. xxi. imp. Constantin. de quibus ita iudicium suum profert Ammiani Editor: "Sine dubio ex Ammiano hauserat Cedrenus. Tota tamen narratiuncula fabulam olere videtur Tillemontio t. iv. p. i. p. 627. Differunt certe in eo, ut quæ Cedrenus de Constantino refert, ea Ammianus Constantii ætate accidisse velit, quod propius accedere ad veritatem sequentia testantur." Wagnerus ad l.

19, 9. τόπους καταλαμβάνειν ἰδιόζουτας] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Musculus enim sic vertit, *ut separatim locis uterentur.* Christophorsonus vero, *ut loca separatim sibi sumerent.* Socrates in hoc capite Rufinum pene ad verbum interpretatur. Et Rufinus quidem ita dixerat, *monere ut conventicula per loca singula facerent.* Socrates vero τόπους ἰδιόζουτας vocavit, quæ Rufinus dixerat conventicula. Sunt enim conventicula, proprie loca privata, in quibus collectæ fiunt; et ab illis distinguuntur ecclesiæ, quæ sunt publici juris, non in dominio cujusquam privati. **VALES.**

Et recte quidem Rufinus privatos hos coetus orantium *conventicula* appellavit; nondum enim inerat iis ordinatus quisquam qui verbum Dei et sacramenta dispensaret.

19, 12. Ἀθανασίῳ τότε νεωστὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιοθέντι] Idem ait Rufinus; *Tum vero Athanasius, nam is nuper sacerdotium susceperat,* seqq. Sed si rem attentius expendamus, hæc vera esse non possunt. Etenim Meropius philosophus in Indiam profectus esse dicitur exemplo Metrodori philosophi, qui ante

illum Indiam perlustraverat. Atqui Metrodorus philosophus non ante annum Domini 325. ex Indica peregrinatione reversus est. Reversus enim ex India, Constantino imp. obtulit munera quae a rege Indorum acceperat, ut supra notavi, partim ex Ammiano Marcellino, partim ex Cedreni Chronico. Id ergo post debellatum Licinium contigerit necesse est. Tunc enim Constantinus Orientis imperium accepit. Victus autem ac debellatus est Licinius anno Christi 324 exeunte. Jam vero Meropius, cum Metrodori exemplum secutus Indiam perlustrare aggressus sit, non nisi aliquot post annis hanc peregrinationem suscepit. Ponamus igitur Meropium profectum esse in Indiam anno natalis Dominici 327. Anno sequenti cum in patriam reverteretur, occisus est a barbaris. Aedesius vero ac Frumentius, adhuc adolescentes, oblatis sunt Indorum regi: et alter pincerna regis factus, alter scriniis ac rationibus praepositus est. In quo ministerio ambo usque ad obitum regis permanserunt. Ponamus igitur triennium eos ministrasse regi. Obiit postea rex Indorum relicto filio admodum puero. Sed regina pueri mater impetravit ab Aedesio ac Frumentio, ut procurationem regni susciperent, donec puer ad perfectam aetatem pervenisset. Demus igitur puerum octo circiter annos natum fuisse tunc cum pater abiit e vita. Cum Frumentius non nisi puero jam adulto et tutelae suae facto, reversus fuerit Alexandriam, omnino necesse est ut decem minimum annos regni negotia procuraverit. Ita Frumentius circa annum Domini 341. reversus fuerit Alexandriam, quo anno Athanasius non recens factus erat episcopus, sed quintumdecimum episcopatus annum excesserat. Porro ex his quae dixi manifeste colligitur, hanc Indorum conversionem per Frumentium factam, regnante Constantio contigisse, non autem principatu Constantini, ut Rufinus et alii eum auctorem secuti prodiderunt. VALES.

19, 14. Φουρμέντιος ἀξιωθεὶς τῆς ἐπισκοπῆς] De hoc Frumentio loquitur Athanasius in Apologetico ad imp. Constantium: Ἰδοὺ πάλιν τρίτη τις κατέλαβεν ἀκοή, ὅτι γέγραπται τοῖς ἐν Αἰξούμει τυράννοις, ὥστε Φρουμέντιον τὸν ἐπίσκοπον τῆς Αἰξούμειως ἐκείθεν ἀχθῆναι. Et paulo post refert epistolam Constantii ad Aizanam et Sazanam tyrannos Auxumis, quae praecipit ut Frumentium quem Athanasius Auxumis epi-

scopum ordinaverat, Alexandriam mittant ad Georgium illius urbis episcopum, ut ab illo veræ fidei doctrinam accipiat. Ex quo apparet Frumentium tunc temporis recens ab Athanasio ordinatum fuisse. Scripta autem est hæc epistola anno Christi 356. Sed Baronius in annotationibus ad Martyrologium Romanum, Frumentium hunc Auxumis episcopum distinguendum esse dicit ab altero Frumentio Indorum episcopo, de quo Rufinus et Socrates loquuntur. Ego vero unum eundemque Frumentium esse contendo, eum qui Auxumis, et eum qui Indorum episcopus dicitur. Auxumis enim metropolis est Æthiopiæ. Æthiopes autem ab antiquis confundi solent cum Indis. Sic Philostorgius Homeritas, qui Auxumitis vicini sunt, Indos vocat. Ipsi quoque Æthiopes qui nunc Abissini dicuntur, sese Indos vocant, et apostolum gentis suæ Frumentium agnoscunt, ut testatur Lucas Holstenius in notis ad Martyrologium Baronii, qui nuper Romæ prodierunt. VALES.

Valesium summopere hac in re hallucinatum, et Rufinum, quoad rei gestæ tempus, non errasse, facile est demonstrare. — *Athanasius*, qui *nuper sacerdotium susceperat*, illic Frumentium episcopum ordinatum redire jubet; *eo quo in India partibus et populi Christianorum et ecclesiæ factæ sunt, et sacerdotium cepit*. Ita Rufinus. Cum vero S. Athanasius mense Decembri anni 326 episcopus Alexandrinus renunciatus fuerit, liquet hoc circiter tempore, ut recte vidit Baronius, Frumentium episcopum in Æthiopiam, Indiam a Rufino appellatam, missum esse, Meropiumque, cum Ædesio et Frumentio, ejus propinquis, anno Christi circiter 316 peregrinationem illam suscepisse, et uno aut altero antea anno Metrodorum, cujus exemplo invitatus fuit, veram Indiam, quam Rufinus perperam citeriorem vocat, penetrasse. Neque enim parvum tempus in eundo et redeundo, et ibidem commorando, donec filius regis adolesceret, Ædesio et Frumentio consumendum fuit. Non itaque contra chronologiam, sed contra geographiam Rufinus peccavit. Is enim Historiam suam Ecclesiasticam in Italia scripsit post annum Chr. 400; ideoque cum Parthia limes fuerit imperii Romani, mediaque inter duas Indias, India quam citeriorem appellat Rufinus, India ulterior fuit, et quam ulteriorem dicit, citerior appellanda erat. Præterea fallitur in ea, quod Metrodorum Indiam

quam ulteriorem appellat, seu Æthiopiam hodiernam, penetrasse scribit. Metrodorus enim non Æthiopiam, seu Indiam respectu nostro, citeriorem, sed veram Indiam, seu Indiam ulteriorem (ut a viro qui in imperio Romano scribebat, vocari debuit) perlustravit. *Ant. Pagi ad ann. 327. n. xv. xvi.*
 READING.

In annorum supputatione certe aliquis hic latet error. Si Frumentius episcopus consecratus sit ab Athanasio nuper ipso episcopo facto, nempe paulo post A. D. 326, necesse est ut fuerit ille tum temporis non minus triginta annos natus, secundum Ecclesiae canonem: vixerit ergo ante finem sæculi tertii. Liquet præterea illum et Ædesium ejusdem fere ætatis fuisse, quoniam ambo pueri ab Indis capti esse traduntur. Rufinus vero, qui hæc narravit ex ore Ædesii, historiam suam conscripsit post initium sæculi quinti: et si demus potuisse eum cum Ædesio ante aliquot annos colloqui, superest tamen nimis longum temporis spatium. Quamobrem Frumentii missio in seriorem annum transferenda est. Certe Sozomenus eam refert sub anno fere trigesimo Constantini, ii. 24. Et Eusebius eodem tempore narrat dona illa ab Indis Constantino oblata esse, quæ quidem subsecuta esset potius quam præcessisset hæc Frumentii missio. Verum de terra ad quam missus est restat adhuc quæstio. Rufinus quidem et Socrates erraverunt in iis quæ dixerunt, cum neuter locorum situm intelligeret. Plura habet Philostorgius, Hist. iii. 4. seqq., quæ, quantum ad loca attineat, melius inter se conveniunt. Rufinus enim dicit, quem sequitur Socrates, eam Indiam quam Frumentius adiit, *mediam* fuisse inter citeriorem Indiam (in qua Bartholomæus prædicaverat, et quæ contermina est, sicut aiunt isti, Æthiopiæ ubi Matthæus prædicaverat,) et Parthiam in qua Thomas prædicaverat, *sed longo interior tractu* [hæc] *India ulterior jacet*. Quæ si recta essent, vellent dicere Frumentium penetrasse per Indiam Arabicam, hoc est, per australem partem Arabiæ, quæ India tunc dicta est, et per terras Indico Oceano confines usque ad ipsum fortasse Indum: quas regiones Philostorgius quidem ait Theophilum illum Arianum episcopum adiisse. Contra autem satis constat Frumentium ad Auxumim sive Axum missum esse episcopum, quæ est metropolis Æthiopum, in ea regione quæ hodie Abyssinia appellatur, occidentem versus ab ostio Sinus Arabici. Quamobrem

Rufinus et sibi et veritati locorum repugnat: quamvis in summa rerum quas ab Ædesio acceperat vix falli posset. Aut igitur cum Baronio putandum est Frumentium illum, quem Rufinus refert ad Indos missum esse, alium esse ab eo Frumentio episcopo Auxumitarum in Æthiopia, de quo Athanasius scribit in Apolog. ad imp. Constant. 29, seqq. p. 313, quod equidem ægre credere possum; aut dicamus episcopum Auxumitarum curam etiam ecclesiarum quæ inter Arabas Indos sitæ essent suscepisse. Certe Theophilus, si Philostorgio credamus, postquam Indorum Arabum ecclesias peragrasset, ut omnia ibi ad suam normam redigeret, transivit inde in Æthiopiam, eadem illic quoque facturus. Theodoretus, qui in plerisque cum Socrate convenit, H. E. i. 23, innuit tamen serius illud iter a Tyrio Meropio susceptum esse, cum ortum sit (ille ait) ex libero commercio per diuturnam pacem instituto: et aperte indicat Meropium extremam usque Indiam pervenisse, redeuntem autem, cum ad portum quendam appulisset, occisum esse; itaque fieri posse indicat, ut quamvis Indiam peragrasset ille, pueri tamen isti non ab Indis sed ab alio quodam maritimo populo intercepti fuerint; quales forent Æthiopes. Et posset fortasse aliquis suspicari, hinc profectum esse errorem qui gentium et terrarum nomina commiscuit. Plura vide in Le Quien opere cujus titulus, Oriens Christianus, t. ii. col. 641. seqq.

Cap. 20. Conf. Rufin. x. 10. Sozomen. ii. 7. Theodoret. i. 24. Niceph. viii. 35.

20, 1. [Ἰβηρες δὲ οἱ] Iberia, regio Asiæ Straboni et Ptolemæo, inter Albaniam ad ortum, et Colchidem ad occasum, Armeniæ majori ad meridiem contermina, ad septentrionem montibus Caucasæis a Sarmatia Europæa separata, nunc Georgia propria dicitur, incolis *Chartueloba*; Asiaticis *Gurgistan*, et Gallis *la Georgie*, estque pars orientalis Georgiæ late sumptæ. *Baudrand*. **READING.**

Hæc omnia quæ narrat Socrates in Historiam suam transtulit Sozomenus, ii. 7. excepto quod Rufinum auctorem non citet. Rem aliter exponit Theodoretus H. E. i. 24.

20, 2. [Ἡ γυνὴ τοῖνυν ἢ ἀρχιδάωτος] Moses Chorenensis, qui 52 historiunculam hanc modo diverso narrat, nonnulla supplet ab aliis illis ommissa, Hist. Armen. ii. 83. Mulier hæc vocata fuit nomine *Nunia*, *Sanctarum Ripsimarum socia, quæ fuga fuerant*

disperæ: venit ad *Mezchitham primariam Iberiæ urbem*: Iberorum regulus fuit *Miranus*. Postquam autem ille ad fidem conversus esset, *Nunia viros fidos ad sanctum Gregorium misit, rogatum quid jam fieri imperaret*. Gregorii hujus episcopatum Chorenensis computat ab A. D. 302, (ii. 88.) et vitam producit usque ad A. D. circiter 340: quamobrem nihil hinc de tempore conversionis Iberorum statui potest. Alibi tamen, fine c. 83, de Mirano Iberorum duce scribit ac si jamdudum ad Christianam fidem conversus esset ante Tiridatis incursum in Persas.

20, 15. ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς στόλους ἀνορθοῦν] Miraculum hoc 53 quod sequitur omisit Theodoretus, atque Mores Chorenensis.

20, 20. Βακουρίου] Hunc oriundum ait Zosimus ex Armenia, quæ Iberiæ confinis fuit; et virum omnis malitiæ ac doli expertem, bellica autem laude præstantem. Sed Rufinus in lib. i. Hist. cap. 10. Bacurium regulum Iberorum ait fuisse virum fidelissimum, cui summa erat cura religionis et veritatis. *Valesius in Ammian. Marcol.* lib. xxxi. cap. 12. **READING.**

Rufini verba sunt, *Hæc nobis ita gesta fidelissimus vir Bacurius gentis ipsius [Iberorum] rex, et apud nos domesticorum comes, cui summa erat cura et religionis et veritatis, exposuit, cum nobiscum Palæstini tunc limitis dux, in Hierosolymis satis unanimiter degeret*, x. 10. Moses Chorenensis refert, *Bacurium magnum principem, qui Consul Alznensium appellabatur, post mortem beati Tiridatis (A. D. 342) consilium iniisse de assumenda sibi regia potestate. Dirempta itaque cum Armeniis societate, ad Hormisdam Persarum regem se adjunxit*. Hist. Arm. iii. 4. Alius vero ille Bacurius fuisse videtur.

Ib. ταξίαρχος τοῦ ἐν Παλαιστίνῃ στρατιωτικοῦ κατέστη] Hoc loco Socrates non assecutus est sensum Rufini. Nam Rufinus Bacurium Palæstini limitis ducem fuisse scribit, tunc cum ista ei narraret. Socrates vero legisse videtur in Rufino, *Palæstini militis, ducem*. **VALES.**

Ib. τὸν κατὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου πόλεμον] Hic etiam lapsus est Socrates. Neque enim in bello contra Maximum pro Theodosio pugnavit Bacurius, sed in bello contra Eugenium, ut testatur Rufinus in lib. xi. cap. 33, et Zosimus in lib. iv. [57.] **VALES.**

Cap. 21. Conf. Sozomen. i. 13. Rufin. x. 8. Cassiod. i. 11. 54 Nioceph. viii. 40.

21, 1. *ἔφθασε γὰρ Ἀθανάσιος*] Scripsit Athanasius vitam S. Antonii monachorum patris quam Evagrius Latinam reddidit; idque extremis suæ ætatis annis, dum Alexandriæ tranquille resideret. *Ant. Pagi ad ann. 328.* Obiit S. Antonius anno 356, die 17 Januarii. Annum nos docet Hieronymus in Chronico: is et Athanasius testantur, eum annos quinque supra centum vixisse, ejusque natiuitas anno Chr. 251, Decio imperante accidit. Ejus vita a Bollando in Actis Sanctorum, mensis Januarii die præfata illustratur: aliquot vero ejus epistolæ ab Abrahamo Ecchellensi, post Baronii mortem publicatæ. Porro deceptus est Baronius, quando existimavit Athanasium vitam Antonii, eo adhuc vivente, scripsisse, Romanque, cum illuc, Julio papa sedente, venit, secum detulisse. Nam in ea vita, Antonii obitus diserte memoratur. *Idem ad ann. 358.* **READING.**

Cap. 22, 1. *μικρὸν ἔμπροσθεν τῶν Κωνσταντινῶν χρόνων*] Originem hæreseos Manichæorum anno Chr. 277 consignandam esse, probat *Ant. Pagi* ex Eusebii Chronico. Verum est, *inquit*, varias sub idem fere tempus eruptiones monstri illius fuisse, et insignibus alicujus facinoris notis celebratas. Quæ causa fuit, cur non iisdem imperatoribus hæresis istius origo mandata fuerit. Quod mirum videri non debet; cum hæreticorum mos fuerit diu clam docere, ita ut tunc a quibusdam cognoscantur, et ab aliis ignorentur. Quare ex auctoribus diversa hac de re scribentibus, alii de ejus magistris Scythiano et Budda intelligendi, alii de ipsa origine monstri ipsius, nonnulli de variis ejus in ecclesiam eruptionibus, æc demum alii de ejus errorum damnatione. *Pagi ad ann. 277, n. vi, vii.* Vide Pearsonum in Symbolum Apostolicum, pag. 64, qui hanc hæresin temporibus apostolorum cœvam censet, nomenque *Manes* non fuisse proprium alicujus Viri, sed toti sectæ, vel potius quibusvis hæreticis commune statuit. **READING.**

Annum vero Eusebianum computat Clintonus fuisse A. D. 278, *Fast. Roman.* Conf. eundem quoque in A. D. 261.

22, 2. *ἐν τῇ ἐβδόμῃ*] H. E. vii. 31.

22, 3. *Σκυθιανός τις Σαρακηνός*] *Quidam ex Scythia, Scythianus nomine*, Acta Disput. Archelai et Manetis 52; ubi etiam mox additur, *quique Scythianus ipse ex genere Saracenorum fuit.* Id vero quod ibidem dicitur, et ab Epiphanio Hær. lxxvi. *fuisse* hunc Scythianum apostolorum tempore, verum esse non

potest, nisi concedatur, quod verisimile non est, duos fuisse ejus nominis Manichæismi auctores. Nam præterquam quod ea ipsa narratio, quæ in Actis continetur, non sinat tantum temporis intercedere inter Scythianum et Manetem, refert quoque Eulogius scriptam fuisse epistolam ab ipso Manete ad Scythianum. Phot. Biblioth. cod. 230. p. 273. Bekk.

22, 5. συγγράφει βιβλία τέσσαρα] Epiphanius et Cyrillus 55 dicunt libros hosce a Scythiano scriptos esse. Aliter Acta Disput. sic, *discipulum autem habuit [Scythianus] quendam nomine Terebinthum, qui scripsit ei quatuor libros, 53*: quod explicat Fabricius sic, "*scripsitque ei, hoc est, ab eo dictatos.*" Touttee vero, ad Cyril. Catech. vi. 22, conjicit Terebinthum in linguam orientalem transtulisse Scythiani libros Græce scriptos. Eisdem libros postea accepit et mutavit Manes, secundum Acta, *Tunc assumit illos libellos, et transfert eos, ita ut multa alia a semetipso insereret eis, 53*: et profecto inter titulos scriptorum Manetis eadem argumenta deprehendere possumus quæ in Terebinthi libris exposita fuerunt. Vid. Fabricii Bibl. Gr. v. 1. (vol. vii. p. 311. Harles.)

22, 6. μετὰ χρόνον] Post quinque annos. *Quique cum duodecim annorum esset effectus, anus illa diem obiit.* Acta 53.

22, 8. πολλοὺς θεοὺς σέβειν] Nempe duos deos, bonum et malum: sic enim interpretantur nonnulli Socratem, tanquam de duobus Principiis Manichæorum scribentem. Suspicio tamen illum non ita duos multos vocare, sed respicere ad disputandi modum, quo usus est Epiphanius, contra Manichæos, Hær. lxvi. 19; nempe, ex opinione ista de duobus Principiis inter se oppositis, oriri necessario opinionem de tertio aliquo quod ea disterneret, et proinde iterum de quarto aliquo, et sic deinceps; quæ omnia æqualiter deos esse oporteret: atque hoc modo fieri, ut doctrina illa Manichæorum de duobus Principiis in polytheismum evadat.

Ib. καὶ τὸν ἥλιον προσκυνεῖν] Manichæos solem adorasse notissimum est. Hinc adoratores solis vocantur ab Augustino in Psalmum 80. Idem quoque de illis scribit Libanius in Epistola 140. libri iv. [Ep. 1344. ed. Wolf.] qua Manichæos qui in Palæstina erant, suppresso eorum nomine, commendat Prisciario præsidi Palæstinæ: οἱ τὸν ἥλιον οἱτοὶ θεραπεύοντες ἄνευ αἵματος, καὶ τιμῶντες Θεὸν προσηγορίᾳ δευτέρᾳ, καὶ τὴν γαστέρα

21, 1. *ἔφθασε γὰρ Ἀθανάσιος*] Scripsit Athanasius vitam S. Antonii monachorum patris quam Evagrius Latinam reddidit; idque extremis suæ ætatis annis, dum Alexandriæ tranquille resideret. *Ant. Pagi ad ann. 328.* Obiit S. Antonius anno 356, die 17 Januarii. Annum nos docet Hieronymus in Chronico: is et Athanasius testantur, eum annos quinque supra centum vixisse, ejusque natiuitas anno Chr. 251, Decio imperante accidit. Ejus vita a Bollando in Actis Sanctorum, mensis Januarii die præfata illustratur: aliquot vero ejus epistolæ ab Abrahamo Ecchellensi, post Baronii mortem publicatæ. Porro deceptus est Baronius, quando existimavit Athanasium vitam Antonii, eo adhuc vivente, scripsisse, Romanque, cum illuc, Julio papa sedente, venit, secum detulisse. Nam in ea vita, Antonii obitus diserte memoratur. *Idem ad ann. 358.* **READING.**

Cap. 22, 1. *μικρὸν ἔμπροσθεν τῶν Κωνσταντινῶν χρόνων*] Originem hæreseos Manichæorum anno Chr. 277 consignandam esse, probat *Ant. Pagi* ex Eusebii Chronico. Verum est, *inquit*, varias sub idem fere tempus eruptiones monstri illius fuisse, et insignibus alicujus facinoris notis celebratas. Quæ causa fuit, cur non iisdem imperatoribus hæresis istius origo mandata fuerit. Quod mirum videri non debet; cum hæreticorum mos fuerit diu clam docere, ita ut tunc a quibusdam cognoscantur, et ab aliis ignorentur. Quare ex auctoribus diversa hac de re scribentibus, alii de ejus magistris Scythiano et Budda intelligendi, alii de ipsa origine monstri ipsius, nonnulli de variis ejus in ecclesiam eruptionibus, ac demum alii de ejus errorum damnatione. *Pagi ad ann. 277, n. vi, vii.* Vide Pearsonum in Symbolum Apostolicum, pag. 64, qui hanc hæresin temporibus apostolorum coævam censet, nomenque *Manes* non fuisse proprium alicujus Viri, sed toti sectæ, vel potius quibusvis hæreticis commune statuit. **READING.**

Annum vero Eusebianum computat Clintonus fuisse A. D. 278, *Fast. Roman.* Conf. eundem quoque in A. D. 261.

22, 2. *ἐν τῇ ἑβδόμῃ*] H. E. vii. 31.

22, 3. *Σκυθιανὸς τῆς Σαρακηνῶς*] *Quidam ex Scythia, Scythianus nomine*, Acta Disput. Archelai et Manetis 52; ubi etiam mox additur, *quique Scythianus ipse ex genere Saracenorum fuit.* Id vero quod ibidem dicitur, et ab Epiphanio Hær. lxvi. *fuisse* hunc Scythianum *apostolorum tempore*, verum esse non

potest, nisi concedatur, quod verisimile non est, duos fuisse ejus nominis Manichæismi auctores. Nam præterquam quod ea ipsa narratio, quæ in Actis continetur, non sinat tantum temporis intercedere inter Scythianum et Manetem, refert quoque Eulogius scriptam fuisse epistolam ab ipso Manete ad Scythianum. Phot. Biblioth. cod. 230. p. 273. Bekk.

22, 5. συγγράφει βιβλία τέσσαρα] Epiphanius et Cyrillus 55 dicunt libros hosce a Scythiano scriptos esse. Aliter Acta Disput. sic, *discipulum autem habuit [Scythianus] quendam nomine Terebinthum, qui scripsit ei quatuor libros, 53*: quod explicat Fabricius sic, "*scripsitque ei, hoc est, ab eo dictatos.*" Touttee vero, ad Cyril. Catech. vi. 22, conjicit Terebinthum in linguam orientalem transtulisse Scythiani libros Græcè scriptos. Eisdem libros postea accepit et mutavit Manes, secundum Acta, *Tunc assumit illos libellos, et transfert eos, ita ut multa alia a semetipso insereret eis, 53*: et profecto inter titulos scriptorum Manetis eadem argumenta deprehendere possumus quæ in Terebinthi libris exposita fuerunt. Vid. Fabricii Bibl. Gr. v. 1. (vol. vii. p. 311. Harles.)

22, 6. μετὰ χρόνον] Post quinque annos. *Quique cum duodecim annorum esset effectus, anus illa diem obiit.* Acta 53.

22, 8. πολλοὺς θεοὺς σέβειν] Nempe duos deos, bonum et malum: sic enim interpretantur nonnulli Socratem, tanquam de duobus Principiis Manichæorum scribentem. Suspicio tamen illum non ita duos multos vocare, sed respicere ad disputandi modum, quo usus est Epiphanius, contra Manichæos, Hær. lxvi. 19; nempe, ex opinione ista de duobus Principiis inter se oppositis, oriri necessario opinionem de tertio aliquo quod ea distermine, et proinde iterum de quarto aliquo, et sic deinceps; quæ omnia æqualiter deos esse oporteret: atque hoc modo fieri, ut doctrina illa Manichæorum de duobus Principiis in polytheismum evadat.

Ib. καὶ τὸν ἥλιον προσκυνεῖν] Manichæos solem adorasse notissimum est. Hinc adoratores solis vocantur ab Augustino in Psalmum 80. Idem quoque de illis scribit Libanius in Epistola 140. libri iv. [Ep. 1344. ed. Wolf.] qua Manichæos qui in Palæstina erant, suppresso eorum nomine, commendat Prisciario præsidi Palæstinae: οἱ τὸν ἥλιον οὗτοι θεραπεύοντες ἄνευ αἵματος, καὶ τιμῶντες Θεὸν προσηγορίᾳ δευτέρᾳ, καὶ τὴν γαστέρα

κολάζοντες, καὶ ἐν κέρδει ποιούμενοι τὴν τῆς τελευταίας ἡμέραν, πολλοῦ μὲν εἰς τῆς γῆς, πανταχοῦ δὲ ἄλλοι καὶ ἄδικοὶ μὲν οὐδένα, λυποῦνται δὲ ὑπ' ἐνίων' &c. Id est, *Viri illi qui solem colunt absque sanguine, et Deum secunda appellatione honorant, qui ventrem suum castigant, et diem obitus in lucri parte reponunt, multis quidem in locis reperiuntur, ubique tamen pauci sunt. Et ipsi quidem neminem injuria afficiunt, quidam tamen facessunt eis negotium.* Non dubito quin Libanius his verbis Manichæos designet. Neque enim aliis quam Manichæis hæc conveniunt. Eos vero de industria nominare noluit, eo quod invisum esset nomen Manichæorum. Porro de fictis Manichæorum jejuniis vide Cyrillum Catechesi 6. VALES.

22, II. ὁ δὲ διαδρὰς ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν] *Manes, nono anno Valeriani et Gallieni (anno scil. Chr. 272) ex Persarum carceribus fugiens, cum in Mesopotamiam venisset, ab admirabili viro Archelao (erat autem sacer iste vir Carcharorum ejusdem regionis urbis episcopus) ejus impietas egregie abundanterque confutata est. Inde ob ignominiam, quam nec ex opinato passus est, fugiens, ad Diodoridem Carcharorum regionis oppidum clam accessit, ubi in Tryphonem (verius ab aliis in Diodorum) quendam sacrum probatumque virum, et in presbyterii gradu positum incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin et ipse Archelaus Manetem illuc advenisse cognoscens, erat enim vir acer, et pietatis zelo succensus, ad idem oppidum accessit, et deceptorem illum ad consilii inopiam redactum, et confusione quam maxime vitabat, perfusum, iterum iis rationibus, quibus exosa ejus dogmata subvertit, et cunctis deridenda atque detestanda proposuit, fugam arripere coegit.* Photius in libro i. [15. Galland. Bibl. tom. xiii. p. 609.] adversus Manichæos. Acta integra hujus Disputationis, quæ Baronius non viderat, exhibet Zacagnius tom. i. Collectan. Monument. Veterum Ecclesiarum Græcæ ac Latinæ. *Ant. Pagi ad ann. 282, n. iv.* READING.

22, 13. Ἀρχελάου] Hic Archelaus episcopus Mesopotamiæ, 56 disputationem quam habuerat adversus Manichæum, Syro sermone composuit, quæ in Græcum translata habetur a multis, ut scribit Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Ejus disputationis meminit etiam Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi sexta. Hujus operis fragmentum penes me habeo, quo continetur historia impii ac perfidi Manichæi.

Sed disputatio ejus cum Archelao episcopo, quæ ad calcem historiæ adtexta erat, desideratur. Cujus loco subjicitur epistola Archelai ad Diodorum presbyterum. Hoc monumentum, quod Emerico Bigotio V. C. cum multis aliis debeo, studiosus lector ad calcem harum annotationum editum reperiet. VALES.

22, 15. *ἑρραῖ*] Acta Disputationis Archelai et Manetis quorum hic mentio facta est, denuo edidit Routh Latine et Græce, quantum Græca extent, in quarto volumine Reliquiarum Sacrarum. Ab his Actis Socrates et reliqui Græci hauserunt quicquid de gestis Manetis tradiderunt, post Cyrilli Hierosolymitani ævum, qui primus ea citare videtur quamvis non nominat. Græcis ignota antehac fuisse, et fortasse nondum e Syro sermone in Græcum conversa, causa esse potest cur Eusebius non eadem de Manete narraverit quæ Socrates et alii recentiores. Longe diversa tamen sunt quæ feruntur ab orientalibus scriptoribus de Manete: et magna est de tota hac historia inter doctos controversia; quæ quidem eo tandem recidit, nempe utrum Græcorum an orientalium auctorum potior sit fides. Præter alios qui huic quæstioni expediendæ operam dederunt, quorum præcipuus est Beausobre in opere suo, *Histoire Critique de Manichée et du Manichéisme*, consuli merentur præsertim Lardner in, *Credibility of the Gospel History*, p. ii. c. lxii., Fabricius in *Bibliotheca Græca* v. 1. tom. vii. p. 309 ed. Harles, Tillemontius in *Mémoires pour servir à l'Histoire Ecclésiastique* tom. iv. p. 367, et Walch in sua *Historia Hæresium*, *Entwurf einer Vollständigen Historie der Ketzereien* vol. i. p. 685.

Cap. 23. Sozom. ii. 16. 18. Theodoret. i. 21. Cassiodor. H. T. ii. 23. Niceph. viii. 44. ad finem.

23, 1. *Οἱ περὶ Εὐσέβιον*] Ante ea quæ hic narrat Socrates, alia quædam gesta sunt a Melitianis, quæ jam referri digna sunt. Melitiani recepti sunt in ecclesiam Alexandriam ab Alexandro: catalogum autem virorum ecclesiasticorum Meletii exhibet Athanasius in *Apol. con. Arian.* 71. p. 187, qui fuere, præter Meletium, episcopi 28, presbyteri 5, et diaconi 3. Exinde Meletius Lycopolide degebat, cujus antea episcopus fuerat. Post paulum vero mortem suam præsentiens, Joannem quendam e sociis suis episcopum ordinavit qui sibi succederet,

contra decretum concilii Nicæni, et mox mortuus est. Ille vero Joannes postea Melitianorum partis dux fuit; et cum pactum esset foedus inter eos et Arianos, de quo mox dicetur, Athanasio et ecclesie non parum molestie intulit. Vid. Sozom. ii. 21.

23, 1. χειροτονηθέντας εἰς τὸν τόπον αὐτῶν] Hi fuerunt Amphion Nicomedie et Chrestus Nicææ. Athanas. Apolog. con. Arianos 7. Theodoret. H. E. i. 20.

23, 2. πρὸς Ἀθανάσιον] Athanasius, Alexandrie honestis parentibus natus, ab Alexandro ibidem episcopo notarius, et diaconorum primicerius constitutus est. In synodo Nicæna Alexandro Arium fortiter oppugnanti, mira dexteritate suppetias tulit, et disputatione habita hæretici versutias expugnavit; unde per totam vitam Arianos sibi quam infensissimos expertus est. Elapsis quinque post synodum mensibus mortuo Alexandro, anno 326, communi catholicorum suffragio, ecclesie Alexandrinæ præficitur, ætatis suæ anno, ut videtur, 27. Vide ejus Apologiam ii. p. 726, ubi refutatur calumnia Arianorum, qui dixerant, Athanasium a septem tantum episcopis clam ordinatum fuisse, contra voluntatem omnium reliquorum. *Cave, Du Pin.* **READING.**

Ib. διέβαλλον] Duplici nomine Eusebiani reprehendebant 57 ordinationem Athanasii; tum quod Athanasius eo honore indignus esset, tum quod ejus ordinatio facta fuisset a viris minime idoneis. Vide Philostorgium [ii. 11, ubi multa falsa de Athanasii consecratione et gestis narrat.] **VALES.**

23, 4. καὶ γράφων μὲν παρεκάλει, ἔξωθεν δὲ διηπείλει] Sumpsit hæc Socrates ex Athanasii Apologetico ii. adversus Arianos, [c. 59,] ubi Athanasius refert qua ratione Eusebius occulte cum Melitianis adversus ipsum conspiraverit: τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν προσέπεμπε προτρέπων δέξασθαι με τὸν Ἀρειῶν καὶ ἀγράφως μὲν ἠπείλει, γράφων δὲ ἤξλου. Quæ Athanasii verba descripsit Sozomenus in libro ii. cap. 18. **VALES.**

Refert quoque Athanasius, Eusebium Nicomediensem eodem tempore Meletianos persuasisse ut sibi amici et socii fierent, πέμπει καὶ ὠνεῖται τοὺς Μελετιανοὺς ἐπὶ πολλαῖς ἐπαγγελίαις, καὶ γίνεται μὲν αὐτῶν κρύφα φίλος, συντάττεται δὲ αὐτοῖς εἰς τὸν ἐβούλετο καιρὸν. *ibid.* Unde manifestum est Meletianos antea non ab Arianorum partibus stetisse.

23, 6. Εὐσέβιος μὲν οὖν ὁ Παμφίλου φησὶν] Vit. Const. iii. 23.
 23, 7. τὴν Σαβελλίου καὶ Μοντανοῦ δόξαν] Obscurum est cur
 Socrates Montanum jungat Sabellio. Nam Montanus in do-
 ctrina Trinitatis ipse quidem nihil innovavit, sed Ecclesiæ
 catholicæ fidem secutus est, ut testatur Epiphanius in hæresi
 Montanistarum, et Theodoritus in libro tertio hæreticarum
 fabularum. Quidam tamen ex illius discipulis, personarum
 differentiam cum Sabellio sustulerunt, ut diserte scribit Theo-
 dorus in loco supra citato: τινὲς δὲ αὐτῶν τὰς τρεῖς ὑποστά-
 σεως τῆς θεότητος, Σαβελλίῳ παραπλησίως ἠρνήσαντο, τὸν αὐτὸν
 εἶναι λέγοντες, καὶ πατέρα, καὶ υἶόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα. Atque
 hinc est quod in epistola synodica Arianorum apud Serdicam
 episcoporum, Montanus adjungitur Sabellio. Sic enim aiunt
 de Marcello Ancyrano: *quique assertiones suas quibusdam squa-*
loribus miscens, nunc falsitatibus Sabellii, nunc malitia Pauli
Samosatensis, nunc blasphemis Montani hæreticorum omnium
divis aperte permiscens, unamque confusionem de supradictis
faciens, ut imprudens Galata in aliud Evangelium declinavit.
 VALES.

His a Valesio observatis et aliud adjiciam, Tertullianum in
 libro adversus Praxeam (quem constat ab ipso jam Monta-
 nista scriptum fuisse) hæresin quam amplexus est Sabellius,
 acerrime impugnasse. Scilicet idem plane sensit Praxeas
 quod postea Sabellius. Certo itaque certius est, neque ipsum
 Montanum, neque primos Montani assecclas, Sabellio in Trini-
 tatis dogmate consentaneos fuisse. *Bullus Defens. Fid. Nic.*
sect. 2. cap. I. [15] prope finem. READING.

Præter Theodoretum et epistolam episcoporum in synodo
 Sardicensi, quos nominat Valesius, S. Basilius quoque asserit
 Montanistas errasse in primaria de Deo fide, εὐθὺς περὶ αὐτῆς
 τῆς εἰς Θεὸν πίστει ἔστιν ἡ διαφορὰ: nempe quia Montanum
 et Priscillam Paracletum fuisse docebant; quamobrem eorum
 baptismum prout hæreticum rejiciendum esse censuit Basilius,
 Epist. ad Amphilocho. clxxxviii. 1. Et Didymus Alexandrinus
 (seu quis alius ejus libri auctor,) sæpius Montanistas damnat
 quia Personarum distinctionem in Triuno Deo sustulerunt;
 atque id quidem ab ipso Montano esse factum dicit, Καὶ
 Μοντανιστῶν ἡ πλάνη ἐν τούτοις. Πρῶτον ὅτι ἀπομαντεύονται
 ἐν πρόσωπον εἶναι τῶν τριῶν θεῶν ὑποστάσεων. Μοντανὸς γάρ,

φησιν, εἶπεν ἐγὼ εἰμι ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ ὁ παράκλητος &c. De Trinit. iii. 41. Conf. ibid. 18 et 23, ubi cum eundem errorem taxat, distinguit tamen a Sabellii opinione. Similia habet quoque Hieronymus, *Primum in fidei regula discrepamus*. Quamvis ille a Didymo eatenus dissentiat, quod Montanistis Sabellii opinionem imputet: pergit enim sic, *Nos Patrem et Filium et Spiritum Sanctum in sua unumquemque persona ponimus, licet substantia copulemus: illi Sabellii dogma sectantes Trinitatem in unius personæ angustias cogunt*. Epist. xli. ad Marcellam. In quem locum Hieronymi hæc adnotat editor Vallarsius; “Dusæ Montanistarum sectæ cum essent, quarum una *cata Proclum*, alia *cata Æschinem* appellabatur, de hac altera intelligendus venit Hieronymus, quæ, ut ex Tertulliano de Præscript. Hær. 52 discimus, Jesum Christum Patrem simul ac Filium esse blasphemabat.” Ipse autem Socrates asserit Montanistas de Persona Christi errasse, et ἀναρεῖν αὐτοῦ τὴν ὑπαρξιν, infra, vii. 32. Conf. Routh ad Can. vii. Conc. Constantin. in Scriptorum Eccles. Opusc. tom. i. p. 425.

23, 8. ἐνυπόστατον] “Ἐνυπόστατος. *Subsistentiam habens*: ejus contrarium ἀνυπόστατος *subsistentiam non habens*” Suicer. in v. quibus subdit exempla. Plura vide in Thesaurο Novo (Stephani) Paris. in v.

Ib. συμφωνῆσαι οὐχ ἰσχυρον] Diverso quippe sensu, alii stri- 58
ctiori de personarum differentia, alii latiori de ipsa Deitatis substantia, vocem ὑπόστασιω intelligebant. Vide Bulli nostri Defens. Fid. Nic. sect. 2. cap. 9. pag. 115. de antiquo usu ecclesiastico vocum οὐσία et ὑπόστασις. READING.

Cap. 24. Conf. Sozom. ii. 19. Euseb. V. C. iii. 59 seqq. Theodoret. i. 21. Philostorg. ii. 7. Cassiod. ii. 24. Nicephor. viii. 45.

24, 1. Σύνοδον οὖν ἐν Ἀντιοχείᾳ] Existimat Ant. Pagi hanc synodum anno Chr. 327, aut ineunte 328 coactam esse. Vide Annot. ad lib. iii. Eusebii de vita Const. cap. 59. De Eustathio sic Athanasius in Historia Arianorum, vol. i. pag. 346. edit. Benedict. Εὐστάθιος τις ἦν ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχείας ——— Eustathius quidam fuit Antiochenus episcopus, confessor ac fide pius. Is cum veritatem summo studio tueretur, essetque Arianae hæresi infensissimus, hæreticosque illos non admitteret, apud Constantinum imperatorem insimulatur, conficta

criminatione, quod scilicet matri ejus contumeliam fecisset. Aliam (*inquunt doctissimi editores*) depositionis Eustathii causam adferunt Hieronymus, Socrates, Sozomenus, et Theodoritus, quod nempe a muliercula delatus fuerit, quæ se filium ex Eustathio suscepisse mentiebatur. Aiunt item Socrates et Sozomenus illum Sabellianismi fuisse accusatum. De quo ita dominus Bullus, *Defens. Fid. Nic. sect. 2. cap. I. p. 28*, Quod ad Eustathium attinet, quanquam nollem temere viri a plurimis catholicis in pretio habiti, magnique itidem Athanasii amicitia nobilitati, famæ atque existimationi quicquam detrudere; ingenue tamen fateor me nescire, quomodo fieri poterit, ut episcopi Antiochiæ congregati (fuerint licet maximam partem Ariani) illum proprie, ex omnibus homousii assertoribus, *ut qui Sabelli potius dogmati, quam Nicænæ synodi decretis consentiret*, accusarent; proptereaque ipsum sede Antiochena deponerent, (quod testatur Socrates ex aliorum narratione, licet ipse levissima de causa de eorum fide dubitet, lib. i. cap. 24.) nisi ipse aliquam saltem ansam atque occasionem istiusmodi accusationi præbuisset. **READING.**

Eustathium in exilium ob fidem trusum esse ait Hieronymus in Chronico. Exilii vero locus fuit Illyria. Theodoret. H. E. i. 21.

Tempus hujus concilii Antiocheni incertum est. Caveus refert ad A. D. 330. Philostorgius ait interfuisse ei episcopos 250. Quod autem nonnulli Philostorgio acceptum ferunt, habitum fuisse hoc concilium Nicomediæ, mihi non constare videtur: nam etsi ille scripserit, *Nicomediam fuisse officinam (ἐργαστήριον) gestorum concilii*, fortasse tamen hoc nihil aliud vult, præterquam, de Nicomedia profecta esse Arianorum partis molimina; sive quia pleraque acta sint opera Eusebii Nicomediensis, sive quia revera Nicomediæ provisum sit quid Antiochiæ ageretur. Vid. Philostorg. ii. 7. Mans. Concil. t. ii. col. 1085.

24, 2. *τοῦ Βεροίας ἐπισκόπου*] Nempe Berœæ quæ in Syria fuit. Athanas. Hist. Ar. ad Monach. 5. p. 347. Eam vero sedem tenuisse Eustathium antequam ad Antiochiam transferretur, refert Hieronymus, Script. Eccles. 85. Conf. Le Quien Orient. Christian. t. ii. col. 781.

24, 3. *Κῦρον ἐπὶ τοῖς ἀποῖς ἀλόγῳ καθηρῶσθαι φησὶ*] Utrum Cyrus Berœensis episcopus Eustathium tanquam Sabellii dog-

mati patrocinantem accusaverit, ut scribit Georgius Laodiceus, equidem nescio. Quod vero scribit Georgius, Cyrum postea depositum esse propterea quod Sabellio faveret, id est propterea quod doctrinam consubstantialis tueretur: (sic enim hæc intelligenda sunt:) id profecto verissimum est. Id enim testatur Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes: ubi omnes episcopos ordine recenset, qui ab Arianis expulsi sunt Constantino regnante. Ac primo quidem loco nominat Eustathium Antiochenum, deinde Eutropium Adrianopolitanum. Postea vero Euphrationem a Balaneis, duos Cymatios, Asclepam Gazæ, et Cyrum Beroææ, aliosque commemorat, qui imperatoris edicto relegati sint, aliis in eorum locum substitutis. VALES. Vid. Athanas. Histor. Arian. ad Monachos 4. p. 346.

24, 6. τὸ κοινὸν τῆς πόλεως] Similis forma extat, τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας *senatus Asiae*, in Euseb. Hist. Ecol. iv. 12 et 13. Conf. infra, τὸ κοινὸν τῆς συνόδου *totum concilium*, 31, 4: et Sozomen. γράφων εἰς τὸ κοινὸν, ii. 21. fin. de epistola scripta *ad populum Alexandrinum*.

24, 7. Εὐσέβιος δὲ παραιτησάμενος] Hujus loci sensus hic est. Imperator quidem per literas ad Antiochenos scriptas, Eusebius vero per recusationem episcopatus Antiocheni, tumultum illum compressit. Supplendum est igitur ἀπὸ κοινοῦ, id quod præcessit, τὰς στάσεις *κατέπαυσεν*. VALES.

24, 8. ἐπὶ ἑτῆ ὀκτῶ] Falsum est quod hic ait Socrates, post abdicationem Eustathii, Antiochenam sedem octo annorum spatio vacuam permansisse. Etenim pulso Eustathio, cum Eusebius Cæsariensis eam sedem recusavisset, Paulinus episcopus Tyri ad eam sedem translatus est anno Christi 329. ut notavi ad librum decimum historiæ ecclesiasticæ Eusebii. Paulino deinde successit Euphronius, sive ut alii volunt, Eulalius. Post quem Flaccillus ad episcopatum Antiochenum promotus est, qui synodo Tyrensi interfuit, ut testatur Athanasius in apologia secunda adversus Arianos. VALES.

Incerta hæc sunt quæ scripsit Valesius de Eustathii successoribus. Operæ pretium erit exscribere sententiam quam de hac re protulit Gul. Caveus, "Paulinum Valesius e sede Tyriensi ad Antiochenam translatum esse vult: et ejus quidem auctoritate motus in ea opinione aliquando fui. Verum re

melius perpensa, etsi libens concedo Paulinum synodo Nicænæ aliquot annis superfuisse, ecclesiæ tamen Antiochenæ præsedisse nego. Neque ulli veterum, unico excepto Philostorgio [iii. 15], id affirmant, nec ipsius Eusebii locus, quem ex lib. i. contra Marcell. 4. pro se adducit Valesius, rite intellectus id suadet, ex quo nihil aliud exculpi possit, quam Paulinum episcopatum Tyri tanta cum laude administrasse, ut Antiochenis ecclesiæ in eo tanquam proprio bono (fuerat enim ejusdem ecclesiæ presbyter) gloriari solita sit." Hist. Lit. in Eusebio. Certe Hieronymus in Chronico Paulinum episcopum Antiochiæ refert ante Eustathium; et Theodoretus ait, Eulalium electum esse in Eustathii locum; qui cum post paulum mortuus esset, vocatum esse Eusebium Cæsareensem: illo vero transferri recusante, consecratum esse Euphronium, et tum post annum et paucos menses mortuum; cui successisse Placitum, sive Flaccillum. Eodem ordine nominat quoque Hieronymus post Eustathium in Chronico, Eulalium, Eusebium, Euphronium, Flaccillum. Attamen Epistola Constantini, in qua censet ille non oportere Eusebium transferri, scripta fuit ad synodum Antiochiæ, Euseb. V. C. iii. 62: unde sequitur consilium eligendi et transferendi Eusebium initum esse dum sederet synodus, hoc est, quamprimum sedes Antiochensis vacaret. Hæc autem conciliari possunt si Nicephorum audiamus, qui narrat, viii. 45, Arianorum fautores post Eulalii obitum iterum Eusebium adiisse, et petiisse ut suus episcopus foret, cum vero id et Eusebius refugeret, et imperator vetaret, vacasse sedem octo annos, (quod profecto satis bene congruit cum tempore quo obiit Eusebius:) et tum demum electum Euphronium. Nequeo tamen me satis persuadere Antiochiam episcopo caruisse hos octo annos.

24, 8. *χειροτονεῖται Εὐφρόνιος*] Idem scribit Sozomenus, et Theodorus Mopsuestenus apud Nicætam in Thesaurio Orthodoxæ Fidei. Sed et Georgius Laodicensis in encomio Eusebii Emisseni id ipsum confirmat. Ejus verba refert Socrates in libro secundo, capite nono; *εἶτα αὐθις τὸν Εὐσέβιον συνεῖναι Εὐφρονίῳ τῷ διαδεξαμένῳ Εὐστάθιον*. Theodoritus tamen in libro primo Historiæ capite 22. inter Eustathium et Euphronium interponit Eulalium, eumque brevi admodum tempore præfuisse scribit. Cum Theodorito consentit Philostorgius. VALES.

Cap. 25. Conf. Sozomen. ii. 27. Rufin. x. 11. Niceph. 60 viii. 47.

25, 5. καὶ μὴ ἀλόγως συκοφαντεῖσθαι] Narrationem istam de presbytero Ariano, quem Constantia Augusta Constantino fratri commendavit, hausit Socrates ex Rufini libro decimo. Eam tamen suspectam habeo: primum quia Athanasius, qui omnes Arianorum fraudes detegere ac traducere solet, ejus rei nusquam meminit. Deinde quia nomen illius presbyteri supprimitur: atqui si presbyter ille gratia et auctoritate tantum valuit apud Constantinum, ut testamentum suum moriens ei traderet, dignus profecto fuit cujus nomen commemoraretur. Rufini vero, meo quidem judicio, levis est auctoritas, quippe qui historiam suam negligenter admodum conscripserit, non ex monumentis rerum gestarum, sed ex fabulosis narrationibus, et ut Græce dicam, ἐκ παρακουμάτων. VALES.

25, 10. ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν] Dubito an recte hoc 61 Socrates dixerit. Nondum enim dedicata erat Constantino-polis: et postea comperimus imperatorem Nicomedis degisse; vid. Athan. Apol. c. Arian. 60, et infra, 27. Philostorgius quoque indicat Nicomedis fabricatos esse Arianorum dolos, ii. 7: unde conjicere possumus, illuc potius, tanquam ad suarum partium metropolim, sese collaturum fuisse Arium; quemadmodum etiam postea Ischyras ibidem confugit, infra, 27.

Cap. 26. Conf. Sozom. ii. 27. Cassiod. iii. 6. Niceph. viii. 47.

26, 3. παθόντα καὶ ἀναστάντα] Hic observare licet cum eruditiss. Pearsono, articulum de descensu ad inferna non haberi in ulla antiqua fidei confessione, nec catholicorum, nec hæreticorum; primumque occurrere in ecclesis Aquileiensis symbolo, paulo minus quadringentis post Christum natum annis. Pearson in *Symbolum Apost.* p. 225. READING.

Ibid. καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν] Hic articulus non semper eundem locum in symbolo tenuit; quandoque enim nonus fuit, quandoque ultimus: maxima tamen ex parte articulum de Spiritu Sancto proxime sequitur. Tertull. de Baptismo, c. 6. *Cum sub tribus et testatio fidei et sponsio salutis pignerentur, necessario adjicitur Ecclesis mentio, quoniam ubi tres, id est, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, ibi Ecclesia quæ trium corpus est.* August. in Enchirid. c. 56. *Spiritus S. si creatura, non Creator esset, profecto creatura rationalis esset: ipse enim*

esset summa creatura ; et ideo in regula fidei non poneretur ante Ecclesiam, quia et ipse ad Ecclesiam pertineret. Pearson. in Symb. Apost. p. 334. **READING.**

26, 3. τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων] Καθολικὴ μὲν οὖν καλεῖται ἐκκλησία, διὰ τὸ κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων. Cyrill. Catech. xviii. [23.] *Sancta Ecclesia ideo dicitur catholica, pro eo quod universaliter per omnem mundum sit diffusa.* Isidor. de Summo bono, lib. i. c. 9. **READING.**

26, 4. Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη] Eodem prorsus modo et Eusebius suam fidei regulam, quam synodo Nicæenæ obtulit, hujus textus auctoritate firmavit: Καθὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν, ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, εἶπε, πορευθέντες μαθητεύσατε, seqq. Socr. lib. i. c. 8. Theodoret. lib. i. c. 12. **READING.**

26, 6. τῇ ἐκκλησίᾳ] In codice Regio et apud Epiphanium 62 Schol. hic locus interpungitur hoc modo, τῇ μητρὶ ἡμῶν τῇ ἐκκλησίᾳ, δηλαδὴ περιηρημένων. Quæ distinctio non displicet. **VALES.**

Cap. 27. Conf. Sozom. ii. 21, 22, Athanas. Apolog. c. Arian. 59, seqq. Theodoret. H. E. i. 26. Rufin. x. 15. Niceph. viii. 48. Philostorg. ii. 11.

27, 3. γράφων ἠπέλησεν] Post hæc verba codex Florentinus hæc addit: μέρος ἐπιστολῆς τοῦ βασιλέως. Quæ omnino necessaria sunt, ut lector intelligat, non integram imperatoris epistolam, sed ejus duntaxat partem apponi. Certe Athanasius in Apologetico 2. adversus Arianos, ex quo hæc desumpsit Socrates, hanc Constantini epistolam adducens, eadem verba præposuit; additque hanc epistolam perlatam esse Alexandriam a Syncretio et Gaudentio palatinis. Sed quod ait Socrates, Arium venisse Alexandriam, id non dicit Athanasius, nec verum puto. **VALES.**

Socrates hic innuit, imperatorem bis de Ario ad Athanasium scripsisse. Athanasius tamen unam tantum imperialem epistolam nominat. Atque idem ille nos tum docet se ad imperatorem ita rescripsisse ut denique persuaderet, nullam esse sibi cum Ario communionem, neque eum recipi posse. Frustrati igitur spe sua Ariani consilia cum Meletianis inierunt. Apolog. c. Ar. 60.

27, 8. τῆς Μελετίου αἰρέσεως] Jam mortuus erat Meletius; 36 partes vero ejus denuo se erexerant contra Athanasium duce

Joanne, quem Meletius paulo ante mortem suam ordinaverat; conf. supra, ad 23, 1. Quod cum primum audiverant Eusebiani, magnis promissis, ait Athanasius, Meletianos conduxerunt ut secum starent: postea autem pacto fœdere usi sunt, cum sibi ipsis opportunum visum esset: nempe nunc, cum Athanasius Arium iterum rejecerat. Sozomenus scribit, Constantinum primo pertractum fuisse ut Meletianis hisce faveret, et ab Athanasio postulasse ut eos ad ecclesiam admitteret, donec ab illo certior factus schismaticos esse, rem remisit, antequam incepta esset Arianorum res nunc iterum Alexandriæ agi.

27, 8. διὰ Ἰσιῶνος καὶ Εὐδαίμονος καὶ Καλλιῆκου] Horum mentio fit in indiculo episcoporum partis Melitii, quem Alexander exegit a Melitio. Et Ision quidem episcopus erat in Athribi, Eudæmon in Tani, Callinicus vero Pelusii. Vide Athanasium in apologetico secundo. VALES.

Ibid. κεύσαντος] Ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβάλλοντος. Athanas. Ap. c. Ar. 60.

Ibid. Ἀλύπιος καὶ Μακάριος] Athanasius in apologetico Apim habet pro Alypio: sed locum in quo Constantinus hanc quæstionem habuit, non nominat. Socrates tamen Nicomediæ id factum esse scribit. Porro Baronius hæc gesta esse tradit anno Christi 329. Ego vero in sequentem annum conferre malim. Hæc enim post abdicationem Eustathii contigerunt, cum Eusebius ac Theognius ab exilio reversi, maximam auctoritatem apud Constantinum nacti essent. Quod vero idem Baronius Constantini literas de Ario in ecclesiam recipiendo ad Athanasium scriptas esse dicit, anno Christi 327, in eo manifeste labitur, et dissentit ab Athanasio, quem tamen in omnibus sequi se profitetur. Etenim Athanasius, statim post literas Constantini, et repulsam Arii, crimina illa a Melitianis delata esse scribit ad imperatorem. VALES.

Baronius hæc quasi diversis annis gesta essent, recitat partim anno 327, partim anno 329, in quo manifeste labitur; ut et Valesius, qui ea in annum 330 conferenda esse censet. Biennio citius, nempe initio anni 328 evenisse contendit *Ant. Pagi ad ann. 327. n. vi.* READING.

De temporibus quibus hæc gesta sunt nihil certum statui potest, præter id quod colligere licet ex annorum comparatione. Philostorgius tradit Eusebium, cum quo erant The-

ognius et Maris, relegatum fuisse tertio mense post synodum Nicænam: hosce vero tres revocatos esse post exactum in exilio triennium vid. Philost. i. 10, ii. 7: quod si verum esset, annus erat Domini 328. Paulum fortasse errat Philostorgius, (sicut supra, ad 9, 65, indicatum est,) et fuerit paulo senior reditus horum Arianorum episcoporum. Ipse tamen Arius prius redierat. Tum gesta hæc sunt ab Arianis una cum Meletianis contra Athanasium post Eusebii reditum, et ante synodum Tyri, quam constat habitam fuisse A. D. 335. Inter hanc vero et calumniam illam de misso ad Philumenum auro, quam refutavit Athanasius, spatium aliquod temporis intercessit; nam Athanasius refert, Meletianos paulum quievisse (*πρὸς ἄλλῳ ἡσυχάσαντες*) antequam Arianis obsequentes crimen illud fingere instituerent de Macario et Ischyra et Arsenio. Apolog. c. Ar. 63. Ceterum animadvertendum est Socratem hæc omnia ordine turbato narrare, quod ipse de se dicit. Refert enim c. 25. quo pacto Arius ab exilio redierit, (quod primum factum est,) et c. 26, fidei formulam obtulerit Constantino: cui subjungendum erat c. 23, quo refert quomodo Eusebius deinde redierit, et tum c. 24, quo describit synodum Antiochiæ habitam: c. autem 23 refert quomodo operam dederit Eusebius ut Arius Alexandriae reciperetur, quod continuat in c. 27, et tum pergit Meletianorum dolos narrare.

27, 8. *ἐν Νικομηδείᾳ*] Perperam Theodoretus hæc Constantinopoli acta esse scribit: nam Socrates omnia ex Athanasio hausit.

27, 11. *Ὅλα μέντοι μετὰ ταῦτα*] Interpositum est hic exiguum illud temporis intervallum, quo silebant Meletiani. Athan. Apol. c. Ar. 63.

27, 13. *Μαρεώτης χώρα*] Hunc Socratis locum valde illustrat Athanasius in apologetico 2. adversus Arianos. Cujus verba quia ab interprete male accepta sunt, hic apponam: *ὁ Μαρεώτης χώρα τῆς Ἀλεξανδρείας ἐστὶ καὶ οὐδέποτε ἐν τῇ χώρᾳ γέγονεν ἐπίσκοπος, οὐδὲ χωρεπίσκοπος· ἀλλὰ τῇ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπῳ αἱ ἐκκλησίαι πάσης τῆς χώρας ὑπόκεινται· ἕκαστος δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἔχει τὰς ἰδίας κώμας, μεγίστας, καὶ ἀριθμῷ δέκα πον καὶ πλείονας.* Id est, *Mareotes regio est Alexandriae: nec ullus unquam in ea fuit episcopus, ac ne chorepiscopus quidem; sed universæ ejus regionis ecclesiæ subjectæ sunt episcopo Alexan-*

drino. Singuli autem presbyteri proprios habent pagos, eosque maximos, denos interdum aut plures. Ex his apparet singulos 64 Mareoticæ pagos non habuisse suum presbyterum, sed unicum presbyterum denos pagos rexisse, atque interdum plures. Certe pagus in quo fuit Ischyras, cum esset omnium minimus, nec ecclesiam, nec presbyterum peculiarem unquam habuerat. In epistola quam omnes Mareotidis presbyteri ac diaconi scripserunt ad synodum Tyri, quæ refertur ab Athanasio in eodem libro, quatuordecim subscripserunt presbyteri, et quindecim diaconi. VALES.

Citatum Athanasii locum ita intellectum vult Valesius, ut singuli Mareotici presbyteri, decem aut plures maximos pagos administrandos haberent. Sed vix suaderi queat, tot tantosque vicos unicuique presbytero commissos fuisse. Et alioqui huic interpretationi repugnare videtur ipse Athanasius, dum ait, Ischyrae pagum ita parvum fuisse, ut nulla in eo fuerit ecclesia: quo innuit, in amplioribus quibusque ecclesiam, atque adeo presbyterum extitisse. Quare decem tantum vicos aut plures in tota regione recensere Athanasium existimamus. Et sane vox *χώρα*, quam usurpat Athanasius de Mareote loquens, non amplam regionem significare videtur, sed haud magnum terræ spatium. Haud exigua tamen regio fuisset Mareotes, si presbyteri Mareotici, qui novemdecim numerantur in subscriptionibus epistolæ Alexandri, decem maximos pagos, imo plures singuli administrandos habuissent. Ptolemæus octo urbes aut pagos recenset. *Clarissimi Monachi Benedictini in dictum Athanasii locum*, p. 200. READING.

Pro, *δέκα πον καὶ πλέονας* (sive *πλέονας*), Cod. Reg. habet *καὶ πλέον*. Legi fortasse posset *καὶ πλέονες*. Utrumvis interpretationem Benedictini editoris satis tueretur.

27, 14. *Ἰσχύρας τις*] Vide ampliorem hujus facinoris narrationem apud Athanasium Apol. contra Arianos, p. 134. edit. Benedict. Unde colligere licet iudicium Ecclesiæ primitivæ de necessitate ordinationis episcopalis. Melitius, licet schismaticus, quoniam tamen fuit episcopus, agniti sunt ab eo ordinati presbyteri: dum Ischyras hic presbyteratus gradum a Collutho quodam mero presbytero sortitus, locum istum non tenuit, sed ad laicos detrusus est. *Consule dom. Joan. Potter lib. de Regimine Ecclesiastico*, p. 294. READING.

27, 17. ὅστερον συνεστήσαντο] Hoc est, rursum postea persecuti sunt: nam Macarium prius ad imperatorem detulerant Meletiani ob fractum calicem, et Athanasium eodem tempore (ut videtur) reum postulaverant de Arsenii cæde: imperator vero rem calicis jam audierat et calumniam detexerat, antequam præceptum Dalmatio miserit ut de Arsenii nece quaereret. Postea tamen litem iterum intenderunt Meletiani de vi quam fingebant Ischyram a Macario perpressum esse. Athan. Ap. c. Arian. 63, 64.

27, 18. Ἀρσενίου τινὸς ἐπισκόπου τῆς Μελιτιανῶν θρησκείας] Hic Arsenius episcopus fuit Melitianorum in urbe Hypseli, quæ est in Thebaïde. Certe in epistola quam scripsit ad Athanasium, hunc honoris titulum assumit. Ἀθανασίῳ μακαρίῳ Πάπῃ Ἀρσένιος ἐπίσκοπος τῶν ποτὲ ὑπὸ Μελλίων τῆς Ὑψηλιτῶν πόλεως. Id est, Athanasio beatissimo παρὰ Arsenius episcopus urbis Hypselitarum, ex iis qui aliquando fuerunt sub Melitio. In indiculo tamen episcoporum partis Melitii, quem Melitius tradidit Alexandro, nullus reperitur Arsenius. VALES.

27, 20. τῷ κήσωρι Δαλματίῳ τῷ ἀδελφιδῷ ἑαυτοῦ] Hæc ex Athanasio sumpsit Socrates. Verba Athanasii in Apologetico 2. adversus Arianos [65. p. 182] hæc sunt: γράφει δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Ἀντιόχειαν Δαλματίῳ τῷ κήσωρι, ἀκούσαι περὶ τῆς τοῦ φόνου δίκης. ὃ τοίνυν κήσωρ ἐπιστέλλει μοι παρασκευάσασθαι πρὸς ἀπολογία. Putavit Socrates hunc Dalmatium Constantini fratris filium fuisse, eum qui aliquot post annis Cæsar factus est a Constantino. Sed longe falsus est. Dalmatius enim censor, frater fuit Constantini, pater Dalmatii Cæsaris. Id testatur auctor Chronici Alexandrini, qui de Constantino ita scribit: καὶ Δαλμάτιον τὸν υἱὸν ἀδελφοῦ αὐτοῦ Δαλματίου τοῦ κήσωρος Καίσαρα ἀνηγόρευε. Certe Dalmatius Dalmatii filius, tunc cum hæc gesta sunt quæ ab Athanasio referuntur, adhuc tenera erat ætate, nec iudex sedere poterat in tam gravi negotio. Præterea tunc temporis debebat Narbonæ, et una cum Hannibaliano fratre Exuperium rhetorem audiebat. Ex ea enim urbe accitus a Constantino, admodum adolescens Cæsar creatus est, ut tradit Ausonius in libro de professoribus Burdigal. [xvii. p. 97. ed. Bipont. 1785.] anno Christi 335.

Judicium autem illud de cæde Arsenii habitum est a Dalmatio censore Antiochiæ, ut testatur Athanasius, anno Christi 332. juxta sententiam Baronii. VALES.

Erat Hannibalianus, Dalmatius etiam dictus, Constantini Magni ex patre tantum frater, ut docet anonymus Valesianus. Auctor Chronici Alexandrini testatur eum, anno 335, regem nominatum purpura indutum fuisse, et Cæsaream Capadociæ amandatum. Qua de re legendus Victor in epitome. READING.

27, 21. *παύει δὲ ὁ βασιλεὺς*] Multa hic Socrates omittit, quæ fusius et melius Sozomenus enarrat: sicut, exempli gratia, synodum ad Cæsaream indictam prorsus prætermisit: et per totam hanc de Athanasio et Meletianorum dolis narrationem non satis exacte tempora divisit. Dalmatii censoris iudicium inhibuit (*ἔπαυσε*) Constantinus, cum certior factus esset, per literas ab Athanasio acceptas, Arsenium vivum deprehensum esse, atque simul recordatus esset quomodo ipse compererat, habito in Psammathia prius examine, falsum esse crimen de illata vi in Ischyram. Scripsit præterea epistolam amicam Athanasio, et Eusebium Nicomediensem in Orientem contra Athanasium proficiscentem revocavit. Exinde Meletiani præ pudore iterum aliquandiu quieverunt, et Joannes sive Archaph episcopus, eorum princeps, Athanasio reconciliatus est. Cito tamen Ariani sopitum dissidium, atque ipsos quidem Melitianos, denuo suscitabant: quorum ope permotus est imperator, ut juberet cogi ad Tyrum synodum istam de qua scribit hic Socrates. Hæc refert Athanasius Apol. c. Ar. 65—71. Verum ex epistola synodi Sardicensis, quam Theodoretus et Sozomenus sequuntur, discimus, synodum indictam esse primo Cæsareæ (triginta fere menses, Sozomenus inquit, antequam habita sit illa ad Tyrum,) de qua nihil dixit Athanasius; causa autem ejus silentii fortasse fuerit, quod hanc synodum prout iniquum sibi tribunale refugerit; præsides enim ibi forent Eusebii duo, Nicomediensis et Cæsareensis. Quantum temporis intercesserit inter iudicium illud quod Dalmatio censori commissum est, et synodum eam quæ ad Cæsaream indicta est, non constat; de his consuli potest Pagius infra, quem mox citat Reading. Certum tamen est,

ea quæ Tyri evererunt A. D. 335 non fuisse causam cur Constantinus censorem ab instituto iudicio peragendo cohibuerit, quod scribit Socrates.

Cap. 28. Conf. Euseb. V. C. iv. 41. Athanas. Apol. c. Ar. 71, et 6, et 8. Rufin. x. 16. Sozom. ii. 25. Theodoret. i. 28. Cassiod. iii. 7. Niceph. viii. 49.

28, 1. Σύνοδον ἐπισκόπων ἐκήρυξε γενέσθαι] Socrates scribit, Constantinum, iudicium quod coram Dalmatio censore in causa S. Athanasii agebatur, repressisse, quod jussisset episcopos ad dedicationem ecclesiæ Hierosolymitanæ convenire, et priusquam illuc pervenirent, causam Athanasii obiter Tyri ventilare. Theophanes vero habet, Constantinum, quod Dalmatio commiserat iudicium, Cæsaream transtulisse; quo, cum propter Eusebium Cæsareæ episcopum venire recusasset Athanasius, diem ei esse dictum Tyri. Res itaque sit se habuit. Postquam Constantinus ad Athanasium scripsisset, ut Meletianorum insidias pro nihilo duceret; et Meletiani timore per-
 quievisset, ut ait Sozomenus, lib. ii. c. 24. accusatorum multitudinem adversus eum ex-
 imperator apud Cæsaream synodum fieri ju-
 Athanasius venire compelleretur, triginta
 spatio profectionem suam distulit. Ita
 Niceph. lib. viii. c. 49. Dalmatius itaque a
 cognoscenda anno præcedenti cessavit; eo-
 ter, novæ illæ insidiæ Athanasio structæ, et
 indicta; triginta enim menses illi ab in-
 nodi inchoati, et anno 334, quo ea celebrata,
 in synodali epistola pseudo-synodi Sardi-
 cripta, legitur: *Asclepas ante decem et septem*
honore distinctus est, ideoque anno 331, aut
 pas episcopus Gazæ, de quo Theodoritus,
 lib. i. c. 29, ait: *Cum episcopi Tyri convenissent* (anno scil. 335)
eo accesserunt tum alii quidam, qui ob perversam doctrinam ac-
cusabantur; ex quorum numero fuit Asclepas episcopus Gazæ;
tum admirandus Athanasius. Cum igitur in synodo apud
 Tyrum celebrata tam Asclepiadis quam Athanasii causa dis-
 cussa fuerit, apparet utrumque etiam anno 331 fuisse accusa-
 tum, ac utriusque causam ad synodum Cæsareæ, indeque ad
 Tyrianam remissam, et synodum Cæsariensem anno 331 in-
 dictam esse. Sed cum post triginta circiter mensium spa-

Judicium autem illud de cæde Arsenii habitum est a Dalmatio censore Antiochiæ, ut testatur Athanasius, anno Christi 332. juxta sententiam Baronii. VALES.

Erat Hannibalianus, Dalmatius etiam dictus, Constantini Magni ex patre tantum frater, ut docet anonymus Vale-
sianus. Auctor Chronici Alexandrini testatur eum, anno 335, regem nominatum purpura indutum fuisse, et Cæsaream Cap-
padociæ amandatum. Qua de re legendus Victor in epitome.
READING.

27, 21. *παύει δὲ ὁ βασιλεὺς*] Multa hic Socrates omittit, quæ fusius et melius Sozomenus enarrat: sicut, exempli gra-
tia, synodum ad Cæsaream indictam prorsus prætermisit: et per totam hanc de Athanasio et Meletianorum dolis narratio-
nem non satis exacte tempora divisiit. Dalmatii censoris judi-
cium inhibuit (*ἐπαύσε*) Constantinus, cum certior factus esset, per literas ab Athanasio acceptas, Arsenium vivum deprehen-
sum esse, atque simul recordatus esset quomodo ipse com-
pererat, habito in Psammathia prius examine, falsum esse crimen de illata vi in Ischyram. Scripsit præterea epistolam amicam Athanasio, et Eusebium Nicomediensem in Orientem contra Athanasium proficiscentem revocavit. Exinde Mele-
tiani præ pudore iterum aliquandiu quieverunt, et Joannes sive Archaph episcopus, eorum princeps, Athanasio reconcilia-
tus est. Cito tamen Ariani sopitum dissidium, atque ipsos quidem Melitianos, denuo suscitabant: quorum ope permotus est imperator, ut juberet cogi ad Tyrum synodum istam de qua scribit hic Socrates. Hæc refert Athanasius Apol. c. Ar. 65—71. Verum ex epistola synodi Sardicensis, quam Theodoretus et Sozomenus sequuntur, discimus, synodum indictam esse primo Cæsareæ (triginta fere menses, Sozomenus inquit, antequam habita sit illa ad Tyrum,) de qua nihil dixit Athanasius; causa autem ejus silentii fortasse fuerit, quod hanc synodum prout iniquum sibi tribunale refugerit; presides enim ibi forent Eusebii duo, Nicomediensis et Cæsareensis. Quantum temporis intercesserit inter judicium illud quod Dalmatio censori commissum est, et synodum eam quæ ad Cæsaream indicta est, non constat; de his consuli potest Pagius infra, quem mox citat Reading. Certum tamen est,

ea quæ Tyri evenerunt A. D. 335 non fuisse causam cur Constantinus censorem ab instituto judicio peragendo cohibuerit, quod scribit Socrates.

Cap. 28. Conf. Euseb. V. C. iv. 41. Athanas. Apol. c. Ar. 71, et 6, et 8. Rufin. x. 16. Sozom. ii. 25. Theodoret. i. 28. Cassiod. iii. 7. Niceph. viii. 49.

28, 1. Σύνοδον ἐπισκόπων ἐκήρυξε γενέσθαι] Socrates scribit, Constantinum, judicium quod coram Dalmatio censore in causa S. Athanasii agebatur, repressisse, quod jussisset episcopos ad dedicationem ecclesiæ Hierosolymitanæ convenire, et priusquam illuc pervenirent, causam Athanasii obiter Tyri ventilare. Theophanes vero habet, Constantinum, quod Dalmatio commiserat judicium, Cæsaream transtulisse; quo, cum propter Eusebium Cæsareæ episcopum venire recusasset Athanasius, diem ei esse dictum Tyri. Res itaque sit se habuit. Postquam Constantinus ad Athanasium scripsisset, ut Meletianorum insidias pro nihilo duceret; et Meletiani timore percussali aliquantisper quievisset, ut ait Sozomenus, lib. ii. c. 24. rursus adversarii accusatorum multitudinem adversus eum excitarunt. Quare imperator apud Cæsaream synodum fieri jussit, ad quam cum Athanasius venire compelleretur, triginta circiter mensium spatium profectionem suam distulit. Ita Sozom. c. 25. et Niceph. lib. viii. c. 49. Dalmatius itaque a causa Athanasii cognoscenda anno præcedenti cessavit; eodemque, vel circiter, novæ illæ insidiæ Athanasio structæ, et synodus Cæsariensis indicta; triginta enim menses illi ab indictione hujus synodi inchoati, et anno 334, quo ea celebrata, absoluti. Certe in synodali epistola pseudo-synodi Sardicensis, anno 347. scripta, legitur: *Asclepas ante decem et septem annos episcopatus honore distinctus est*, ideoque anno 331, aut 330. Erat Asclepas episcopus Gazæ, de quo Theodoritus, lib. i. c. 29, ait: *Cum episcopi Tyri convenissent* (anno scil. 335) *eo accesserunt tum alii quidam, qui ob perversam doctrinam accusabantur; ex quorum numero fuit Asclepas episcopus Gazæ; tum admirandus Athanasius.* Cum igitur in synodo apud Tyrum celebrata tam Asclepiadis quam Athanasii causa discussa fuerit, apparet utrumque etiam anno 331 fuisse accusatum, ac utriusque causam ad synodum Cæsareæ, indeque ad Tyrianam remissam, et synodum Cæsariensem anno 331 indictam esse. Sed cum post triginta circiter mensium spa-

tium, neuter Cæsaream adventaret, utriusque causa ad synodum Tyrianam rejecta fuit. *Ant. Pagi ad ann. 332. n. ii.* **READING.**

28, 1. ὁδοῦ οὖν πάρεργον] Ita Eusebius, de Constantino, *πρῶτα μὲν ἐπὶ τὴν τῆς διαμάχης λύσιν ἐντεῦθεν δὲ τὴν ἀφιέρωσιν τοῦ προλεχθέντος νεῶ ποιεῖσθαι διακελευσάμενος. Ὁδοῦ δὲ πάρεργον, ἐπὶ τῆς Φωϊκῶν μητροπόλεως προσέταττε διαλύσασθαι τὰς ἐρεσχελίας.* V. C. iv. 41.

28, 2. Τριακοστὸν δὲ ἔτος ἦν τοῦτο] Habita est synodus Tyri Constantio et Albino consulibus, ut testatur Athanasius, anno Christi 335. Erat hic annus imperii Constantini octavus et vicesimus. Nonus autem ac vicesimus coepit iisdem consulibus die octavo kalendas August. Quo quidem die Constantinus tricennalia celebravit, ut scribitur in fastis Idatii, toto anno eam solemnitatem anticipans. Atque hæc tricennalium anticipatio, non Socrati solum, sed aliis etiam pluribus occasionem erroris præbuit. **VALES.**

Recte Socrates; quem frustra corrigit Valesius in notis. Nimirum Constantinus anno 306, viii Kal. Aug., patri successit: proinde ann. 335, annum tricesimum inchoavit; quod ipse Valesius agnovit in notis ad librum iv. de Vita Constantini, c. 53. Vide etiam in Baluzii notas in Lactant. de Mortibus Persecutorum, c. 24. *W. Lowth.* **READING.** Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 335.

Ibid. Διονυσίου] Ita Constantini Epist. in Euseb. V. C. iv. 42. et Athanas. l. c.

28, 3. Καὶ ἦγετο μὲν Μακάριος] Criminabantur scilicet illum 66 Eusebiani, quod poculum mysticum, jubente Athanasio, confregisset. Calumnia autem hæc ab Ischyra intentata fuit, quem Athanasius per Macarium prohibuerat, ne sacerdotii munere fungeretur. **READING.**

28, 4. ἐγγράπτω γὰρ αὐτῷ] Ita Athanasius, ἐμοὶ δὲ γράφει καὶ ἀνάγκην ἐπιτίθησιν, *ibid.* Conf. etiam Constantini epistolam ad synodum scriptam quam citat Eusebius: Ἐὰν γὰρ τις, ὡς ἐγὼ οὐκ οἶμαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι πειρώμενος, μὴ βουληθῆ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ' ἡμῶν ἀποσταλήσεται ὡς ἐκ βασιλικῆ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλῶν, ὡς οὐ προσήκεν ὄροις αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐξενεχθεῖσιν ἀντιτείνειν, διδάξει: V. C. iv. 42. ubi insuper notandum est, in vocibus istis, καὶ νῦν διακρούσασθαι πειρώμενος, Athanasium ideo carpi videri

quia priorem illam synodum, quæ ad Cæsaream convocata erat, refugisset.

28, 4. *παρῆν οὖν ἐξ ἀνάγκης καὶ Ἀθανάσιος*] Idem ait Athanasius, *Κόμης γὰρ ἦν ὁ ἀναγκάζων, καὶ στρατιῶται εἰλκον ἡμᾶς*. Apol. c. Ar. 72. Non tamen solus ille fuit; una enim profecti sunt episcopi quadraginta octo ex Ægypto. Vide eorum epistolam in eadem Apol. 77, et p. 196. Conf. quoque Alexandri epistolam ibid. 80.

Cap. 29. Conf. Athan. Apol. c. Ar. 65, 71, 72. Theodoret. i. 30. Sozom. ii. 25. Rufin. x. 17. Philostorg. ii. 11. Epistol. Syn. Sardic. (Arian.) in Hilar. Fragm. vol. ii. c. 651. Niceph. viii. 49.

29, 2. *τοῦ ὑπατικοῦ Ἀρχελάου*] Rufinus in lib. x. Historiæ Ecclesiasticæ hunc Archelaum non consularem Phœnices, sed comitem Orientis fuisse dicit. VALES.

29, 3. *καὶ εὐρὼν ἡσφαλίσατο*] Contra autem narrat Rufinus, Arsenium se sponte sua obtulisse Athanasio, x. 17.

Cap. 30. Conf. eosdem locos.

67

30, 1. *Τούτων οὕτως ἐπὶ Ἀρσενίῳ πραχθέντων*] Multæ aliæ fuere accusationes contra Athanasium, præter hasce duas quas Socrates refert, de Arsenio et de Macario. Vid. Epistol. Syn. Sardic. in Hilar. Fragm. iii. 6. et Sozom. ii. 25, ubi exponuntur. De figmento illo, injuria et perfide Athanasium ordinatum esse episcopum Alexandriæ, vid. epistolam episcoporum in Apol. c. Arian. 6.

Ib. *Ἀχαὰβ δὲ, ὁ καὶ Ἰωάννης*] Apud Athanasium in Apologotico 2. pagina 783 [182], *Ἀρχὰφ ὁ καὶ Ἰωάννης*. Sed et in epistola Alexandri Thessalonicensis episcopi ad Athanasium Archaph dicitur. Duplici igitur nomine appellatus est. Et Archaph quidem ab Ægyptiis patrio vocabulo dicebatur; Joannes vero monasticum ejus nomen fuit. Fuit autem episcopus partis Melitii apud Memphin. Eique mandatum esse a Constantino scribit Athanasius, ut cum archiepiscopo suo concordaret. Intelligit autem Athanasius literas Constantini ad Joannem, quas supra retulerat pagina 787 [186], editionis Parisiensis. VALES.

Cap. 31. Conf. eosdem locos.

31, 1. *ταῖς νομικαῖς ἐχρήσατο παραγραφαῖς*] Jam inde ab initio Athanasius, et episcopi ejus socii, injustitiam judicii hoc modo contestati erant. Ita enim ipsi scribunt in duabus illis epi-

stolis, ad synodum et ad comitem Dionysium; καὶ κατ' ἀρχὴν μὲν γὰρ παρητούμεθα πάντες διὰ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῖν Ἀθανασίου. Apol. c. Arian. 77. et 78: quod repetunt quoque in tertia epistola, in qua a comite ad imperatorem provocant; ubi id quoque addunt, se a comite prohibitos fuisse ne illud agerent; οὗς κατὰ τὴν ἀρχὴν θελήσαντες παραιτήσασθαι, οὐκ ἐπετρέπημεν. ibid. 79.

31, 2. ἀπουησάντων δὲ τῶν κατηγορῶν] Athanasius scribit, οὔτε γὰρ Μακάριον ἠλεγξαν περὶ τοῦ ποτηρίου· ἀλλὰ καὶ Ἀρσένιος, ὃν ἐθρύλλησαν ἀνηρῆσθαι παρ' ἡμῶν, εἰσθήκει ζῶν·— tum vero Eusebianos iratos comiti Dionysio persuasisse, ut legatos ad Mareotem mittendos censeret. ib. 72.

31, 3. ἐπέμπετο γὰρ Θεόγυις] Sex illi Arianorum principes a militibus deducti portaverunt epistolam ad præfectum Ægypti scriptam, et secum abduxerunt accusatorem Macarii Ischyram. Athan. Apol. c. Ar. 72. Quanto vero partium studio hæc acta sint conquestus est comiti Dionysio Alexander Thessalonicæ episcopus; nempe quia et clam et præter fidem datam facta sint; μηδὲ σημάναντες ἡμῖν· ἦν γὰρ δόξαν κατὰ τὸ αὐτὸ σκέψασθαι, τίνας δεήσει ἀποσταλῆναι. ib. 80.

Ib. ἐκ μονομεροῦς πρᾶξιν ὑπομνημάτων ποιήσασθαι] Ita revera factum esse multorum testimoniis constat, quæ citat Athanasius in Apolog. c. Ar. 73—80. Conf. quoque ibid. 83, et 13, seqq. ex epist. synod. Alexandr. Idem postea etiam confessi sunt Maris, Valens, et Ursacius. Vid. Theodoret. H. E. ii. 16. et Hilar. Fragm. Hist. ii. c. 636.

31, 4. διαλαθὼν ἀνεχώρησεν] Conf. Athan. ibid. 82, τοῦτων οὕτω πραττομένων ἀνεχώρησαμεν ἀπ' αὐτῶν: nempe dum legati isti in Ægypto morabantur. Theodoretus vero ait, comitem Dionysium curasse deportandum alio Athanasium, postquam producto Arsenio adversariorum mendacia patefecisset; sic, ἀλλ' οἱ παρὰ βασιλέως τὴν τῆς εὐταξίας πρόνοιαν πιστευθέντες τὸν φόνον ἐκώλυσαν. ἐξαρπάσαντες γὰρ τὸν νικηφόρον καὶ σκάφους ἐπιβῆναι παρασκευάσαντες, τὴν σωτηρίαν προὔξενησαν. καὶ οὗτος μὲν τὸν βασιλέα καταλαβὼν κ. τ. λ. H. E. i. 30. Atque idem 68 fere Sozomenus ii. 25, nisi quod non indicet quo tempore legati in Ægyptum missi sint; quod Theodoretus contra ait factum esse postquam Athanasius abiisset.

Cap. 32. Conf. eosdem locos.

32, 1. πρὸς τὸν βασιλέα ἀνέδραμεν] Eo quidem modo quem

ipse Constantinus enarrat in epistola sua infra, c. 34. Non solus tamen Athanasius ad imperatorem provocavit: nam episcopi quoque Ægyptii, qui una cum illo ad Tyrum iverant, epistolam ad comitem Dionysium, qui synodo præsidebat, direxerunt, in qua de injustitia gestorum in synodo conquesti, provocant ab ipso comite ad imperatorem sic, καὶ γὰρ εὐλογον ἀποσταλέντα σε παρὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπικαλεσαμένων τὴν εὐσέβειαν αὐτοῦ, αὐτῷ τηρῆσαι τὸ πρᾶγμα. Athan. Ap. c. Ar. 79. Quibus est similis ratio quam ipse Athanasius reddit, ἡμεῖς δὲ ἀνελθόντες ἐδείξαμεν βασιλεῖ τὰς ἀδικίας τῶν περὶ Εὐσέβιον, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἦν ὁ τὴν σύνοδον γενέσθαι κελεύσας, καὶ κόμης αὐτοῦ καθηγεῖτο ταύτης. *ibid.* 86.

32, 2. πολλὰ ἐν τοῖς καθαιρετικοῖς] Musculus et Christophorsonus τὰ καθαιρετικὰ, depositionis causas interpretantur. Nam Musculus quidem ita vertit, *ac multa probra inter depositionis causas referunt.* Christophorsonus vero, *multa probra in causis abdicationis referendis contumeliose objiciuntur.* Ego vero libellum depositionis his verbis intelligi censeo, sive epistolam synodalem de condemnatione ac depositione Athanasii. Eadem voce utitur Socrates in libro secundo capite 1, [5.] Quod si quis harum epistolarum exemplum legere desiderat, exstat epistola synodica concilii Antiocheni de depositione Pauli Samosatensis: epistola item synodica Serdicensis concilii de Gregorii Alexandrini, Valentis et Ursacii, aliorumque Arianorum antistitum depositione. VALES.

Ib. καθάρσει ἐψηφίσαντο] De iniquitate hujus depositionis vide Athanasii Apologiam contra Arianos, p. 135. edit. Benedict. READING.

Julius papa in epistola sua ad synodum Antiochiæ asserit Athanasium Tyri non condemnatum fuisse, Ἀθανάσιος δὲ ἐμαρτυρήθη μὴδὲ ἐν Τύρῳ καταγνωσθεῖς, Athan. Ap. c. Ar. 23. Mox quoque, *ibid.* 34, Marcellum et Athanasium dicit τοὺς μὴ καταγνωσθέντας. Hoc vero non ita intelligendum est, ac si vellet Julius negare sententiam a synodo contra Athanasium prolata esse, id enim vix dubitari potest; sed sententiam eam invalidam esse. Editor Benedictinus interpretatur καταγνωσθεῖς per *convictus*; ut mens Julii sit, crimina non probata, itaque judicium nihili æstimandum, fuisse. Quid actum fuerit plane

exposuit postea Liberius papa coram Constantio sic, οὐδέποτε κατὰ πρόσωπον κέκριται ὁ ἄνθρωπος, ὅσοι γὰρ τότε συνελθόντες κατεψηφίσαντο αὐτοῦ, ἀναχωρήσαντος Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κριτηρίου, κατεψηφίσαντο ἀλόγως. Theodoret. ii. 16. Quamobrem falsum est id quod habet epistola synodi quæ Sardicensis nomen præ se fert, revera autem fuit Arianorum qui ad Philippopolim convenerant, *Unde in præsentem Athanasium dignam pro criminibus sententiam dicunt. Propter quod Tyro fugiens imperatorem appellat. Audit etiam imperator: quique interrogatione habita, omnia ejus flagitia recognoscens, sua illum sententia in exilium deportavit.* Hilar. Fragm. iii. 7. t. ii. col. 652. Præterea cum ea depositionis sententia certe dicta est postquam Athanasius et episcopi ejus ad imperatorem provocassent, fortasse etiam postquam iratus hic synodi gesta sua sententia damnasset, vim et auctoritatem synodi iudicio ipse imperator denegaturus erat. Athanasius vero nusquam, quod comperi, se ab hac synodo depositum esse dicit. Porro autem quatuor presbyteri quoque absentes hic condemnati et in exilium acti sunt, nempe Aphthonius, Athanasius Capitonis F., Paulus, et Plutio. Ap. c. Ar. 17 et 40: et in locum Athanasii Joannes, episcopus et dux Meletianorum, missus est a synodo ut regeret ecclesiam Alexandrinam. Sozom. ii. 31.

32, 3. ὑψηλοπολιτῶν] Apud Athanasium rectius legitur ὑψηλιτῶν πόλεως, ut supra monuimus. Stephanus de urbibus ὑψηλιν vicum Ægypti esse dicit, ejusque incolas ὑψηλιτὰς vocari. VALES.

Ib. καθυπέγραψε] Hoc in dubium revocat Benedictinus editor Vitæ Athanasii, 335, 20, quia Arsenius tum temporis “ex partibus stabat Athanasii.” Veruntamen incertum est quo tempore Arsenius in gratiam cum Athanasio redire voluerit: epistola ejus serius scripta esse videtur. Vid. Apol. c. Ar. 69, et 8.

Cap. 33. Conf. Euseb. V. C. iv. 43. Athanas. De Synod. 21. Theodoret. H. E. i. 31. Sozom. ii. 26. 27. Rufin. x. 11. Casiod. iii. 6. Niceph. viii. 50.

33, 1. παρῆν δὲ εὐθὺς γράμματα] Nempe nondum decisis rebus quæ agendæ erant in synodo. Ita Eusebius, Ἐπεὶ δὲ ἐχώρει τὰ προστεταγμένα, κατελάμβανεν ἄλλος βασιλικὸς ἀνὴρ (quem Marianum vocat Sozomenus), ἐπισπέρχων τὴν σύνοδον σὺν γράμ-

ματι βασιλικῷ, σπεύδειν καὶ μηδὲν ἀναβάλλεσθαι τὴν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παρορμῶν γε πορείαν. V. C. iv. 43. Facta est ecclesiae dedicatio Hierosolymæ Septembris d. 17. secundum Chron. Paschale: epistola vero presbyterorum Mareotæ ad Philagrium, in qua de legatis illuc missio propter causam Isochyræ conquesti sunt, data est Septemb. d. 7, vid. Athanas. Apol. c. Ar. 76; postquam legati ad Tyrum redierant, secundum Clinton. in Fast. Rom. A. D. 335, quem vide. Incertum vero est quo tempore synodus Tyrum reliquerit.

33, 1. τῶν τότε] Locum appellat τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις μαρτύριον Eusebius, V. C. iv. 40, τὸ σωτήριον μαρτύριον epistola ipsius synodi, μέγα μαρτύριον Sozomenus ii. 26. τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἁγίου σταυροῦ—ἐντεῦθεν ἤρξατο ἡ σταυροφάνεια Chron. Paschale: et Sozomenus quoque refert, festum hoc dedicationis quotannis servari, ἐτήσιον ταύτην ἑορτὴν λαμπρῶς μάλα ἀγει ἡ τῶν Ἱεροσολύμων ἐκκλησία, ibid.

Ib. Ἄρειον μὲν] Apud Athanasium in Apologia secunda adversus Arianos, et in libro De Synodis Arimini et Seleuciæ, refertur epistola synodica concilii Hierosolymitani, in qua episcopi qui ad dedicationem basilicæ Constantinianæ illic convenerant, testantur, se in communionem suscepisse τοὺς περὶ Ἄρειον: idque ex mandato imperatoris, qui per literas ipsis significaverat, se rectam eorum hominum fidem cognovisse, tum ex viva ipsorum voce, tum ex libello fidei ab iisdem porrecto. Quem quidem libellum Constantinus literis suis subjecerat. Intelligit autem libellum illum fidei quem Arius et Euzoius Constantino obtulerant: quem supra retulit Socrates, et quem refert Sozomenus in lib. 2. c. 27. Nam cum Arius libellum fidei Constantino obtulisset, Constantinus credens ejus doctrinam cum Nicæna fide consentire, ipse quidem hac de re judicare noluit; sed eum ad examen concilii Hierosolymitani remisit, ut scribit Rufinus in libro decimo, et Sozomenus. Athanasius quoque in libro de synodis diserte scribit, Arium ejusque socios in communionem receptos esse a synodo Hierosolymitana: verba ejus hæc sunt; καὶ κατὰ τὸ ἐξορισθῆναι τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον, γράφοντες δὲ εἰν δεχθῆναι Ἄρειον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, &c. Verum ego non Arium illum hæresiarchen, sed alterum Arium ei cognominem, qui

ab Alexandro Alexandriae episcopo una cum Ario signifero suo damnatus fuerat, hic intelligendum puto. Arius enim hæresiarches diu ante synodum Hierosolymitanam e vivis excesserat, ut certissimis argumentis probavi in libro secundo Observationum Ecclesiasticarum capite 2. Proinde Arius ille qui una cum Euzoio libellum fidei suæ obtulit Constantino, alius est ab Ario hæresiarcha. Quod quidem alio quoque argumento ostendi potest. Hic Arius qui cum Euzoio libellum obtulit Constantino, ante synodum Hierosolymitanam, id est ante annum Christi 335, nondum restitutus fuerat, nec Ecclesie catholice sociatus: petit enim a principe in suprascripto libello, ut per ejus pietatem sublatis cunctis altercationibus, uniatur Ecclesie catholice. Atqui Arius hæresiarches diu antea revocatus ab exilio, et ad communionem admissus fuerat, ut testatur libellus satisfactionis Eusebii ac Theognii. Ibi enim Eusebius ac Theognius diserte scribunt, ipsum auctorem totius controversie, Arium videlicet, data satisfactione in integrum restitutum esse. Eusebius porro ac Theognius eum libellum miserunt episcopis anno Christi 328. ut supra ostendi. Arius igitur hæresiarches ejusdem anni exordio revocatus fuerit necesse est. VALES.

Scio quidem cl. virum Hen. Valesium affirmare, Arium ante aliquot jam annos obiisse, adeoque illum qui anno 335 in synodo Hierosolymitana una cum Euzoio ad ecclesie pacem admissus est, non fuisse nostrum, sed alterum Arium, hæresiarchæ asseclam. Verum hæc omnia pene gratis dicta sunt, non nisi levibus duntaxat conjecturis, nullo veterum testimonio diserte nixa; et in Historia Ecclesiastica hospes plane sit oportet, qui nesciat veteres unanimi consensu hæc omnia ad nostrum Arium unice referre. *Guil. Cave in Ario.* Cum Athanasius, qui nullibi duos Arios memorat, in libro De Synodis tradat, Arium anno 336, se jam exule, in vivis fuisse, manifesto hic hallucinatur Valesius. *Vide plura de hac re apud Ant. Pagi ad ann. 340. n. xvi, seqq.* Translata est autem synodus, eodem auctore, ab urbe Tyro Hierosolyma, anno Chr. 335. READING.

Præmissis hoc unum addere libet. Sozomenus, qui certe multum operæ huic parti historie suæ indagandæ impendit,

vix de fato hominis, qui totius negotii fons et caput, immo ipse tragœdiæ protagonistes fuerat, falli potuit. Atqui planissime de nullo alio Ario cogitavit præter ipsum sectæ auctorem. Conf. Admonit. in Epist. ad Serapion. edit. Benedict. Athan. Oper. p. 338. s. 7.

33, 2. Ἐγραφον δὲ καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ] Epistolam 69 hanc integram exhibet Athanas. De Synod. 21, partem vero ejus in Apol. c. Ar. 84.

33, 3. Ἀθανάσιον μὲν ἀναδεδραμηκέναι] Sic ipse Athanasius Apolog. contra Arianos, p. 201. ἡμεῖς δὲ ἀνελθόντες ἐδείξαμεν βασιλεῖ τὰς ἀδικίας τῶν περὶ Εὐσέβιον, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἦν ὁ τὴν σύνοδον γενέσθαι κελεύσας, καὶ Κόμης αὐτοῦ καθηγεῖτο ταύτης, &c. *Nos autem imperatorem adjuvantes, injurias ab Eusebianis illatas ipsi renuntiavimus; utpote qui synodum cogi jussisset, cui præsidebat ejus comes. Is auditis ille, graviter commotus, has scripsit literas.* READING.

Cap. 34, 1. Ἐγὼ μὲν ἀγνοῶ] Hanc epistolam integram referunt Athanasius Apolog. contra Arianos p. 201. Sozom. lib. ii. cap. 28. Niceph. lib. viii. cap. 50. Historia tripartita lib. iii. cap. 7. READING.

34, 9. Τοιγαροῦν διὰ τῆς ἐμῆς πρὸς τὸν Θεὸν λατρείας] Epiphanius scholasticus totum hunc locum sic habet: *Igitur ubique pacificatur Dei nomen, et integre benedicitur per meam in Deo culturam, etiam apud ipsos barbaros, qui veritatem hactenus ignorabant.* READING.

Ibid. καὶ ὑπὸ τῶν βαρβάρων αὐτῶν] Iberos forte intelligit, de quorum conversione paulo antea locutus est Socrates. VALES.

Cap. 35. Conf. Athan. Ap. c. Ar. 87. Sozom. ii. 28. Theodoret. i. 31. Cassiod. iii. 8. Niceph. viii. 50.

35, 1. τοὺς ἐν τῇ συνόδῳ] Scilicet Hierosolymæ: adscripta quidem est epistola τοῖς ἐν Τύρῳ συναλεθούσιν ἐπισκόποις, attamen ad Hierosolymam eam allatam esse ab omnibus concessum esse videtur. Constantinus in ea non synodum Hierosolymitanam, sed illos episcopos, ὅσοι τὴν σύνοδον τὴν ἐν Τύρῳ γενομένην ἀνεπληρώσατε, ad se evocavit. Videntur vero plures Hierosolymæ quam Tyri convenisse: nam Socrates refert hic fuisse tantum sexaginta: Eusebius vero celebritatem illic ha-

bitam multis laudibus effert, et cum synodo Nicæna comparat, cum dicit, Ταύτην μεγίστην ὧν ἴσμεν σύνοδον δευτέραν συνεκράτει βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς Ἱεροσολύμοις μετὰ τὴν πρώτην ἐκέλευν, ἦν ἐπὶ τῆς Βιθυνῶν διαφανῶς πεπολίητο πόλεως. V. C. iv. 47. et conf. 43. Athanasius silet de eo quod Socrates hoc loco, et Sozomenus affirmant, synodum protinus ab Hierosolyma discessisse postquam recepta esset imperatoris epistola. Idem tamen repetitur a Sostrate infra 36, certe non sine auctore; nempe ubi dicit, dimissam esse subito synodum, tum cum institueretur actio de fide Marcelli; quamobrem de ea re quaestio postea habita est Constantinopoli.

35, 2. Οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιου] Paulo aliter Athanasius Apolog. contra Arianos: Ταῦτα μαθόντες οἱ περὶ Εὐσέβιου, καὶ εἰδότες ἃ πεποιήκασι, τοὺς μὲν ἄλλοις ἐπισκόπους ἐκώλυσαν ἀνελεῖν, αὐτοὶ δὲ μόνοι, Εὐσέβιος, Θεόγυιος, Πατρόφιλος, ἕτερος Εὐσέβιος, καὶ Οὐρσάκιος, καὶ Οὐάλης ἀνελεθόντες, οὐκέτι περὶ ποτηρίου, seqq. **READING.**

Ubi animadvertendum est Socratem temere hic Marim inseruisse suo catalogo, Eusebium vero Cæsareensem omisisse.

Ibid. Ἀρβαθίωνα] Ἀρβεθίων ed. Bened. Ap. c. Ar. 87. Alio modo scriptum est, Ἀρβαιθίων, ibid. 79. p. 196, siquidem ejusdem viri nomen sit.

Ibid. τοὺς ἐπισκόπους] Errat Socrates, qui hos episcopos Athanasii accusatores apud imperatorem fuisse refert; cujus errorem secutus est Baronius. Enimvero constat ex eorum Epistola ad Dionysium comitem, Athanas. Apolog. contra Arianos, p. 196. eos Athanasii partibus addictos fuisse. *Cl. Monachi Benedictini notis in Athanas.* vol. i. p. 203. **READ.**

Idem apparet quoque ex epistola synodi Alexandrinæ, cujus si meminisset Socrates errorem hunc non commisisset, ubi legimus, ταῦτά τινες τῶν ἐξ ἡμῶν ἔνδον ὄντες μετὰ Ἀθανασίου ἀηκόασι τοῦ βασιλέως ἀπειλοῦντος, ibid. 9. p. 132. Nam hi episcopi Ægyptii qui tum non solum Constantinopolim profecti erant sed etiam ad imperatoris præsentiam admissi sunt, vix alii esse potuerunt quam illi quinque quos Athanasius nominat, Adamantius, Anubion, Arbethion, Petrus, atque Agathammon cujus nomen omisit Socrates.

35, 3. εἰς θυμὸν ἀχθεῖς] Idem ait Athanasius, nempe impe-

ratorem iratum se indicta causa relegasse, εὐθὺς ἐπωρώθη καὶ ἀπὸ τῆς ἀφορώσεως εἰς τὰς Γαλλίας ἡμᾶς ἀπέστειλεν, *ibid.* 87. Conf. *infra*, ad ii. 3.

Ib. *ἔφορα ὑποβάλλει τὸν Ἀθανάσιον*] Celebratæ hujus synodi Constantinopoli, simulque exilii Athanasio irrogati tempus deduco ex epistola Constantini junioris ad populum Alexandrinum, *infra*, ii. 3, quando Athanasium patriæ restituit, anno Chr. 338. Data enim est Treviris xv. Kal. Jul. ut docet Athanasius in Apolog. Cum itaque, Theodorito teste, lib. ii. c. 1. post annos duos et menses quatuor Athanasius in suam ecclesiam remissus fuerit, apparet anno 336, mense circiter Februario, hanc synodum coactam, et Athanasium Constantini M. jussu in Galliam relegatum. *Ant. Pagi ad ann. 336.* n. iv. READING.

Conf. Clinton. F. R. 336. col. 4.

35, 4. *Τριβέρει*] *Treviri*, urbs Galliæ Belgicæ, nunc *Trier* incolis et Germanis, *Treves* Gallis: cujus archiepiscopus inter octo imperii electores secundum locum obtinet. Urbs est ampla et antiquissima omnium urbium Europæarum; Roma multo antiquior, sed male culta, ad Mosellam fluvium. *Bau-drand.* READING.

Cap. 36. Conf. Sozomen. ii. 33. Rufin. x. 12. Cassiod. iii. 9. 72 Niceph. viii. 53.

36, 1. *δι' αἰρίαν τοιαύτην*] Aliter causam explicat Sozomenus: ait enim Eusebianos infensos admodum fuisse Marcello, quia non consenserat iis quæ Tyro decreta sunt, et quia Hierosolymis neque Arium recipere voluerat neque cum recipientibus communionem habere, ita ut dedicationi martyrii non interfuisset; quod illi, scripto ad imperatorem libello, detulerunt tanquam contumeliam ipsi factam.

36, 2. *Ἀστέριος*] Asterius, Christianus factus, Luciani Antiocheni scholam frequentavit; cujus proinde discipulis eum accenset Philostorgius, lib. ii. c. 14. Sub persecutione Maximiani, fide Christi abnegata, diis Gentilium immolavit: postea tamen magistro illius poenitentiam promovente, lapsum suum emendavit. Arianis se adjunxit, ipsi Ario familiaris. Claruit præcipue circa ann. 330, quo circiter tempore edidit famosum illud *Syntagma*, cujus toties meminit Athanasius, in quo palam

asseruit, præter Christum aliam esse in Deo Sapientiam, ipsius Christi et mundi conditricem; Filium esse *ὓνα τῶν πάντων, πρῶτον δὲ τῶν γενητῶν, unum ex rerum universitate, rerum licet conditarum primum* seqq. Cave ad ann. 330. p. 151. **READING.**

36, 3. *λόγους ἐπεδείκνυτο*] Athanasius in libro De Synodis, [18] ait hunc Asterium inter clericos sedentem in ecclesia, libros suos publice recitasse. **VALES.**

36, 4. *Μάρκελλος*] Marcellus, Ancyrae, quæ Galatiæ metropolis est, episcopus, concilio Ancyrano, anno 315 habito præfuit, si qua fides libello synodico quem Pappus edidit; cui fere in hac parte subscriptiones hujus synodi suffragantur: utcunque, certum est sanctæ synodo Nicænae illum interfuisse, in qua pro fide catholica adversus Arianos strenue disputavit. Postea vero, dum impia Asterii sophistæ scripta vehementius refelleret, in contrariam Sabellii, ac perinde Pauli Samosatani hæresin incautus impexit; docens Filium esse *λόγον προφορικόν, verbum prolatitium*, nec aliam esse a Patre personam, *ὓν δὲ καὶ ταὐτὸν εἶναι τῷ Θεῷ, unum atque idem cum Deo esse*, quemadmodum et humanum verbum unum atque idem est cum homine, non potestate, aut hypostasi, nec aliter omnino separabile, quam solius operationis effectu seqq. Hic diu inter catholicos delituit, et Sabelliani dogmatis accusatus, hoc se telo defendit, quod communionem Julii, episcopi Romani, ad quem exul confugerat, fefelleratque, munitus esset. Tandem larva detracta, hæretici notam ab omnibus catholicis ei inusitam tulit. Vide Eusebium lib. contra Marcellum; et de Ecclesiastica Theologia lib. i. c. 17. alibique passim. *Guil. Cave, ad ann. 330. p. 152.* **READING.**

De Marcelli fide magna fuit inter doctos controversia. Libet hic Athanasii testimonium apponere; *Καὶ περὶ Μαρκελλοῦ τοῦ τῆς Γαλατίας ἐπισκόπου, περιττὸν ἴσω. ἐστὶ λέγειν πάντες γὰρ ἔγνωσαν ὡς πρότερον ἐγκαλούμενοι παρ' αὐτοῦ οἱ περὶ Εὐσέβιον ἀσεβείας, ἀντεκάλεσαν αὐτῷ καὶ αὐτοὶ, καὶ πεποιήκασιν ἐφορισθῆναι τὸν γέροντα, καὶ αὐτὸς μὲν ἀνελθὼν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπελογήσατο, καὶ ἀπαιτούμενος παρ' αὐτῶν δέδωκεν ἐγγραφὸν τὴν ἑαυτοῦ πίστιν, ἣν καὶ ἡ κατὰ Σαρδικὴν σύνοδος ἀπεδέξατο.* Hist. Arian. ad Mon. 6. p. 347, ubi vide notam editoris Benedictini. Marcellum Arianis

adversatum esse in synodo Nicæna testatur epistola episcoporum Ægyptiorum in Athan. Ap. con. Ar. 23 et 32, et Marcellus ipse innuit in epistola sua apud Epiphanium. Epiphanius vero tradit, sibi aliquando Athanasium de Marcello interrogatum dixisse, *μοχθηρίας μὴ μακρὸν αὐτὸν εἶναι*, Hær. lxxii. 4. Et Basilius ejus opiniones magnopere inculpat in epistolis lxi. 2. et cxxv. 1, ubi dicit docuisse eum, Christum esse, non *ψῆλον ἄνθρωπον* sicut hic scribit Socrates, sed *ψῆλον λόγον*. Quoniam autem Caveus Eusebium Cæsareensem huic opponit, animadvertant lectores, aliis videri, Eusebium in iis quæ contra Marcellum disputat, ipsum multo magis Arianismi convincendum esse. Fuse in Marcellum invehit epistola synodi Sardiensis Arianorum, Hilar. Fragm. iii. Quod vero ibidem, in priore Fragm. ii. 21, 23, dicitur, Athanasium Marcello communionem aliquando denegasse, quod etiam Sulpicius Severus ex Hilario repetit, Hist. Sacr. ii. 37, non adeo facile explicari potest. Vide tamen editoris Benedict. annot. ad l. Hilarii.

36, 5. *τοῦ συγγραφέντος αὐτῷ βιβλίου*] Liber ille Marcelli inscriptus erat, *De subjectione Christi*, ut docet Hilarius in fragmento libri de synodis. [Fragm. ii. 22.] VALES.

36, 7. *τῶν περὶ Εὐσέβιον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει παρόντων*] Numerosum fuit hoc Arianorum concilium, quamvis parum de eo indicet Socrates; atque in eo non tantum de Athanasii causa et de Marcello tractatum est, verum etiam alii nonnulli episcopi pariter condemnati sunt, Basilius autem in locum Marcelli substitutus Ancyrae episcopus, et actum est de restituendo Ario, qui tunc ad Constantinopolim evocatus est: consedissee videtur usque ad finem mensis Julii. Vide quæ Pagius commonstrat a. 336. iv. Conf. Sozom. ii. 29. et 33. Hilar. Fragm. iii. 3. Libell. Synod. in Mans. Conc. tom. ii. col. 1169. et ceteros quos indicat Pagius.

Cap. 37. Conf. Athanas. Epist. ad Serapion. de Morte Arii 73 p. 340. et Epist. ad Episcop. Ægypt. et Lib. 18. p. 288. Sozom. ii. 29. 30. Rufin. x. 13. Theodoret. H. E. i. 14. et Hær. Fab. Comp. iv. 1. Epiphani. Hæres. lxi. 10. Cassiod. iii. 10. Niceph. viii. 51.

37, 1. *καὶ Ἀρείου*] Hic Socrates Rufinum auctorem secutus est, qui Arium post synodum Hierosolymitanam reversum esse

scribit Alexandriam, ac paulo post, cum artes ejus nihil illic proficerent, Constantinopolim ab Eusebio esse revocatum. Sed hæc omnia falsa sunt, ut supra monui, cum Arius diu ante synodum Hierosolymitanam vivere desierit. VALES.

Vide quæ supra dicta sunt de hac re, ad 33, 1.

37, 2. ὁ βασιλεὺς] Contra hoc Rufinus dicit, Eusebium fecisse ut Arius Constantinopolim veniret. Athanasius vero nodum solvit cum scribat, ἐκέκλητο μὲν παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως Ἄρειος ἐκ σπουδῆς τῶν περὶ Εὐσέβιον. Ep. ad Serap. 2.

37, 7. ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν] Rufinus, ex quo hæc desumpsit Socrates, ait *sub altari jacens*. Idem habet Sozomenus in lib. ii. c. 29. VALES.

At vero quod habet Sozomenus, εἰσὸς ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον, παννύχιος ἔκειτο πρηγῆς, aliter reddi potest, *intrans in sacrarium, pernoctans pronus jacebat*. Nam θυσιαστήριον fuit locus septus sive *sacrarium*, in quo stabat ἱερὰ τράπεζα: utrumque vero, et *sacrarium* et mensa sacra, sæpe vocatum est θυσιαστήριον, quæ vox redditur a Latinis *altare*. Sozomenus alibi distinctionem servat, ubi refert Eutropium jacuisse ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν, viii. 7. Aliter tamen Athanasius de Alexandro, ῥύψας ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον ἐν τῷ ἱερατείῳ, id est, *in sacrario*, sive θυσιαστηρίῳ: atque aliis denique verbis Theodoretus, πρὸ τῶν ἱερῶν θυσιαστηρίων ἐπὶ τῆς γῆς ἔρριμένος, hoc est, *ante altare* Hæret. Fab. Comp. iv. 1. Conf. supra, εἰσπηδήσας εἰς τὸ θυσιαστήριον ἀνέτρεψε μὲν τὴν τράπεζαν, c. 27, 15, et infra, vii. 33. Alia vide in Suicer. Thesaur. in v.

37, 8. Νύκτας τε πολλὰς ἐφεξῆς καὶ ἡμέρας] Nescio quo auctore Socrates hoc affirmet. Rem non ultra biduum extendit Athanasius, nec Epiphanius, nec Rufinus, nec Sozomenus, nec Theodoretus. Nempe Sabbato Eusebius Alexandro denunciavit, fore ut cras, vellet nollet ille, Arius in ecclesiam reciperetur; Dominico vero die qui sequebatur, Arius mortuus est. Sozomenus cum scripserit παννύχιος ἔκειτο, videtur Socratem consulto correxisse.

37, 9. Ἡ δὲ αἴτησις ἦν τοιαύτη] His consimilia de Alexandri 74 precibus, deque Arii exitu habentur apud Athanasium in Epistola ad Serapionem, vol. i. p. 340. Eandem historiam paucis in epistola ad episcopos Ægypti et Libyæ attigerat idem Athanasius. Periit autem Arius anno circiter 336. READ.

Verba Alexandri sic recitat Athanasius ex ore Macarii presbyteri, qui una adfuit in ecclesia cum Alexandro, et audivit eum cum precaretur; *Εἰ Ἄρειος ἀβρίον συναγεται, ἀπόλυσον ἐμὲ τὸν δούλον σου, καὶ μὴ συναπολέσης εὐσεβῆ μετὰ ἀσεβοῦς· εἰ δὲ φεῖθῃ τῆς ἐκκλησίας σου, οἶδα δὲ ὅτι φεῖθῃ, ἔπιθε ἐπὶ τὰ ῥήματα τῶν περὶ Εὐσέβιον, καὶ μὴ δῶς εἰς ἀφανισμόν καὶ θνείδος τὴν κληρονομίαν σου, καὶ ἄρον Ἄρειον, ἵνα μὴ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, δόξῃ καὶ ἡ αἵρεσις συνεισερχεσθαι αὐτῷ, καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια ὡς εὐσέβεια νομισθῆ.* Epist. ad Serap. 3.

Cap. 38. Conf. eosdem locos.

38, I. αὐτὸν μεταπέμπεται] Athanasius hæc alio ordine narrat. Collocutus est Constantinus de fide cum Ario antequam Eusebius comminatus sit Arium vi restituere, et Alexander ad ecclesiam precaturus confugerit.

38, 9. ἄχρι νῦν ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει δείκνυται] Contra autem scribit Sozomenus, faciem loci postea immutatam esse, eo consilio ut rei memoria evanesceret: *χρόνῳ δὲ ὑστερον τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων τὶς πλούσιός τε [καὶ] ἐν δυνάμει, σπουδῆ χρησάμενος, ἐπρίλατο τοῦτον τὸν τόπον παρὰ τοῦ δημοσίου, καὶ οἰκίαν κατεσκεύασε, καθελὼν τὴν προτέραν ὄψιν, ὥστε λήθην γενέσθαι τῷ δήμῳ, καὶ μὴ τῇ διαδοχῇ τῆς τοιαύτης ἀναμνήσεως τὸν Ἄρειον θάνατον κωμφοδεῖσθαι.* ii. 30. Ad modum mortis Arii respicit Lucifer Caralitanus, cum scribat, *Nec conspicis quo exemplo interiorit Arius, quomodo in eum fuit vindicatum divinitus?* De Non Parend. in D. Delinquent. 6. Galland. Bibl. Patr. tom. vi. p. 223.

Cap. 39. Conf. Euseb. V. C. iv. 61 seqq. Sozom. ii. 34. 75 Theodoret. H. E. i. 32. Rufin. x. 11. Cassiod. iii. 12. Niceph. viii. 54. Philostorg. ii. 16.

39, I. Ἐνιαυτοῦ δὲ μετὰ ταῦτα παραδραμόντος] Refert Sozomenus, inter Athanasii abitum et imperatoris obitum, multa de Alexandria. Alexandrini sæpe imperatorem rogaverunt ut Athanasium restitueret: quibus ille rescripsit, minime se sententiam suam flexurum esse. Cum vero audiret divisum esse populum propter Joannem, qui, ut modo diximus, a synodo Tyria episcopus illuc missus erat, statim excaudit, et Joannem relegavit, prout alterum perinde pacis perturbatorem atque ipsum Athanasium; quod genus hominum omne maxime sibi invisum esse semper professus est. Sozom. ii. 31.

39, 4. πολλὰ δέ] De congiario quod Constantinus seniori Romæ testamento suo reliquit, testis est Eusebius noster in libro quarto de vita Constantini, c. 63. VALES.

Ib. Διαθήκας ἐκέλευε παρατίθειαι τῷ πρεσβυτέρῳ] Desumpsit hæc Socrates ex Rufini libro decimo. Verum hæc narratio parum probabilis mihi videtur. Quis enim credat Constantinum imperatorem, qui tum circa se multos habebat episcopos; (id enim diserte testatur Eusebius;) plurimos item duces et comites, unum elegisse presbyterum, eumque ignobilem, quippe cujus nomen perpetuo reticetur, cui testamentum suum moriens committeret? Quare Philostorgium hic sequi malim, qui Constantinum testamenti sui tabulas Eusebio Nicomediensi tradidisse scribit, a quo paulo antea fuerat baptizatus. VALES.

39, 5. τὸν βίον ἀπέλιπε] Anno imperii 32, cum totum orbem tredecim tenuisset, sexaginta natus, atque amplius duo, in Persas tendens, a quibus bellum irrumpere acceperat, rure proximo Nicomediæ, Achyronam vocant, excessit; cum id tetrum sidus regniis, quod crinitum vocant, portendisset. Funus relatum in urbem sui nominis. Victor de Cæsaribus. Decessit autem anno Chr. 337. die Pentecostes, 11 Kal. Junias. READING. Plura vide de Chronologia in Fast. Roman. A. D. 337.

Cap. 40. Conf. Euseb. V. C. iv. 66. 70 seqq. Niceph. viii. 55. 76

40, 2. μὴ ἀπολιμπάνουτο] Musculus et Christophorsonus hunc locum ita verterunt, ne imperatores et antistites reliquiis apostolorum destituerentur. Verum hanc interpretationem probare non possum. Nullas enim apostolorum reliquias in ea ecclesia condiderat Constantinus. Malim itaque vertere, ut imperatores et antistites illic sepeliendi, ab apostolorum reliquiis haud procul abessent; sed eodem honore cum ipsis afficerentur. Quam interpretationem confirmat Eusebius in lib. iv. de Vita Constantini c. 4. VALES.

Eusebius Constantini propositum de suo sepulchro sic exponit, ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀφιῶτο τῶν ἐνταυθοῖ μελλουσῶν ἐπὶ τμῆ τῶν ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν, V. C. iv. 60.

40, 3. δεύτερον ἔτος τῆς διακοσιοστῆς ἐβδομηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος] Errat Socrates. Nam Feliciano et Titiano Coss. qui fuit annus Christi 337, die undecimo Kalendas Junias, currebat annus quartus Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ

octavæ. Idque certissimis rationibus demonstrari potest. Sed videtur Socrates usus esse vitioso codice chronici Eusebiani, in quo Olympiadis annus male erat designatus. Videtur tamen in hoc Socratis loco scribendum esse τὸ τρίτον ἔτος. Ait enim Socrates primum hunc Historiæ suæ librum complecti spatium annorum unius æc triginta. Orditur enim ab initio Constantini, quem regnasse scribit annos triginta et unum. Ejus autem initium consignat anno primo Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ primæ, ut supra vidimus. Atqui ab hoc anno ad annum secundum Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ octavæ, anni sunt tantum triginta, idque duobus terminis inclusis. Proinde in hoc Socratis loco mendum sit necesse est. VALES.

LIB. II.

Cap. 1, 6. ὃ ἱερὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε Θεόδωρε] Iisdem verbis 79 Paulinum episcopum Tyri alloquitur Eusebius noster in exordio libri decimi Historiæ Ecclesiasticæ. Cujus exemplum secutus hic videtur Socrates. Quisnam porro hic sit Theodorus, cui Socrates historiam suam nuncupavit, incertum est. Neque enim Theodorum Mopsuestenum episcopum intelligi puto. VALES.

Eusebius Paulinum his verbis compellat, *ἱερότατέ μοι Παυλίνε*, H. E. x. 1. 1: et simili modo Theodotum episcopum quoque, *Θεόδωρε, ἱερὲ Θεοῦ ἄνθρωπε*, Procem. Demonstrat. Evangelic. Galland. Bibl. tom. iv. p. 461. Quod vero ad Theodorum attinet, conf. infra, ad vii. 48, 7.

Cap. 2. Conf. Sozomen. iii. 1. Theodoret. ii. 2. Cassiod. 80 iv. 1. Niceph. ix. 2.

2, 7. τοῖς κατὰ τὰ βασίλεια στρατευομένοις] Male Christophorus imperatoris satellites interpretatur. Omnes enim palatini hac dictione designantur, non protectores solum ac domestici et reliqui scholares qui sub armis erant, verum etiam ministeriani et seriniarii. Hæc enim Palatina Militia dicebatur. Eodem modo quo officiales seu apparitores magistratum ordinariorum seu civilium, milites dicebantur. Eorumque actus in codice Theodosiano cohortalis militia appellatur. VALES.

Cap. 3. Conf. Sozom. iii. 2. Theodoret. ii. 1. Athanas. 81 Apolog. c. Ar. 87. p. 203. ubi hæc epistola Constantini exhi-

betur, adscripta in fine temporis nota, ἐδόθη πρὸ δεκαπέντε Καλανδῶν Ἰουλίῳ ἐν Τριβέροις. De qua sic scribit Valesius, "Datam esse Feliciano et Titiano Coss. alibi observavi: id est anno Christi 337."

De anno autem disputant recentiores. Valesius 337, alii vero sequentem adsignant. Litem resolvunt Athanasius et Theodoritus. Ille in epistola ad solitarios, paulo post initium: ταῦτα συννορῶντες, αἰτ, οἱ τρεῖς ἀδελφοί—*Hæc cum animadverterent tres fratres, Constantinus, Constantius, et Constans, post patris obitum, omnes in patriam et ecclesiam suam reverti jusserunt: scribentes quidem de singulis ad proprias ecclesias; de Athanasio autem ad hunc modum.* Post hæc subjicitur initium epistolæ Constantinii junioris. Hinc sane liquet ex trium fratrum consensu exules omnes revocatos fuisse; atque adeo non anno 337, sed sequente, 17 Junii scriptam fuisse hanc epistolam, Athanasiumque ex Galliis rediisse. Cum enim anno 337, Maii vigesima secunda Constantinus obierit, vix 17 Junii ejusdem anni nuncium obitus Constantinopoli Treviros pervenisse creditur. Nec tam modico temporis intervallo, fratres Cæsares tanto itinere disjuncti, ac tam gravibus alias negotiis implicati, communi consensu exules revocare, ac literas exulibus tradere potuerunt. Quæ sententia validissime firmatur Theodoriti testimonio, qui lib. ii. c. 1. ait, Athanasium biennio et quatuor mensibus Treviris commoratum. Cum enim Athanasius initio anni 336 Treviros advenerit, non potuit nisi anno 338, duos annos et quatuor menses ibidem confecisse. *Ol. Monachi Benedictini not. in Athanasium* vol. i. p. 204. **READING.** Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 338, qui hanc sententiam confirmat.

3, 1. διὰ τοῦτο] Nempe sic a Deo provisum est: non enim eo animo Constantinus Athanasium exulare jussit, sed præ ira, quemadmodum ipse Athanasius scripsit. Conf. supra, ad 1. 35.

3, 3. προήρητο] Theodoretus refert, Constantinum non tantum voluisse hoc fieri, sed etiam jussisse: εἰς δὲ τὴν Ἀλεξανδρείαν ἐπανελθεῖν τὸν μέγαν προσέταξεν Ἀθανάσιον καὶ ταῦτα εὐσεβίου παρόντος, καὶ τὰναντία πείθειν ἐπιχειροῦντος, H. E. i. 32. Aliter vero Sozomenus, λέγεται δὲ καὶ ἐν ταῖς αὐτοῦ διαθηκαῖς ἐθελῆσαι τοῦτο, H. E. iii. 2.

3, 5. ἥδιστα μὲν αὐτὸν ἀνεδέξαντο] Vid. Epistolam Encyclicam synodi Alexandrinæ, Athan. Ap. c. Ar. 3 et 7. p. 130.

Ib. πατρίας συνίσταντο] Ariani episcopum sibi Pistum constituerunt, quem presbyterum Alexander olim ecclesia expulerat, Secundus vero episcopus Pentapolis ordinaverat episcopum postquam ipse a synodo Nicæna damnatus erat. Vid. Athanas. Ap. c. Ar. 24. Encycl. ad Episc. Epist. 6. et Alexandri Epistol. in Athanas. Oper. p. 396. Pisti tamen nomen quod sub junctum est epistolæ Arii in Epiphaniï Hæres. lxi. 8 videtur scholium esse.

3, 6. βασιλεῖ] Nempe Constantio, cui Ægyptus et Oriens parebant.

Cap. 4. Conf. Sozom. iii. 2. Cassiod. iv. 3. Niceph. ix. 3.

Ib. τελευτήσαντος Εὐσεβίου] Annorum et famæ satur, *inquît Guil. Cave*, diem clausit extremum Eusebius circa ann. 340. Erat autem Acacius, ejus discipulus et successor, homo in fide varius, et ingenio vafer, qui sententiam suam pro re nata variare probe novit; neque cum Arianis filium κλισμα ἐν τῶν κτισμάτων affirmabat, neque cum Semi-Arianis ὁμοιούσιον, sed simpliciter ὅμοιον, vel ὅμοιον κατὰ τὴν βούλησιν μόνον, sola voluntate Patri similem esse voluit. *Idem in Acacio*. **READING.** Similia his de Acacio Photius citat e Philostorgio, Biblioth. Cod. 40.

Cap. 5. Conf. Sozom. iii. 2. Rufin. x. 15. Cassiod. iv. 4. Niceph. ix. 3.

Ib. ἀναιρεῖται] Diviserat imperium suum Constantinus M. in tres filios. *Constantino* natu maximo cessit Gallia, Hispania, Britannia, et Africa proconsularis ex parte. *Constanti* natu minimo Italia, Africa reliqua, Illyricum, Macedonia, Græcia, Pontoque Euxino finitima. *Constantio* Mysia, Thracia, Constantinopolis, Asia, Ægyptus, Orientisque imperium ab Illyrico ad Nisibim. *Eunapius in Edesio* p. 45. et *Zosimus* lib. ii. Hæc tamen divisio non omnino placide transacta; composita tamen a Constantio in Pannonia, ut prædicat Julianus Oratione 3; indeque postea ipse in Syriam profectus est, ut habet Julianus Oratione 1. Verum hi tumultus anni sequentis initio accidere; tandemque de pertinente ad Carthaginem Africa, Italiaque dissidium Constantinum inter et Constantem exortum: quod cum triennium totum fovissent, anno demum

340 Constantino fatale fuit. *Ant. Pagi ad ann. 337.* n. vii.
READING.

Sozomenus addit e Rufino, occisum esse Constantinum prope Aquileiam, iii. 2. Culpam perempti Constantini retorquet Zosimus omnem in Constantem, quem refert, dissimulata tres annos in fratrem suum ira, tandem capta occasione misisse qui eum interficerent, ii. 41. Fidem tamen huic narrationi derogant viri docti, sequentes Socratem, et Zonaram, Hieronymum, aliosque qui cum eo conveniunt. Vid. Reitemeier ad l. Zosim. Et Clinton. *Fast. Rom. A. D. 340.*

Omisit hic Socrates synodum episcoporum Ægyptiacorum, quæ habita est Alexandriæ post reditum Athanasii et ante mortem Constantini junioris, aut saltem antequam perlatus sit ejus ad Alexandriam nuntius: nam in epistola encyclica sua conqueruntur episcopi de calumniis contra Athanasium delatis ἐπὶ τῶν Ἀγυούστων τῶν τριῶν: et referunt quoque, Eusebium modo sede Constantinopolitana potitum esse, μηδὲ ἦν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἔσχε τηρήσας· ἰδοῦ γὰρ κἀκεῖθεν ἀποστὰς ἄλλοτριαν πάλιν κατέχει. Athan. *Apol. c. Arian. 3, p. 126, et 6, p. 129.* De hac vero re mox dicendum erit. Porro hæc synodus Alexandrina quam Socrates prætermisit, ea est quam memorat Sulpicius Severus, "*Mox in Ægypto octoginta episcopi congregati Athanasium injuste condemnatum esse pronunciant.*" *Hist. Sacr. 11. 36.*

Cap. 6. Conf. Sozom. iii. 3. Cassiod. iv. 8. Niceph. ix. 4. 83

6, 2. Ἀλέξανδρος] Errat hic Socrates, et quotquot eum secuti sunt, qui Alexandri Constantinopolitani obitum referunt consulatu Acindyni et Proculi, anno Christi 340. Ego vero in libro ii. Observationum Ecclesiasticarum, certissimis argumentis demonstravi, Alexandrum episcopum CP. obiisse principatu Constantini, eique Paulum successisse, eodem Constantino adhuc regnante. Certe Baronius qui Alexandri obitum consignat anno Christi 340 manifestissime secum ipse pugnat. Synodum enim episcoporum Ægypti quæ ad refutandas Eusebianorum in Athanasium calumnias collecta est, factam esse dicit anno 339 natalis Dominici. Atqui episcopi illi in epistola sua synodica diserte testantur, Eusebium jam tum relicta Nicomedia ad Constantinopolitanam sedem transiisse. Verba ipsius epistolæ [modo citata] nihil attinet hic

referre, cum a Baronio ipso prolata sint ad annum Christi 340. Quod si Eusebius anno Christi 339 Constantinopolitana sedem jam obtinebat, ante hunc annum Alexander obiit necesse est. VALES.

6, 2. τὸν ἐνθάδε βίον ἀπέλειπεν] S. Alexandri obitus accurate a Baronio anno 340 consignatur. Sedit enim is annos 23, ut testantur Socrates, Sozomenus, Theophanes, uterque Nicephorus, et Zonaras. Eum principatu Constantii Augusti Paulus excepit, inquit *Ant. Pagi ad dictum annum*, n. ix. qui Valesii argumentis in contrarium allatis ibidem respondet. READING.

Ib. εικοσιτρία μὲν ἔτη] Fuit ergo episcopus, nempe Byzantii, ab A. D. 317. Negat hoc Clintonus, fretus auctore Gelasio. Vide quæ dicta sunt supra ad i. 8. 6. Affirmant, præter eos quos modo citavit Pagius, a Reading indicatus, nempe Sozomenum, Theophanem, utrumque Nicephorum, et Zonaram, Theodoretus quodammodo, dum Alexandri episcopatus in idem fere tempus quod ceteri conjicit, H. E. i. 3, et præcise duo illi scriptores de Vitis episcoporum, quorum historias citat Photius in Biblioth. Codd. 256, 257. quamvis prior illorum referat quoque Metrophanem vixisse post synodum Nicænam. Pagius uno loco, A. D. 317. viii. p. 386, negat: postea tamen oblitus quid antea scripserit, affirmat, A. D. 340. ix. p. 441.

6, 3. βίου χρηστοῦ μαρτυρούμενον Παῦλον] Aliis de Paulo testimoniis id etiam accessit, jam actum eum in exilium fuisse a Constantino: quod factum erat procul dubio causa fidei, pro qua contra Arianos propugnauerat. Hoc primum exilium ejus memorat Athanasius in Hist. Arian. ad Monach. 7. p. 348. Quid postea gesserit et tulerit mox videbimus.

Ib. Μακεδόνιον διάκονον] Hic postea sub Paulo Constantinopolitano episcopo ad presbyterii gradum promotus, episcopum suum accusavit, ut scribit Athanasius in epistola ad Solitarios. [Hist. Arian. ad Monach. 7. p. 348.] VALES.

Macedonius Paulum jam episcopum ordinatum, de crimine nescio quo accusavit: quod certe leve fuisse oportet, cum, pendente accusatione, cum reo communicaverit accusator. *Ant. Pagi ad ann. 340.* n. xii. READING.

6, 4. ἐπεὶ γὰρ] Deest justa apodosis post illud ἐπεὶ γὰρ quod Christophorsonus emendare voluit ἐπεὶ δ'. Prius ἐπεὶ

340 Constantino fatale fuit. *Ant. Pagi ad ann. 337. n. vii.*
READING.

Sozomenus addit e Rufino, occisum esse Constantinum prope Aquileiam, iii. 2. Culpam perempti Constantini retorquet Zosimus omnem in Constantem, quem refert, dissimulata tres annos in fratrem suum ira, tandem capta occasione misisse qui eum interficerent, ii. 41. Fidem tamen huic narrationi derogant viri docti, sequentes Socratem, et Zonaram, Hieronymum, aliosque qui cum eo conveniunt. Vid. Reitemeier ad l. Zosim. Et Clinton. *Fast. Rom. A. D. 340.*

Omisit hic Socrates synodum episcoporum Ægyptiacorum, quæ habita est Alexandriæ post reditum Athanasii et ante mortem Constantini junioris, aut saltem antequam perlatum sit ejus ad Alexandriam nuntius: nam in epistola encyclica sua conqueruntur episcopi de calumniis contra Athanasium delatis ἐπὶ τῶν Ἀγούστων τῶν τριῶν: et referunt quoque, Eusebium modo sede Constantinopolitana potitum esse, μηδὲ ἦν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἔσχε τηρήσας· ἰδοῦ γὰρ κἀκεῖθεν ἀποστὰς ἀλλοτρίαν πάλιν κατέχει. Athan. *Apol. c. Arian. 3, p. 126, et 6, p. 129.* De hac vero re mox dicendum erit. Porro hæc synodus Alexandrina quam Socrates prætermisit, ea est quam memorat Sulpicius Severus, "*Mox in Ægypto octoginta episcopi congregati Athanasium injuste condemnatum esse pronunciant.*" *Hist. Sacr. 11. 36.*

Cap. 6. Conf. Sozom. iii. 3. Cassiod. iv. 8. Niceph. ix. 4. 83

6, 2. Ἀλέξανδρος] Errat hic Socrates, et quotquot eum secuti sunt, qui Alexandri Constantinopolitani obitum referunt consulatu Acindyni et Proculi, anno Christi 340. Ego vero in libro ii. Observationum Ecclesiasticarum, certissimis argumentis demonstravi, Alexandrum episcopum CP. obiisse principatu Constantini, eique Paulum successisse, eodem Constantino adhuc regnante. Certe Baronius qui Alexandri obitum consignat anno Christi 340 manifestissime secum ipse pugnat. Synodum enim episcoporum Ægypti quæ ad refutandas Eusebianorum in Athanasium calumnias collecta est, factam esse dicit anno 339 natalis Dominici. Atqui episcopi illi in epistola sua synodica diserte testantur, Eusebium jam tum relicta Nicomedia ad Constantinopolitanam sedem transiisse. Verba ipsius epistolæ [modo citata] nihil attinet hic

referre, cum a Baronio ipso prolata sint ad annum Christi 340. Quod si Eusebius anno Christi 339 Constantinopolitana sedem jam obtinebat, ante hunc annum Alexander obierit necesse est. VALES.

6, 2. τὸν ἐνθάδε βίον ἀπέλειπεν] S. Alexandri obitus accurate a Baronio anno 340 consignatur. Sedit enim is annos 23, ut testantur Socrates, Sozomenus, Theophanes, uterque Nicephorus, et Zonaras. Eum principatu Constantii Augusti Paulus excepit, inquit *Ant. Pagi ad dictum annum*, n. ix. qui Valesii argumentis in contrarium allatis ibidem respondet. READING.

Ib. εἰκοσιεῖς μὲν ἔτη] Fuit ergo episcopus, nempe Byzantii, ab A. D. 317. Negat hoc Clintonus, fretus auctore Gelasio. Vide quæ dicta sunt supra ad i. 8. 6. Affirmant, præter eos quos modo citavit Pagius, a Reading indicatus, nempe Sozomenum, Theophanem, utrumque Nicephorum, et Zonaram, Theodoretus quodammodo, dum Alexandri episcopatus in idem fere tempus quod ceteri conjicit, H. E. i. 3, et præcise duo illi scriptores de Vitis episcoporum, quorum historias citat Photius in Biblioth. Codd. 256, 257. quamvis prior illorum referat quoque Metrophanem vixisse post synodum Nicænam. Pagius uno loco, A. D. 317. viii. p. 386, negat: postea tamen oblitus quid antea scripserit, affirmat, A. D. 340. ix. p. 441.

6, 3. βίου χρηστοῦ μαρτυρούμενον Παῦλον] Aliis de Paulo testimoniis id etiam accessit, jam actum eum in exilium fuisse a Constantino: quod factum erat procul dubio causa fidei, pro qua contra Arianos propugnauerat. Hoc primum exilium ejus memorat Athanasius in Hist. Arian. ad Monach. 7. p. 348. Quid postea gesserit et tulerit mox videbimus.

Ib. Μακεδόνιον διάκονον] Hic postea sub Paulo Constantinopolitano episcopo ad presbyterii gradum promotus, episcopum suum accusavit, ut scribit Athanasius in epistola ad Solitarios. [Hist. Arian. ad Monach. 7. p. 348.] VALES.

Macedonius Paulum jam episcopum ordinatum, de crimine nescio quo accusavit: quod certe leve fuisse oportet, cum, pendente accusatione, cum reo communicaverit accusator. *Ant. Pagi ad ann. 340. n. xii.* READING.

6, 4. ἐπεὶ γὰρ] Deest justa apodosis post illud ἐπεὶ γὰρ quod Christophorsonus emendare voluit ἐπεὶ δ'. Prius ἐπεὶ

cum altero eo quod mox sequitur in ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος τετελευτήκει conjungendum est, cui protinus subnectitur Διὸ, et clausula quæ sequitur, tanquam apodosis.

6, 7. ἐν μὲν τῇ τῆς Εἰρήνης ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ] Duæ fuerunt hujus nominis ecclesiæ in urbe Constantinopolitana, altera vetus, altera nova, ut scribitur in vita Pauli Constantinopolitani episcopi, quam refert Photius in Bibliotheca [Cod. 257.]: καὶ χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν τῇ τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἐπωνύμῳ ἐκκλησίᾳ· ἦν ὁ χρόνος ἀντιδιαστέλλων τῆς νέας, ἔδωκε καλεῖσθαι παλαιάν. Porro vetus ecclesia Irene, contigua erat magnæ ecclesiæ quæ Sophia postea appellata est; nec separatos habebat clericos: sed clerici magnæ ecclesiæ per vices in ea ecclesia ministrabant. Docet id imperator Justinianus in Novella tertia: ἦν δὲ ὁ προσκυνητὸς οἶκος τῆς ἁγίας Εἰρήνης ὁ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνημμένος, seqq. In veteri descriptione Constantinopolis quæ notitiæ imperii Romani præfixa est, [Vid. Græv. Thes. Ant. Rom. tom. vii. col. 1331.] hæc ecclesia vocatur antiqua, et in secunda regione ponitur una cum ecclesia magna. In septima autem regione recensetur Irene, nova scilicet. Antiquæ Irenes meminit Socrates in libro primo, [c. 37.] ubi mortem Arii describit. Dicitur autem ἁγίας Εἰρήνης, eodem modo quo ἁγίας Σοφίας, non quod virgo aut martyr fuerit eo nomine appellata. VALES.

Temere hoc dixit Valesius: nam, vixeritne revera an non, certe appellata est nomine martyr Irene: quod testatur Procopius cum scribat de secunda Irenes Æde, ἐπέκεινα δὲ κατὰ αὐτὸ μάλιστα τοῦ κόλπου στόμα Εἰρήνης μάρτυρος ναὸς ἵδρται. De Ædif. i. 7.

Cap. 7. Conf. Sozomen. iii. 4. Cassiod. iv. 8. Niceph. ix. 4. 84
7, 1. Ἐπιστὰς ὁ βασιλεύς] Auctor Vitæ Pauli in Phot. Bibl. Cod. 257, refert Constantium nunc ab Antiochia Constantinopolim venisse. Certe Socrates infra, 13, ait eum ab Antiochia venisse, atque illuc rursus rediisse: et mox quoque, infra 16, ibidem habitasse.

Cap. 8. Conf. Sozom. iii. 5. Athanas. Encycl. ad Episcop. et De Synod. 22. Cassiod. iv. 9. Niceph. ix. 5.

8, 2. Κατασκευάζει οὖν σύνοδον ἐν Ἀντιοχείᾳ] Occasionem hujus synodi desumendam ex dedicatione templi Antiocheni (*Aurei Domini*) ob excellentiam dicti) ostendit Athanasius in libro

de Synodis, quando ait; *Antiochiæ novam synodum per causam encœniiorum coegerunt*. Idem habet Sozom. lib. v. [iii. 5.] Hæc synodus, ut Arianorum conciliabulum, tam a veteribus, quam a recentibus impugnata. Primus omnium ejus auctoritatem defendit Schelstratus, ostenditque, quadruplici titulo synodum Antiochenam impetitam fuisse. 1^o quod Arianorum conciliabulum fuerit. 2^o quod Athanasium deposerit. 3^o quod fidem perverterit. 4^o quod disciplinam ecclesiasticam impugnarit. Sed hæc quatuor non convenire primordiis Antiochenæ synodi a nonaginta patribus celebratæ, sed fini, aut novissimis Antiocheni conciliabuli a quadraginta circiter Eusebianis celebrati actis, certum. Inchoata est synodus ann. Chr. 341. Julii Papæ 5. Constantii et Constantis 5. *Ant Pagi*. **READING.**

Cum Eusebio jam conjuncti erant Theodorus episcopus Heraclææ et Theognius; quos Theodorus ait, H. E. ii. 3, non cessasse de Athanasii reditu conqueri, tanquam omnium malorum fonte, et Constantii animum irritare, vicinitate ejus abusos. Scriptæ etiam sunt epistolæ cum ad alios, tum ad episcopum Romanum de cogenda, sicut videtur, synodo; in quibus, aut certe in aliis epistolis postea scriptis, Ariani præ se tulerunt velle se ut ipse Julius, si sibi liberet, rem judicaret. Athan. Apol. c. Ar. 19, 20. Et consenserunt quidem Romani, rem synodo tractandam esse: *καὶ πέρυσιν οἱ κατὰ Ῥώμην ἀδελφοὶ μήπω τούτων γενομένων, ἀλλ' ἔνεκα τῶν πρώτων, σύνοδον ἔγραψαν γενέσθαι*, Encycl. ad Episc. Epist. 7. p. 117. Conf. Hist. Arian. ad Mon. 9. p. 349. Eusebius tamen minime in animo habuit Romam ire; postea enim a Julio invitatus hoc facere recusavit; Athan. Ap. c. Ar. 20 et 22. 25: voluit autem suarum partium synodum convenire; quod cum diu, sicut Sozomenus tradit iii. 5, optavisset, tandem perficere potuit Antiochiæ, commorante ibidem Constantio, eo tempore quo consecranda erat ecclesia quam ipse patris sui jussu ædificandam curaverat. Conf. Theodoret. H. E. ii. 4.

8, 2. *τῆς ἐκκλησίας*] Ἦν δὲ ἡ ἐγκαινισθεῖσα ἐκκλησία σφαιροειδῆς ἐξ ἑρεσι κτισθεῖσα Theophan. Chronogr. anno v^o. Constantii. *Dominicum Aureum* appellat Hieronymus in Chronico: ubi tamen in supputatione annorum discrepat; refert enim inchoatum esse anno Constantini xxii^o, nempe A. D. 327; qui fuit decimus quartus ante ejus dedicationem.

8, 3. ἐνενήκοντα] Eundem numerum habet Athanas. De Synod. 25. Ἐνενήκοντα καὶ ἐπὶ Sozomen. iii. 5. Nonaginta septem Hilar. De Synod. 28. et Eleusius in synodo Seleuciensi, Sozomen. iv. 22.

Ibid. καὶ τῇ καθαιρέσει] Delenda videtur particula καὶ, totusque locus uno tenore ita legendus, ἐπιλογισόμενος ὡς εἴη συναρπαγείς, τῇ καθαιρέσει ὑπογράψας Ἀθανασίου. Id est: *Reputans circumventum se fuisse ut Athanasii depositioni subscriberet.* Maximus enim Hierosolymorum episcopus, in concilio Tyri, una cum Paulo et reliquis depositioni Athanasii subscripserat. Cujus facti cum ipsum pœniteret, Antiocheno concilio interesse postea recusavit, ut scribit Sozomenus in libro tertio, c. 6. sub finem. At Musculus et Christophorus in hoc Socratis loco nihil viderunt. VALES.

8, 4. κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ] Regulæ ecclesiasticæ in duplici 85 sunt differentia. Aliæ enim uni duntaxat ecclesiæ aut provincie conditæ sunt. Aliæ ad universalem Ecclesiam spectant. Prioris generis regulæ, cujusmodi sunt canones pœnitentiales Dionysii Alexandrini, Petri, Basili et aliorum, absque consensu episcopi Romani promulgari possunt ab episcopo cujusque regionis, præsertim si is episcopus alteri patriarchæ subjectus sit. Posterioris vero generis regulæ nullam vim habent, nisi consensus accesserit episcopi Romani. Hic enim primatum obtinet universalis Ecclesiæ, ut loquitur Ferrandus in epistola ad Anatolium. Ad quem de omnibus majoris momenti negotiis, reliqui episcopi referre debent. Itaque Ferrandus in supradicta epistola non dubitavit asserere, universalis concilia, episcopi Romani consensu firmari oportere. Sic enim ait: *Universalis concilia, præcipue illa quibus ecclesiæ Romanæ consensus accessit, secundæ auctoritatis locum post canonicos libros tenent.* [Epist. vi. 7. Galland. Biblioth. tom. xi. p. 363.] Et aliquanto post de universalibus conciliis loquens, neminem ait cogi illis subscribere, præter eos qui concilio interfuerunt: *Sufficere enim judicatur ad plenam confirmationem, si perducta in notitiam totius ecclesiæ, nullum offendiculum moveant vel scandalum fratribus: sed apostolicæ fidei convenire firmentur, apostolicæ sedis roborata consensu.* [ibid. 9.] Idem confirmat Ammianus Marcellinus in libro xv. [7.] ubi de Athanasio loquens, qui synodali sententia depositus fuerat, ait

Constantium imperatorem, quamvis ea sententia executioni jam mandata fuisset, tamen omnibus modis studuisse, ut decretum illud auctoritate quoque potiore Romanæ urbis episcopi confirmaretur. VALES.

8, 4. κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ τὴν γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης, τὰς ἐκκλησίας κανονίζειν] Eadem fere habentur infra, c. 17 [7]. Hunc locum Gothofredus ita exponit: *Nihil pro rato habendum, priusquam super eo sententia episcopi Romani explorata fuerit.* Plane ut dicitur xvi. Cod. Theodos. tit. ii. l. 45. In provinciis Illyrici *nihil absque scientia episcopi Constantinopolitani synodali iudicio esse reservandum*: additur autem, honorem istum urbis Constantinopolitanæ episcopo deferri, quia Romæ veteris prærogativa lætatur. Aliam hujus loci expositionem profert P. de Marca, lib. iii [v]. de Concord. c. 12. Scilicet, *Episcopum Romanum habere prærogativam suffragii et in unaquaque re definienda præire cæteris debere; plane ut metropolitani sententia necessaria erat ad synodi provincialis decreta stabilienda.* Verum nescire me fateor quem canonem ecclesiasticum intelligat Socrates, qui tantam prærogativam episcopo Romano concesserit; quanquam P. de Marca sextum synodi Nicænsæ indigitari vult, loco citato. *W. Lowth.* READING.

Istam regulam, nempe non posse singulas ecclesias canones facere sine consensu episcopi Romæ, aut vim canonum pendere ab ejus consensu, ignotam esse antiquæ Ecclesiæ Catholicæ, abunde demonstravit Barrow in Tractatu suo de Suprema Potestate Papæ, cap. 5 et 6. Neque hoc quidem ipse Julius papa sibi arrogat in sua epistola, sed de injuria facta Athanasio per partium studium conqueritur, cum oporteret de re adeo gravi et reliquam ecclesiam et ipsum consuli; quod exponit his verbis, ἔδει κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, καὶ μὴ οὕτως, γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν· ἔδει γραφῆναι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα οὕτως παρὰ πᾶσιν ὀρισθῇ τὸ δίκαιον, κ. τ. λ. Athanas. Apol. c. Ar. 35. p. 153.

8, 5. ἐν ὑπατείᾳ Μαρκελλοῦ καὶ Προβίνου] Athanasius in libro De Synodis, hujus concilii tempus his notis designat: ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες ἐν τοῖς ἐγκαίνιοις ἐπίσκοποι ἐνεθήκοντα, ὑπατεῖα Μαρκελλίνου καὶ Προβίνου, Ἰνδικτιῶνος ἰδ'. ἐκεῖ ὄντος Κωνσταντίνου ἀσεβεστάτου. *Fuere autem, qui tempore encæniarum convenerant, episcopi numero nonaginta, consulibus Marcellino et*

Probino, indictione decima quarta, præsentè ibidem impiissimo Constantio. VALES.

8, 5. ἦν δὲ πέμπτον ἔτος, &c.] Marcellino et Probino Coss. die undecimo calendæ Junias, completus est annus quartus ab obitu Constantini. Post hunc igitur diem collecta est synodus Antiochena, si verum est quod ait Socrates eam collectam fuisse anno quinto ab obitu Constantini. VALES.

Conf. Clinton. F. R. A. D. 341, qui computat synodum habitam fuisse potius initio hujus anni.

8, 6. Πλάκιος] Rectius scribitur hoc nomen in versione Epiphanii Scholastici, *Præsidebat tunc ecclesiæ Antiochenæ Flaccillus successor Euphronii.* Nec aliter dicitur in epistola Julii Papæ ad Episcopos, qui Antiochiæ in hac synodo congregati fuerant. Sic enim habet inscriptio: Δανίω, Φλακίω, seqq. Idem antea concilio Tyri interfuerat, et cum Arianis adversus Athanasium conspiraverat, ut docet epistola episcoporum Ægypti ad Dionysium comitem, quam refert Athanasius in defensione secunda adversus Arianos. Eidem Flaccillo Eusebius Cæsariensis libros suos contra Marcellum nuncupavit. Pro Flaccillo tamen fere ubique Placitus scribitur. Nisi quod in sequenti cap. codex Allatii scriptum habet, ὑπὸ Φλακίλου. VALES. Φλάκιος nominatur a Theodoro H. E. i. 22. Πλάκιος a Sozomeno iii. 5, 6. Placillus ab Hieronymo Chron. Ol. 277, quem sequitur Clinton. F. R. Append. p. 550.

Ibid. παρὰ κανόνα] “Quæsitum sæpius fuit, quisnam sit canon ille cujus Socrates et Sozomenus meminerunt, et quem scribunt jam tum Antiochiæ fuisse statutum. Respondet Baronius fuisse Can. xii. Antioch. *de damnatis Episcopis aut clericis adeuntibus imperatorem.*” Hæc Pagius in Crit. in Baron. A. D. 341. n. xxiv, qui mox citat insuper e Can. iv. *Episcopus a synodo depositus, si sacra celebrare ausus fuerit, redeundi potestatem non habeat*, et e Can. xii. *episcopum damnatum a synodo debere rem non ad imperatorem sed ad majorem synodum deferre*, et tum suam adjicit de hac quæstione sententiam, sic; “Ex hisce duobus in sinistram sensum pertractis unum conflavit Eusebius, et cum quadraginta factionis suæ episcopis eum canonem edidit, qui inter Antiochenos nullatenus reperitur; sed a Palladio, Georgio Patriarcha Alexandrino, et Metaphraste in Vita Chrysostomi adducitur.”

8, 7. πολλοὶ ἐν τῇ στάσει ἀπέθανον] Has Eusebianorum calumnias egregie refutant episcopi Ægypti in epistola synodica, quam refert Athanasius in 2. Defensione adversus Arianos. [p. 125.] VALES.

Et profecto eo planior est refutatio, quod scripta est hæc epistola ante habitam synodum Antiochiæ, ad refellendas priores calumnias.

Cap. 9. Conf. Sozomen. iii. 6.

86

9, 1. διδάσκει Γεώργιος ὁ Λαοδικεῖας] Eodem auctore usus est Sozomenus, qui eadem fere ac Socrates narrat de Eusebio. Conf. Hieronym. Script. Eccl. 91. Cave. Hist. Lit. A. D. 340. Vid. etiam supra, i. 24.

9, 2. τὰ ἱερὰ μαθῶν γράμματα] Hunc Socratis locum explicat Sozomenus in libro iii. c. 6. de Eusebio Emiseno ita scribens, ἐκ νέου δὲ κατὰ πάτριον ἔθος τοὺς ἱεροὺς ἐκμαθῶν λόγους, seqq. Pueri igitur Edessenorum, Sacræ Scripturæ libros minoriter ediscebant ex more institutoque majorum. Sane Edessenos ardentissimos fuisse cultores Christianæ religionis testantur scriptores ecclesiastici. VALES.

9, 8. ὡς μαθηματικὴν ἀσκούμενος] Nempe astrologiam. Conf., *Nota mathematicis genesis tua*, Juvenal. Sat. xiv. 248. et quæ Rupertus congressit ad Sat. vi. 553—562. Sozomenus scribit, διαβάλλετο γὰρ ἀσκεῖσθαι τῆς ἀστρονομίας ὃ μέρος ἀποτελεσματικὸν καλοῦσι. Quod sic explicat Reading, “Est ea pars astrologiæ, quæ circa vim et effectum stellarum in genituris versatur;” Annot. ad l. Ἀποτελεσματικὴ fuit illa quæ postea vocabatur *judicialis* astrologia. Camerarius interpretatur Ἠφαιστίωνος ἀποτελεσματικὰ, *Hephæstionis judicia*. Vid. Scriptores de Re Astrologica. Vox inde ducta est, quod per corpora celestia hominis naturam regi credebatur, et homines tales ἀποτελεῖσθαι quales sint. Vid. Dialogum Hermippum (ed. Block. 1830.) c. vi. p. 8. Eustathius ad Iliad. μ'. 222. οὐδ' ἐτέλεσσε, ludit in nomine, vanam innuens esse artem sic, ἀρχὴν καὶ αὐτὸ τινα ἐνδίδωσι τοῖς μεθ' Ὀμηρον, τοῦ ἀποτελεσματικῆν καλέσαι καὶ τὴν περὶ τοὺς τοιοῦτους ὄρνις ἐπιστήμην. p. 900. 34. ed. Rom. Ejusdem artis meminit quoque Nemesius, Capite cujus titulus, Περὶ τῆς διὰ τῶν ἀστρων εἰμαρμένης: ubi sic scribit—μαντεία, μάλιστα δὲ ἡ τῶν καλουμένων γενεθλιαλῶγων—εὐμοχ—τὰ τῶν σχημάτων ἀποτελέσματα πρόδηλα καὶ τοῖς ἐπιστή-

μοσι γνωρίζεται.— De Natura Hom. 36. Galland. Bibl. tom. vii. p. 408.

Cap. 10. Conf. Sozomen. iii. 5. 6. Athanas. De Synod. 22. Cassiod. iv. 10.

10, 2. ἐπὶ καθαιρέσει καὶ παρατροπῇ] Aliam causam affert 87 Athanasius, nempe quia suspecta a plerisque erat eorum fides, καὶ ἐπειδὴ αἰεὶ ὑπὸ πάντων κατηγοροῦντο περὶ τῆς αἰρέσεως, γράφουσι διαφόρως τὰ μὲν οὕτως τὰ δὲ ἐκείνως. *ibid.*: quod bene congruit cum prima hac expositione quæ sequitur, nam in hujus initio ideo diserte negant se esse Arii sectatores, quia vulgo reputabantur esse.

10, 4. Ἡμεῖς οὖτε] Hæc prima fidei professio exstat apud Athanasium *de Synodis*, vol. ii. *edit. Benedict.* p. 735. et quoad sententiam tantum, apud Theodoret. [*Sozomen.*] lib. iii. c. 5. **READING.**

10, 5. μᾶλλον αὐτὸν προσηκάμεθα] Hæc quomodo intelligenda sint, monui in libro ii. *Observationum Ecclesiasticarum*. Non enim ipsum hæresiarchem Arium in synodo Hierosolymitana susceptum esse putandum est, sed ejus duntaxat asecclas. Arius enim ipse diu antea e vivis abierat. Quod si quis hæc verba episcoporum Antiocheni concilii de ipso Ario accipienda esse contenderit, tum ego non Hierosolymitanam synodum hic intelligi dicam, sed aliam vetustiore quæ Arium in communionem suscepit: jam enim ante synodum Hierosolymitanam id fecerant Eusebiani, teste Athanasio in libro *De Synodis* haud procul ab initio. **VALES.** Errasse in hoc Valesium jamdudum dictum est supra, ad i. 33.

10, 10. Ἄλλη ἔκθεσις] Hæc secunda fidei formula exstat etiam apud Athanasium, eodem cum superiore loco: apud Hilarium de *Synodis*, p. 1168. [29. col. 478. *ed. Bened.*] quam, teste Sozomeno, lib. iii. c. 6. aiebant Ariani se reperisse scriptam manu ipsius Luciani martyris. **READING.**

Hanc quoque fidei expositionem, sicut priorem, *epistolam* vocat Athanasius, ἐν ἐτέρῃ ἐπιστολῇ δεύτερῳ κ. τ. λ. unde conjiici possit hanc etiam missam esse τοῖς κατὰ πόλιν. An vero a Luciano martyre revera composita fuerit, Sozomenus se nescire fatetur. De Luciano vid. Euseb. H. E. ix. 6. Hunc Ariani doctrinæ suæ auctorem fuisse jactabant. Vid. Philostorg. H. E. ii. 14. 15.

10, 11. τέλειον ἐκ τελείου] Totidem verbis exprimitur Filii generatio apud Clementem Alexandrinum, Pædagog. lib. i. c. 6. τέλειον ἐκ τελείου φύντα τοῦ πατρός. *W. Louth.* READ.

Ibid. τὴν τῆς θεότητος οὐσίας τε καὶ δυνάμεως καὶ βουλῆς καὶ 88 δόξης τοῦ πατρός ἀπαράλλακτον εἰκόνα] De hoc articulo multa disputat Athanasius, De Synod. 36—38. præsertim contra eos qui dogma illud, τὸ ἀνόμοιον, mox intulerunt, postquam hoc, τὴν τῆς οὐσίας εἰκόνα κ. τ. λ., professi essent.

10, 14. Πατρός ἀληθῶς ὁυτος Πατρός] In his quæ sequuntur responsum est objectionibus eorum, scilicet Arianorum, qui asserebant catholicam doctrinam, de unitate substantiæ in Trinitate, tollere distinctionem Personarum atque in Sabellii errorem incidere. Hilarius scribit: “*Non adversum hæresim quæ dissimilis substantiæ Patrem et Filium ausa est prædicare, in Antiochia fuisse conventum; sed adversum eam quæ post sanctam synodum Nicænam in id proruperat, ut tria nomina Patri vellet adscribere.— Volens igitur congregata sanctorum synodus impietatem eam perimere, quæ veritatem Patri, et Filii et Spiritus Sancti nominum numero eluderet; ut non subsistente causa uniuscujusque nominis, triplex nuncupatio obtineret sub falsitate nominum unionem, et Pater solus atque unus idem atque ipse haberet et Spiritus Sancti nomen et Filii: idcirco tres substantias esse dixerunt, subsistentium personas per substantias edocentes, non substantiam Patris et Filii diversitate dissimilis essentiæ separantes.*” De Synod. 32. c. 480.

10, 18. πιστεύομεν καὶ ἀκολουθοῦμεν] Hanc fidei formulam, 89 quæ postea a quibusdam, præsertim a Macedonii secta, prout media et tuta via inter extremæ doctrine laudata est, vid. infra, iii. 10, Sozomenus censuit in omnibus cum Nicæna convenire, præterquam in τῷ ὁμοουσίῳ. Modeste tamen in hac re ille suum iudicium interposuit.

10, 20. καὶ ἄλλα τιὰ νομοθεήσασα] Viginti quinque canones feruntur conditi in synodo hac Antiochena, qui extant in Beveregii Synodic. vol. i. p. 429. et Mans. Conc. ii. c. 1305. Quod si illos respiciat Socrates in his verbis, animadvertendum est jam eum dixisse canones antea conditos esse quam Athanasii causa in concilio acta sit; supra enim dixit, Athanasium damnatum esse ab Eusebianis ὡς παρὰ κανόνα πράξαντα ὃν αὐτοὶ ὄρισαν τότε: nec profecto hic statuit utrum ea ἄλλα τιὰ decreta fuerint ante, an post, illa quæ in synodo acta esse nar-

raverat. Verum magnopere inter doctos disputatum est et quid actum sit et quo ordine in hac synodo. Visum est nonnullis duplicem fuisse synodum; tum autem aliis, sedisse primum triginta sex orthodoxos, a quibus decreti sunt illi canones, postea vero convenisse nonaginta a quibus condemnatus est Athanasius; aliis, factos esse primum canones a nonaginta vel nonaginta septem episcopis, postea vero ex eorum numero convenisse fere quadraginta Eusebianos qui Athanasium condemnaverunt. Harum duarum opinionem priorem satis refutat Pagius, alteram ipse tuetur, (vid. supra, ad 8, 2.) Certe Hilarius, in loco modo citato, synodum nonaginta septem appellat *sanctorum synodum*: et viginti quinque illi canones inter canones ecclesiæ plerumque recepti sunt. Verisimile quoque est Eusebianæ factionis episcopos consessus suos Antiochiæ aliquamdiu continuasse; nam postea videntur iidem Julio responsum synodice scripsisse. Plura vide in Mans. Conc. tom. ii. c. 1305. ex Harduino, Schelstratio, et aliis; Pagi Crit. in Baron. 341; Cavei Hist. Liter. Sæc. Arian. Conc. Antioch. ii. Et conf. quæ dicta sunt supra, ad 8, 6. et infra, ad 15, 5. Alia tamen in hac synodo gesta omisit Socrates: nam præter duas istas fidei formulas quas ille recitavit, tertiam protulit Theophronius episcopus Tyanensis, cui tota synodus subscripsit. Tum autem post paucos menses quartam quoque synodus conscripsit, quam legati quidam a synodo missi ad ecclesias occidentales et ad Constantem Augustum deportaverunt: hanc alieno loco posuit Socrates infra, 18. Vid. Athan. De Synod. 24, 25, p. 737. Id demum notatu dignum est, nempe quod Theophronius in sua expositione confessus sit Christum esse, Θεὸν τέλειον ἐκ Θεοῦ τελείου, καὶ ὄντα πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ὑποστάσει.

10, 21. οἱ Φράγκοι] *Franci a Constante perdomiti, et pax cum eis facta. Multæ orientis urbes terræ motu horribili conciderunt* Hieronymus in Chronico, ad annos 344. 345. **READING.**

10, 22. μάλιστα δὲ ἡ Ἀντιόχεια] Immo Antiochia speciali quodam privilegio immunis fuit ab hoc terræ motu. Sic enim scribitur in optimis illis fastis consularibus quos sub Idatii nomine publicavit Sirmondus. *Marcellino et Probino Coss. His consulibus pugna facta est cum gente Francorum a Constante Augusto in Gallis. Eo ipso anno terræ motus fuit ad Orientem per totum annum præter Antiochiam.* Susplicari quis possit,

Socratem nostrum hos fastos legisse, nec satis intellexisse quid sibi vellent postrema verba. VALES.

Antiochiam ab hoc terræ motu concussam esse asserit quoque Sozomenus iii. 6, Socratem secutus; et Theophanes, qui tamen triduum tantum eam laborasse ait.

Cap. 11. Conf. Sozomen. iii. 6. Athanas. Hist. Arian. ad Monach. 9. p. 349 et seqq. Theodoret. H. E. ii. 4. Rufin. x. 19. Cassiod. iv. 11. Niceph. ix. 6.

11, 1. Συριανός τε ὁ στρατηγός] Hoc loco errat Socrates, qui ea quæ facta sunt in ἐνθρονισμῷ Georgii, confundit cum illis quæ acta sunt in adventu Gregorii. Georgium quidem Alexandriam deduxit Syrianus, ut testatur Athanasius in epistola ad Solitarios, [Hist. Arian. ad Mon. 48. p. 374; 81. p. 394.] et in Apologetico ad Imperatorem Constantium [22. p. 309.] p. 690. et in Apologetico de Fuga sua, [6. p. 323.] cum Syrianus dux ipsum persequeretur. Verum hæc diu postea contigerunt, anno scilicet Christi 356. Gregorius vero de quo hic loquitur Socrates, deductus est Alexandriam a Balacio duce, et Philagrio præfecto Ægypti, ut scribit idem Athanasius in epistola ad Solitarios, p. 815 [10. 12. p. 350, 351.] et 816. Sed eorum adventum præveniens Athanasius, Alexandria discessit, et Romam profectus est, quo Julii papæ literis fuerat evocatus. VALES.

Hunc Socratis errorem secuti sunt Sozomenus, Theophanes, Nicephorus ix. 6. et Auctor Vitæ Athanas. in Phot. Biblioth. 258. Eodem quoque respicit auctor Vitæ Pauli, cum dicit Gregorium a septem millibus militum Alexandriam deductum esse. Phot. Bibl. 257. Quæ autem evenere ubi Gregorius ad Alexandriam pervenit, sic narrat Athanasius: Γράφει τοίνυν τότε Κωνσταντίος, πάντας δὲ διώκει, καὶ πέμπει Φιλάγριον ἑπαρχον, καὶ Ἀρσάκιον τινα εὐνοῦχον, πέμπει δὲ καὶ Γρηγόριον μετὰ στρατιωτικῆς ἔξουσίας· καὶ τοιαῦτα γέγονεν οἷα καὶ πρότερον. συναγαγόντες γὰρ πλῆθος βουκόλων καὶ ποιμένων, ἄλλων τε ἀγοραίων καὶ ἀσελγῶν νεωτέρων, μετὰ ξιφῶν καὶ ῥοπάλων, ἐπήλθον ἀθρόως τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ καλουμένῃ Κυρίου· καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ κατεπάτησαν, ἄλλους τε πληγαῖς κατακόψαντες εἰς δεσμοτήριον ἐνέβαλον, καὶ ἐξώριζον. πολλὰς τε γυναικας κατασύροντες εἴλκον εἰς τὸ δικαστήριον δημοσίᾳ, καὶ τῶν τριχῶν ἔλκοντες ὑβρίζον· ἄλλους ἐδήμευον, ἄλλων ἄρτους ἀφηροῦντο, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἵνα

τοῖς Ἀρειανοῖς πρόσθωνται, καὶ Γρηγόριον δέξωνται τὸν ἀπὸ βασιλέως ἀποσταλέντα, Hist. Arian. ad Mon. 10. p. 350. Eadem fusius referuntur in Epistol. Encyclic. ad Episcop. p. 112: quæ scripta est paulo post quam res ipsæ gestæ sunt.

11, 3. Ἐσπέρα μὲν ἦν] Desumpsit hæc Socrates ex Athanasii Apologia de fuga sua, pagina 716. circa finem. [24. p. 334. Bened.] Athanasii verba sunt hæc; Νὺξ μὲν γὰρ ἤδη ἦν, καὶ τοῦ λαοῦ τινὲς ἐπανύχιζον προσδοκωμένης συνάξεως, seqq. Sed et in Apologetico ad Imperatorem Constantium, [25. p. 310.] manifeste indicat hanc Syriani irruptionem noctu factam esse, non autem vespertino tempore, ut ait Socrates. VALES.

Vera sunt quæ Valesius dixit: nam epistola Alexandrinorum tempus quo hæc acta sunt a Syriano et militibus certo statuit, nempe quinto idus Februarii die illucescente A. D. 356: ad ecclesiam vero primum accessere media fere nocte, περὶ τὸ μεσονύκτιον. Athanas. Hist. Arian. ad Mon. 81. p. 394. Eundem hunc locum quem Socrates verbatim quoque citat Theodoretus H. E. ii. 13; recte autem quæ ibi narrata sunt de tempore Georgii, non de Gregorio, accipit.

11, 5. Συμφωνίας δὲ ἐκ τῆς ψαλμωδίας] Psalmus erat cxxxv. Septuag. in quo populus unicuique versui succinebat, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Athan. ibid.

11, 6. ἐκκλησίαν ἐνέπηρσαν] Athanasius scribit, ἡ μὲν ἐκκλησία καὶ τὸ ἅγιον βαπτιστήριον πυρπολεῖται. Epist. Encycl. ad Episcop. p. 113. Ad hoc respicit Epistola Arianorum, qui in Philippopoli convenerunt postea, A. D. 347, culpam ejus Athanasio imputans licet ille jam ab Alexandria recessisset, sic: *Alexandrinorum basilicas deprædatur. Constituto jam in ejus locum ex judicio concilii sancto et integro sacerdote, ut barbarus hostis et ut pestis sacrilega, adductis gentilium populis, Dei templum incendit, altare comminuit, et clam exiit de civitate, occulteque profugit.* Hilar. Frag. Histor. iii. 8. vol. ii. col. 653. Julius quoque in epistola sua scribit, audisse se quomodo in adventu Gregorii, καθὼς καὶ οἱ ἐπίσκοποι ἔγραψαν, ἡ ἐκκλησία ἐμπρησμὸν ὑπέμεινε. Athanas. Ap. c. Ar. 30. p. 149. Socrates tamen in ecclesie nomine erravit: Athanasius enim hæc omnia ad ecclesiam Cyrini retulit; neque usquam Dionysii ecclesiam nominavit.

11, 7. διεπρεσβεύετο πρὸς Ἰούλιον] Hic quoque hallucinatur 90

Socrates noster. Neque enim post Antiochense concilium, sed diu antea Eusebius Nicomediensis legatos misit ad Julium papam, ut eum adversus Athanasium incitaret. Sed cum missi ab Athanasio presbyteri legatos Eusebii coram Julio papa in omnibus convicissent, tandem legati Eusebii totius negotii judicium Julio detulerunt. Julius itaque juxta petitionem legatorum, literas scripsit, tum ad Athanasium, tum ad Eusebium et reliquos Athanasii adversarios, quibus eos Romam ad ecclesiasticum judicium evocabat. Verum hæc ante concilium Antiochenum gesta sunt, ut docet Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, pagina 739. et 741. et Julius papa in epistola ad episcopos qui in Antiochensi concilio fuerant congregati. Quam epistolam ibidem refert Athanasius [p. 141]. Cæterum Socratis narratio his etiam argumentis refelli potest. Si post Antiochense concilium hæc gesta essent, non solus Eusebius, sed universa synodus legationem et literas misisset ad Julium papam. Deinde ridiculum prorsus fuisset atque inverecundum, post rem in concilio judicatam et executioni mandatam, pulso jam Athanasio, et Gregorio in ejus locum substituto, scribere ad Julium ut judex ipse esse vellet, causamque ad judicium suum traheret, perinde ac si res in integro adhuc esset. Errorem Socratis secutus est Sozomenus in lib. iii. cap. 7. VALES.

11, 7. *Εὐσέβιος δὲ διεπρεσβέτερο*] Consonant ea quæ habet Athanasius in Apologia ii. *Quin et Eusebiani ad Julium literas misere, et, ut nos terrent, synodum jusserunt convocari, et ipsi Julio, si vellet, arbitrium cause detulerunt. Cum igitur Romam pervenissemus, Julius continuo ad Eusebianos literas scripsit, missis eo duobus ex suis presbyteris, Elpidio et Philoxeno. Illi vero, ubi nostram Romæ præsentiam audivissent, plurimum conturbati sunt, quod contra spem eorum me Romam contulissem.* Hanc Eusebianorum legationem anno 339 verosimiliter consignat Baronius: proinde missa fuit ante synodum Antiochenam, quæ initio anni 341 celebrata est. *Vide Ant. Pagi ad ann. 339. n. iv. v. vi.* READING.

Conf. quæ dicta sunt supra ad c. 8, 2.

Cap. 12. Conf. Sozomen. iii. 7. Cassiod. iv. 12. Niceph. ix. 7.

12, 1. *περὶ Ἀθανασίου κριθέντα*] Athanasius ab Alexandria aufugit Romam ante Pascha A. D. 341, vid. Encyclic. ad Episcop. 4, p. 114, atque ibi commoratus est annum et sex

menses, (Apolog. c. Arian. 29. p. 148.) cum Marcello et aliis episcopis qui ibidem confugerant, expectans dum Ariani a Julio invitati ad synodum illuc convenirent. Tum demum habita est Romæ synodus quinquaginta episcoporum sub Julio (p. 140. et Hist. Ar. ad Mon. 15. p. 352.) quæ Athanasium et Marcellum in communionem recepit, et epistolam conscripsit per Julium (*συνόδου γραφίστης διὰ Ἰουλίου ἐπισκόπου Ῥώμης*, p. 154.) ad Eusebium et socios ejus, prope finem A. D. 342, cum Eusebius adhuc supererat, vel saltem de morte ejus nondum nuntius Romam pervenerat. Constat tamen eum mortuum esse hoc ipso anno. Conf. Clinton. F. R. anno 342. Plura vide in Julii Epistola, quam refert Athanasius ibid. p. 141.

12, 1. ἐτελεύτησε] Obiit Eusebius anno 342, ut ostendunt *Guil. Cave et Ant. Pagi*: quorum posterior affirmat eum, licet Arianorum partes semper foverit, nihilominus pacem cum Julio Romanæ urbis episcopo, et communionem cum Ecclesia catholica, ad obitum usque retinuisse. READING.

12, 2. λεγομένη ἐπὶ Παῦλον ἐκκλησίᾳ] Hujus ecclesiæ mentio fit in veteri descriptione urbis Constantinopolitanæ, ubi ecclesia Pauli dicitur, et in septima regione collocatur. [Græv. Thes. Ant. Rom. tom. vii. col. 1332.] VALES.

Cap. 13. Conf. Sozomen. et Niceph. ibid. Cassiod. iv. 13. 91

13, 3. αὐτὸν δὲ σύραυρος] Hanc seditionem Constantinopolitanæ plebis fuisse descripserat Ammianus Marcellinus in libris historiarum qui vetustatis incuria perierunt. Obiter tamen ejus meminit in lib. 14. [xiv. 10.] his verbis; *Herculianus advenit protector domesticus, Hermogenis ex Magistro equitum filius, apud Constantinopolim, ut supra retulimus, populari quondam turbela discerpti*. Hanc seditionem intelligit Libanius in oratione quæ βασιλικὸς inscribitur, eamque gravissimam fuisse indicat cum ait: *κατεῖχε ταραχὴ τις οὐ μετρία τὴν μεγίστην μὲν τῶν τῆδε πόλεων*. Contigit autem ea res Constantio iii. et Constante ii. Aug. Coss. qui fuit annus Christi 342. ut scriptum est in fastis Idatii: *His Consulibus victi Franci a Constante Aug. seu pacati. Tractus Hermogenes*. VALES.

Ibid. ἀπέκτειναν] Eum misere truncatum in mare præcipitarunt. Libanius in *Basilico* p. 126 ait, Imperatorem Constantium, auditio hujus seditionis nuncio, incredibili celeritate per nives et imbres Constantinopolim venisse. Et sontes quidem ab illo castigatos esse; neminem tamen morte affec-

tum, cum senatus urbis pro reis apud ipsum intercessisset.
READING.

13, 5. *ὀκτώ γὰρ ἑγγὺς μυριάδες*] Ambiguum est an de frumenti modiis, an vero de panibus hæc Socratis verba intelligenda sint. Auctor quidem vitæ Pauli Constantinop. quæ habetur in Bibliotheca Photii [Cod. 257], hunc locum de panibus accepit. Sic enim ait: *ἦν δὲ τὸ ὄλον τῆς δωρεᾶς, ἡμερήσιοι ἄρτοι μυριάδες ὀκτώ*. Ego tamen modios intelligere malim cum Epiphanio scholastico. Vox enim illa *σίτου*, modios tritici potius designat quam panes. Deinde octoginta panum millia quomodo sufficere potuissent ei civium multitudini quæ debebat Constantinopoli? Quod si quis forte miratur, tantam frumenti copiam quotidie erogari solitam, audiat Eunapium in Sopatri vita ita loquentem: *ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς, οὐδὲ τὸ ἀπ' Αἰγύπτου πλῆθος τῶν ἀλακῶν, οὐδὲ τὸ ἐξ Ἀσίας ἀπάσης, Συρίας τε καὶ Φοινίκης, καὶ τῶν ἄλλων ἔθνων συμφερόμενον πλῆθος σίτου κατὰ ἀπαγωγὴν φόρου, ἐμπλήσαι καὶ κορέσαι τὸν μεθύοντα δύναται δήμον, ὃν Κωνσταντῖνος τὰς ἄλλας χειρώσας πόλεις ἀνθρώπων, εἰς τὸ Βυζάντιον μετέστησε, &c.* Id est: *Nostra autem ætate, nec onerariæ naves ex Ægypto, nec frumenti copia ex universa Asia, Syria ac Phænice ac reliquis provinciis tributi nomine illata, explere valet ac satiare temulentam populi multitudinem, quam Constantinus ceteris urbibus vacuefactis, Byzantium transportavit.* [Eunap. Vit. Ædesii, p. 22. ed. Boissonn.] Pro *χειρώσας* in Eunapio restitui *χρηώσας*, quod idem valet ac *ἐρημώσας*. De hoc canone frumentario urbis Constantinopolitanæ, qui ab inclytæ memoriæ Constantino præstitutus, et a Theodosio postea auctus est, vide legem 2. in Cod. Theod. [xiv. tit. xvi.] de frumento urbis Constantinopolitanæ. VALES.

Cap. 14. Conf. Sozomen. et Niceph. ibid. Theodoret. H. E. 92 ii. 4. Cassiod. iv. 14.

14, 1. *μεθιστώσω—Γρηγόριον*] Hic quoque fallitur Socrates. Nam Gregorius, qui in Antiochena synodo creatus fuit episcopus Alexandriæ, eum episcopatum per sex annos tenuit, usque ad concilium Serdicense: in quo depositus est, et ab ecclesiæ communionem præcisus, ut docet epistola synodica ejusdem concilii. Cumque septem circiter menses huic iudicio supervixisset, fato functus est, teste Athanasio in epistola ad Solitarios. [21. p. 356.] Hunc Socratis ac Sozomeni errorem correxit Theodoritus in lib. ii. Historiæ Ecclesiasticæ, eo-

rum tamen nominibus parcens. Georgius vero diu post Gregorium factus est ab Arianis episcopus Alexandriae, anno Christi 356. VALES.

Occisum esse Gregorium ab Alexandrinis bis asserit Theodoretus, H. E. ii. 4. et 12. Mortuum esse decimo fere mense post Pascha quod proxime secutum est synodum Sardicensem, hoc est, sub initio A. D. 349, ait Athanasius, Hist. Ar. ad Monach. 20. 21. p. 355. Episcopatum vero retinuit usque ad hoc tempus, non obstante eo, quod a synodo depositus et excommunicatus fuerat A. D. 347. Proximo quoque anno, 348, Constantius, offensus perfidia Arianorum, quam tandem in gestis Stephani episcopi Antiocheni, resciverat, clericos exules, qui ab Alexandria in Armeniam missi erant, restitui jusserat, et Gregorio interdixerat ne Athanasii amicos ultra vexaret. Nescio an hinc animosius factum in eum odium tunc tandem in caedem proruperit. Quamprimum autem mortuus esset Gregorius, Constantius Athanasium amice per epistolas hortatus est ut sedem suam Alexandriae reciperet. Athan. ibid. et Apol. c. Arian. 51. p. 169. seqq. Conf. Clinton. F. R. 349. Valesius tamen in Annot. ad Theodoret. ii. 4 dubitat an Gregorius occisus fuerit.

14, I. ἐν ταύτῃ] Duas causas affert Socrates, cur Ariani Gregorium episcopatu privaverint. Prima est quia Gregorius cunctis invisus erat ob incendium ecclesiae Dionysii, de quo Socrates supra, et Athanasius in epistola ad Solitarios. Altera est quod opinionem ipsorum non satis acriter defendere videbatur. Idem confirmat Sozomenus in lib. iii. cap. 7. VALES.

Cap. 15. Conf. Sozomen. iii. 8. Cassiod. iv. 15.

15, I. διαβῆναι ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐξέλχουσε] Tempora hic miscet Socrates, dum ab A. D. 342 transvolat ad Georgii ordinationem et ea quae gesta sunt post A. D. 356, quando Athanasius jam septem annos ab A. D. 349 Alexandriae commoratus, iterum expulsus est. Nunc vero Athanasius Romae tuto degebat ab A. D. 341 usque dum synodus quinquaginta episcoporum ibi habita esset, sicut modo dictum est. Postea autem ad Aquileiam se contulit, unde eum Constantii epistolae iterum ad Alexandriam revocaverunt A. D. 349. Vid. Apol. c. Ar. 51. p. 171. Socratis errorem sequitur, ut solet, Sozomenus, et Cassiodorus; atque eadem fere de Paulo, et ceteris quae hic sequuntur, repetit Nicephorus ix. 8.

15, 2. *Kar' aὐτὸ δὲ καὶ Παῦλος*] Post Hermogenis magistri militum cædem, Constantius Paulum catenis ferreis vinctum ad oppidum Mesopotamiæ Singara relegavit, atque inde postea Emesam transtulit, ut ex Athanasio notavi in libro secundo Observationum Ecclesiasticarum. Proinde falsum est quod hic ait Socrates, Paulum eodem tempore quo Athanasium, Romæ versatum fuisse. Marcellus quidem episcopus Ancyræ una cum Athanasio Romæ versatus est, ut docet epistola Julii papæ ad Orientales, et libellus ipse Marcelli oblatulus Julio ejus rei fidem facit. De Paulo vero ne verbum quidem ullum dicit Julius in epistola supra memorata: non omissurus certe illius mentionem, si tum Romæ una cum Athanasio et Marcello adfuisset. VALES.

Ibid. *καὶ Λούκιος*] De Asclepa et Marcello mentio jam facta est, supra, scilicet de Marcello a Socrate i. 36, de Asclepa a Pagio in annot. ad i. 28. 1. De Lucio episcopo Adrianopolis nunc dicendum est, condemnatum eum fuisse ab Arianis et catenis oneratum ante tempus quo habita est synodus quinquaginta episcoporum Romæ. Fieri quidem potest ut deinde ad Romam confugerit cum Athanasio et Marcello; incertus tamen de hac re testis est Socrates, alios autem fugitivos præter hos duos non nominat Julius in epistola sua, neque extat mentio de Lucio, nec de Paulo, in synodo Sardicensi. Postea videtur Lucius sedem suam recepisse; nam cum post synodum Sardicensem Arianis Adrianopoli fortiter restiterit, vinctus iterum catenis in exilium ab eis actus est, atque ibi mortuus: mortem vero ejus nonnulli deputant evenisse ante A. D. 350. Vid. Athan. Hist. Arian. ad Mon. 18, 19. p. 354, et editores Bened. ad l.; Apol. de Fug. Sua 3.

Ibid. *τῶν ἐκκλησιῶν ἐξελαθέντες*] Eusebiani, post pulsum Athanasium, cæteros adorti infestos sibi antistites, alium post alium, sedibus deturbant; quibus unum fuit perfrugium Julius Romanus. READING.

15, 3. *τὸν οἰκείον ἐκάστῳ τόπον ἀποδιδούς*] Neminem ex supradictis episcopis Julius papa in suam sedem restituit, ne Athanasium quidem. Etenim in synodo Romana, in qua Athanasii ac Marcelli causa discussa est, Athanasius tantum innocens pronuntiatus est, et in communionem admissus a Julio et reliquis episcopis. In accusatores autem Athanasii qui se judicio

sistere recusaverant, nihil pronuntiatum, sicut ex ipso Athanasio monui in libro primo Observationum. Nec ante synodum Sercidensem restitutus est tum Athanasius, tum Marcellus et Asclepas et Lucius. VALES.

15, 5. Οἱ δὲ δεξάμενοι] Julius ad Eusebianos scripserat, ut ante statam certam diem Romæ se conferrent, ut synodo illic celebrandæ interessent; alioquin male suspicandi ansam duros. Quam vero diem Julius dicebat, putamus versus finem anni 341 incidisse. Legati vero Julii vel Maio vertente, vel ineunte Junio profecti sunt, ut ex ordine gestarum rerum licet opinari. Atqui Eusebiani eos ultra præfinitum a Julio tempus detinuerunt, nec nisi mense Januario subsequentis anni dimiserunt, datis ad Julium literis querelarum plenissimis, oratorioque more conscriptis. *Vide Clariss. Monachos Benedictinos in vita Athanasii*, p. 35, 36. READING.

Ibid. καὶ σύνοδον ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ κηρύξαντες] Post synodum Romanam in qua Athanasius innocens pronuntiatum est, cum Julius papa per Gabianum comitem epistolam misisset ad Orientales, qui Antiochiæ in Encæniis synodum celebraverant, Orientales ut huic epistolæ responderent, iterum congregati sunt Antiochiæ anno Christi 343. Et elegantem epistolam ac mordacem Julio papæ rescripserunt, cujus sensum refert Sozomenus in libro iii. cap. 8. VALES.

Perplexa quidem est Socratis narratio, aliter tamen res se habere videtur quam Valesius censet. Socrates hic scribit de epistola Arianorum qua responsum est epistolæ Julii priori scriptæ A. D. 341, in qua Julius Orientales ad synodum Romæ habendam invitabat. Huic epistolæ respondere morati sunt Orientales usque ad A. D. 342; tandem vero, si rite hic Socratem et Sozomenum accipimus, facto iterum, sive continuato, Antiochiæ conventu, responsum Julio rescripserunt. Exinde habita est Romæ synodus quinquaginta episcoporum, de qua supra diximus; quæ Orientalibus iterum per Julium conscripserunt epistolam, scilicet eam quam Athanasius exhibet, quam sæpe citavimus; quam etiam Soerates diserte nominat infra, 17. 7, et pari loco Sozomenus iii. 10. Cum his convenit titulus ipsius Julii epistolæ, nam ea sola harum omnium extat; quæ ascripta est τοῖς ἀπὸ Ἀντιοχείας γράψασιν ἡμῖν, non autem, sicut Valesius eam vertit, ad Orientales qui Antiochiæ in En-

cæniis synodum celebraverant: et epistolæ stylus, quantum ex iis quæ de ea indicavit Julius in epistola sua colligere possumus, satis convenisse videtur cum iis quæ dicunt Socrates et Sozomenus. Sozomenus quoque ait, Julium postea nihil effecisse in Orientales per epistolam, eam scilicet quam postremo scripsit. Itaque non opus est alteram Antiochiæ quærere synodum, in qua Julio iterum responsum fuerit. Quamobrem errasse videtur Valesius cum hæc Socrates verba ad synodum Antiochiæ habitam A. D. 343. retulit.

15, 6. Ἀθανασίου εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσιόντος] Falsum est quod dicit Socrates, Athanasium hoc tempore Alexandriam rediisse. Neque enim Alexandriam reversus est Athanasius, nisi post Serdicense concilium, id est, post annum Christi 348. VALES.

Cap. 16. Conf. Sozomen. iii. 9. Theodoret. H. E. ii. 5. Cas- 94
siod. iv. 18. Niceph. ix. 8, 9.

16, 2. τῷ ἐπάρχῳ Φιλίππῳ] Fallitur hic Socrates, et cum illo Sozomenus. Paulus enim a Philippo præfecto prætorio, non Thessalonicam, sed Cucusum relegatus est, ibique ab Arianis strangulatus, ut docet Athanasius in epistola ad Solitarios. Verum hæc diu postea contigerunt, mortuo scilicet Constante Augusto, anno Domini 350, aut 351, ut vult Baronius, qui quidem hunc Socratis errorem jam antea animadvertit. Porro ex Athanasio facile est Socratem refellere. Scribit enim Athanasius Philippum, posteaquam Paulum in exsilium misisset, et ab Arianis crudeliter occidi fecisset, nondum transacto anno, præfectura bonisque spoliatum misere periisse. Atqui Philippus consul fuit anno Christi 348, et sequente anno præfecturam gessit prætorii, ut ex codicis Theodosiani legibus ad illum datis colligere est. Idem postea legatus ad Magnentium missus est a Constantio, paulo ante Mursense prælium, ut scribit Zosimus in libro secundo [ii. 46.] Quod factum est anno Christi 351. Ponamus igitur Philippum anno sequente, qui fuit Christi 352, interiisse. Tum Paulus ab illo missus fuerit in exsilium anno Domini 351. quæ Baronii sententia est. Et ab hoc anno Macedonii episcopatus Constantinopolitanus inchoandus est. VALES.

Narrat Athanasius, Hist. Arian. ad Mon. 7, p. 348, Paulum primo a Constantino in exilium actum esse ad Pontum,

tum iterum a Constantio ad Singara Mesopotamiæ, inde ad Emesam missum esse, postremo ad Cucusum Cappadociæ; atque ibi conclusum esse primo fame enecandum, mox autem cum inopinato aliquot dies superfuisset, strangulatum esse. Tempus tamen quo hæc acta sunt non definit. Theodoretus testatur fuisse post A. D. 347: dicit enim, populum non passum esse Paulum ad synodum Sardicensem abduci eo tempore, paulo autem postea illum ab imperatore ad Cucusum relegatum esse, H. E. ii. 5: et epistola synodi Sardicensis Ariariorum Paulum ubique tanquam adhuc viventem damnat. Hilar. Fragm. iii. Socrates ejus postremum exilium et mortem refert ad A. D. circiter 350, infra, 26. Denique Pagius cum Baronio et Valesio consentit, mortuum eum esse A. D. 351. vid. Num. ix. ejus anni.

16, 7. ἐπὶ τὴν Μακεδονίας μητρόπολιν] Quomodo Philippus Paulum Thessalonicam relegare potuerit, non video. Hæc enim gesta refert Socrates superstitite adhuc Constante, et ante Serdicense concilium. Atqui eo tempore Thessalonica parebat Constanti Augusto. Quomodo igitur Philippus, qui præfectus prætorio erat Constantii, Paulum Thessalonicam potuit relegare, eique permittere ut in urbibus Illyrici libere degeret; ab Orientis autem partibus omnino abstineret? VALES.

Videtur quidem Philippus, si vera narret Socrates, Paulum abegisse potius quam relegasse, liberum ei dans in patriam suam egressum, modo ne unquam in Orientem rediret. Conf. infra, 17, 12.

16, 16. τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐκτιζέει] Hanc majorem eccle- 95
siam dedicavit Eusebius Constantinopolitanus episcopus, is qui antea Nicomediensem episcopatum gesserat, si Cedreno credimus. Hic enim ad annum nonum Constantii ita scribit: καὶ συντελεσθεῖσαν τὴν τοῦ Θεοῦ μεγάλην ἐκκλησίαν ὑπὸ Κωνσταντίνου, κατὰ τὴν ἐνδιάθηκον ἐντολὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, Εὐσέβιος ἐγκαινίζει καὶ τὰ λείψανα ἀπὸ Ἀντιοχείας κομίζει καὶ ἐν αὐτῷ κατατίθει τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παμφίλου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Θεοδούλου, Πορφυρίου καὶ Παύλου. Et Eusebius ecclesiam Dei quæ magna dicitur, a Constantio absolutam, sicut Constantinus testamento mandaverat, dedicavit: et reliquias sancti martyris Pamphili, et sociorum ejus Theoduli, Porphyrii ac Pauli, Antiochia allatas in ea reposuit. Sed Cedrenus errat

in temporis notatione. Hæc enim dedicatio si ab Eusebio Nicomediense facta est, in annum tertium aut quartum Constantii erat rejicienda, quo tempore Eusebius Constantinopolitanam sedem regebat. Hanc ædem postea collapsam, et a Constantio reffectam esse tradit idem Cedrenus, et ab Eudoxio dedicatam [anno xxii^o.] VALES.

Chronicon Paschale A. D. 360, et alii scriptores recentiores non pauci tradunt ecclesiam S. Sophiæ primo a Constantino fabricatam, mox autem a Constantio restauratam et auctam fuisse. De hoc loco Socratis ambigi quidem potest; nam in illis *ἦν ὁ πατήρ τοῦ βασιλέως—ἠῦξησε* intelligi potest vel Sophiæ vel Irenes ecclesia; itaque ejus testimonium perinde valebit ac vocem *ἦν* ad hanc vel illam referas: si enim ad hanc referas, id est, de ecclesia Irenes accipias, tum Socrates non Constantinum sed Constantium dicit fundasse ecclesiam S. Sophiæ. Quod quidem opinor verum esse. Nam præterquam quod illud *ἐκτίζειν* hic rectius dici videatur de fundanda quam de restauranda ecclesia, nusquam comperimus ante hoc tempus extitisse ecclesiam S. Sophiæ: sed videtur ecclesia S. Irenes primaria Constantinopoli fuisse: ibi enim episcopus ordinatus fuit Paulus, sicut memoravit Socrates supra, 16, quo quidem loco indicare videtur nondum eo tempore adjunctam esse ecclesiam Magnam: refert quoque Socrates, i. 16, Constantinum duas struxisse ecclesias, nempe Irenen et apostolorum; nihil vero dicit de tertia. Eadem fere narrat Auctor Vit. Paul. in Phot. Biblioth. 257. Nec profecto Ariani tum ecclesiam S. Sophiæ ambiisse narrantur; sed Macedonium sibi episcopum ordinauerunt in ecclesia S. Pauli. Supra, 12. Philostorgius quoque tradit Constantium ædificasse Magnam ecclesiam, iii. 2. Quoniam autem ambæ ecclesiæ uno fuerint ambitu, ut Socrates hic scribit, comprehensæ, et uno nomine appellatæ, non mirum si ambæ uni atque eidem auctori et fundatori Constantino fama attributæ sint, quamvis revera altera patris altera filii opus fuerit. Plura vide in Du Cangii Description. S. Sophiæ ad Paul. Silentiar. p. 62. ed. Bekker.

Cap. 17. Conf. Sozomen. iii. 9. ad finem, et 10. Cassiod. iv. 19. Niceph. ix. 10.

17, 4. *καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν τὸν Ἀθανάσιον*] Hic omnia confundit Socrates, et bis eadem repetit, quasi iterum facta essent.

Athanasium enim bis Romam confugisse dicit. Idem etiam asserit Baronius in Annalibus, Petavius in Rationario temporum, et Blondellus in libro de Primatu. Sed nos hunc errorem abunde refutavimus in libro primo Observationum Ecclesiasticarum, quem his annotationibus subjectum studiosus lector inveniet. Pari quoque errore Socrates Paulum Constantinopolitanum episcopum Romam iterum venisse dicit. Porro Julius papa Eusebii Nicomediensis literas accepit ante concilium Antiochense quod in Encæniis celebratum est, ut superius observavi. Eodemque tempore Athanasium ejusque adversarios Romam ad causam dicendam evocavit, ut ex Athanasio constat. VALES.

17, 5. τὰ γράμματα ἅπερ οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ πρότερον συναχθέντες] 96
Episcopi qui Antiochiæ in Encæniis erant congregati, cum epistolam Julii papæ accepissent, scriptam ad Eusebium Nicomediensem, qua illum et reliquos Eusebianos Romam ad iudicium evocabat, præstituto die quo concilium illic erat celebrandum, legatos Julii papæ Elpidium et Philoxenum ultra præstitutum diem detinuerunt. Deinde celebrato jam concilio legatos dimiserunt, eisque literas tradiderunt ad Julium papam. Quas cum accepisset Julius, rescripsit epistolam illam celeberrimam, quæ habetur apud Athanasium in Defensione 2. adversus Arianos. VALES.

Videtur tamen Valesius non recte rerum ordinem distinguere. Nam scripta est ea Julii epistola e synodo Romana, et in ea responsum est rationibus Eusebianorum quibus se, ne ad synodum venirent, excusabant. Videntur ergo papæ legati rediisse, et responsum Eusebianorum reportasse, non “celebrato jam concilio,” sed antequam habita sit Romæ synodus, quamvis diu in Oriente demorati essent. Atque idem indicat Athanasius cum dicit, post Eusebianorum *προφάσεις ἀπιθάνους*, tandem convenisse episcopos, *λοιπὸν οὖν συνελθόντες ἐπίσκοποι πλέον πεντήκοντα* seqq. Apol. c. Ar. 20. p. 140.

17, 6. παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἐπισκόπων] Intelligit epistolam synodicam scriptam ab episcopis Ægypti ad omnes ubique episcopos: quæ primo loco refertur ab Athanasio in supra dicta Defensione secunda adversus Arianos [3, p. 125.]. De hac epistola synodica ad se missa loquitur etiam Julius papa in epistola ad Orientales episcopos Antiochiæ congregatos:

ἔγραψαν δὲ καὶ πλείστοι ἐπίσκοποι ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ ἐξ ἄλλων ἐπαρχιῶν ὑπὲρ Ἀθανασίου [27, p. 146]. VALES.

17, 7. ἀντιγράφων ἐμέμψατο] Exstat hæc epistola Julii papæ; opus eximium ecclesiasticæ antiquitatis, quod nobis conservavit Athanasius in Defensione secunda adversus Arianos [p. 141]. In ea epistola Julius papa primum reprehendit insolentiam ac superbiam, qua Orientales in suis ad ipsum literis usi fuerant. Quod vero addit Socrates Julium in suis literis conquestum esse quod ipsum non invitassent ad synodum: regulam enim esse ecclesiasticam, ut absque consensu episcopi Romani nihil in ecclesia decerni possit: id in epistola illa nusquam legitur. Queritur quidem, nec immerito, Julius, quod Orientales accepta ipsius epistola qua ad synodum Romanam vocabantur, parvi ducentes hanc ipsius citationem, Gregorium Athanasii loco ordinaverant. Sed de illa ecclesiastica regula nihil dicit. Sozomenus tamen idem habet quod Socrates. VALES.

Fallitur, mea opinione, Valesius. Julius enim ad finem istius epistolæ, cum Orientalibus episcopis expostulans, quod Athanasium aliosque episcopos sedibus suis eiecissent absque notitia ipsius, et reliquorum ecclesiæ occidentalis episcoporum, subjungit: ἡ ἀγνοεῖτε ὅτι τοῦτο ἔθος ἦν, πρότερον γράφεσθαι ἡμῖν, καὶ οὕτως ἔσθην ὀρίζεσθαι τὰ δίκαια; *An ignari estis hanc esse consuetudinem, ut primum nobis scribatur, ut hinc quod justum est definiiri possit?* apud Athanas. Apol. ii. p. 586. edit. Commelin. [153, Bened.] Dixerat quidem prius; Ἐδεῖ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα γραφῆναι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα οὕτως ὀρισθῇ τὸ δίκαιον: *Oportuit secundum canonem scribere omnibus nobis, ut ita ab omnibus quod justum esset, decerneretur.* Videtur jam Socrates hanc regulam postremo descriptam, quæ asserit res ad fidem et disciplinam totius ecclesiæ spectantes, ad generale concilium referri oportere, cum priori confudisse, quæ prærogativam in decernendo ecclesiæ Romanæ tribuit. Atque illam quidem regulam sive consuetudinem ecclesiasticam fuisse, libenter agnoscimus: istam vero, quæ primas partes episcopo Romano vindicat, unde hauserit Julius, nescire me fateor. *Lowth.* READING. Conf. quæ dicta sunt supra, ad 8, 4.

17, 12. ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν] Nempe aliquando post A. D. 342. Hoc videtur fuisse primum Pauli iter ad Romam: nondum enim eum illuc venisse tum cum Julius Athanasium primo ex-

ciperet, recte collegit Valesius supra, ad 15, 2. Epistola vero synodi Sardicensis asserit Paulum, cum aliis quos damnabat synodus, *circumeuntes exterarum regiones persuasisse iudicibus non esse credendum* seqq. Hilar. Fragm. iii. 11. col. 654: et constans est traditio eum Romæ fuisse; quæ non rejicienda est, quamvis Athanasius nihil de Paulo dixerit nisi quæ in exilio et ante mortem perpressus sit.

Cap. 18. Conf. Sozomen. iii. 10. Athanas. De Synod. 25. 97 p. 737. Cassiod. iv. 20. Niceph. ix. 10.

18, 1. *δηλῶν τρεῖς ἐπισκόπους πεμφθῆναι*] Clarius Sozomenus, ὁ δὲ Κωνσταντῷ τῷ ἀδελφῷ ἔγραψε πέμψαι τινὰς τῶν ἀπὸ τῆς ἕω ἐπισκόπων, iii. 10.

Ibid. *καὶ πέμπονται Νάρκισσος*] Paucis mensibus post Antiochenam synodum in Encæniis celebratam, orientales episcopi aliam rursus fidei formulam condiderunt, eamque per Narcissum, Theodorum, Marim et Marcum, ad occidentales et ad Constantem Augustum miserunt, tanquam a synodo Antiochena dictatam, ut testatur Athanasius in libro de Synodis Arimini et Seleuciæ. Hoc igitur contigit anno Christi 342. Cum Athanasio plane consentit Socrates. Ait enim legatos illos ab Orientalibus missos, Antiochenæ quidem synodi formulam suppressisse; ejus autem loco aliam protulisse quam ipsi composuerant. VALES.

Credendum vero potius est hæc evenisse A. D. 341. Nam Athanasius, ubi dicit acta esse *post paucos menses, μετὰ μῆνας ὀλίγους*, videtur omnia in uno eo anno concludere: unde mox tres annos numerat ad proximam synodum in qua proluxa expositio edita est, De Synod. 25, 26. Nihil vero dicit Athanasius de rogatu isto Constantis, ut episcopi mitterentur a Constantio; sed episcopus illos missos esse dicit a synodo, *ὡς ἀπὸ συνόδου πεμφθέντας*, et formulam hanc fidei ad Constantem portasse, quam non, ut Socrates scribit, ipsi clam consarcinarant, sed quam synodus nuper tanquam emendatam conscripserat: neque quidquam ille refert hoc loco de sua nec de Pauli condemnatione, sed solum de fidei formula illa ad Constantem et occidentales transmittenda loquitur. Et credo equidem Constantem nondum Athanasii causam adeo vindicandam suscepisse ut ad fratrem suum scriberet eo modo quo Socrates narrat. Athanasius enim causam suam non detulit Constanti;

neque epistolas ei scripsit antea quam comperisset Eusebianos epistolas ad eum contra se scripsisse; videtur quoque cum ipso Constante nunquam collocutus esse, ante quartum annum a primo suo ad Romam adventu, cum Mediolanum ad ipsum visendum vocatus est. Vid. Apolog. ad Constant. 4.

18, 2. οὐδαμῶς εἰς λόγους ἐλθεῖν] Quod Socrates ait, abnuisse oratores cum Athanasio colloquia miscere, non ita intelligas, quasi tum Athanasius in Constantis aula versaretur: certum quippe est tum Romæ fuisse: sed quod vel Romam cum eo congressuri se conferre noluerint, vel quod Roma cum pertransirent, Athanasii congressum declinarint. Fidei autem formulam postremo ab se conscriptam, abditis et silentio missis prioribus, Constanti offerunt. Non ignota erat Augusto innata hominum vafrities, mensque dolis plena. Quapropter re infecta oratores ad suos remigrarunt. *Cl. Monachi Benedict. Vita S. Athanasii*, p. 36. **READING.**

Ib. Ἄλλη ἐκθέσις] Hæc fidei confessio habetur apud Athanasium de Synodis vol. ii. p. 737, et apud Niceph. lib. ix. c. 10. quam anno 341, ut putamus, de integro composuere, missisque in Gallias legatis, Constanti obtulere Augusto. Tam variæ autem variis locis temporibusque editæ sunt ab Arianis fidei formulæ, ut eas haud injuria *labyrinthum* vocet Socrates noster, c. 41. hujus lib. **READING.**

Cap. 19. Conf. Sozomen. iii. 11. Athanas. De Synod. 26. 98 Cassiod. iv. 20. Niceph. ix. 11.

Περὶ τῆς μακροστίχου ἐκθέσεως] Hæc fidei professio exstat apud Athanasium, libro de Synodis, p. 738, et apud Nicephorum libro ix. c. 11. in qua quidem hæc Arianica sententia, ἐξ οὐκ ὄντων, aliæque hujusmodi confutantur; verum nihil de οὐσία et ὁμοουσίᾳ effertur; ut observarunt *doctiss. Monachi Benedictini* in vita Athanasii, p. 40. **READING.**

19, 1. Τριετοῦς δὲ ἐν τῷ μέσῳ διαδραμόντος] Idem scribit Athanasius in libro de Synodis; ἐπὶ τούτοις ὥσπερ μεταγρόντες, συλλέγουσι πάλιν τὸ συνέδριον ἑαυτῶν μετὰ ἕτη τρία· καὶ ἀποστέλλουσιν Εὐδόξιον, Μαρτύριον καὶ Μακεδόσιον, τὸν ἀπὸ Κιλικίας, καὶ σὺν αὐτοῖς ἑτέρους τινας εἰς τὰ μέρη τῆς Ἰταλίας, ἀποφέροντας πίστιν διὰ πολλῶν γραφείσαν. Id est; *Posthæc quasi istorum eos pœniteret, post triennium rursus concilium partis suæ congregant. Et Eudoxium, Martyrium, Macedonium Cilicem,*

et alios quosdam una cum illis mittunt in partes Italiae, deferentes fidem multis verbis conscriptam. Baronius quidem in Annalibus hoc secundum Antiochenum concilium, in quo proluxa illa fidei formula promulgata est, collectum fuisse dicit anno Christi 344. Idque ex Athanasio et Socrate probare sibi visus est. Sed meo quidem iudicio longe fallitur. Primo enim locutio illa μετὰ τρεῖς ἔτη, quartum annum significat, non tertium. Tres enim annos elapsos jam esse denotat. Itaque Socrates Athanasii locum accepit, cum ait τριετοῦς δὲ ἐν μέσῳ διαδραμόντος χρόνου. Cum igitur Antiochena synodus in Encænii congregata fuerit anno Christi 341, hæc secunda in annum Christi 345 rectius conferetur. Deinde secundam istam synodum in qua proluxa fidei formula conscripta est, non dicit Athanasius collectam, fuisse post triennium quam Antiochena synodus in Encænii fuerat congregata; sed post triennium quam Narcissus, Theodorus, Maris et Marcus novam fidei formulam, tanquam Antiochiæ conditam, ad Constantem Augustum pertulissent. Id autem ait factum fuisse aliquot mensibus post Antiochenam synodum in Encænii celebratam. Ex quo manifeste convincitur id quod dixi: Concilium illud, in quo formula illa μακρόστιχος condita est, anno Christi 345 celebratum fuisse, non autem 344, ut vult Baronius. VALES.

Valesii epocham amplectitur *Pagi* ob sequentem rationem. Hanc autem de computandis annis, futilem et vanam appellat. Antiqui, *inquit*, his similibusque loquendi modis utrumque extremum annum, etiam incompletum, aliquando expriment; aliquando tres aut quatuor annos elapsos intelligunt, imo aliquando quartum jam inchoatum excludunt. Ex circumstantiis itaque dijudicandum. *Pagi ad ann. 344. n. ii.* READING.

19, 7. μήτε Χριστὸν, μήτε υἶόν Θεοῦ εἶναι αὐτὸν] Verte, *neque eundem et Christum et Filium Dei esse.* Perstringunt hæc Marcellum, qui Christi regnum a nativitate ejus incipiebat. Vide infra in hoc capite, Valesii annot. in hæc verba, ἀλλ' ἔκτοτε Χριστὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι. *W. Lowth.* READING.

Ibid. οὐ βουλήσει οὐδὲ θελήσει] Dogma hoc fuit Arianorum. Infra tamen sententiam suam commodius explicant orientales, ut scilicet intelligatur Pater non coactus, nec invitatus genuisse Filium. VALES.

Disputabant Ariani hunc in modum, εἰ μὴ βουλόμενος ἐγέννησεν, ἄκων ἐγέννησε· καὶ εἰ βουλόμενος ἐγέννησεν, ἄρα ἦν τὸ βούλημα πρὸ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἔσται κἂν ῥοπή χρόνου μεταξὺ υἱοῦ διὰ τοῦ βουλήματος. Epiphanius. Hæres. lxi. 26. Athanasius vero de eodem argumento scribit, ταῦτόν γὰρ σημαίνει ὁ λέγων, βουλήσει γέγονεν ὁ υἱὸς, καὶ ὁ λέγων, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν ὁ υἱὸς, καὶ κτίσμα ἐστίν: quod multis ille deinceps explicat et refutat, addens inter alia, μὴ λεγέσθω βουλήσει, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς οὕτως γίνηται, ὥσπερ καὶ τὰ δι' αὐτοῦ γενόμενα συνέστη. Orat. iii. c. Arian. 59, 61. p. 608. Hæc vero postrema verba respiciunt ad dogma Arianorum quod negatur in hac ipsa expositione infra, §. 21, et postea in formula Sirmiensi, ubi utraque sententia damnatur, et eorum qui dicunt, βουλήσει τοῦ Θεοῦ ὡς ἐν τῶν κτισμάτων γεγονέναι τὸν υἱόν, et eorum qui dicunt, μὴ θελήσαντος τοῦ πατρὸς γεγενῆσθαι τὸν υἱόν, infra, 30, 26.

19, 11. τρία ὁμολογοῦντες πράγματα] Ita Alexander episcopus Alexandrinus ad cognominem suum Constantinopolitanum, Patrem et Filium δύο πράγματα vocat, apud Theodorit. lib. i. c. 4. et τὰς τῆ ὑποστάσει δύο φύσεις, ibid. *Substantia illa Divina, cuius nomen est Verbum*, Novatian. de Trinitate, c. 31. Similiter et Tertullian. c. 7. contra Praxeam: ita enim Latini Græcam vocem ὑπόστασις exprimebant. Vid. Cl. Bulli Defens. Fid. Nicæen. sect. ii. c. 9. n. 11. *W. Lowth*. **READING.**

19, 15. τὸ προφορικὸν λεγόμενον] Προφορικὸν λόγον vocant 100 philosophi verbum, quod ore profertur. Prolativum vocat Hilarius. Eique opponitur ὁ ἐνδιάθετος λόγος verbum internum, quod verbum mentis vulgo vocant hodierni philosophi. **VALES.**

Valentinus Gnosticus docuerat, Filium a *Patre projectum fuisse*, προβολὴν τὸ γέννημα τοῦ πατρὸς, Arii Epist. ad Alexandr. in Athanas. De Syn. 16, p. 729: quod Hilarius interpretatur, *prolationem Natum Patris*, De Trinit. vi. 5. Simili huic sententia Sabelliani, ut personarum distinctionem tollerent, Verbum Dei comparabant verbo in mente concepto, τῷ ἐνδιαθέτῳ αὐτὸν παρεικάζουσι, Basil. Homil. xxiv. c. Sabell. et Arium, et fingebant, verbum in Patre tacitum ab initio fuisse, donec emissum sive prolatum sit, ut mundus crearetur; tum autem reversum esse ad Patrem, et Patrem rursus tacuisse. Vid.

Photinus vero discipulus fuit Marcelli, et Sirmii episcopus. *Guil. Beveregius Annot. in Can. i. Concilii Constantinop. p. 92. Vide et Pearson in Symb. Apost. p. 284. READING.*

Longum esset hic de Marcello, quid senserit, et an hæreticus fuerit quærerere. Certe non debet ex sententia Arianorum vel Eusebii judicari. Satis igitur sit nunc id ponere quod Athanasius de illo interrogatus respondit: ὁ δὲ οὔτε ὑπεραπολογήσατο, οὔτε πάλιν πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς ἠνέχθη, μόνον δὲ διὰ τοῦ προσώπου μειδιάσας ὑπέφηνε, μοχθηρίας μὴ μακρὰν αὐτὸν εἶναι, καὶ ὡς ἀπολογησάμενον εἶχε. Epiphan. Hæer. lxxii. 4. Quamquam admodum in illius doctrinam invehatur Basilius, Epist. cxxv. cclxiii. et alibi.

Quod Athanasius habet hoc loco pro Φωτεινοῦ, Σκοτεινοῦ, id Lucifer Caralitanus tradit a Smyrnenis Photino inditum esse, sic; *quid sit inter te et conscotinum tuum, quem verso ordine Smyrnienses vocant Photinum?* De Non Parcend. in D. Delinq. 24, 39. Galland. Bibl. tom. vi, p. 233, 239.

19, 18. αὐτοπροσώπως ὤφθη] Similiter asserit Eusebius, Christum visum esse Abrahamo, Jacobo, Josuæ, et aliis, Hist. Eccl. i. 2, 9, seqq. Cui opinioni assentit Theodoretus, Quæst. in Exod. 5, contradicit vero ibid. in Josh. 5, et Phœbadius, Tractat. De Fide, Galland. Biblioth. Patr. tom. v, p. 263. Prorsus tamen aliter Augustinus, cujus hæc verba sunt: *Sed jam satis, quantum existimo, pro captu nostro disputatum et demonstratum est, quod in hoc libro susceperamus ostendere: constituitque et probabilitate rationis quantum homo, vel potius quantum ego potui, et firmitate auctoritatis quantum de Scripturis sanctis divina eloquia patuerunt, quod antiquis patribus nostris ante incarnationem Salvatoris, cum Deus apparere dicebatur, voces illæ ac species corporales per angelos factæ sunt; sive ipsis loquentibus vel agentibus aliquid ex persona Dei, sicut etiam prophetas solere ostendimus; sive assumptibus ex creatura quod ipsi non essent, ubi Deus figurate demonstraretur hominibus.* De Trinitat. iii. 27. Ceterum nusquam quidquam de hac re statuitur confitendum in Ecclesiastica Fidei Expositione, quemadmodum hic fit. Conf. Heinichen ad l. Eusebii. Eadem opinio repetita est et confirmata postea in Sirmiensi formula prima: vid. infra, 30, 17. Et in Eunomii Confessione fidei, A. D. 383: vid. Canis. Thesaur. Basn. t. i, p. 179. Aliorum veterum de hac re sen-

tentias quæras e Novatiani libro (qui fertur) De Regula Fidei 18. et Jackson. Annott.

19, 20. οἱ Πατριπασσιανοὶ παρὰ Ῥωμαίοις] Horum hæreticorum mentionem facit Cyprianus in epistola ad Jubaiantum de baptizandis hæreticis. *Si eundem Patrem, eundem Filium, eundem Spiritum Sanctum, eandem Ecclesiam confitentur nobiscum Patripassiani, Anthropiani, Valentiniani, Apelletiani, Ophitæ, Marcionitæ, cæteræ hæreticorum pestes*, seqq. [Epist. lxxiii. p. 200. ed. Fell.] Augustinus in libro de Hæresibus, c. 41, Sabellianos scribit crebrius Patripassianos vocari. Ita etiam eos vocat Philastrius in libro de Hæresibus [liv.] Corruptum est hoc nomen in Commentariis epistolæ primæ ad Timotheum, qui vulgo tribuuntur Ambrosio. Sic enim ibi scribitur: *Quæ nunc Marcionistis, quamvis pene defecerint, et Patricianis ac maxime in Manichæis denotatur* [Append. ad Ambros. Op. t. ii. col. 296. Bened.] Scribo *Patripassianis*. Idem Augustinus Tractatu 36 in Joannem: *Nam Sabelliani sunt quidam hæretici, qui vocantur et Patripassiani, qui dicunt ipsum Patrem passum fuisse*. Et iterum in Tractatu 37. VALES.

Patripassianorum hæresis videtur solam Domini passionem respexisse, quod ex vocis notatione constat: fundata est autem in errore de incarnatione, cum non dubium sit, quin ille qui homo factus est, passus fuerit. Ait Epiphanius, Noetum primum hanc hæresin docuisse. Atqui Cyprianus, Noeto antiquior, Patripassianorum meminit, Epist. 73. hujus etiam magister Tertullianus Praxeam ejusdem dogmatis reum facit: *Duo negotia diaboli Praxeas Romæ procuravit; prophetiam expulit, et hæresim intulit: Paracletum fugavit, et Patrem crucifixit*. Advers. Prax. c. 1. Idem de Præscript. advers. Hæreticos, c. 53. *Post hos omnes etiam Praxeas quidam hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare curavit. Hic Deum Patrem omnipotentem Jesum Christum esse dicit, hunc crucifixum passumque contendit, mortuum, præterea seipsum sibi sedere ad dextram suam, cum profana et sacrilega temeritate proponit*. Vide plura apud Pearson. in Symbol. Apost. p. 158. READ.

De initio Sabellianismi vid. Euseb. Hist. Eccles. vii. 6.

19, 21. ἀνάγκη περιθευκότας τῷ Θεῷ] Egregie hæc refutat Athanasius, Orat. iv. [iii. 66. p. 615.] contra Arianos; non longe a fine. *W. Lowth*. READING.

Non constat fuisse quenquam qui docuerit aut diserte asseruerit, Filium invito Patre necessitate natum esse. Sed cum Ariani dicerent Filium extitisse per voluntatem Patris, hoc autem catholici negarent recte dicendum esse, Ariani catholicis imputabant, inde necessario consequi dicendum esse, Filium invito Patre extitisse. Illud est quod refutavit Athanasius.

19, 22. Κύριος ἐκτισέ με] Proverb. viii. 22. De modo quo Ariani hunc locum decantaverint, vid. Athanas. De Decr. Nic. Synod. 13, p. 219. De vera autem ejus interpretatione, vid. Epiphan. Hæres. lxi. 25, seqq., Hieronymi Epist. ad Cyprian. cxl. 6, et Comment. in Ep. ad Ephes. ii. 10. Eodem verbo usus erat Melito in titulo libri sui, Περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ, Euseb. H. E. iv. 26, 2; ubi vide Vales. Annot., et ad eundem i. 2, 27.

19, 24. ἀλλ' οὐδὲ τὸν νῖδον καθ' ἑαυτὸν εἶναι] Hæc usque ad 102 ἀναπανομένον διηλεκῶς non minus catholice quam eleganter. Ausim id dicere, quanquam horum episcoporum non pauci Arianzæ perfidiæ favisse deprehendantur, et in ipsa confessione vox ὁμοούσιος omittatur. Mirum quidem esset, subscripsisse his Arianos, nisi et alia in eadem formula subscriptione sua confirmassent, quæ hæresi Arianzæ ex diametro contraria sunt. Cujusmodi est imprimis illud; Filium Dei Θεὸν κατὰ φύσιν τέλειον εἶναι καὶ ἀληθῆ, *Deum natura perfectum atque verum esse*. Scilicet tenebriones isti parati erant quamlibet fidei confessionem suo suffragio comprobare, quæ modo vocem ὁμοουσίου non haberet; etiamsi quoque in ea ponerentur verba alia, quæ apud sanos omnes idem prorsus significarent. *Cl. Bullus Defens. Fid. Nic. s. iv. c. iv. n. 9.* READ.

19, 25. τὴν παντέλειον Τριάδα] Primus, eorum quorum scripta extant, hac voce Τριάς usus est Theophilus ad Autolye. ii. 15. Atque hic quidem locus inter antiquissima quæ supersunt exempla numerandus est. Veruntamen nisi constitisset vocem jam tum notam et ab omnibus orthodoxis receptam fuisse, nunquam synodi auctores in expositione sua fidei posituri erant: nam ad eam, tanquam ad latum aliquam et tutum theologiæ terminum, hoc loco confugere volunt. Eadem voce usi sunt Sirmiensis fidei conscriptores, infra, 30, 40: ad quem locum respexit Hilarius, cum scripsit, *et Trinitatis nomen instituens virus suum sub modestia religiosæ moderationis occultat,*

Fragm. Hist. ii. 29; unde videtur vox Trinitas parum tunc nota fuisse Latinis. Plura vid. in Suicer. Thesaur. Τριάς. Walch. Biblioth. Patrist. ix. 85. p. 503.

Cap. 20. Conf. Sozom. iii. 11. Theodoret. H. E. ii. 7, 8. Athanas. Apolog. c. Arian. 37, p. 155, et Hist. Arian. ad Monach. 15, p. 352. Hilar. De Synod. 34, et Op. Hist. Fraggm. ii. et iii. Galland. Biblioth. Patr. tom. v. p. 220. Sulpic. Sever. ii. 36. Cassiod. iv. 21, 23, 24. Niceph. ix. 12.

20, 1. Ταῦτα οἱ κατὰ τὰ ἐσπέρια μέρη] Hanc confessionem 103 fidei, sic enim vocat Athanasius, legati orientalium obtulerunt occidentalibus episcopis Mediolani congregatis. Illuc enim profecti fuerant quidam episcopi una cum presbyteris ecclesiæ Romanæ, rogaturi Constantem Augustum ut ad Constantium fratrem scriberet, de congreganda universali synodo, ut dissensiones quæ in variis ecclesiis exortæ fuerant, ecclesiastico iudicio terminarentur, quemadmodum scribit Athanasius in Apologia ad Constantium [4, p. 297]. Porro cum orientales hanc fidei formulam obtulissent occidentalibus, petierunt ab iis ut illi subscriberent. Verum occidentales, quod quidem ad fidem attinet, sufficere sibi dixerunt Nicænam fidem, cui nec addendum quidquam esset nec detrahendum. Quod vero spectat ad condemnationem hæreticorum qui in confessione illa damnabantur, petierunt ab orientalium legatis, ut ipsi prius Arianam hæresim condemnarent. Verum illi id facere detrectantes, irati ex concilio discesserunt, ut scribit Liberius in epistola ad imp. Constantium his verbis: *Quæ est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demofilus, Mucedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluisent damnare, de concilio iratis animis exierunt.* Nihilominus tamen occidentales episcopi hæresim Photini in eadem synodo condemnarunt. Adversus Marcellum vero nihil pronuntiarunt, propterea quod is paulo antea in synodo Romana integer ab omni hæreseos crimine fuerat iudicatus. In eadem synodo Ursacius et Valens, qui in suspicionem venerant hæresis Arianæ, porrecto libello quo Arii perfidiam et Photini hæresim damnabant, suscepti sunt in communionem, ut docet epistola synodica Ariminensis concilii. Idque testantur Ursacius et Valens in altero libello, quem postea obtulerunt Romæ Julio

papæ, his verbis: *Item anathema dicimus iis qui negant, Christum Deum esse et Filium Dei ab æterno, sicut per priorem libellum nostrum, quem apud Mediolanum porreximus.* Hæc de Mediolanensi synodo paulo fusius annotare libuit, eo quod admodum obscura est ejus memoria in annalibus ecclesiasticis. Primus Dionysius Petavius in dissertatione de duplici synodo Sirmiensi, multa quidem de illa synodo docte observavit. Sed annum illius perperam assignavit. Anno enim Christi 347. celebratam esse dicit, paulo post Serdicense concilium. Quod stare nullo modo potest. Itaque Jacobus Sirmondus in secunda diatriba quam adversus Petavium scripsit, merito illum in hæc parte reprehendit. Baronius quidem qui formulam illam *μακρόστιχον* in Antiochensi synodo conscriptam esse dicit anno Christi 344, legationem quoque orientalium et Mediolanense concilium in eundem annum confert. Sirmondus vero in diatriba supra memorata, anno Christi 346 id concilium assignat. Quam quidem sententiam verioremi puto. Primo enim Athanasius in Apologetico ad Constantium scribit, se quarto anno ex quo Romam venerat, a Constante Augusto accitum fuisse Mediolanum, quo episcopi quidam sese contulerant. Romam autem venerat Athanasius anno Christi 341. Præterea Hilarius in fragmentis scribit Mediolanensem synodum in qua damnatus est Photinus, celebratam esse biennio priusquam Valens et Ursacius libellum satisfactionis offerrent Julio papæ. Postquam enim eum libellum retulit, hæc subdit: *Hæc epistola post biennium missa est, quam hæresis Photini a Romanis damnata est.* Cum igitur epistola illa Valentis et Ursacii scripta sit anno Christi 349, ut testatur Petavius, Mediolanense concilium tertio ante anno celebratum sit necesse est: hoc est Christi 346. Locutio enim illa, *post biennium*, idem valet ac tertio post anno, quod non animadvertit Petavius. VALES. Conf. infra, ad 24, 4. 37, 60.

20, 1. διὰ τὸ ἀλλογλώσσους εἶναι] Baronius hic Socratem merito reprehendit, qui causam cur occidentales formulam illam respuerint, hanc esse dicit, quod Græcum sermonem non intelligerent. Quasi vero non multi essent in Italia, qui Græcam linguam callerent. Sed et Theodorus lector hanc causam merito improbavit. Horum enim verborum loco, ista substituit: *διὰ τὸ πρόδηλον τῆς δυσφημίας, id est, Ob manifestam blasphemiam.* VALES.

Eadem tamen quæ Socrates, repetit Nicephorus, et quodammodo explicat; ἐν σχήματι δὲ καὶ τὸ ἀλλόγλωσσον καὶ τὸ μὴ συνιέναι τὰ εἰρημένα προβάλλοντο. H. E. ix. 11. Porro "Theodorus lector" ille, quem citat Valesius, est codex Allatii; de quo vide Præfationem.

20, 3. Κηρύσσεται οὖν αὐθις οἰκουμενικὴ σύνοδος ὡς ἐπὶ τὴν Σαρδικὴν] Sardica urbs Illyrici fuit, in Mysiæ superioris confinio, centum millia passuum plus minus a Philippopoli distans. In hac olim celebri urbe præsens concilium celebratum est; de quo acerrime disputatum est, utrum œcumenicum fuerit an non. Et sane nemo inficias eat, quin ab imperatoribus Constante et Constantio, ea mente convocatum fuerit, ut œcumenicum esset; ac propterea utriusque imperii, occidentalis et orientalis, episcopi illuc accersiti sunt: concilium tamen ex occidentalibus solis, constitutum est, orientalibus sese illinc proripientibus: unde et *Occidentalium concilium* ab antiquis patribus sæpe audit; neque unquam a Græcis, vel vetustioribus patribus œcumenicum vocatum est. *Bevereg. Annot. in Can. hujus Concilii, initio*, p. 199. **READING.**

20, 4. Ἐνδέκατον ἔτος ἦν] A consulatu Feliciani et Titiani, qui fuit annus Christi 337, ad consulatum Rufini et Eusebii, qui annus est Christi 347, anni sunt decem solidi. Proinde si undecimo anno post obitum Constantini celebratum est Serdicense concilium, post vicesimum secundum diem mensis Maii congregatum sit necesse est. **VALES.** Conf. Clinton. F. R. A. D. 347.

20, 5. περὶ τοὺς τριακοσίους συνήλθον ἐπίσκοποι, ὡς φησὶν Ἀθανάσιος] Non hoc dicit Athanasius, trecentos circiter episcopos ex Occidentis partibus ad Serdicensem synodum convenisse. Sed id tantum dicit, tam eos qui Serdicensi concilio interfuerunt, quam illos qui epistolæ synodicæ ab ipsis missæ postea subscripserunt; eos item qui ante Serdicensem synodum pro ipso scripserant epistolas synodicas, ex Phrygia, Asia et Isauria, universos fuisse trecentos quadraginta quatuor. Locus Athanasii habetur in Defensione secunda adversus Arianos p. 768 editionis Parisiensis [p. 169. ed. Bened.] Sed et in epistola ad Solitarios [p. 352.] idem Athanasius disertè testatur, episcopos qui ad Serdicense concilium convenere, tam ex occiduis quam ex Orientis partibus, non plures fuisse quam centum et septuaginta: *συνέρχονται τολύνη ἀπό τε τῆς Ἀνατολῆς*

καὶ τῆς Δύσεως ἐν τῇ Σερδῶν πόλει πλεον ἢ ἔλαττον ρο'. In editione Moguntina post Canones synodi Serdicensis hæc legitur notatio: *et subscripserunt omnes episcopi diversarum provinciarum vel civitatum, numero 121.* VALES.

Ducentos quinquaginta episcopos synodo adfuisse testatur Theodorus: quinquaginta novem in Hilarii subscriptionibus leguntur. Sed Athanasius cum orientales, tum occidentales 170 vel circiter, in Sardicensi synodo coactos ait, in epistola ad Solitarios. Ex quibus si demas 80 orientales, qui Sardica aufugientes Philippopoli convenere, 90 tantum supererunt, qui Sardicensi synodo interfuerint. Sed nihil certum in tanta autorum varietate statui potest. *Cl. Monachi Benedictini annot. in Athanasii Apologiam contra Arianos, p. 169. vol. i.* READING.

Athanasius recensuit nomina episcoporum 284 qui præsentibus in synodo, vel postea absentes, actis synodi subscripserunt. Hinc ortus esse videtur error Socratis, qui hos omnes in unum, tanquam synodo præsentibus, collegit. Aliud est quod deinde refert Athanasius, fuisse etiam præter hos, sexaginta circiter tres alios qui pro se scripserunt ante synodum Sardicensem: quorum omnium summam computavit ille esse numero 344. ἐγγὺς ἐγ', ὁμοῦ τμδ'. Apol. c. Ar. 50, p. 169.

20, 5. ἐβδομήκοντα ἐξ] Ipsi testantur fuisse se numero octoginta. Vid. Epistol. Sardic. in Hilar. Fragm. iii. 16. col. 656, cui subscripta sunt nomina quæ extant septuaginta tria. Socrates quidem hic dicit Ischyram unum fuisse inter hujus partis episcopos in synodo: ejus tamen nomen non comparat inter septuaginta tres subscriptiones, nisi si sit illud quod scribitur, *Quirius episcopus a Mareota*, corruptum. Athanasius nusquam dicit eum ibi sedisse: Quanquam ejus mentio fit in epistolis a synodo missis, ubi res quæ olim in Mareote gestæ erant recensentur, et dicitur episcopi titulo ornatus fuisse. Idem tamen refert Sozomenus ii. 12, quod Socrates, mutato tantum nomine Ischyrae in Ischyronem.

20, 6. τὸ στενὸν τῆς προθεσμίας ἐπέμφοιτο] Hoc loco fallitur Socrates, qui ad Serdicensem synodum retulerit ea quæ ad Romanam synodum pertinebant. Nam cum Julius orientales episcopos Romam ad synodum evocasset, ut Athanasii causa ibi cognosceretur, orientales eo venire recusarunt, inter alias

causas angustiam præstituti temporis prætexentes, ut docet Julius papa in epistola ad eosdem orientales apud Athanasium, p. 744, [145]. Certe quæ sequuntur apud Socratem, *καίτοι ἐνιαυτοῦ καὶ ἐξ μηνῶν διαγενομένων, ἀφ' οὗ ἡ σύνοδος ἐκκήρυκτο, καὶ οἱ περὶ Ἀθανάσιον ἐν τῇ Ῥώμῃ διέτριβον*, seqq. manifeste confirmant id quod dixi. Athanasius enim Julii literis evocatus, Romam cum venisset, annum integrum et sex menses in ea urbe permansit, adversarios et synodum quæ Romæ indicta fuerat opperiens. Testatur id Julius in epistola supra memorata, p. 748, [148,] *καὶ γὰρ πρὸς τοῦτοις πᾶσι παρέμεινεν ἐνταῦθα ἐνιαυτὸν καὶ ἐξ μῆνας, ἐνδεχόμενος τὴν παρουσίαν ὑμῶν, ἣ τὸν βουλόμενον ἐλθεῖν*. VALES.

20, 7. καὶ Παῦλον] Paulus Constantinopolitanus episcopus non interfuit synodo Serdicensi, ut testatur Theodoritus in lib. 2 [ii. 5] Historiæ Ecclesiast., idque prorsus confirmat epistola synodica orientalium apud Sardicam episcoporum, qui habetur in fragmentis Hilarii. VALES.

Paulus jam Constantinopolim redierat, atque ibi sedem suam obtinebat; Theodoretus enim dicit, populum prohibuisse ne ad Sardicam abduceretur, veritum adversariorum insidias: mox autem eum e Constantinopoli pulsum esse. Et epistola synodica orientalium, dum crimina ei exaggerare studet, reditum ejus ab exilio commemorat, Hil. Fr. iii. 9.

20, 8. οὐκ ἠνέχοντο μὴ παρῆναι] Orientales causam suam his verbis agunt in epistola quam servavit Hilarius: *Occurrimus ad Serdicam litteris imperatoris conventi. Quo cum venissemus, didicimus in media ecclesia Athanasium, Marcellum, omnes sceleratos concilii sententia pulsos, et merito singulos pro suis facinoribus prædamnatos, cum Ossio et Protogene sedere simul et disputare, et quod est deterius, divina mysteria celebrare.*—*Mandavimus illis—ut de suo cætu damnatos excluderent, neque peccatoribus communicarent: deinde una nobiscum audirent ea, quæ a patribus nostris contra ipsos in præteritum fuerant judicata.*” Hilar. Fragm. iii. 14. Contra autem epistola synodica habet, *ἤξιον τὸν ἀθῶνον ὡς ὑπέσθινον ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἐκβάλλεσθαι, οὐ συνορῶντες ὡς ἀπρεπὲς μάλλον δὲ ἀδύνατον ἦν τοῦτο*. Athanas. Ap. c. Ar. 37, p. 156; et 41, p. 160. Conf. ibid. 38, et 42. Refert quoque Athanasius, eosdem illos secum Sardicam ad synodum adduxisse, tanquam

duces aut advocatos, Musonianum comitem et Hesychium castrensem. ib. 15, p. 352.

20, 9. *ἰδιᾶζον ποιῶντες συνέδριον*] Videntur tamen orientales isti nomen loci in quo conveniebant celasse: nam epistola ea quæ extat in Hilarii Fragm. iii, et Confessio Fidei in ejusdem De Synod. 34, præ se ferunt nomen Sardicæ, neque usquam quidquam in iis comparet de Philippopoli. Quo mox et alii decepti sunt et ipse Augustinus. Vid. Augustin. Epist. xlv. et Editor. Bened. ad Hilar. ll. c.

Ibid. *ἐπιστολὰς συγγράψαντες*] Quod ait Socrates, orientales episcopus apud Serdicam, in epistola sua synodica Anomianorum dogma stabiliisse, id omnino falsum est. Extat eorum epistola synodica in fragmentis Hilarii, ad cujus calcem adjecta est confessio fidei. In ea confessione nihil est quod Anomianorum sententiam vel minimum redoleat. Sed et idem Hilarius in libro de synodis eandem fidem orientalium episcoporum Serdicæ promulgatam referens, pro catholica agnoscit et exponit. Tantumque abest ut crediderit Hilarius eos Anomianorum dogma disseminasse; quin potius affirmat, eos aditum Anomianis omni ex parte obstruxisse. Sic enim ait: *Ex omni autem parte, qua se circumagere sollicitudo potuit, hæreticorum ingenis aditus obstruitur, ne quid esse diversitatis prædicetur in Filio.* VALES.

Confessio hæc fidei fere eadem fuit quæ antea exposita erat nomine *Μακροστόχου ἐκθέσεως*, supra, 19, atque etiam repetita est Sirmii, infra, 30; caret tamen commentationibus quæ illam, et anathematismis qui hanc sequuntur ejus editionem. Ejus doctrinam vindicat Hilarius, atque amplecti vult, præ opinione illorum qui asserebant, Filium Patri dissimilem esse. Quamobrem falsus est Socrates, sicuti Valesius censuit; et videtur posteriorem aliquam fidei formulam ab Eudoxianis fortasse compositam pro Philippopolitana accepisse. Præterea a conventu Philippopolitano damnati et excommunicati sunt Julius episcopus Romæ, Hosius, Protogenes Sardicæ, Gaudentius, et Maximinus, propter causas quæ in epistola memorantur, Hilar. Fragm. iii. 27. Hæc quæ Socrates omisit, Sozomenus sæe Historiæ inseruit, supplens pro more suo ea quæ Socrati desunt.

20, 10. *τοὺς κατηγοροὺς Ἀθανασίου*] Depositi ab episcopatu

et excommunicati sunt Theodorus episcopus Heracleæ, Narcissus, Stephanus Antiochiæ, Georgius Laodicæ, Acacius, Menophantus, Ursacius, et Valens: excommunicati quoque, et tanquam adulterini et intrusi episcopi ab officio abjudicati Gregorius Alexandriæ, Basilius Ancyræ, et Quintianus Gazæ. Athanas. Ap. c. Ar. 44. seqq. Theodoret. H. E. ii. 8. Hilar. Fragm. ii. Sozom. iii. 12. Conf. Epistolas inter Athanasiana in Galland. Biblioth. Patr. tom. v. p. 220, 221.

20, 10. *φανερώτερον ἐκδιδόσιν*] Respicere videtur Socrates *Τα-¹⁰⁵ bellam* istam (*πιττάκιον*) quam Athanasius tradit a quibusdam prolatam esse tanquam Fidei formulam a synodo Sardicensi expositam, cujus exemplar exhibet Theodoretus post synodicam epistolam. Hanc tamen Athanasius affirmat, non a synodo promulgatam esse; sed contra decretum esse a synodo non oportere quidquam de Fide statui, præter formulam Nicænam, quæ satis sufficere possit ad tuendam veritatem: quamvis fuerint qui synodum frustra sollicitabant, ut conscriberetur aliquid de Fide, ad complendum id quod deerat formulæ Nicænæ. Athan. ad Antiochen. 5, p. 772. Sic igitur intelligendus est hoc loco Socrates, non ut synodus Sardicensis formulam Fidei exposuerit: quod tamen diserte asserit Sozomenus iii. 12.

20, 12. *τοῖς περὶ Παύλου*] De Paulo ne verbum quidem ul-
lum exstat in epistola synodica concilii Serdicensis. VALES.

Ibid. *καὶ Μαρκέλλου*] Hæresis Marcelli nonnisi multos post annos postea innotuit, quanquam etiam tum nonnullis in suspicionem venit. *De eo*, inquit Epiphanius hæresi 72, *cum aliquando beatum papam Athanasium interrogassem, cujusmodi eum fuisse arbitraretur, ille neque purgavit hominem, neque vero asperius notavit; sed leniter arridens, non multum ab improbitate abhorruisse significavit, et in eorum loco qui se purgassent, habuit.* READING. Conf. supra, ad 19, 16.

20, 13. *ἐσπούδασε*] Præter ea quæ hic narrata sunt, synodus Sardicensis viginti, vel viginti et unum, canones constituit, quos penitus omiserunt et Socrates et Sozomenus. Illi Canones fuerunt unde postea tot ortæ sunt controversiæ de Romanæ sedis potestate. Verba Zonaræ in Can. v. sunt hæc, *ἐκ τούτου τοῦ κανόνος οἱ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερεῖς ἀύχου-
σιν ἐνδιδόσθαι αὐτοῖς τὰς ἐκκλήτους πάσας τῶν ἐπισκόπων πρὸς*

αὐτοὺς ἀναφέρεισθαι, τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ τοῦτον εἶναι τὸν κανόνα ψευδῶς λέγοντες. Vid. Bevereg. Synod. vol. i. p. 489. Extant quoque inter Concilia. Mans. tom. iii. col. 5. seqq.

20, 14. ἐν ὄλοις τρισὶ βιβλίοις, ἃ πρὸς Μάρκελλον ἐπέγραψε] Exstant hodie hi tres Eusebii libri, qui de Ecclesiastica Theologia adversus Marcellum inscripti sunt. Quos præcedunt duo libri κατὰ Μαρκέλλου, id est, contra *Marcellum* inscripti, in quibus consilium ejus ac malitiam atque invidiam suggillat. Hos autem libros jussu episcoporum qui in Constantinopolitana synodo Marcellum damnaverant, scripsisse se testatur Eusebius in fine libri secundi contra Marcellum. Porro utrum Socrates duos illos priores contra Marcellum libros viderit, incertum est, cum nullam eorum mentionem faciat. VALES.

Cap. 21. Niceph. ix. 13.

21, 5. διὰ Χριστοῦ] Intelligit Socrates δοξολογίας, quæ leguntur in fine sermonum Eusebii, quas perpetuo ita concipit Eusebius, *Gloria non nato Patri per Filium suum unigenitum*, seqq. Atque id perspicere licet in opusculis Eusebii, quæ Jacobus Sirmondus in lucem edidit. Exempli gratia, in fine libri primi contra Sabellium hæc leguntur verba, *Gloria uni non nato Deo, per unum unigenitum Deum Filium Dei, in uno Spiritu Sancto, et nunc et semper et per omnia secula seculorum. Amen.* Et sic in ceteris. In sermone quoque quem habuit Eusebius in dedicatione ecclesiæ Tyri, qui refertur in Hist. Eccles. x. 5, eadem habetur clausula, δι' οὗ αὐτῶ ἡ δόξα. Sic enim nos eum locum edidimus ex tribus manuscriptis codicibus. Porro notum est, Arianos præpositionem illam, *per quem*, attribuisse Filio, eo consilio ut illum Patri subjicerent. Vide Theodoritum in caput primum Epistolæ primæ ad Corinthios. VALES. De isto modo loquendi conf. quæ scripsit Basilius Cæsarensis, De Spirit. Sanct. 7. et 8.

21, 6. πρώτῳ βιβλίῳ] De Eccles. Theolog. i. 8, et 9, p. 66, 106 ed. Paris. 1628.

21, 9. μετ' ὀλίγα] Ibid. 9, et 10, p. 68.

21, 13. ἐν τρίτῳ] Ibid. iii. 2. p. 150.

21, 23. κἀν ταῖς τῆς οἰκονομίας λέξεσιν] Quibus in verbis 107 causarum non minimam indicat Socrates, ob quam Eusebius,

qui alioquin in scriptis suis passim veram et æternam Filii divinitatem agnoscit, pro Arianis a plerisque habitus fuerit. Nimirum in libris suis ea quæ ad filii *οικονομίαν* (addo ego et ad ejusdem subordinationem ad patrem, tanquam sui auctorem ac principium) pertinent, ita contra Sabellianos, quorum hostis fuit acerrimus, urget, ac pene ad nauseam et fastidium usque repetit et inculcat, ut videatur in Arianam ex adverso impietatem dilapsus, a qua tamen revera semper alienus fuit. Ac verissimum quidem illud esse fatebitur, quisquis Eusebii scripta accurate, et seposito partium studio evolverit: qui et hoc observato, ad ea loca omnia quæ Petavius lib. i. de Trinit. c. 11. magno acervo congegit, ut probaret Arianum fuisse Eusebium, facile respondere poterit. Unde ipse Eusebius in libro Apologetico quem ad orthodoxos omnes episcopos misit, palam professus est, si quæpiam ipse protulisset unquam aut scripsisset, Arii dogma tantillum subolentia, ea se protulisse aut scripsisse *οὐ μὴν κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἀπλότητος, non ex impio illius sensu, sed ex minus curiosa, parumque sollicita* (nempe dum Sabellianæ hæresi impugandæ totus intentus fuit) *simplicitate*; referente Gelasio Cyziceno lib. ii. de Synod. Nicæn. c. 1. *Cl. Bullus Defens. Fid. Nic. sect. iii. c. 9. n. 3.* **READING.**

Cap. 22. Conf. Sozom. iii. 13. Theodoret. H. E. ii. 8, 9. 108
Rufin. x. 19. Cassiod. iv. 25. Niceph. ix. 13.

22, 2. τὸ λεγόμενον Τισοῦκίς] In annotationibus ad librum 21 Ammiani Marcellini, jam pridem monui, scribendum hic esse *σοῦκίς*: et Succorum angustias intelligi, quas describit Amm. Marc. in dicto lib. p. 189 [xxi. 10, 3]. Easdem angustias commemorat Philostorgius in libro iii Historiæ Ecclesiasticæ, et *σοῦκίς* nominat, inter Daciam et Thraciam sitas. Sic autem eas describit, *διόδοι εἰσι στεναὶ μεγίστων ὄρων ἐκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἐν χωρίον ἐγγὺς τοῦ συμπύσεσθαι [συμπύσεσθαι] συγκλειομένων* [iii. 24]. Id est, *transitus angusti, maximorum montium, qui hinc et inde in unum locum coartantur, ita ut se mutuo complecti videantur*. Intelligit autem Hæmum et Rhodopen montes, qui ex diversis partibus consurgentes, eo in loco velut angulum quendam faciunt, ac se mutuo osculari, ut ita dicam, videntur. Quæ res veteribus occasionem fabulæ dedit, ut fingerent Hæmum juvenem et puellam Rhodopen

mutuo quondam amore arsiſſe. Fabulam habes apud Ovidium in ſexta Metamorphoſi, quæ ſic incipit,

*Threiciam Rhodopen habet angulus unus et Hæmum,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam.*

Busbequius in epiftola prima legationis Turcicæ, hunc ſal-
tum hodie vocari ait a Turcis, *Capi Deruent*, quaſi dicas, *por-
tam anguſtiarum*. Corruptum eſt hujus montis nomen in
epiſtola Aquileienſis concilii ad imp. Theodoſium, quam edidit
Sirmondus. *Et quidem per occidentales partes duobus in angulis
tantum, hoc eſt in latere Daciæ Ripenſis ac Mæſiæ, fidei obſtrepri
videbatur. Per omnes autem tractus atque regiones a Succorum
clauſtris uſque ad oceanum, manet intemerata fidelium atque
una communio*. Sic enim reſtituit Petrus de Marca in libris de
Concordia Regni ac Sacerdotii, noſtræ obſervationis ſecutus
veſtigia. VALES.

22, 2. *περαιτέρω δὲ ἀλλήλοις*] Hæc benigne intelligenda
ſunt, non quaſi dicat Socrates, poſt Serdicenſem ſynodum
occidentales deinceps non communicaffe cum orientalibus.
Id enim aperte falſum eſſet. Etenim in Sirmiensi ſynodo,
quæ ab occidentalibus adverſus Photinum congregata eſt
biennio poſt Serdicenſe concilium, occidentales decreta ſua
miſerunt ad orientales epiſcopos, communionis fovendæ cauſa.
Eiſque orientales epiſcopi reſcripſerunt, ut tradit Hilarius in
fragmentis. Sic igitur intelligenda ſunt hæc Socratis verba :
occidentales poſt Serdicenſem ſynodum, non facile nec temere,
ſed magna adhibita cautela communicaffe cum orientalibus.
VALES.

22, 3. *εὐθὺς ὁ τῶν ἐσπερίων μερῶν βασιλεύς*] Synodus Sardi-
ceniſis oratores miſit ad Conſtantium, Vincentium nempe Ca-
puanum epiſcopum, et Euphratam Colonienſem, qui cum
Auguſto de geſtis ſynodi, deque exſulum cauſa agerent. Qui-
bus etiam commendatitias ad fratrem literas dedit Conſtans
Auguſtus, interminatus fratri bellum, niſi pulſis præſulibus in
eccleſias ſuas revertendi copiam faceret. Antiochiæ tum de-
gebat Conſtantius. Pollicetur omnia fratris nutu et arbitrio
ſe facturum. Id permoleſte tulerunt Ariani. Illico ut legatos
infames redderent, machinantur. Stephani Antiochiæ epiſcopi,
et Arianorum ſigniferi opera factum eſt, ut meretrix in cubi-

qui alioquin in scriptis suis passim veram et æternam Filii divinitatem agnoscit, pro Ariano a plerisque habitus fuerit. Nimirum in libris suis ea quæ ad filii *οικονομίας* (addo ego et ad ejusdem subordinationem ad patrem, tanquam sui auctorem ac principium) pertinent, ita contra Sabellianos, quorum hostis fuit acerrimus, urget, ac pene ad nauseam et fastidium usque repetit et inculcat, ut videatur in Arianam ex adverso impietatem dilapsus, a qua tamen revera semper alienus fuit. Ac verissimum quidem illud esse fatebitur, quisquis Eusebii scripta accurate, et seposito partium studio evolverit: qui et hoc observato, ad ea loca omnia quæ Petavius lib. i. de Trinit. c. 11. magno acervo congressit, ut probaret Arianum fuisse Eusebium, facile respondere poterit. Unde ipse Eusebius in libro Apologetico quem ad orthodoxos omnes episcopos misit, palam professus est, si quæpiam ipse protulisset unquam aut scripsisset, Arii dogma tantillum subolentia, ea se protulisse aut scripsisse *οὐ μὴν κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἀπλότητος, non ex impio illius sensu, sed ex minus curiosa, parumque sollicita* (nempe dum Sabellianæ hæresi impugnandæ totus intentus fuit) *simplicitate*; referente Gelasio Cyziceno lib. ii. de Synod. Nicæen. c. 1. *Cl. Bullus Defens. Fid. Nic. sect. iii. c. 9. n. 3.* **READING.**

Cap. 22. Conf. Sozom. iii. 13. Theodoret. H. E. ii. 8, 9. 108
Rufin. x. 19. Cassiod. iv. 25. Niceph. ix. 13.

22, 2. τὸ λεγόμενον Τισοῦκῖς] In annotationibus ad librum 21 Ammiani Marcellini, jam pridem monui, scribendum hic esse *σοῦκῖς*: et Succorum angustias intelligi, quas describit Amm. Marc. in dicto lib. p. 189 [xxi. 10, 3]. Easdem angustias commemorat Philostorgius in libro iii Historiæ Ecclesiasticæ, et *σοῦκῖς* nominat, inter Daciam et Thraciam sitas. Sic autem eas describit, *ὁδοὶ εἰς στεναὶ μεγίστων ὄρων ἐκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἐν χωρίον ἐγγὺς τοῦ συμπύσεσθαι [συμπύσεσθαι] συγκλειομένων* [iii. 24]. Id est, *transitus angustî, maximorum montium, qui hinc et inde in unum locum coartantur, ita ut se mutuo complecti videantur*. Intelligit autem Hæmum et Rhodopen montes, qui ex diversis partibus consurgentes, eo in loco velut angulum quendam faciunt, ac se mutuo osculari, ut ita dicam, videntur. Quæ res veteribus occasionem fabulæ dedit, ut fingerent Hæmum juvenem et puellam Rhodopen

mutuo quondam amore arsisse. Fabulam habes apud Ovidium in sexta Metamorphosi, quæ sic incipit,

*Threiciam Rhodopen habet angulus unus et Hæmum,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam.*

Busbequius in epistola prima legationis Turcicæ, hunc sal-
tum hodie vocari ait a Turcis, *Capi Deruent*, quasi dicas, *por-
tam angustiarum*. Corruptum est hujus montis nomen in
epistola Aquileiënsis concilii ad imp. Theodosium, quam edidit
Sirmondus. *Et quidem per occidentales partes duobus in angulis
tantum, hoc est in latere Daciæ Ripensis ac Mæsiæ, fidei obstrepi
videbatur. Per omnes autem tractus atque regiones a Succorum
claustris usque ad oceanum, manet intemerata fidelium atque
una communio*. Sic enim restituit Petrus de Marca in libris de
Concordia Regni ac Sacerdotii, nostræ observationis secutus
vestigia. VALES.

22, 2. *περαιτέρω δὲ ἀλλήλοις*] Hæc benigne intelligenda
sunt, non quasi dicat Socrates, post Serdicensem synodum
occidentales deinceps non communicasse cum orientalibus.
Id enim aperte falsum esset. Etenim in Sirmiensi synodo,
quæ ab occidentalibus adversus Photinum congregata est
biennio post Serdicense concilium, occidentales decreta sua
miserunt ad orientales episcopos, communionis fovendæ causa.
Eisque orientales episcopi rescripserunt, ut tradit Hilarius in
fragmentis. Sic igitur intelligenda sunt hæc Socratis verba :
occidentales post Serdicensem synodum, non facile nec temere,
sed magna adhibita cautela communicasse cum orientalibus.
VALES.

22, 3. *εὐθὺς ὁ τῶν ἐσπερίων μερῶν βασιλεὺς*] Synodus Sardi-
censis oratores misit ad Constantium, Vincentium nempe Ca-
puanum episcopum, et Euphratam Coloniensem, qui cum
Augusto de gestis synodi, deque exsulum causa agerent. Qui-
bus etiam commendatitias ad fratrem literas dedit Constans
Augustus, interminatus fratri bellum, nisi pulsus præsulibus in
ecclesias suas revertendi copiam faceret. Antiochiæ tum de-
gebat Constantius. Pollicetur omnia fratris nutu et arbitrio
se facturum. Id permoleste tulerunt Ariani. Illico ut legatos
infames redderent, machinantur. Stephani Antiochiæ episcopi,
et Ariarum signiferi opera factum est, ut meretrix in cubi-

qui alioquin in scriptis suis passim veram et æternam Filii divinitatem agnoscit, pro Arianis a plerisque habitus fuerit. Nimirum in libris suis ea quæ ad filii *οικονομίαν* (addo ego et ad ejusdem subordinationem ad patrem, tanquam sui auctorem ac principium) pertinent, ita contra Sabellianos, quorum hostis fuit acerrimus, urget, ac pene ad nauseam et fastidium usque repetit et inculcat, ut videatur in Arianam ex adverso impietatem dilapsus, a qua tamen revera semper alienus fuit. Ac verissimum quidem illud esse fatebitur, quisquis Eusebii scripta accurate, et seposito partium studio evolverit: qui et hoc observato, ad ea loca omnia quæ Petavius lib. i. de Trinit. c. 11. magno acervo congegit, ut probaret Arianum fuisse Eusebium, facile respondere poterit. Unde ipse Eusebius in libro Apologetico quem ad orthodoxos omnes episcopos misit, palam professus est, si quæpiam ipse protulisset unquam aut scripsisset, Arii dogma tantillum subolentia, ea se protulisse aut scripsisse οὐ μὴν κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἀπλότητος, non ex impio illius sensu, sed ex minus curiosa, parumque sollicita (nempe dum Sabellianæ hæresi impugnandæ totus intentus fuit) simplicitate; referente Gelasio Cyziceno lib. ii. de Synod. Nicæn. c. 1. *Cl. Bullus Defens. Fid. Nic. sect. iii. c. 9. n. 3.* **READING.**

Cap. 22. Conf. Sozom. iii. 13. Theodoret. H. E. ii. 8, 9, 108
Rufin. x. 19. Cassiod. iv. 25. Niceph. ix. 13.

22, 2. τὸ λεγόμενον Τισούκισ] In annotationibus ad librum 21 Ammiani Marcellini, jam pridem monui, scribendum hic esse *σούκισ*: et Succorum angustias intelligi, quas describit Amm. Marc. in dicto lib. p. 189 [xxi. 10, 3]. Easdem angustias commemorat Philostorgius in libro iii Historiæ Ecclesiasticæ, et *σούκεις* nominat, inter Daciam et Thraciam sitas. Sic autem eas describit, *δίοδοι εἰσι στεναὶ μεγίστων ὄρων ἐκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἐν χωρίον ἐγγὺς τοῦ συμπύσσεσθαι [συμπύσσεσθαι] συγκλειομένων* [iii. 24]. Id est, *transitus angusti, maximorum montium, qui hinc et inde in unum locum coartantur, ita ut se mutuo complecti videantur*. Intelligit autem Hæmum et Rhodopen montes, qui ex diversis partibus consurgentes, eo in loco velut angulum quendam faciunt, ac se mutuo osculari, ut ita dicam, videntur. Quæ res veteribus occasionem fabulæ dedit, ut fingerent Hæmum juvenem et puellam Rhodopen

mutuo quondam amore arsisse. Fabulam habes apud Ovidium in sexta Metamorphosi, quæ sic incipit,

*Threiciam Rhodopen habet angulus unus et Hæmum,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam.*

Busbequius in epistola prima legationis Turcicæ, hunc saltum hodie vocari ait a Turcis, *Capi Deruent*, quasi dicas, *portam angustiæ*. Corruptum est hujus montis nomen in epistola Aquileïensis concilii ad imp. Theodosium, quam edidit Sirmondus. *Et quidem per occidentales partes duobus in angulis tantum, hoc est in latere Daciæ Ripensis ac Mæsiæ, fidei obstrepi videbatur. Per omnes autem tractus atque regiones a Succorum claustris usque ad oceanum, manet intemerata fidelium atque una communio.* Sic enim restituit Petrus de Marca in libris de Concordia Regni ac Sacerdotii, nostræ observationis secutus vestigia. VALES.

22, 2. *πειραιέρω δὲ ἀλλήλοις*] Hæc benigne intelligenda sunt, non quasi dicat Socrates, post Serdicensem synodum occidentales deinceps non communicasse cum orientalibus. Id enim aperte falsum esset. Etenim in Sirmiensi synodo, quæ ab occidentalibus adversus Photinum congregata est biennio post Serdicense concilium, occidentales decreta sua miserunt ad orientales episcopos, communionis fovendæ causa. Eisque orientales episcopi rescripserunt, ut tradit Hilarius in fragmentis. Sic igitur intelligenda sunt hæc Socratis verba: occidentales post Serdicensem synodum, non facile nec temere, sed magna adhibita cautela communicasse cum orientalibus. VALES.

22, 3. *εὐθὺς ὁ τῶν ἐσπερίων μερῶν βασιλεύς*] Synodus Sardicensis oratores misit ad Constantium, Vincentium nempe Capuanum episcopum, et Euphratam Coloniensem, qui cum Augusto de gestis synodi, deque exsulum causa agerent. Quibus etiam commendatitias ad fratrem literas dedit Constans Augustus, interminatus fratri bellum, nisi pulsus præsulibus in ecclesias suas revertendi copiam faceret. Antiochiæ tum degebat Constantius. Pollicetur omnia fratris nutu et arbitrio se facturum. Id permoleste tulerunt Ariani. Illico ut legatos infames redderent, machinantur. Stephani Antiochiæ episcopi, et Arianorum signiferi opera factum est, ut meretrix in cubi-

qui alioquin in scriptis suis passim veram et æternam Filii divinitatem agnoscit, pro Ariano a plerisque habitus fuerit. Nimirum in libris suis ea quæ ad filii *οικονομῶν* (addo ego et ad ejusdem subordinationem ad patrem, tanquam sui auctorem ac principium) pertinent, ita contra Sabellianos, quorum hostis fuit acerrimus, urget, ac pene ad nauseam et fastidium usque repetit et inculcat, ut videatur in Arianam ex adverso impietatem dilapsus, a qua tamen revera semper alienus fuit. Ac verissimum quidem illud esse fatebitur, quisquis Eusebii scripta accurate, et seposito partium studio evolverit: qui et hoc observato, ad ea loca omnia quæ Petavius lib. i. de Trinit. c. 11. magno acervo congeffit, ut probaret Arianum fuisse Eusebium, facile respondere poterit. Unde ipse Eusebius in libro Apologetico quem ad orthodoxos omnes episcopos misit, palam professus est, si quæpiam ipse protulisset unquam aut scripsisset, Arii dogma tantillum subolentia, ea se protulisse aut scripsisse οὐ μὴν κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἀπλότητος, non ex impio illius sensu, sed ex minus curiosa, parumque sollicita (nempe dum Sabellianæ hæresi impugnandæ totus intentus fuit) simplicitate; referente Gelasio Cyziceno lib. ii. de Synod. Nicæn. c. 1. *Cl. Bullus Defens. Fid. Nic. sect. iii. c. 9. n. 3.* **READING.**

Cap. 22. Conf. Sozom. iii. 13. Theodoret. H. E. ii. 8, 9. 108
Rufin. x. 19. Cassiod. iv. 25. Niceph. ix. 13.

22, 2. τὸ λεγόμενον Τισοῦκῖς] In annotationibus ad librum 21 Ammiani Marcellini, jam pridem monui, scribendum hic esse σοῦκῖς: et Succorum angustias intelligi, quas describit Amm. Marc. in dicto lib. p. 189 [xxi. 10, 3]. Easdem angustias commemorat Philostorgius in libro iii Historiæ Ecclesiasticæ, et σοῦκῖς nominat, inter Daciam et Thraciam sitas. Sic autem eas describit, δίοδοι εἰσὶ στεναὶ μεγίστων ὄρων ἐκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἐν χωρίον ἐγγὺς τοῦ συμπύσεσθαι [συμπύσεσθαι] συγκλειωμένων [iii. 24]. Id est, *transitus angusti, maximorum montium, qui hinc et inde in unum locum coartantur, ita ut se mutuo complecti videantur.* Intelligit autem Hæmum et Rhodopen montes, qui ex diversis partibus consurgentes, eo in loco velut angulum quendam faciunt, ac se mutuo osculari, ut ita dicam, videntur. Quæ res veteribus occasionem fabulæ dedit, ut fingerent Hæmum juvenem et puellam Rhodopen

mutuo quondam amore amissæ. Fabulam habes apud Ovidium in sexta Metamorphosi, quæ sic incipit,

*Threiciam Rhodopen habet angulus unus et Hæmum,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam.*

Busbequius in epistola prima legationis Turcicæ, hunc saltem hodie vocari ait a Turcis, *Capi Deruent*, quasi dicas, *portam angustiarum*. Corruptum est hujus montis nomen in epistola Aquileïensis concilii ad imp. Theodosium, quam edidit Sirmondus. *Et quidem per occidentales partes duobus in angulis tantum, hoc est in latere Daciæ Ripensis ac Mæsiæ, fidei obstrepi videbatur. Per omnes autem tractus atque regiones a Succorum claustris usque ad oceanum, manet intemerata fidelium atque una communio.* Sic enim restituit Petrus de Marca in libris de Concordia Regni ac Sacerdotii, nostræ observationis secutus vestigia. VALES.

22, 2. *περαιτέρω δὲ ἀλλήλοις*] Hæc benigne intelligenda sunt, non quasi dicat Socrates, post Serdicensem synodum occidentales deinceps non communicasse cum orientalibus. Id enim aperte falsum esset. Etenim in Sirmiensi synodo, quæ ab occidentalibus adversus Photinum congregata est biennio post Serdicense concilium, occidentales decreta sua miserunt ad orientales episcopos, communionis fovendæ causa. Eisque orientales episcopi rescripserunt, ut tradit Hilarius in fragmentis. Sic igitur intelligenda sunt hæc Socratis verba: occidentales post Serdicensem synodum, non facile nec temere, sed magna adhibita cautela communicasse cum orientalibus. VALES.

22, 3. *εὐθὺς ὁ τῶν ἐσπερίων μερῶν βασιλεύς*] Synodus Sardicensis oratores misit ad Constantium, Vincentium nempe Capuanum episcopum, et Euphratam Coloniensem, qui cum Augusto de gestis synodi, deque exsulum causa agerent. Quibus etiam commendatitias ad fratrem literas dedit Constans Augustus, interminatus fratri bellum, nisi pulsus præsulibus in ecclesias suas revertendi copiam faceret. Antiochiæ tum degebat Constantius. Pollicetur omnia fratris nutu et arbitrio se facturum. Id permoleste tulerunt Ariani. Illico ut legatos infames redderent, machinantur. Stephani Antiochiæ episcopi, et Arianorum signiferi opera factum est, ut meretrix in cubi-

culum ubi Euphratas pernoctabat, clam induceretur, et in conclavi delitesceret. Ingressa alacriter muliercula, quod se a juvene advocari putaret, deinde (cum ad lectum accederet) senem, episcopi forma, factique ignarum conspicata, se delusam esse vociferabatur. Inde insidiæ patefactæ, et male composita machinatio in Arianorum cessit ignominiam. Stephanus doli artifex a sede episcopali detrusus, seqq. Fusius hæc narrantur ab *Athanasio in Historia Arianorum* p. 355. et *Theodoret. Hist.* lib. ii. c. 8 et 9. **READING.**

Hæc Reading excerpit ex Vit. S. Athanas. Benedictin. ann. 347, 348. Conf. Fragm. Athan. iii. in Galland. Bibl. Patr. v. p. 172. Refert Athanasius in loco modo citato, quo pacto Ariani tumultus ubique per vim et sævitiam cieverint, exorsi jam inde a secessu suo ad Philippopolim, atque eo quidem consilio ut adversariis suis, postquam se condemnassent, metum incuterent: quæ ille perinde enarrat ac si proxime post dimissam synodum evenerint, non affixa tamen temporis nota. Nefas vero illud in Euphratam patratum est in festo Paschatis A. D. 348, propter quod depositus est Stephanus ab episcopatu. Exinde autem decimo fere mense, hoc est ineunte A. D. 349, mortem obiit Gregorius Alexandriæ.

22, 4. τὰ πρὸς τὸν ἀδελφὸν γραφέντα] Epistola Constantii Augusti ad Constantium fratrem, quam hic refert Socrates, dubiæ fidei mihi videtur: nam et Athanasius nullam ejus epistolæ mentionem facit; et nomen Pauli, quod in ea extat, merito suspectam reddit epistolam. Paulus enim episcopatu suo tunc potiebatur; nec Serdicensi synodo interfuit; neque ejus decreto restitutus est, ut superius demonstravi. Quare si hæc Constantis epistola vera est, ante Serdicensem synodum scripta fuerit necesse est. Denique epist. 1. Constantii ad Athanasium, quam mox refert Socrates, hanc Constantis epistolam falsi convincit. Ait enim Constantius, se literis ad fratrem scriptis rogasse, ut Athanasio ad sua redeundi potestatem daret. **VALES.**

Solus huic epistolæ quam Socrates refert, fidem addit Sozomenus, qui non ipsam tamen exscribit sed vim ejus pauois verbis exprimit. Philostorgius, H. E. iii. 12, et ex eo Nicephorus, H. E. ix. 21, aliam epistolam exhibet, quæ nihil de Paulo habet, sed bellum minitatur, quam tamen ille ait ipsa verba

esse Constantis. Et codex noster M, qui non raro Nicephorum ob oculos habere videtur, et epistolam et mentionem Pauli, quæ mox sequitur, omisit e textu Socratis. Auctor anonymus in Phot. Bibl. 257, qui Socratem plerumque sequitur, epistolam non citavit. Verisimilior est Theodoretæ narratio, nempe Constantem legatos illos Vincentium, Euphratam, et Salianum ad Constantium misisse epistolam portantes, cujus tenor fuit, ut de Arianorum injuriis conquereretur, atque etiam indignatus interminaretur se suo arbitrio Athanasium Alexandriæ restitutum, nisi vellet Constantius id facere. Hanc epistolam Constantius Antiochiæ accepit, ubi dum legati morarentur patefactus est flagitiosus ille Stephani in Euphratam dolus, qui et Stephanum expelli fecit, et Constantii mentem in Arianos propensam inflexisse videtur: protinus enim nonnihil compunctus animo, sicut scribit Athanasius, clerum Alexandrinum ab exilio revocavit, et epistolas ad Athanasium scribere instituit, Hist. Ar. ad Mon. 21. Veruntamen Constantem asperum quiddam aliquando fecisse vel dixisse in Constantium, indicare videntur Athanasii verba dum se excusat contra adversariorum suorum calumnias, οὐ παράφωνα τοῦτον, ὡς οὗτοι διαβεβλήκασι, Apol. ad Imp. Constant. 3, et conf. 5. Rufinus quoque narrat Constantium perterritum esse scriptis fratris sui, x. 19. Epistolam vero hujus non dedit. Et Lucifer Caralitanus ad Constantium scribit sic, *Sed inquis, fratris mei Constantis factum est interventu. Sed potuisti occurrere Constanti, dicens, Pater noster quem probavit hæreticum, nisi se correxerit, recipere in partes regni mei non possum. Sed inquis, Timui ne inter nos bella fuissent orta.* Pro Athanas. i. 35.

Cap. 23. Conf. Sozom. iii. 20. Athanas. Apol. c. Ar. 51, p. 169. Hist. Ar. ad Mon. 20, p. 355. seqq. Theodoret. ii. 8—12. Rufin. x. 19. Cassiodor. iv. 26—33. Niceph. ix. 21, 22. Philostorg. iii. 12.

23, 1. μεταπεμφόμενος εὐθὺς πλειστοῦς] Athanasius et Theodoretus referunt, quæsitum esse a iudicibus Antiochiæ in palatio de episcopo et meretrice, tum autem Stephanum a synodo depositum esse; quæ, uti modo diximus, haud parum in causa fuisse videntur cur Constantius jam Athanasio sequior factus fuerit. De alia vero synodo tunc temporis convocata, qua

Constantius episcopus consuleret, mentionem non alibi reperi-
mus, præterquam in Philostorg. iii. 12; qui in eo quod huic
subjungit, Constantium continuo per epistolam ad se vocasse
Georgium ab Alexandria, exinde autem hunc ad Cappadociam
reversum atque ibi commoratum fuisse, certe falsus est. Nam
Georgius nondum ad Alexandriam missus erat. Hosius scri-
bit, Athanasium rogasse Constantium ut inimicos suos convo-
caret et litem suam iudicio dirimeret, illos autem id noluisse.
Athan. Hist. Ar. ad Mon. 44.

23, 3. καὶ τῶς μὲν παραχρῆμα τὸν Παῦλον] Fortasse Con-
stantius hæc quæ Socrates hic narrat de restituendo Paulo,
antea aliquando fecerat. Nam ob eas causas quæ modo dictæ
sunt, verisimile videtur Paulum jamdudum ad Constantino-
polim rediisse.

23, 5. Ἐπὶ πολὺ σε κλυδωνίζεσθαι] Hæc Constantii epistola
una cum duabus aliis sequentibus, refertur ab Athanasio in
Defensione secunda p. 769. [170.] VALES.

23, 7. ὑπὲρ σοῦ παρεκάλεσα] Athanasius quoque refert Con- 110
stantium epistolam ad Constantem misisse: voluntatem vero
ejus paulo aliter describit sic, γράφει δὲ καὶ ἀδελφῶ ἐναντοῦ Κων-
σταντι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐπανελθεῖν με προτρέψῃται, hoc est, ut re-
dire *suadeat*, sive *jubeat*, non *permittat*. Athanas. Hist. Ar.
ad Mon. 21. p. 356. Videtur tamen Constantius bis Constanti
scripsisse.

23, 13. δεξιόμενος Ἀθανάσιος] Quantum temporis in his re-
bus agendis absumptum sit incertum est. Constantius affir-
mabat se Athanasium per totum annum expectasse; Athan.
Hist. Ar. ad Mon. 21, p. 356: quamobrem certum est scri-
psisse eum ad Athanasium aliquandiu ante mortem Gregorii:
fortasse scripsit proxime post Pascha A. D. 348, quamprimum
Stephanus depositus esset. Itaque suspicari possumus
Athanasium noluisse ad Alexandriam redire dum superesset
Gregorius: accepto autem de ejus morte nuntio ineunte A. D.
349, Constantii epistolis obtemperandum esse censuit, et pro-
inde itineri faciundo se accinxit, de quo consule proxime se-
quentem notam. Eodem anno Antiochiam pervenit, atque
ibi cum imperatore collocutus est. Obiter notandum est,
nihil Socratem retulisse de morte Gregorii hoc loco: verum e
Theodoreto H. E. ii. 4 et 12, discimus, eum a populo inter-

fectum fuisse : quam quidem cædem Binius conjecit sic patratam fuisse, nempe, "Catholici aliquot Alexandrini, longas moras Athanasium Alexandriam revertendi ubi mox a synodo absolutus expectabatur, ægro animo ferentes, ipsum Gregorium in eadem synodo condemnatum et depositum, adhuc tamen obstinato animo ecclesiæ incubantem interficiunt." Ad Epistol. Julii in Mans. Conc. tom. ii. col. 1237.

23, 13. ἐκεῖ γὰρ τῆς Σαρδικῆς ἀναχωρήσας] Athanasius post III Serdicense concilium, primum Naïsi commoratus est in Dacia. Qua in urbe literas a Constante Augusto ad se scriptas accepit. Deinde relicta Naïso Aquileiam profectus est, ut ipse testatur in Apologetico ad Imperatorem Constantium. [4.] VALES.

Ibid. εὐθέως ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμεν] Sic quidem ipse Athanasius in Apologia contra Arianos. In alia autem ad Constantium Apologia testatur, se, literis ejus acceptis, in Gallias ad Constantem imp. iter instituisse; indeque Romam profectus videtur. *Vide Athanas.* vol. i. p. 171. *edit. Benedict.* Aliter autem Athanasium intelligere videntur *doctissimi monachi* in ejus vita, p. 45. Hæsimus, *inquiunt*, aliquando incerti Aquileia ne in Gallias, acceptis Augusti literis, confestim recta properarit, ac deinde ex Galliis concesserit Romam; an Aquileia profectus Romam venerit, antequam de Italia, Augustum aditurus, decederet. Verum jam nobis pene constat, quia Athanasius Hadrianopoli Alexandriam remigrans pertransiit, Aquileia Romam venisse, antequam ad Constantem properaret, inde vero per Germaniam secundo, ut putatur, Istri flumine magnam itineris partem confecisse. Hadrianopolin cum pervenisset, decim laïcorum, qui Arianorum præsulum jussu cæsi fuerant, tumulos conspexit propter urbem sitos. Inde vero Antiochiam concedens Constantium adiit. **READING.**

Causam hujus profectionis suæ refert Athanasius in Defensione secunda adversus Arianos, ut scilicet Julio papæ et ecclesiæ Romanæ, a qua tam benigne exceptus fuerat, valediceret. Id enim significant hæc Athanasii verba; ἐγὼ δὲ δεξιόμενος ἀνῆλθον εἰς τὴν Ῥώμην συντάξασθαι τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ ἐπισκόπῳ. [p. 171.] *Ego vero his literis acceptis Romam perire, valedicturus ecclesiæ et episcopo.* Verbum enim *συντάσσειν*, id significat, ut fusiis observavi in annotationibus Eusebianis. [ad Vit. Constant. i. 21, et iii. 21.] VALES.

Constantius episcopus consuleret, mentionem non alibi reperi-
mus, præterquam in Philostorg. iii. 12; qui in eo quod huic
subjungit, Constantium continuo per epistolam ad se vocasse
Georgium ab Alexandria, exinde autem hunc ad Cappadociam
reversum atque ibi commoratum fuisse, certe falsus est. Nam
Georgius nondum ad Alexandriam missus erat. Hosius scri-
bit, Athanasium rogasse Constantium ut inimicos suos convo-
caret et litem suam iudicio dirimeret, illos autem id noluisse.
Athan. Hist. Ar. ad Mon. 44.

23, 3. καὶ τῆς μὲν παραχρήμα τὸν Παῦλον] Fortasse Con-
stantius hæc quæ Socrates hic narrat de restituendo Paulo,
antea aliquando fecerat. Nam ob eas causas quæ modo dictæ
sunt, verisimile videtur Paulum jamdudum ad Constantino-
polim rediisse.

23, 5. Ἐπὶ πολὺ σε κλυδωνίζεσθαι] Hæc Constantii epistola
una cum duabus aliis sequentibus, refertur ab Athanasio in
Defensione secunda p. 769. [170.] VALES.

23, 7. ὑπὲρ σοῦ παρεκάλεσα] Athanasius quoque refert Con- 110
stantium epistolam ad Constantem misisse: voluntatem vero
ejus paulo aliter describit sic, γράφει δὲ καὶ ἀδελφῷ ἐαυτοῦ Κων-
σταντι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐπαέλθειν με προτρέψῃται, hoc est, ut re-
dire *evadeat*, sive *jubeat*, non *permittat*. Athanas. Hist. Ar.
ad Mon. 21. p. 356. Videtur tamen Constantius bis Constanti
scripsisse.

23, 13. δεξιόμενος Ἀθανάσιος] Quantum temporis in his re-
bus agendis absumptum sit incertum est. Constantius affir-
mabat se Athanasium per totum annum expectasse; Athan.
Hist. Ar. ad Mon. 21, p. 356: quamobrem certum est scri-
psisse eum ad Athanasium aliquandiu ante mortem Gregorii:
fortasse scripsit proxime post Pascha A. D. 348, quamprimum
Stephanus depositus esset. Itaque suspicari possumus
Athanasium noluisse ad Alexandriam redire dum superasset
Gregorius: accepto autem de ejus morte nuntio ineunte A. D.
349, Constantii epistolis obtemperandum esse censuit, et pro-
inde itineri faciundo se accinxit, de quo consule proxime se-
quentem notam. Eodem anno Antiochiam pervenit, atque
ibi cum imperatore collocutus est. Obiter notandum est,
nihil Socratem retulisse de morte Gregorii hoc loco: verum e
Theodoreto H. E. ii. 4 et 12, discimus, eum a populo inter-

fectum fuisse : quam quidem cædem Binius coniecit sic patratam fuisse, nempe, “Catholici aliquot Alexandrini, longas moras Athanasium Alexandriam revertendi ubi mox a synodo absolutus expectabatur, ægro animo ferentes, ipsum Gregorium in eadem synodo condemnatum et depositum, adhuc tamen obstinato animo ecclesiæ incubantem interficiunt.” Ad Epistol. Julii in Mans. Conc. tom. ii. col. 1237.

23, 13. ἐκεῖ γὰρ τῆς Σαρδικῆς ἀναχωρήσας] Athanasius post IIII Serdicense concilium, primum Naisi commoratus est in Dacia. Qua in urbe literas a Constante Augusto ad se scriptas accepit. Deinde relicta Naiso Aquileiam profectus est, ut ipse testatur in Apologetico ad Imperatorem Constantium. [4.] VALES.

Ibid. εὐθέως ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀνέδραμεν] Sic quidem ipse Athanasius in Apologia contra Arianos. In alia autem ad Constantium Apologia testatur, se, literis ejus acceptis, in Gallias ad Constantem imp. iter instituisse ; indeque Romam profectus videtur. Vide Athanas. vol. i. p. 171. edit. Benedict. Aliter autem Athanasium intelligere videntur *doctissimi monachi* in ejus vita, p. 45. Hæsimus, *inquunt*, aliquando incerti Aquileia ne in Gallias, acceptis Augusti literis, confestim recta properarit, ac deinde ex Galliis concesserit Romam ; an Aquileia profectus Romam venerit, antequam de Italia, Augustum aditurus, decederet. Verum jam nobis pene constat, quia Athanasius Hadrianopoli Alexandriam remigrans pertransiit, Aquileia Romam venisse, antequam ad Constantem properaret, inde vero per Germaniam secundo, ut putatur, Istri flumine magnam itineris partem confecisse. Hadrianopolin cum pervenisset, decem laïcorum, qui Arianorum præsulum jussu cæsi fuerant, tumulos conspexit propter urbem sitos. Inde vero Antiochiam concedens Constantium adiit. READING.

Causam hujus profectionis suæ refert Athanasius in Defensione secunda adversus Arianos, ut scilicet Julio papæ et ecclesiæ Romanæ, a qua tam benigne exceptus fuerat, valediceret. Id enim significant hæc Athanasii verba ; ἐγὼ δὲ δεξιόμενος ἀνῆλθον εἰς τὴν Ῥώμην συντάσσειν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ ἐπισκόπῳ. [p. 171.] Ego vero his literis acceptis Romam properavi, valedicturus ecclesiæ et episcopo. Verbum enim *συντάσσειν*, id significat, ut fusius observavi in annotationibus Eusebianis. [ad Vit. Constant. i. 21, et iii. 21.] VALES.

23, 22. καὶ ἔγωγε] Totam hunc paragrapham usque ad ἀγαπώμενος Athanasius, ut jam diximus in margine, præ modestia omisit. Quod autem eam Socrates suppleverit, certum est indicium hunc alios adiisse auctores præter Athanasii libros, atque ipsa quidem genuina exemplaria hausisse.

23, 33. Τούτοις πεπιστευκῶς τοῖς γράμμασιν] Μετὰ τούτων ἐλ- 113
θόντα με γνησίως ἑώρακεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀπέστειλε πρὸς τὴν πα-
τριδα καὶ τὴν ἐκκλησίαν. Cum his advenientem me imperator
(qui tum Antiochiæ degebat) perhumaniter intuitus, ad pa-
triam ecclesiamque misit, inquit ipse Athanasius, vol. i. p. 172.
READING.

Ibid. φησὶ πρὸς αὐτόν] Hæc Antiochiæ gesta esse tradunt Theodoretus ii. 12, Sozomenus iii. 20, et Rufinus x. 19.

23, 37. Μίαν γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκκλησίαν ἀπονεμηθῆναι] Cum im-
perator Athanasium rogasset, ut una Ariani ecclesia Alexan-
driæ concederetur; Athanasius autem annuisset ea conditione,
ut per singulas civitates una ecclesia catholicis tribueretur;
Ariani hanc conditionem minime accipiendam esse censebant.
Nam cum grandis Athanasii esset Alexandriæ auctoritas, non
magni interesse putabant sodalibus suis Alexandrinis, quod
ecclesiam obtinerent, cum tanti viri monitis atque hortationi-
bus futurum prospicerent, ut exigua aut nulla foret Ariani
rebus accessio, etiamsi ecclesiam illic possiderent. Contra
vero metuebant ne catholici, in Arianorum ditionem admissi,
rebus suis augendis studerent cum magno adversariorum in-
commodo. READING.

23, 40. ὑπὸ τῶν ἐν Σαρδικῇ συνόδου ἐδέχθησαν] In epistola
synodica quæ extat, Athanasius, Marcellus, et Asclepas inno-
centes pronuntiati sunt: nihil autem scriptum est de Paulo et
Lucio, nisi quod Lucii nomen compareat inter subscriptiones
quæ extant in Hilario; nam nomen loci, Caynopolis, jure cre-
ditur corruptum esse ex Hadrianopoli; Fragm. ii. 15. Plura
de Lucio, et de iis quæ Hadrianopoli acta sunt, vide in Atha-
nas. Hist. Ar. ad Mon. 18. 19, quæ satis evincunt Lucium
non a Constantio suæ sedi tum restitutum esse; aut si resti-
tutus fuerit, protinus inde in exilium actum esse, atque ibi
mortuum.

23, 47. τὴν τε ἀτέλειαν] Conf. Epistolam ad præfectos infra, 114
in qua reddit Constantius ἀλειτουρησίαν ἢ ἀεὶ ἔσχον, § 58.

23, 53. ἐμμένειν συνηθῶς] Mos iste preces faciendi pro imperatoribus sæpe memoratur ab ecclesiasticis scriptoribus, ut a Justino M. Apol. i. 17. Athenagora, Legat. 37. Et in Actis Dionysii legimus, καὶ τοῦτω (Θεῷ) διηκεῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν, ὅπως ἀσάλευτος διαμένη προσευχόμεθα, Euseb. H. E. vii. 11, 6, quod dictum fuit de Valeriano persecutore. Mos ille invaluit proculdubio secundum præceptum S. Pauli ad Timoth. I Ep. ii. 2.

23, 57. Ἐπιστολή] Regius codex ante hanc epistolam habet, ἐρμηνεία τούτων, quibus innuit hanc epistolam Latine primum scriptam, Græce fuisse translata. *Benedict. Annot. in Athan.* p. 174. Erat autem Augustamnica mox memorata, pars orientalis inferioris Ægypti, Ptolemæo, inter Arabiam Petræam et Judæam ad ortum, et Deltam ad occasum, mare Mediterraneum ad Boream, et Ægyptum mediam ad meridiem. *Bau-drand.* **READING.**

Tres provincias Ægyptus fertur habuisse temporibus priscis, Ægyptum ipsam, et Thebaidem, et Libyam: quibus duas adjecit posteritas ab Ægypto Augustamniam, et Pentapolim a Libya sicciore dissociatam. Ammian. Marcell. xxii. 16. 1. Conf. Le Quien Orient. Christ. vol. ii. p. 330. Itaque videtur, Augustamniam hic appellari eam regionem, quæ postea in utramque Ægyptum et utramque Augustamniam divisa est, nempe quæ fuit tota Ægyptus inferior sive septentrionalis: et proinde epistolam scriptam esse ad omnes ubique præsides a Pelusio ad Syrtes, et ab Alexandria ad fines Nubiæ.

Ibid. ἀλειουργήσαν] Nimirum Constantius clericos, qui adhærebant Athanasio, iis immunitatibus privaverat, quibus cæteri fruebantur: unde queritur Julius papa in epistola ad Orientales, orthodoxos clericos δημοσίαις λειουργίαις παραδωσθαι, apud Athanas. Apol. ii. p. 584. edit. Commelin. [p. 151.] *W. Louth.* **READING.**

Cap. 24. Conf. Sozom. iii. 21. 22. Athanas. Ap. c. Arian. 57, p. 175. [Hist. Ar. ad Mon. 25, p. 358. seqq. Cassiod. iv. 34. Philostorg. iii. 12. Niceph. ix. 26.

24, 1. τῆς Παλαιστίνης ἐπέβη] In Palæstinam cum pervenisset Athanasius, omnes illius provinciæ episcopi, duobus vel tribus exceptis, Patrophilo scilicet et Acacio, ut amicum excipere; literisque nonnulli apud eum, se factorum poenitere

testificati sunt, nec suo apte motu ac consilio, sed metu ac terrore compulsos, literas adversus eum dedisse. Vide *Athanas. Apol. contra Arianos pag. 175. et Epist. ad Solitarios. READING.*

24, 3. Γράφει τε καὶ αὐτὴ ἡ σύνοδος] Hæc epistola synodi Hierosolymitanæ habetur apud Athanasium in Defensione secunda adversus Arianos, una cum nominibus episcoporum qui ei synodo subscripserunt. Ceterum observanda est hic obiter auctoritas Hierosolymitani episcopi, qui licet metropolitanus non esset, vicinos tamen episcopos ad synodum evocavit absque permissu Cæsariensis episcopi. VALES.

Hæc epistola extat quoque in Sozom. iii. 22. qui ita supplevit quod Socrates omisit: nam Sozomenus initio Historiæ suæ professus est se in animo plerumque habere hujusmodi monumentorum sensum compendio exprimere, non autem ipsa citare et verbatim describere, quemadmodum hic fecit. Synodus illa Hierosolymitana habita est antequam cæsus esset Constans A. D. 350: nam in epistola fit mentio *imperatorum* numero plurali.

Ibid. πρότερον καθελὼν αὐτὸν] In concilio scilicet Tyri anno 335 habito, ubi Maximus depositioni Athanasii subscripserat. Postea autem reputans se fraude Arianorum circumventum, et facti pœnitentiam agens, eorundem cœtui Antiochiæ congregato interesse non sustinuit; ut scribit *Socrates* lib. ii. c. 8. et *Sozom.* lib. iii. c. 6. sub finem. READING.

Maximus subscripserat quoque decretis synodi Sardicensis. Athan. *Apol. c. Ar. 50, p. 169.*

24, 4. Ταῦτα γίνοντες] Eadem fere Athanasius, sic, ταῦτα βλέποντες Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης κατέγνωσαν λοιπὸν ἑαυτῶν, καὶ ἀνελθόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἐξωμολογήσαντο καὶ αὐτοὶ μεταγωγέσκοντες, συγγνώμην τε ῥήτησαντο, καὶ ἔγραψαν πρὸς Ἰούλιον— *Apol. c. Ar. 58, p. 176.* Hæc epistola, *quam in urbe Roma holographa manu Valens perscripsit, et Ursacius subscripsit,* (*Hilar. Fragm. ii. 20.*) lecta esse videtur in synodo, ὁμολογοῦμεν παρὰ τῇ σῇ χρηστότητι, παρόντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν πάντων τῶν πρεσβυτέρων, certe in ecclesia aliqua Romæ, Athan. *Hist. Ar. ad Mon. 29, p. 360:* cum autem in ea Ursacius et Valens testentur se antea libellum obtulisse Mediolani, in quo Arium et doctrinam ejus execrabantur, et mox quoque in epistola

synodi Ariminensis, infra, 37, 60, mentio occurrat de synodo Mediolanensi in qua confessi sunt Ursacius et Valens, quaeritur, quando hæc facta sint? Aliis visum est eam confessionem factam fuisse, et in communionem receptos illos, Mediolani A. D. 347, tum autem post biennium idem fere iterum factum esse Romæ cum a Julio approbati sunt: vide quæ Pagius disputat annis 347. viii, 349. v. seqq. Aliis contra, libellum istum oblatum esse Mediolani A. D. 349, et eodem anno scriptam esse epistolam ad Julium papam: vid. editoris Benedict. annott. in Hilar. Fragm. ii. 19. seqq. Aliis aliter, quos citat Pagius.

In synodo illa Mediolanensi Ursacius et Valens dogmata quædam Ariana anathematisarunt, qualia fuere, *Erat tempus quando non erat Filius, ex nihilo factus est, ante sæcula non fuit*, (Hilar. Fragm. ii. 20. c. 637), ut suspicionem hæreseos a se tollerent. Cum autem nihil de Athanasio dicerent, nondum in communionem cum Julio recepti forent, licet se ab hæresis suspicionem eo modo purgavissent. Fieri igitur potest ut libellum istum in quo Arii sententiam abjuraverunt, in synodo Mediolani obtulerint, ante duos annos quam veniam ab episcopo Romano rogaverint causa Athanasii. Hoc autem fecisse constat A. D. 349, quamprimum a synodo Hierosolymitana decretum esset absolvi Athanasium. Notandum est, dedisse illos in epistola sua operam ut tribus nominibus papæ satisfacerent, quæ prorsus res diversæ sunt, nempe de doctrina Ariana quam jam Mediolani execrati erant, de Athanasio quem falso accusasse se confitentur, et de obedientia sua dum pollicentur nunquam se iterum adituros esse partes orientaliæ in jussu Julii. Conf. infra, ad 37, 60.

24, 5. Βιβλιον τε μεταβολας] Videatur hic libellus apud Hilarium Latine editus; et Græce apud Athanasium in Apol. contra Arianos, p. 176. Porro quinam fuerunt Ursacius et Valens, vide supra, cap. 12. hujus libri. READING.

Ibid. πρὸς Ἀθανάσιον διαπεψάμενοι] Hilarius inquit eos epistolam illam quæ extat ad Athanasium scripsisse ab Aquileia, paulo post quam ad Julium scripsissent; Fragm. ii. 20. Hosius vero, eos jam ad Athanasium amicam epistolam mississe anteaquam illam ad Julium scripserint. Athan. Hist. Ar. ad Mon. 44. p. 370. Conf. editor. Benedict. ad Hilar.

Athanasius quoque ipse eorum ad se epistolam pacificam memorat ante iter factum ad Romam; *ibid.* 26, p. 359. Fortasse bis ad Athanasium scripserunt.

24, 8. *ὅτι ἐν ταῖς ἄλλων παροικίας χειροτονεῖν ἐπεχείρει*] De 117 ordinationibus in Ægypto factis ab Athanasio hic loquitur Socrates. Id enim actum esse dicit ab Athanasio postquam Pelusium venisset, quæ prima Ægypti urbs occurrit venientibus ex Syria. Quod si ita est, stare nullo modo potest id quod quidam hodie asserunt, omnes ordinationes tam episcoporum, quam presbyterorum per Ægyptum ad episcopum Alexandriæ pertinuisse. Verum hanc sententiam abunde refutavi in dissertatione de sexto canone concilii Nicæni, quæ ad calcem harrum annotationum est edita. VALES.

Hoc acerbe sugillant episcopi orientales Sardiæ congregati, in Epistola sua Synodica, Concil. tom. ii. p. 703. *Per omnem viam reditus sui*, inquit, *Ecclesiam subvertebat, damnatos episcopos aliquos restaurabat; aliquibus spem ad episcopatus reditum promittebat; aliquos ex infidelibus constituabat episcopos, salvos et permanentibus integris sacerdotibus.* W. Lowth. READING.

Temere hæc citata sunt; nam epistola illa scripta est a synodo Philippopolitana ante duos annos quam hæc acta sint de quibus nunc dicit Socrates, et *reditus* ille Athanasii, de quo loquitur, fuit prior ejus reditus factus A. D. 338. Vid. Hilar. Fragm. iii. 8. Nec profecto hujusmodi accusatio de illicita ordinatione comparet inter ea crimina quæ Ariani in Athanasium congesserunt, cum Constantium denuo in eum concitabant post A. D. 350 (vid. Hist. Arian. ad Mon. 28. p. 360. seqq.), neque eam Sozomenus repetit.

Cap. 25. Conf. Sozom. iv. 1. Rufin. x. 19. Cassiod. iv. 36. Niceph. ix. 28.

25, 3. *Δαλμάτιος*] Ejus cædes ad annum 337 pertinet, ut ex Theophane aliisque deducitur, *inquit Ant. Pagi ad eum ann. n. viii.* READING.

Ibid. οὐ κελεύοντος Κωνσταντίνου] Idem tradit Eutropius [x. 9]: *Dalmatius Cæsar haud multo post oppressus est factione militari, Constantio patruele suo sinente potius quam jubente.* VALES.

25, 4. *Κωνσταντίνος ὁ νέος*] Videatur supra, c. 5. hujus lib.

et Victor in Epitome [xli], qui hæc habet: *Ob Italiae Africæque jus dissensere Constantinus et Constans. Constantinus latrocinii specie dum incautus fœdeque temulentus in aliena irruit, obtruncatus est, projectusque in fluvium cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileia.* **READING.**

25, 5. οὐδὲν ἐπαρτεν εὐτυχῶς] *Constantius a Persis multa et gravia perpressus, sæpe captis oppidis, obsessis urbibus, cæsis exercitibus; nullumque ei contra Saporem prosperum prælium fuit; nisi quod apud Singaram haud dubiam victoriam ferocia militum amisit, qui pugnam seditiose et stolide contra rationem belli, die jam præcipiti poposcerunt.* Eutropius [x. 10]. **READING.**

Ibid. νυκτομαχίας γὰρ περὶ τοὺς ὄρους] *Intelligit nocturnam pugnam inter Romanos ac Persas ad Singara castrum Mesopotamiæ, in qua Saporis Persarum regis filius occubuit; Romani vero ingenti strage confossi sunt, ut scribit Ammianus Marcellinus in lib. xviii. [5.] p. 112. Ubi vide quæ olim annotavi. Contigit hæc pugna anno Christi 348, Philippo et Salia consulibus, ut scribit Idatius in Fastis: *His consulibus bellum Persicum fuit nocturnum.** **VALES.**

Idatius in Fastis et Hieronymus in Chronico prælium illud perperam differunt ad ann. 348. Valesius in notis ad lib. 18. Ammiani existimat, loco [Juliani Orat. i.] ἐκτὸν ἔτος, *sexto circiter anno*, legendum esse τριτὸν, *tertio*. Sed id alio argumento non probat, quam auctoritate Idatii, qui in temporibus consignantibus non raro errat, *inquit Ant. Pagi, qui pugnam ad Singaram refert anno 345.* **READING.**

Pugnatum est ad Singaram A. D. 348. Vid. Clinton. Fast. Rom. qui auctorum testimonia collegit.

25, 7. Μαγνέντιος ὃς Κώνσταντα ἀνείλε] *Constans, victo fratre 118 tumidior; simul per ætatem cautus parum, atque animi vehemens: adhuc ministrorum pravitate exsecrabilis, atque præceps in avaritiam despectumque militarium, anno post triumphum decimo, Magnentii, gentis barbaræ, diro atroque ingenio, scelere circumventus est. Constans vero venandi cupidine ductus, cum jam per sylvas saltusque erraret, conspiratere aliquot militares in ejus necem, auctoribus Chrestio et Marcellino, simulque Magnentio. Ubi patrandi negotii dies placuit, Marcellinus natalem filii simulans, plerosque ad cœnam rogat. Itaque in multam*

noctem convivio celebrato, Magnentius quasi ad ventris secreta secedens, habitum venerabilem capit. Ea re cognita, Constans fugere conatus, apud Helenam oppidum Pyrenæo proximum, a Gaisone cum lectissimis misso interficitur, anno tertio decimo Augustæ dominationis (nam Cæsar triennio fuerat) ævi septimo vicesimoque. Victor de Cæsaribus [xli], et in Epitome [xli]. Hujus cædem refert Ant. Pagi anno 350. READING.

25, 9. Βετραύλων] *Constantis morte cognita, Vetrannio, magister militum, imperium in Pannonia apud Mursiam corripuit: quem Constantius non post multos dies regno exiit, grandæva ætati non vitam modo, sed etiam voluptuarium otium concedens. Fuit autem prope ad stultitiam simplicissimus. Victor in Epitome [xli]. Vide et Eutropium. Mense Martio levatus est ad imperium Vetrannio, et Decembri sequente depositus, anno 350. ut docet Ant. Pagi ad eum annum. READING.*

25, 10. Κωνσταντίου ἀδελφιδούς] Recte emendat Valesius Κωνσταντίνου: Eutropia enim, Nepotiani mater, Constantii θεία vocatur ab Athanasio in Apologia ad Constantium [6, p. 299]. *W. Louth. READING.*

Ibid. Νεπωτιανός] Nepotianus (quem Potentianum nominat semel Victor,) elevatus est, ut ait Victor, *Romæ corrupto vulgo simul Magnentii odio; tum vero oppressus atque interfectus a Magnentianis die vicesimo octavo. De Cæsar. xlii. Conf. Epit. xlii. Quæ omnia evenerunt A. D. 350. Vid. Fast. Roman.*

Cap. 26. Conf. Sozom. iv. 2. Theodoret. ii. 5, et 13. Cassiod. iv. 38. Niceph. ix. 29.

26, 1. Σεργίου καὶ Νιγριανοῦ] Idem scribitur in Fastis Idatii: *Sergio et Nigriniano Coss. His consulibus Constans occisus est in Galliis a Magnentio, et levatus est Magnentius die 15. Kal. Februar. Et Vetranio apud Sirmium Kal. Martii, eo anno, et Nepotianus Romæ tertio nonas Junias. Et pugna magna fuit cum Romanis et Magnentianis. Quæ iisdem verbis Græce leguntur in Chronico Alexandrino: ἐπὶ τούτων τῶν ἡπάτων ἀπεκτάνθη Κώνστας ἐν Γαλλίαις ὑπὸ Μαγνεντίου, καὶ ἐπήρθη Μαγνέντιος πρὸς 15 Καλανδῶν Φουβρουαρίων. καὶ Βετραυίων εἰς τὸ Σίρμιον Καλάνδαις Μαρτίαις, καὶ Νεπωτιανὸς αὐτῷ τῷ ἔτει ἐπήρθη ἐν Ῥώμῃ πρὸς τριῶν νῶνων Ἰουνίων. καὶ πόλεμος μέγας ἐγένετο μετὰ ταῦτα μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Μαγνεντιανῶν. Verum in Chro-*

nico Alexandrino male hæc referuntur consulatu Limenii et Catullini, cum anno sequente contigerint, qui fuit Christi 350. VALES.

26, 2. αὐτοκράτωρ δὲ ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς] Constantius jam quidem antea imperator erat Orientis. Tunc vero mortuo Constante qui Occidentis imperium obtinebat, imperator totius orbis Romani a militibus appellatus est. VALES.

26, 3. Καιρὸν δὲ εὐκαιρον] Constantis metu et auctoritate perterriti Athanasii adversarii, nihil ausi sunt, illo superstite, in sanctorum præsulem movere. Ejus autem evulgata nece, rumores denuo spargere cœperunt. READING.

Ib. μηδέπω τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπιστάυτος] Tempora Socrates confundere hic videtur. Athanasius enim narrat turbas quas Ariani excitaverunt paulo post synodum Sardicensem, ab A. D. 347, tum autem quomodo Constantius ex inimico amicior factus se revocaverit, et ad Alexandriam remiserit A. D. 349, ut supra dictum est. Permansit quoque Constantii favor etiam aliquamdiu post cædem Constantis; quod ipse testatus est in epistola ad Athanasium, in qua fratris sui mortem luget, et hunc hortatur ne vanos rumores metuat, cum ipse hoc certum in animo suo habeat, Athanasium semper episcopum Alexandriæ futurum esse. Athan. Hist. Ar. ad Mon. 24, p. 358, et Apolog. ad Constant. 23, p. 309. Postea tamen cum jam iter instituisset contra Magnentium, (ibid. 30,) animus ejus in contrariam partem rursus inclinatus est per calumnias Ariatorum; quorum primus successus fuerat, ut nuper Ursacium et Valentem iterum ad se ab Athanasii partibus traxissent, ibid. 29. Exinde renovata est persecutio. Illis autem calumniis respondit Athanasius in Apologia sua ad Constantium.

26, 4. καταλαβὼν τὴν Ἀλεξανδρείαν] Epiphanius in hæresi 68, postquam retulit, Athanasium a Constantino M. in Gallias relegatum fuisse, addit: *Duodecim itaque vel tredecim annis in Gallia mansit.* Eos autem annos exorditur ab anno 336, quo Athanasius in exilium missus; a quo anno ad 349, anni tredecim fluxere; vel duodecim, si ultimum in quo Alexandriam rediit, excludas. *Ant. Pagi ad ann. 350. n. iv.* READING.

Ibid. συνόδους] Conf. Sozomen. iv. 1.

26, 6. ἐν Κουκουσῶ] Cucussus, urbs Armeniæ minoris Eu- 119 stathio, quæ Cocusum Antonio, Cocussa S. Athanasio, et

Cusum diota ab Ammiano; olim episcopalis, et D. Joannis Chrysostomi exilio clara, in Ciliciæ et Cappadociæ confinio, in via inter Cæsaream et Anazarbum. *Baudrand.* Obitus S. Pauli a *Pagio* refertur anno 351. **READING.**

Vide quæ dicta sunt supra, ad 16, 2. Loci Athanasii quos Socrates in his rebus narrandis respexit, et unde eas desumpsit, sunt, Apolog. de Fug. 3, p. 321. Hist. Ar. ad Mon. 6, 7, p. 347.

26, 7. ἀναιρεθῆναι αὐτὸν] Idem ait Athanasius, Apol. ad Constant. 29, p. 313. seqq. Et Lucifer Caralitanus id passim Constantio exprobrat.

Ibid. Θεόδουλον καὶ Ὀλύμπιον] Olympius quidem episcopus erat *Æni* urbis Thraciæ: Theodulus vero episcopus erat Trajanopolis, teste Athanasio in epistola ad Solitarios [19, p. 354.] Eosdem episcopos nominat in Apologetico de fuga sua p. 703 [321.] Verum hæc præpostere referuntur a Socrate. Neque enim ante bellum Magnentianum gesta sunt, ut refert Socrates, sed confecto jam bello, anno Christi 356. ut recte notavit Baronius. **VALES.**

26, 9. καὶ Λεόντιος] Hujus insigne elogium legitur in Chronico Alexandrino, Sergio et Nigriniano Coss. Quod elogium desumptum est ex quopiam Semiariano scriptore. Verum Athanasius Leontium hunc ubique perstringit. Subdolum ejus ingenium egregie describit Theodoritus in libro 2. Historiæ. [ii. 24.] **VALES.**

Ibid. ἀφῆρθη τῆς ἀγίας] Statuerunt Canones Apostolici, ut eunuchus natus, vel aliqua injuria factus, si dignus esset, ad quemvis cleri gradum admitteretur: quod si quis seipsum mutilaret, nec in clerum reciperetur, et, si clericus esset, deponeretur. Can. Apost. 21, 22, seqq. Hos canones nimium tandem neglectos, ut patres Nicæni renovarent, Leontius iste, ex sententia Beveregii, causam præbuit. Quippe existimat ante synodum Nicænam Leontium sibi virilia exsecuisse: non enim, *inquit*, post constitutum hunc canonem, tale in se facinus perpetrare ausus esset. *Guil. Beveregius Annot. in I. Can. Conc. Nic.* **READING.**

Cap. 27. Conf. Sozom. iv. 2. et 3, ubi quædam addita sunt 120 his quæ Socrates narrat. Cassiod. iv. 39. Niceph. ix. 30.

27, 4. παντοίας αἰκίας προσέφερον] Τὸ κακὸν οὐ μέχρις ἀρχιε-

ρέων ἐκέχυτο, inquit Photius, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, ὅσοι τὴν Μακεδονίαν κοινῶν ἀπετρέποντο, ἐπενέμετο. μασθοὶ γυναικῶν (ὧ τῆς μανίας) κιβωτῶν καλύμμασιν ἐμβαλλόμενοί τε καὶ συμπιεζόμενοι ἀπεπρίζοντο. οἱ δὲ σιδήρῳ, τοὺς δὲ καὶ ὤοις πεπυρακτωμένοις, ταυλαῖς αὐτὰ τοῖς μορίοις ἐνελίττοντες κατέκαιον. *Malum non solum ad episcopos extendebatur, sed et ad mulieres et pueros, quicunque Macedonii communionem non admitterent, se effudit. Ubera mulierum (o impietatem) operculis cistarum includentes et comprimentes excindebant, alia ferro, alia autem ovis ignitis, quorum fragmenta fasciis involuebant, exusserunt.* Photii Bibliotheca cod. 257. **READING.**

Verum hæc quæ Photius legerat in Vita Pauli, quæ citat Reading, desumpta sunt ex ipso Socrate, infra, 38, 7, seqq.; ille autem ea ab Auxanone acceperat.

27, 5. ἀπαγόμενοι] His addit Sozomenus, cæsos esse duos a præfecto, diaconum atque lectorem, tanquam cædis Hermogenis reos; eorum vero memoriam, prout martyrium perpe-ssorum, postea honoratam esse, atque hujus rei causa constructum esse a Johanne et Sisinnio episcopis oratorium prope eorum sepulchrum, ii. 3.

27, 8. τὰ ἐσπέρια μέρη] Athanasius recenset nomina regionum quarum episcopi secum communicabant, hunc in modum, ἀπό τε τῆς μεγάλης Ῥώμης καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης, Καλαβρίας τε, καὶ Ἀπουλίας, καὶ Καμπανίας, Βριττίας τε, καὶ Σικελίας, Σερδινίας τε, καὶ Κορσικῆς, καὶ πάσης τῆς Ἀφρικῆς, τοὺς τε ἀπὸ Γαλλίων, καὶ Βριττανίας, καὶ Σπανίων, ἔπειτα τοὺς ἀπὸ τῶν Παννονίων, καὶ Νωρικοῦ, καὶ Σισκίας, Δαλματίας τε καὶ Δαρδανίας, Δακίας τε καὶ Μυσίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, καὶ πάσης τῆς Ἀχαΐας, καὶ Κρήτης, Κύπρου τε, καὶ Λυκίας, καὶ πλείστον τῆς Παλαιστίνης τε, καὶ Ἰσαυρίας, Αἰγύπτου, καὶ Θηβαΐδος, καὶ πάσης Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως. Hist. Ar. ad Mon. 28, p. 360. Conf. similem catalogum quoque in Apol. c. Ar. I, p. 123.

Cap. 28. Conf. Athanas. Apol. de Fug. 6, p. 323, seqq. Hist. Ar. ad Mon. 81, p. 393, seqq. Apol. ad Imp. Constant. 24, p. 309, seqq. Theodoret. ii. 13. 14. Sozom. iv. 10. Cassiod. v. 3. Niceph. ix. 29.

28, 2. Ἐν τῷ ἀπολογητικῷ περὶ τῆς φυγῆς] Cum inimici Athanasii paulo ante in fine cap. 26. memorati, ægre ferrent, eum fuga sese proripuisse, ac orientas Syriani ducis evasisse ma-

nus; fugam ejus criminari aggressi timiditatis illum arguebant, animumque in periculis pro populo suo subeundis ignavum exprobrabant. Quam ut propulsaret contumeliam Athanasius, scripsit Apologiam de fuga sua; in qua exemplum adfert veterum patrum, prophetarum, necnon apostolorum; imo ipsius Christi, qui non solum verbo docuit esse in persecutione fugiendum ab una civitate in aliam; sed et ipse ad necem conquisitus, haud semel sese subduxit. Demum enarrat quo pacto obsessa a Syriano duce ecclesia, in qua ille tum versabatur, Deo opitulante, tantum evasit periculum. Scripta est autem hæc Apologia anno 357 vel 358. anno scilicet, vel biennio post fugam, ut docent eruditiss. Monachi Benedictini sua in eam *Admonitione*. **READING.**

28, 3. ἐξείφης τὴν ἐκκλησίαν ἐκύκλωσαν] Jamdudum Syria- 121
nus dux exercitus Alexandriam advenerat, et continuo ex ejus adventu increbruerat rumor, pellendum esse ex ecclesia Athanasium. Quamobrem presbyteri quidam et multi cives Syriam adierunt, rogaveruntque ut vel scriptum aliquod imperatoris mandatum proferret, vel Athanasium liberum esse sineret. Fessus est Syrius se nullum scriptum mandatum ad hæc exequenda habere; et donec imperatorem per epistolas consuleret, fidem eis dedit se nihil contra ecclesias acturum esse. Exinde tamen post dies viginti tres, quanquam nulla amplius litera ab imperatore promulgata erat, subito ecclesiam invasit. Athan. Apol. ad Imp. Const. 22—25. Oportet vero animadvertere quod a Socrate et aliis prætermissum est, impetum ter factum esse ab Arianis; nempe, primum a Syriano et quinque millibus militum in ecclesiam Cyriaci unde Athanasius sægre evasit, die 9 Februarii A. D. 356, et antequam Georgius venisset, quem Athanasius refert in Apol. de Fug. 24, p. 334, et Contestatione Populi Alexandr. ibid. 81, p. 393: secundum, postquam Georgius pervenerat, (venit autem Quadragesima,) post septimum Paschatis, cum viri et femine ecclesiastici traherentur a militibus: tertium vero in proxima septimana post Pentecosten, cum Sebastianus stipatus tribus millibus militum populum qui in cœmeterio orabant aggressus est. De his fama ad Athanasium perlata est post fugam ejus. Apol. ad Imp. Const. 27. Quoniam autem eo anno 356, Pentecoste caderet die 26 Maii secundum nostrum

calculus, hinc colligi potest postremum eum tumultum a Sebastiano factum esse d. 2 Junii, quinto mense post Syriani adventum ad Alexandriam, et exactis sedecim septimanis postquam ecclesiam hic oppugnaverat, quod factum est Sabbato.

28, 11. Ὀασι] Oasis magna, locus Africae, in Libya propria, seu Ægyptiaca Ptolemæo et aliis; nunc quibusdam est *Algnechet*, teste Mercatore, *Gadomez* vero Zieglero, in Barca regione, estque locus in mediis Libyæ arenis tanquam in pelago insula, quæ aqua et vino abundat, illicque habitantibus apta; cujus descriptionem vide apud Zosimum, et ex Olympiodori excerptis pete: 90 mill. pass. distat ab Oasi parva in meridiem, et 7 dierum itinere a Thebis Ægypti in occidentem. *Baudrand*. **READING.**

28, 13. Ἀμμώνιον ἕτερον] Valesii textus Græcus 17 episcopos 122 numerat; versio autem Latina 15 tantum; utrobique male: sedecim enim episcopos in exilium pulsos nominatim memorat Athanasius tum in Apologia de fuga, tum in ea ad Imp. Constantium sub finem. Male ergo in Græco Valesii legitur Ammonius tertius, et in versione omittitur Marcus secundus. **READING.**

28, 15. Τοιαῦτα μὲν Ἀθανάσιος] Alibi refert Athanasius, fama accepisse se, episcopos Ægyptios et Libyicos pene nonaginta ecclesiis suis depulsos esse, sedecim vero (nempe eos quos hoc loco nominat) relegatos, alios præterea sponte aufugisse. *Apol. ad Imp. Const. 27, p. 312.*

28, 16. Βερρανίως] Hunc *Bperanίωνα* nominat Sozomenus, iv. 4. *Ὀνερεπανίωνα* Philostorgius iii. 22. Plura narrat Zosimus, ii. 44, de modo quo levatus et mox depositus sit; ubi Constantii prudentiam et facundiam laudat Julianus, Or. i. p. 31, seqq. *Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 350.*

28, 21. τότε δὲ ὁ βασιλεὺς] Nempe anno proxime sequenti, qui fuit A. D. 351. *Clinton. Fast. Roman.*

28, 22. τὸ τοῦ Σωτήρος σημεῖον] Idem legitur in Fastis Idatii, post consulatum Sergii et Nigriniani. *His Coss. levatus est Constantius Cæsar Id. Martii, et apparuit in Oriente signum Salvatoris die 3. Kal. Februar. Luna 28.* Verum auctor Chronici Alexandrini signum hoc visum esse dicit in Oriente Nonis Maii circa diem Pentecostes. Cui consentiunt Cyrillus, Philostorgius ac Cedrenus. Idque confirmare videtur Soocrates

hoc loco. Ait enim hoc signum in Oriente apparuisse, tunc cum Gallus Cæsar Antiochiam intraret. Atqui Gallus Cæsar factus est Idibus Martiis, ut præter Idatium docet auctor Chronici Alexandrini. VALES.

Auctor Chronici Alexandrini, *ipso die Pentecostes, Nonis Maii*: Theophanes in Chronico, *die sacro Pentecostes*, Philostorgius, *circa horam tertiam ejus diei, quæ vulgo dicitur Pentecostes*, crucem fuisse visam aiunt. Quæ verba eruditorum ingenia excruciarunt; cum anno 351, (quo anno Gallus Cæsar nuncupatus est, et crux ei Antiochiam intranti apparuit) Pascha die 31 Martii, Pentecostes festum die 19 Maii celebratum fuerit: non ergo in diem septimum, vel Nonas Maii incidere potuit. Verum totum arcanum in eo situm est, quod Græci Pentecosten sumant non solum pro die illo, qui a die Paschali quinquagesimus; sed etiam pro septem hebdomadis quæ Pascha subsequuntur. Hujus rei egregium exemplum vide apud Eusebium, in vita Constantini M. lib. iv. c. 64. *Ant. Pagi ad ann. 353. n. ix. READING.*

Conf. Sozomen. iv. 5, qui diserte refert Cyrillum episcopum Hierosolymæ epistolam de hac re scripsisse ad Constantium. In ea vero epistola Cyrillus testatur se suis oculis vidisse signum crucis, cujus formam describit; et ait apparuisse, *ἐν ταῖς ἀγλαῖς ταύταις ἡμέραις τῆς ἀγλας Πεντηκοστῆς νόοναις Μαλαῖς περὶ τρίτην ὥραν*, Epist. ad Constant. 4: quæ verba indicant ipsam epistolam a Cyrillo protinus post visum signum scriptam et missam esse, antequam festum Pentecostes tempus penitus exactum esset. Idem signum descripsit quoque Philostorgius iii. 26, additis quibusdam ad ea, quæ Cyrillus retulit tanquam a se et multis aliis visa. Philostorgius enim inquit, Irin, instar coronæ, figuram crucis undique ambiisse, eam vero, addit, fuisse victoriæ indicium quam Constantius de Magnentio reportaret.

28, 22. *παρέδκῃ τε ἐν τῷ Σιρμῳ*] Constantius non videtur 123 Sirmii substituisse otiosus post Vetranionis depositionem, antequam contra Magnentium iret. Conf. Zosimum ii. 45. et Julianum in Orat. i. p. 33. Postquam autem ad Mursam pugnatum esset, Constantium aliquandiu Sirmii commoratum esse evincunt leges quas inde dedit initio proximi anni 352. Vide Clinton. Fast. Rom. eo anno.

Cap. 29. Conf. Sozomen. iv. 6. Sulp. Sev. ii. 37. Cassiod. v. 6. Niceph. ix. 31.

29, 1. Φωτεινός] Photinus ortus ex Galatia minori, Marcelli episcopi Ancyrani discipulus. Aliquandiu catholicus exstitit, et magno omnium consensu in ecclesiæ Sirmiensi episcopatum adsoitus. Incertum est quo tempore sedem istam obtinuerit, quove anno zizania sua proseminare cœperit. Christum docuit esse ψιλὸν ἄνθρωπον, et ex Maria initium habuisse. Inde *Homuncionista* Vigilio Tapsensi dictus; ejusque sequaces *Homuncionista* Augustino. Matthæus Larroquanus hæreseos Photinianæ epocham ad annum 341 refert. Certe detectum fuisse Photinum ante ann. 344, indicio est μακρόστιχος illa formula condita in synodo Antiochena eo anno habita, in qua errores Photini expresse damnantur. Quod etiam factum est in synodo Sardicensi anno 347; in Mediolanensi anno 348. Denique in concilio Sirmiensi (de quo hic agitur) anno 351, hæreseos convictus, et in exilium pulsus est: postea tamen ecclesiam suam recuperasse videtur. *Guil. Cave in Photino, ad ann. 344.* Erat autem Sirmium Pannoniæ inferioris civitas nunc regni Hungariæ in Sclavonia urbecula. READ.

Ibid. ὁ βασιλεὺς σύνοδον ἐπισκόπων ἐν τῷ Σιμίῳ γενέσθαι ἐκέλευσε] Quo anno celebrata sit Sirmiensi synodus, in qua Photinus episcopatu dejectus est, non convenit inter eruditos. Socrates quidem atque Sozomenus celebratam esse dicunt, post consulatum Sergii et Nigriniani: quo anno ob civilis belli tumultum, in Oriente quidem nulli consules fuere: in Occidentis autem partibus Magnentius Augustus cum Gaïsonē consulatum gessit. Baronius vero in Annalibus Ecclesiasticis, eam synodum celebratam esse contendit anno Christi 357, consulatu Constantii Augusti nono et Juliani Cæsaris secundo. Verum Dionysius Petavius primum in animadversionibus Epiphianianis, deinde dissertatione de duplici synodo Sirmiensi, certissimis argumentis demonstravit, annum ejus synodi recte assignatum fuisse a Socrate, post consulatum Sergii et Nigriniani, qui fuit annus Christi 351. Scio Jacobum Sirmondum duos libellos scripsisse, quibus Baronii sententiam adversus Dionysium Petavium asserere conatus est. Sed cum ipse eos libellos non ediderit, satis ostendit se falsitatem opinionis suæ tandem agnovisse. VALES.

29, 2. τῶν μὲν ἀνατολικῶν Μάρκος] Episcopi quos hic nominat Socrates, non in illa Sirmiensi synodo sederunt; quæ collecta est adversus Photinum post consulatum Sergii et Nigriniani, anno Christi 351: sed in altera quæ collecta est Eusebio et Hypatio consulibus, anno Christi 359, paulo ante Ariminense concilium: et quæ formulam illam edidit, quæ postea Arimini recitata est, cui præfixa erant consulum nomina. Atque id manifeste docet Germinius in epistola ad Valentem quæ refertur in fragmentis Hilarii, et Epiphanius in hæresi Semiarianorum. Certe priori illi Sirmiensi synodo adversus Photinum congregatæ, soli orientales episcopi interfuere: ut testatur Hilarius in libro de Synodis, et Vigilius Tapsensis episcopus in libro quinto adversus Eutychem: Vigilius quidem hæc verba sunt: *Illius vero catholici concilii apud Sirmium contra Photinum ex toto Oriente congregati, quis sufficiat multiplices fidei sanctiones comprehendere*, seqq. VALES.

Ibid. Γεώργιος] Georgius hoc tempore, id est post consulatum Sergii et Nigriniani, nondum erat episcopus Alexandriæ. Creatus est enim episcopus consulatu Constantii Augusti octavo, et Juliani Cæsaris primo, quod est anno Christi 356. Quocirca sedere non potuit in priore illa synodo Sirmiensi quæ Photinum deposuit anno Christi 351. Idem de Hosio quoque dicendum est, qui eo tempore sub ditione degabat Magnentii: nec Sirmium adhuc fuerat relegatus. VALES.

Ibid. Ὑπατιανός] Anno Christi 356 Heracleæ in Thracia episcopus adhuc erat Theodorus, ut constat ex Athanasio in epistola encyclica ad episcopos Ægypti ac Libyæ, p. 290, [277,] quam scripsit Athanasius anno Christi 356 post ingressum Georgii. Quare Hypatianus post hunc annum factus sit oportet episcopus Heracleæ. Ejusdem Hypatiani meminit Sozomenus in lib. vi. c. 7. VALES.

29, 4. ὑπατείας ἐπετέλεσε] Ὑπατείας vocat Socrates Ludos Circenses, quos consules initio consulatus sui edebant: quod Latini dicunt consulatum dare. Sic in libello episcoporum Arelatensis provinciæ, qui oblatus est Leoni papæ, loquuntur antistites Gallicani. *In hac urbe, quicumque intra Gallias ex tempore prædictorum ostentare voluit insignia dignitatis, consulatum suscepit et dedit.* [Post Epist. xlix. Leon. Op. p. 270. Quesnel.] Quidam autem consules præter Circense specta-

culum, scenicos quoque ludos et venationem populo dabant. Quemadmodum fecit Asterius consul, sicut ipse testatur his versibus, quos Virgilio a se emendato præfixit.

*Distinxi emendans gratum mihi munus amici
Suscipiens, operi sedulus incubui.
Tempore quo penaces circo subjunximus, atque
Scenam Euripo extulimus subitam.
Ut ludos, currusque simul, variumque ferarum
Certamen junctim Roma teneret ovans.
Ternum quippe sofos merui : terna agmina vulgi
Per caveas plausus concinuere meos.
In quæstum famæ, census jactura cucurrit.
Nam laudis fructum talia damna ferunt.
Sic tot consumptas servant spectacula gazas,
Festorumque trium permanet una dies.
Asteriumque suum vivax transmittit in ævum,
Qui partas trabeis tam bene donat opes.*

VALES.

De Asterio illo, qui consul fuit A. D. 494, vide Clintonum Fast. Rom. Append. p. 204.

29, 4. καθέλων εὐθείς] Photini doctrinam sic describit Hilarus, *Quæ initium Dei Filii ex partu Virginis mentiebatur*, De Synod. 61. Jamdudum autem ille condemnatus fuerat Antiochiæ, Sardicæ, et Mediolani, sicut indicat Caveus modo citatus a Reading. Tum iterum convocata est occidentalium synodus *ad tollendum ex episcopatu* illum, Hilar. Op. Hist. Fr. ii. 19, quam Benedictinus editor colligit habitam fuisse Mediolani A. D. 349: aliis visum est Hilarium hic de Sirmiensi synodo dicere, collatis iis quæ dicit ibid. c. 21. Lata tamen in Photinum sententia, ne deponeretur ille aliquamdiu obstitit populi factio; *nec tum quidem per factionem populi potuit amoveri*, Hilar. ibid. 21: missæ vero sunt ad orientales epistolæ, in quibus *relatum est de Photino decretum*, ibid. 22. His acceptis, initum est a quibusdam orientalibus consilium, ut per condemnationem Photini occasionem caperent condemnandi etiam Marcellum ejus institutorem, et proinde ipsum quoque Athanasium, qui una cum Marcello Sardicæ absolutus erat. Itaque illi *rescribentes de Photino, Marcelli mentionem addide-*

runt, Hilar. ibidem : et, coacto per imperatorem ad Sirmium concilio hoc, de quo Socrates scribit, A. D. 351, tandem Photinum omnium consensu deposuerunt, et formulam istam fidei composuerunt quæ mox sequitur. Hic finis fuisse videtur primi orientalium ad Sirmium conventus, et quo animo hæc gesta sint modo testatus est Hilarius. Pergit vero Sulpicius ejusdem partis ulteriora acta narrando, cum dicit, *Igitur Arianis astuto consilio miscent innoxium criminosis, damnationemque Photini et Marcelli et Athanasii eadem sententia comprehendunt.* Hist. Sacr. ii. 37. Postea sæpius Sirmii convenerunt, sicut mox videbimus.

29, 5. *οἱ δὲ ἐπιμελῆντες*] Certe formulam fidei, quæ in concilio Sirmiensi contra Photinum edita est, Hilarius quidem in libro De Synodis, ut catholicam commendat : Athanasius vero in Synodis Arimini et Seleuciæ eam condemnat ac rejicit, perinde ac reliquas ab Arianis conscriptas. Neque vero de hac sola fidei formula Hilarius et Athanasius inter se dissentiunt, verum etiam de aliis ; verbi gratia de Antiochena. Nam Hilarius quidem fatetur orientales merito novas fidei formulas condidisse, cum novæ hæreses adversus ecclesiam surrexissent. Athanasius vero novas illas fidei formulas callide ab Arianis compositas esse contendit, ad destructionem Nicænsæ. VALES.

Cap. 30. Conf. Sozomen. Sulp. Sev. Niceph. iisdem locis : Cassiod. v. 7.

παρουσία τοῦ βασιλέως] Nec Hilarius nec Athanasius dicit Constantium interfuisse prima synodo Sirmiensi : et vix quidem ille potuit, si revera habita est synodus ea A. D. 351 : nam post Vetranionis depositionem videtur continuo ad bellum gerendum contra Magnentium profectus esse, ut supra dictum est. Pugnatum vero ad Mursam fuit sub fine autumnii. Vid. Clinton. Fast. Rom. Quamobrem temere hæc verba addita esse videntur. Certum tamen est Constantium synodo magnopere favisse : ita enim ad eum scribit Hilarius, *Post synodum deinde Sardicensem, omnem rursus adversum Photinum Sirmium catholicæ doctrinæ tuæ commoves curam.* Contra Constant. 23.

30, 2. *μὴν μὲν*] Dupliciter hic fallitur Socrates, et cum illo Sozomenus. Primum quod tres fidei formulas in Sirmiensi

contra Photinum synodo scriptas esse censuit, cum una tantum in ea synodo conscripta sit formula, quam præter Socratem refert Athanasius et Hilarius in libro de Synodis. Deinde quod formulam fidei, quæ in Sirmiensi contra Photinum synodo Græce promulgata est, a Marco Arethusio dictatam esse asserit. Atqui Marcus Arethusius non hanc quam dixi formulam dictavit, sed aliam cui præfixa erant consulum nomina, et quæ postea Arimini recitata est, ut ex Germinii epistola jampridem observavit Nicolaus Faber in præfatione quam scripsit ad Fragmenta Hilarii. Distinguendæ sunt igitur tres synodi Sirmienses, quarum singulæ suam formulam ediderunt. Prima fuit contra Photinum anno Christi 351. Altera anno Christi 357. In qua conscripta est Hosii et Potamii blasphemia. Tertia celebrata est Eusebio et Hypatio consulibus, anno Christi 359, in qua conscripta est fides illa quam Marcus Arethusius dictavit. VALES.

30, 2. ἄλλας δὲ] Scribendum est ἄλλας δὲ, ut habet codex Allatii. Tres enim fidei formulas Sirmii conscriptas hic recenset Socrates; quarum duas posteriores ait Latino sermone primum scriptas fuisse, ac deinde in Græcam translatas. Quod tamen verum non puto. Illam quidem quæ Hosii blasphemiam dicitur, ab Hilario Latine primum editam fuisse facile concesserim. Alteram vero quæ consules habuit prænotatos, Græco sermone primum dictatam esse pro certo habeo. Is enim qui eam dictavit Marcus Arethusius, et reliqui qui tum convenerant episcopi, Græci fere omnes fuerunt. Denique subscriptiones episcoporum qui huic formulæ subscripserunt, Græce scriptæ leguntur apud Epiphanium in hæresi Semarianorum. VALES.

30, 5. Πιστεύομεν] Hæc fidei confessio exstat apud Athanas. de Synodis Arim. et Seleuc. vol. ii. p. 742. apud Niceph. lib. ix. c. 31. et apud Hilarium de Synodis, col. 1174. [38. col. 485. ed. Benedict.] In ea tametsi nihil compareat ab ecclesiastica fide absonum, id suspiciosum tamen est, quod τοῦ ὁμοουσίου nomen tacetur. READING.

“Socrates varias variis temporibus Sirmii conscriptas formulas earumque auctores confundens, hanc a Marco Arethusio Græce scriptam memorat. Verius noster Hilarius eam *Orientalibus*, id est, toti synodo attribuit. Concilium illud Vigi-

lius lib. v. contr. Eutyech. 3. catholicum vocat, et ex toto Oriente congregatum. Nulli autem occidentalium, nisi forte quibusdam ex Illyrico, ad illud accedere tum licuit, quod Magnentius tyrannus transalpinas regiones atque Italiam occuparet." Benedictin. editor ad Hilar.

Hanc formulam exhibet quoque Epiphanius in Cassiodori H. T. v. 7; qui cum, perinde ac Sozomenus, omnes Socratis errores in hoc loco secutus sit, alios etiam suos addidit ex male intellecto auctoris sermone. Prior vero hujus formulæ pars, usque ad primum anathema, pæne ad verbum convenit cum illa quæ edita est ab orientalibus primo A. D. 341, et iterum sub A. D. 344, ubi *μακρόστιχος* additis quibusdam appellata est, (Socrat. supra, 18. et 19,) et Philippopoli A. D. 347. Vid. Hilar. De Synod. 34, et Fragm. iii. 29. Sunt enim omnes una atque eadem fides, mutatis tantummodo terminis quibus falsæ opiniones damnatæ sunt; de quibus Athanasius ait, ἀφελόντες δὲ τὰ πλείστα καὶ προσθέντες ἄλλα, ὥσπερ ἐξ ὑποβολῆς παρὰ τινῶν ἀκούσαντες, ἔγραψαν ταῦτα, De Synod. 27. Utramque formulam citat Hilarius, omissis vero anathematibus illis quæ prolixæ formulæ affixa erant, (De Synod. 34. c. 482,) neque improbat; immo Sirmiensem hanc multis defendit; cum Athanasius contra prorsus respuat; sicut modo notavit Valesius. De hoc vero animadvertendum est, Hilarii consilium cum libellum illum De synodis conscripsit, fuisse, ut suspiciones mutuas occidentalium et orientalium tolleret; quem in finem operam dedit ut demonstraret quantum orientalium expositiones cum recta fide conciliari possent. Athanasius autem contendit, standum esse a Nicæna fide, novas vero formulas superfluas atque ideo noxias esse: nec tamen ille omnes omnium in his sententias condemnat. Vid. De Synod. 41. Atque ipse etiam Hilarius non ab Athanasio dissentit, ubi scribit paulo postea ad occidentales, *Sed inter hæc, o beatos vos in Domino et gloriosos, qui perfectam atque apostolicam fidem conscientia professione retinentes, conscriptas fides huc usque nescitis! Non enim equistis litera, qui spiritu abundabatis. Neque officium manus ad scribendam desiderastis, qui quod corde a vobis credebatur, ore ad salutem profitebamini. Nec necessarium habuistis episcopi legere, quod regenerati neophyti tenebatis. Sed necessitas consuetudinem intulit, exponi*

fides et expositis subscribi. Ubi enim sensus conscientiae periclitatur, illic littera postulatur. Nec sane scribi impedit, quod salutare est confiteri. De Synod. 63, col. 498.

30, 9. ὑποστάσεως] *Substantia*, Hilarius ubique. *Essentia* Epiphanius in Cassiodor. H. T. v. 7.

30, 10. Πάλιν οὖν ἐροῦμεν] Hactenus formula ista convenit cum aliis illis quæ antea editæ sunt, de quibus modo dictum est. Hinc additamenta incipiunt, quæ singillatim explicat atque defendit Hilarius, De Synod. 39, col. 488.

30, 17. Εἰ τις μὴ τὸν υἱὸν λέγοι τῷ Ἀβραὰμ ἐωρᾶσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀγέννητον Θεόν] Hic sententia illa quæ antea prædicata erat in Expositione prolixa, ἧς καὶ τοῖς πατέρσιν αὐτοπροσώπως ὤφθη (Christus,) confirmatur, dicto insuper anathemate in errores Photini. Locum enim ita explicat Hilarius. "*Hæc quia Photinus, adversus quem tum conventum erat, negabat, inserenda fuerunt; nequis auderet non ante Dei Filium quam Virginis Filium prædicare,—et dum hæc ad Patrem referret, Filio substantiam denegaret.*" De Synod. 50. Conf. quæ annotata sunt supra, ad 19, 18.

30, 23. Εἰ τις τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἐν πρόσωπον λέγοι] *Photini secta dicit, Deum singulum esse et solitarium, et more Judaico constendum. Trinitatis plenitudinem negat, neque ullam Dei Verbi, aut ullam Spiritus Sancti putat esse personam: Christum vero hominem tantummodo solitarium asserit, cui principium adscribit ex Maria; et hoc omnibus modis dogmatizat, solam nos personam Dei Patris, et solum Christum hominem colere debere.* Vincent. Lirinensis adversus hæres. c. 17. [12.] **READING.**

30, 26. Εἰ τις βουλῆσει τοῦ Θεοῦ] Conf. supra, 18, 7. et quæ ibi adnotata sunt.

30, 28. Εἰ τις ἀγέννητον καὶ ἀναρχον λέγοι τὸν υἱὸν] Eadem ratione et catholici Dei unitatem probabant. Sed hæc a Sirmiensibus haud bona fide, sed sophistico suo more scripta fuisse certum est. Quippe Ariani credebant, Filium Dei ex Deo Patre tanquam principio, productum fuisse per modum creationis, quemadmodum et cætera omnia: et hoc solum inter Dei Filium cæterasque creaturas discrimen ponebant, quod Filius primo et immediate a Patre ex nihilo productus sit, deinde per Filium reliqua. Quod et ipsi Sirmienses non obscure sig-

nificant in verbis illis: *εἰς μίαν ἀναρχον τῶν ὄλων ἀρχὴν δι' υἱοῦ εὐσεβῶς τὰ πάντα ἀνάγομεν. Ad unum qui est sine principio, omnium principium, per Filium pie omnia referimus.* His enim satis ostendunt, se pariter et Filium et alia omnia, ad Deum Patrem tanquam principium, referre: Filium quidem ἀμέσως per Filium vero cætera. Frustra autem et perridicule conetur aliquis Patrem et Filium unum esse Deum inde demonstrare, quod hic ex illo, tanquam principio suo existat; nisi principium, ὁμογενῆ et consubstantiale intelligat. Nisi enim, inquam, illud in argumento supponitur, res singulas creatas unum esse cum Patre Deum, quod absurdissimum est, eadem opera probabitur: siquidem creaturæ omnes ex Deo Patre tanquam principio originem suam utcunque habent. Egregium vero Arianorum *Deus ex Deo*, qui non aliter ex Deo sit, quam per modum creationis, quomodo ex Deo sunt quæ subsistunt universa! *Cl. Bullus Defens. Fid. Nic. sect. iv. c. iv. n. 8.* **READING.**

30, 30. *ἐξ οὗ ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας]* Specialis hic fuit Photini ¹²⁷ doctrina, quæ postremo loco damnabatur a synodo Sirmiensi; perinde ac damnatus fuerat Paulus Samosatenus quia Christum Deum esse negaverat.

30, 31. *Πίστις ἐκτεθείσα ἐτέρως ἐν Σιρμίῳ Ῥωμαῖσι, καὶ ἑρμηνευθείσα]* Idem tradit Athanasius in libro De Synodis. Postquam enim retulit eam fidem, quæ proxime commemorata est a Socrate, de ista hæc subjicit: *ταῦτα πάντα παρωσάμενοι, καὶ ὡσπερ βελτίονα ἐπινοήσαντες, δογματίζουσι ἄλλην πίστιν, καὶ γράφουσι ταῦτα ἐν Σιρμίῳ Ῥωμαῖσι μὲν, ἑρμηνευθέντα δὲ ἑλληνιστί.* Id est, *His omnibus rejectis, quasi meliora excogitassent, aliam fidem promulgant: et ista scribunt in urbe Sirmio Latina quidem lingua, sed quæ in Græcum sermonem sic translata sunt.* Hilarius vero in libro De Synodis fidem hanc referens, hunc titulum præponit: *Exemplum blasphemice apud Sirmium per Hosium et Potamium conscriptæ.* Quem quidem titulum ipse composuit Hilarius, qui fidem illam merito blasphemiam appellat. Quisnam autem sit Potamius ille qui Hosio adjunctus est, docet Marcellinus presbyter in libello precum, quem obtulit imp. Theodosio. Ubi inter prævaricatores divinæ et apostolicæ fidei, post Arium primo loco hunc numerat: *Potamius Odyssiponæ civitatis episcopus, primum quidem fidem*

catholicam vindicans, postea vero præmio fundi fiscalis, quem habere concupiverat, fidem prævaricatus est. Hunc Hosius de Corduba apud ecclesias Hispaniarum et detexit et repulit ut impium hæreticum. Sed et ipse Hosius, Potamii querela accersitus ad Constantium regem, minisque perterritus, et metuens ne senex et dives, exsilium proscriptionemve pateretur, dat manus impietati, seqq. [Galland. Biblioth. Patr. tom. vii. p. 465.] VALES.

Titulus apud Hilarium De Synodis, col. 1156 [464], hic est : *Exemplum blasphemiae apud Sirmium per Osium et Potamium conscriptæ.* At non putatur Osium illam conscripsisse ; sed cum eidem subscripsisset, fraude fortasse Arianorum obtinuit, ut ea Osii confessio vocaretur. *Cl. Benedictini in Athanas. vol. ii. p. 744. ubi hæc formula occurrit, ut et apud Niceph. l. ix. c. 31.* In ea tacetur nomen *substantiæ et consubstantialis* ; Filius minor Patre prædicatur honore, dignitate, claritate, majestate, Patrique subditus. Dicitur Pater solus initio carere, immortalis, invisibilis, impatibilis esse. Quamobrem jure ab Hilario blasphemia nuncupatur. *Idem vita Athanas. ad ann. 357.* READING.

30, 31. ἐπὶ παρουσίᾳ Οὐάλεντος καὶ Οὐρσακίου] Horum conversionem ad partes Arianorum, quas modo abjuraverant, narrat Athanasius, Πρῶτον μὲν τοὺς περὶ Οὐρσακίον καὶ Οὐάλεντα, ὡς τοὺς κύνας μεταπέλθουσι μεταβάλλεσθαι, καὶ εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέφαι, et quæ sequuntur, *Histor. Arian. ad Mon. 29.* Valens Mursæ episcopus fuit, prope quam Constantius Magmentium devicit : refert autem Sulpicius Severus, eum per occasionem pugnae, (cujus *Constantius descendere in conspectum non ausus est,*) gratiam regis quam maxime sibi conciliasse, adeo ut diceret ille, *se Valentis meritis, non virtute exercitus vicisse.* *Hist. Sacr. ii. 38.* Ursacius, ut supra dictum est, episcopus fuit Singiduni.

Ibid. Γερμνίου καὶ τῶν λοιπῶν] Tria hæc postrema verba non habentur in exemplari Latino hujus formulæ. Leguntur tamen apud Athanasium et in omnibus nostris codicibus. Ex his autem colligere est, plures tunc episcopos Sirmii congregatos fuisse. Sane Phœbadius Aginnensis episcopus in epistola, quam adversus hanc fidei formulam conscripsit, eam in synodo episcoporum editam esse diserte testatur. Idem etiam abunde confirmat Athanasius in loco quem superius adduxi.

Denique cum Hilarius in supradicto libro testetur, eam fidem, postquam dictata fuisset apud Sirmium, statim missam fuisse ad omnes tam Occidentis, quam Orientis episcopos, ut eorum suffragio comprobaretur, satis indicat eam in synodo fuisse dictatam. Neque enim alibi quam in synodo episcoporum dictari potest formula fidei. Porro Germinius qui hic nominatur, episcopus erat Sirmii, pulso Photino in ejus locum substitutus, anno Christi 351. Hunc Nicolaus Faber in præfatione ad Hilarii fragmenta, prius episcopum Cyzici fuisse dicit, quod non credo. Imposuit viro doctissimo locus Athanasii in epistola ad Solitarios p. 860 [389], ubi Constantium imperat. reprehendit, quod adversus ecclesiasticas regulas ignotos homines, et in dissitis regionibus natos, episcopos civitatibus mitteret: *ὄντω Γρηγόριον ἀπὸ Καππαδοκίας ἐπεμψεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ εἰς μὲν τὸ Σίρμιον ἀπὸ Κυζίκου μετεπέμψατο Γερμίνιον ἀπὸ δὲ τῆς Λαοδικείας Κεκρόπιον εἰς τὴν Νικομήδειαν ἀπέστειλε.* Id est: *Ita Gregorium ex Cappadocia misit Alexandriam: et Germinium quidem ab urbe Cyzico Sirmium evocavit: Cecropium vero Laodicea misit Nicomediam.* Ex his Athanasii verbis nequaquam id conficitur, Germinium prius episcopum fuisse Cyzici. Alioqui idem dicendum esset de Gregorio ac Cecropio; hunc scilicet prius Laodiceæ, illum vero prius in Cappadocia fuisse episcopum. Quod cum in istis perspicue falsum sit, de Germinio quoque dici non potest. Promotus autem est ab Ariano ad Sirmiensem episcopatum, eo quod dogmatis ipsorum acerrimus esset propugnator. Docet id Athanasius in epistola encyclica ad episcopos Ægypti ac Libyæ p. 290 [277]: *Εὐστάθιος τε ὁ νῦν ἐν Σεβαστείῳ, Δημόφιλός τε καὶ Γερμίνιος, καὶ Εὐδόξιος, καὶ Βασίλειος συνήγοροι τῆς ἀσεβείας οὗτες, εἰς τοῦτο προήχθησαν.* VALES.

Veruntamen contra hæc censuit Le Quien, et Germinium episcopum fuisse Cyzici, et Cecropium Laodiceæ. Vid. Orient. Christ. tom. i. col. 750, et 794.

30, 41. ἀναδιδάξῃ] Edita est hæc formula anno fere septimo 129 post illam primam Sirmiensem quam modo recitavit Socrates, nempe A. D. 357. *Scripta proxime apud Sirmium blasphemia appellatur ab Hilario, dum scribit sub anno 358. Conf. Editor. Benedict. ad Hilar. col. 465. a.* Ejus vero animum et doctrinam sic explicat Hilarius, nempe, *in ea laboratum fuisse, uti*

dum Pater unus et solus omnium Deus prædicatur, Deus esse Filius negaretur: et dum de homousio ac de homœusio taceri decernitur, id decretum esse, ut aut ex nihilo ut creatura, aut ex alia essentia ut consequentia creaturarum, et non ex Deo Patre, Deus Filius natus confirmaretur. Tum porro in eo, quod honore, dignitate, claritate, majestate Pater major diceretur, id esse quæsitum, ut Filius his omnibus, quibus Pater major est indigeret. Postremo dum ignorabilis nativitas ejus asseritur, per hoc ignorantia decretum nescire quod ex Deo sit juberemur: perinde quasi juberi decernique possit, ut quis aut quod ignoraturus sit sciat, aut quod scierit ignoret. De Synod. 10, col. 464.

Interea multa evenerant, quæ Socrates partim omisit, partim alieno loco narravit; quod mox videbimus, infra, c. 36, ubi ad synodos occidentales transit. Refert Athanasius, Leontium Antiochenum, cum illis quos synodus Sardicensis deposuerat, scilicet Georgio, Acacio, Theodoro, et Narcisso, languentes Arianorum partium vires denuo suscitasse, et primum Ursacio atque Valenti persuasisse (post mortem Constantis) ut sententiam iterum mutarent, et fierent rursus Ariani. Deinde una omnes isti Constantium adeuntes (qui conventus fortasse fuit synodus illa triginta hominum, quam Sozomenus ait Antiochiæ habitam esse, iv. 8.) petierunt, ne ille pateretur se ipsos et ipsum tanquam hæreticos condemnari, quod eventurum erat, aiebant, si pergerent omnes cum Athanasio communicare. Constantius vero, cum contra Magnentium profectus comperisset qualis esset occidentalium animus erga Athanasium, statuit istorum argumentis obsequi, oblitus, inquit Athanasius, fidei quam dederat, nunquam se iterum Athanasium persecuturum esse. Hist. Ar. ad Mon. 28—30. p. 360. Imprimis igitur habita est synodus Sirmii A. D. 351, uti jam dictum est; in qua Photini condemnatio præludium fuit eorum quæ in Athanasium parabant. Mox alibi quoque per synodos actum est: et conatus est imperator episcopos qui cum Arianis non communicabant ubique ejicere. Convenerunt enim synodi, Arelate A. D. 353 ubi condemnatus est Paulinus Trevirorum episcopus (Hilar. Histor. Fr. 1. 6. col. 621.), Mediolani A. D. 355 (ut in Athanasium subscriberetur, Hilar. Ad Constant. 1. 8, c. 540, Contra Const. 1. 2, c. 562, Athanas. Hist. Ar. ad Mon. 31, Epist. Liberii in Hilar. Hist. Fr. v. 5,

c. 674), et Biterris (Hilar. Contra Constant. 2. col. 563, Sulpic. Sever. Hist. Sacr. ii. 39). Missus autem est Syrianus ad Alexandriam initio A. D. 356, (Athanas. Hist. Ar. ad Mon. 81, pp. 394. 395.) Tum demum habita est iterum synodus Sirmii, ubi conscripta est formula illa fidei, A. D. 357. Plura vide infra, ad c. 36.

30, 42. *Τούτοις τῶν Φωτεινῶν συνθέσθαι*] Existimavit Socrates tres fidei formulas in Sirmiensi contra Photinum synodo conscriptas esse. Addit igitur episcopus qui in ea synodo residebant, suasisse Photino ut formulis illis subscriberet. Sed cum superius ostensum sit a nobis, unam duntaxat fidei formulam ab illa synodo editam fuisse, eam scilicet quæ priore loco commemoratur a Socrate, huic uni subscribere rogatus est Photinus. VALES.

30, 43. *τῶν συγκαλητικῶν οὐκ ἄλγοι*] Epiphanius in hæresi Photinianorum scribit, Photinum cum in Sirmiensi synodo, sic enim legendum est, non Serdicensi, damnatus ac depositus fuisset, adiisse Constantium, petiisseque ut coram iudicibus ab ipso nominatis de fide disputaret. Constantium vero Basilio quidem Ancyræ episcopo injunxisse, ut contra Photinum disputationem susciperet: iudices vero seu auditores ejus disputationis dedisse Thalassium, Datianum, Cerealem et Taurum comites. Ex his Thalassius primas apud imperatorem obtinebat, ut tradit Zosimus in libro ii. [48.] Et præfectus prætorio missus est in Orientem una cum Gallo Cæsare, anno Christi 351. Mortuus est autem anno Christi 353, Constantio Augusto vi. et Gallo Cæsare ii. Coes. ut tradit Marcellinus in lib. xiv. [7, 9.] Proinde Sirmiensis synodus, et disputatio Basilio contra Photinum, non potest cadere in annum Christi 357, ut vult Baronius. Huc accedit quod scribit Epiphanius, in ea disputatione Basilio contra Photinum, notarium fuisse Callicratem, qui erat exceptor Rufini præfecti prætorio. Fuit autem Rufinus præfectus prætorio per Gallias consulatu Constantii vi. et Galli Cæsaris ii. ut docet Marcellinus in lib. xiv. [1, 10.] Sed biennia ante præfectus fuerat Illyrici. Anno autem Christi 357 non Rufinus, sed Anatolius præfecturam prætorii gerebat per Illyricum. Sed et ex episcopatu Germinii manifeste colligitur, Sirmiensem contra Photinum synodum, in qua Photinus episcopatu dejectus est, non esse celebratam anno

Christi 357. Etenim antequam Georgius pulso Athanasio Alexandrinam sedem invaderet, jam tum Germinius episcopus erat Sirmii, ut docet Athanasius in epistola encyclica quam scripsit ad episcopos Ægypti ac Libyæ, tunc cum Georgius Alexandrinam ecclesiam occupasset. Porro Georgius Alexandrinam sedem occupavit ineunte anno 356, ut constat ex protestatione Alexandrinorum, quæ legitur ad calcem epistolæ Athanasii ad Solitarios. Cum ergo ante annum Domini 356, Germinius episcopus fuerit Sirmii, Photinus quoque cui successit Germinius, ante hunc annum depositus fuerit necesse est. Certe Athanasius in epistola ad Solitarios pag. 860 [389], ubi ordinationes exterorum hominum a Constantio factas recenset, primam commemorat ordinationem Gregorii; deinde Germinii et Cecropii; postea Auxentii, ac postremo Georgii. Ex his Gregorius quidem Alexandrinis datus est episcopus anno Christi 341. Germinius vero in locum Photini factus est Sirmiensis episcopus anno Christi 351. cum a Constantio Sirmii agente accitus fuisset, ut docet Athanasius in loco supra citato: quem interpretes Latinus perperam vertit. Cecropius autem eodem anno factus est episcopus Nicomediæ, ut colligitur ex supradicto Athanasii loco. Auxentius denique ad Mediolanensem episcopatum promotus est anno Christi 355. et sequente anno Georgius Alexandrinam sedem invasit. VALES.

30, 47. *μετέγνωσαν ἐπὶ τῇ Ῥωμαϊκῇ τῆς πίστεως ἐκδόσει*] Sumpsit hæc Socrates ex Athanasii libro De Synodis Arimini et Seleuciæ. Verum in eo hallucinatur, quod ea quæ Athanasius dixerat de tertia Sirmiensi formula, cui præfixi erant consules, Socrates tribuit secundæ, ab Hosio et Potamio conscriptæ. Locus Athanasii extat p. 904 [29, p. 745], quem ob prolixitatem hic adscribere supersedi. Socratis errorem secutus est Petavius in animadversionibus ad Epiphanium, p. 318. VALES. Eundem errorem secutus quoque est, ut solet, Sozomenus iv. 6.

Cap. 31. Conf. Sozomen. iv. 6. Sulpic. Sev. ii. 40. Cassiod. 130 v. 9. Niceph. ix. 36. Philostorg. iv. 3.

31, 2. *εἰς ἔφορον ἀπέσταλτο*] Jam superius observavi, Hosii exsiliium Sirmiense et fidei formulam ab illo conscriptam, hic præpostere referri a Socrate. Lapsus enim Hosii contigit anno Christi 357, ut recte notavit Baronius. VALES. Eadem e Socrate repetiit Sozomenus.

31, 4. *πληγὰς τε καὶ στρεβλώσεις*] Conf. Athanas. Apol. c.

Ar. 89, p. 205, et διὰ τὰς πολλὰς ὑπὲρ μέτρον ἐπιφερομένας αὐτῷ πληγὰς seqq. Apolog. De Fug. 5, p. 324. Plura tamen Athanasius narrat de Hosio in Hist. Ar. ad Mon. 42, seqq., et quæ ille a Constantio pertulit. Jam centum annos natus erat: accessit autem ab imperatore totum annum Sirmii detinebatur, tanquam exul; ubi tandem post vim illatam, ut modo dictum est, (Athanasius inquit,) adeo compulsus est, ὡς μόγῃς κοινωνῆσαι μὲν τοῖς περὶ Οὐάλευτα καὶ Οὐρσάκιον, μὴ ὑπογράψαι δὲ κατὰ Ἀθανάσιον. ib. 45. p. 372. Gesta hæc sunt A. D. 357. Vid. Clinton. Fast. Rom.

Ibid. ὑπέγραψε] Etiam cum Ursacio et Valente iniiit communionis societatem: non tamen unquam induci potuit ut calculum ferret in Athanasium, quod peroptabant Ariani. De Hosii lapsu a multis hoc seculo disputatum est. Sunt qui dicant virum id ætatis non sat mentis compotem tum fuisse, sed calamitate et senio debilitatum ad imperatoris conditiones venisse. Ait porro Athanasius, Hosium instante morte vim sibi illatam quasi testamento declarasse, Arianam hæresin feruisse anathemate, vetuisseque ne quis illam reciperet. *Cl. Benedictini Vita Athanas. ad ann. 357.* READING.

De Hosii casu dicit Phœbadius Aginnensis, et argumenta Arianorum inde capta refutat, sic, "*Rursum dico, non mihi ejus auctoritate præscribitur. Nam si nonaginta fere annis male credidit, post nonaginta illum recte sentire non credam.*" Contra Arian. 23. Galland. Bibl. Patr. v. p. 256.

Cap. 32. Conf. Sozomen. iv. 7. Sulpic. Sev. ii. 38. Cassiod. v. 10. Niceph. ix. 32. Philostorg. iii. 26.

32, 1. Μαγνέντιος—Ῥώμην καταλαβών] Multa hic perperam miscuit Socrates, et qui eum sequitur Sozomenus. Magnentius eo tempore exercitum suum in Pannoniis ducebat. Zosimus enim, postquam primo dixit eum in Celtis commoratum esse, deinceps quæ mox alibi gesserit usque ad pugnam in Campo Mursensi, seriatim enarrat, ii. 43—50. Quæ vero Socrates hic scripsit de interfectis a Magnentio Romanis, referri possunt ad ea quæ Victor refert patrata esse tum a Nepotiano, tum a Magnentianis cum eum oppræsserant, absente Magnentio, sic, *uti passim domus, fora, viæ, templaque cruore ac cadaveribus opplerentur bustorum modo. Neque per eum (Nepotianum) tantum, verum etiam advolantibus Magnentianis, qui xxxo die, triduo minus, hostem perculerant.* Cæsar. xlii. Mag-

nentius post pugnam Mursensem sese in *Italiam recepit*, ait Victor, Epitom. xlii. Conf. Clinton. Fast. Rom. 351—353.

32, 2. Γαλλιῶν] Ita fere Sozomenus. Alii omnes Mursam istam in Pannonia sitam esse referunt; præsertim Sulpitius Severus lib. ii, qui hanc historiam enarrans, insignem hac in re imposturam Valentis Mursæ episcopi memorat. *W. Lowth.*

Ad Mursam cum Constantio pugnat Magnentius et vincitur anno 351. Roma et Italia, quo se post cladem receperat, per Constantii duces abigitur, an. 352. Iterum ad Alpes Cottias adversus Constantium proelium init, iterumque debellatur, an. 353. Mox Lugdunum fugit, ibique post tres imperii annos et menses sex seipsum interimit. *Ant. Pagi.* **READING.**

32, 5. σύμβολον καθ' ἑαυτοῦ ὁ Μαγνέντιος ἡγησάμενος] Zosimus refert, turbatos fuisse paulisper Magnentii militum animos per orationem habitam a Philippo, quem miserat Constantius ut cum Magnentio de pace colloqueretur, ante pugnam Mursensem, ii. 46: nihil vero de factis acclamationibus post pugnam, quemadmodum hic evenisse narrat Socrates.

Ib. εὐθὺς ἀπανίσταται] Imo non nisi vere anni insequentis ineunte, teste Juliano Orat. i. ad Constant. siquidem autumnio superiore apud Mursam victus erat. *W. Lowth.* **READING.**

32, 6. Μιλτοσέλευκος] Epiphanius Scholasticus montem Seleucum vocat. Hujus loci situm habemus in itinerario Hierosolymitano. Nam post descensum Gauræ montis, sequitur *mutatio Cambono millia 8. Mansio monte Seleuci millia 8.* VALES. Vid. Itinerar. Hierosol. p. 555, ed. Wesseling. 1735. Occurrit quoque Montis Seleuci mentio in Itinerar. Antonini, in Itinere a Mediolano per Alpes Cottias ad Vienne, inter Vapinum et Lucum; ibid. p. 357, ubi vide Wesseling. adnot.

32, 8. περὶ τὴν πεντεκαδεκάτην] Paulo aliter Idatius in Fastis: *Constantio vi. et Constantio ii. His Coss. Magnentius se interfecit in Galliis apud Lugdunum die 3 Idus Aug. et Decentius frater Magnentii laqueo se suspendit 15 Kal. Septemb.* In Chronico autem Alexandrino annus quidem necis Magnentii perperam designatur: dies vero notatur 4 Idus Augusti. VALES.

32, 9. Δεκέσιος. Conf. Victor. Cæsar. xlii. Epitom. xlii. Zosim. ii. 54.

32, 11. Σιλονανός] *Respublica recens quieta a civili trepida-*

tione, Silvano in imperium coacto, tentari rursus occæperat. Is namque Silvanus in Gallia ortus barbaris parentibus, ordine militiæ simul a Magnentio ad Constantium transgressus, pedestre ad magisterium adolescentior meruerat. E quo dum altius per metum seu dementia[m] conscendisset, legionum, a quib[us] præsidium speraverat, tumultu, octavum circa ac vicesimum diem, trucidatus est. Victor de Cæsaribus. [xlii.] READING.

Interfectus est Silvanus Agrippinæ A. D. 355, jussu Constantii, (qui tum Mediolani agebat,) per globum armatorum qui, *Silvanum extractum ædicula, quo exanimatus confugerat, ad conventiculum ritus Christiani tendentem, densis gladiatorum ictibus trucidarunt.* Amm. Marcell. xv. 5.

Cap. 33. Conf. Sozomen. iv. 7. Cassiod. v. 11. Niceph. ix. 32.

33, 2. κατηγωνίσαστο] *Gallus Judæos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandum invaserant, oppressit, cæsis multis hominum millibus, usque ad innoxiam ætatem, et civitates eorum Diocæsaream, Tiberiadem, et Diospolim, plurima que oppida igni tradidit.* Hieron. in Chronico, ad an. 355. READING.

Rectius vero hæc apponit A. D. 352 Clintonus Fast. Roman. Gesta enim fuisse tradit Hieronymus anno Constantii xv°.

Cap. 34. Conf. Sozomen. iv. 7. Cassiod. v. 12. Philostorg. 132 iii. 28. Niceph. ix. 32.

34, 2. Μάγνον] Domitiani præfecti cædem narrat Ammianus Marcellinus. Verum pro Magno scribere debuerat Socrates Montium: ille enim quæstor fuit quem cum Domitiano dilaniarunt milites impulsu Galli Cæsaris. Gesta autem hæc sunt Antiochiæ. Ammian. Marcel. xiv. 7. Philostorg. iii. 28. Gregor. Nyss. Contra Eunom. i. p. 294. Hieronym. Chronic. A. D. 352.

34, 4. περί Φλάνωνα] Flanona, seu etiam Flavona, ut habent alii codices, urbs Liburniæ Plinio et Ptolemæo, nunc *Fianona*, oppidulum Istriæ, in ora maris Adriatici et sinus Flanatiei ab eo dicti; sub dominio Venetorum, cum portu munito et capaci. *Baudrand.* READING.

Ductum esse Gallum *ad Istriam prope oppidum Polam*, atque ibi post paulum capite truncatum, refert Amm. Marcell. xiv. 11. *Occisus est Constantius Cæsar in insula Flanona,* Idat. Fast. A. D. 354.

Ibid. ἀναρεθῆναι ἐκέλευσεν] Ammianus Marcellinus in fine

lib. xiv. *Excessit e vita ætatis anno nono atque vigesimo, cum quadriennio imperasset.* Erat autem annus Chr. 354. Vide Sozom. lib. iv. c. 7. et Idacium in Fastis. **READING.**

34. 4. *Καίσαρα καταστήσας*] *Constantius Claudium Julianum fratrem Galli, honore Cæsaris assumit, annos natum fore tres atque viginti,* inquit Victor in Epitome. Erat autem annus 355. **READING.**

34. 5. *ἐν τῇ ἑβδόμῃ*] *Vertendum, in septimo Constantii consulari,* non in octavo, ut mendose Valesius. Cum Socrate consentiunt Fasti Idatiani. *W. Lowth.* **READING.** Conf. Clinton. *Fast. Rom.*

34. 6. *πόλιω Ῥώμην*] Refert quoque Sozomenus, ii. 8, Constantium a Sirmio Romam profectum esse, cum vellet ibi triumphum agere *κατὰ τῶν τυράννων*, nempe A. D. 354, vel 355. Verum Constantius Sirmii agebat m. Martio A. D. 352, Mediolani m. Novembri: vid. Clint. *Fast. Roman.* eo anno. Proxime autem sequenti anno hiemabat Arelate; vid. Amm. Marcell. xiv. 5; unde ad Valentiam vere profectus est, arma contra Alamannos moturus; et reversus iterum hiemem Mediolani agebat, (Am. Marc. xiv. 10.) ubi nuntium accepit extincti Galli (ib. xv. 1.) Tum A. D. 354 exercitum duxit in Rhætiæ, unde victor Mediolanum ad hiberna rediit, Am. Marc. xv. 4. Conf. Clint. *Fast. Rom.* 355. col. 4. et Amm. Marc. xv. 7. Tandem "*stratis hostibus cunctis Romam visere gestiebat;*" (Am. Marc. xvi. 10.) atque illuc venit, et triumphavit Maio mense A. D. 357. *Fast. Rom.* eo anno.

34. 8. *Ἰούλιος μὲν ὁ τῆς Ῥώμης*] Obiit Julius pridie Idus Apriles, Constantio Augusto v. et Constantio Cæsare consulibus, quod est anno Christi 352. cum sedisset annos quindecim, mensem unum, dies undecim, ut legitur in vetustissimo libro de Pontificibus Romanis, qui editus est una cum Cyclo Victorii Aquitani. **VALES.**

Julius, patria Romanus, Rustici filius, Marci pontificis in sede Romana successor, die 6 Februarii anni 337. ordinatus, sedit annos quindecim, menses duos, dies sex, obiitque anno 352, die 12 mensis Aprilis, qua die colitur. In ejus locum die 22 Maii deligitur Liberius Romanus. *Ant. Pagi, Monachi Benedict. et Guil. Cave.* **READING.**

Cap. 35. Conf. Sozomen. iv. 12. Theodoret. H. E. ii. 27. Philostorg. iii. 27. Cassiod. v. 13. Niceph. ix. 36.

tione, *Silvano in imperium coacto, tentari rursus occæperat. Is namque Silvanus in Gallia ortus barbaris parentibus, ordine militiæ simul a Magnentio ad Constantium transgressus, pedestre ad magisterium adolescentior meruerat. Et quo dum altius per metum seu dementiam conscendisset, legionum, a quis præsidium speraverat, tumultu, octavum circa ac vicesimum diem, trucidatus est.* Victor de Cæsaribus. [xlii.] READING.

Interfectus est Silvanus Agrippinæ A. D. 355, jussu Constantii, (qui tum Mediolani agebat,) per globum armatorum qui, *Silvanum extractum ædicula, quo exanimatus confugerat, ad conventiculum ritus Christiani tendentem, densis gladiatorum ictibus trucidarunt.* Amm. Marcell. xv. 5.

Cap. 33. Conf. Sozomen. iv. 7. Cassiod. v. 11. Niceph. ix. 32.

33, 2. *κατηγωνίστατο*] Gallus Judæos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandum invaserant, oppressit, cæsis multis hominum millibus, usque ad innoxiam ætatem, et civitates eorum *Diocæsaream, Tiberiadem, et Diospolim, plurima que oppida igni tradidit.* Hieron. in Chronico, ad an. 355. READING.

Rectius vero hæc apponit A. D. 352 Clintonus Fast. Roman. Gesta enim fuisse tradit Hieronymus anno Constantii xv°.

Cap. 34. Conf. Sozomen. iv. 7. Cassiod. v. 12. Philostorg. 132 iii. 28. Niceph. ix. 32.

34, 2. *Μάγνον*] Domitiani præfecti cædem narrat Ammianus Marcellinus. Verum pro Magno scribere debuerat Socrates Montium: ille enim quæstor fuit quem cum Domitiano dilaniarunt milites impulsu Galli Cæsaris. Gesta autem hæc sunt Antiochiæ. Ammian. Marcel. xiv. 7. Philostorg. iii. 28. Gregor. Nys. Contra Eunom. i. p. 294. Hieronym. Chronic. A. D. 352.

34, 4. *περὶ Φλάνωνα*] Flanona, seu etiam Flavona, ut habent alii codices, urbs Liburniæ Plinio et Ptolemæo, nunc *Fianona*, oppidulum Istriæ, in ora maris Adriatici et sinus Flanatici ab eo dicti; sub dominio Venetorum, cum portu munito et capaci. *Baudrand.* READING.

Ductum esse Gallum *ad Istriam prope oppidum Polam*, atque ibi post paulum capite truncatum, refert Amm. Marcell. xiv. 11. *Occisus est Constantius Cæsar in insula Flanona*, Idat. Fast. A. D. 354.

Ibid. ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν] Ammianus Marcellinus in fine

lib. xiv. *Excessit e vita ætatis anno nono atque vigesimo, cum quadriennio imperasset.* Erat autem annus Chr. 354. Vide Sozom. lib. iv. c. 7. et Idacium in Fastis. **READING.**

34. 4. *Καίσαρα καταστήσας*] *Constantius Claudium Julianum fratrem Galli, honore Cæsaris assumit, annos natum fere tres atque viginti,* inquit Victor in Epitome. Erat autem annus 355. **READING.**

34. 5. *ἐν τῇ ἐβδόμῃ*] *Vertendum, in septimo Constantii consulatione, non in octavo, ut mendose Valesius. Cum Socrate consentiunt Fasti Idatiani. W. Lowth.* **READING.** Conf. Clinton. Fast. Rom.

34. 6. *πόλις Ῥώμην*] Refert quoque Sozomenus, ii. 8, Constantium a Sirmio Romam profectum esse, cum vellet ibi triumphum agere *κατὰ τῶν τυράννων*, nempe A. D. 354, vel 355. Verum Constantius Sirmii agebat m. Martio A. D. 352, Mediolani m. Novembri: vid. Clint. Fast. Roman. eo anno. Proxime autem sequenti anno hiemabat Arelate; vid. Amm. Marcell. xiv. 5; unde ad Valentiam vere profectus est, arma contra Alamannos moturus; et reversus iterum hiemem Mediolani agebat, (Am. Marc. xiv. 10.) ubi nuntium accepit extincti Galli (ib. xv. 1.) Tum A. D. 354 exercitum duxit in Rhætiæ, unde victor Mediolanum ad hiberna rediit, Am. Marc. xv. 4. Conf. Clint. Fast. Rom. 355. col. 4. et Amm. Marc. xv. 7. Tandem "*stratis hostibus cunctis Romam visere gestiebat;*" (Am. Marc. xvi. 10.) atque illuc venit, et triumphavit Maio mense A. D. 357. Fast. Rom. eo anno.

34. 8. *Ἰούλιος μὲν ὁ τῆς Ῥώμης*] Obiit Julius pridie Idus Apriles, Constantio Augusto v. et Constantio Cæsare consulibus, quod est anno Christi 352. cum sedisset annos quindecim, mensem unum, dies undecim, ut legitur in vetustissimo libro de Pontificibus Romanis, qui editus est una cum Cyclo Victorii Aquitani. **VALES.**

Julius, patria Romanus, Rustici filius, Marci pontificis in sede Romana successor, die 6 Februarii anni 337. ordinatus, sedit annos quindecim, menses duos, dies sex, obiitque anno 352, die 12 mensis Aprilis, qua die colitur. In ejus locum die 22 Maii deligitur Liberius Romanus. *Ant. Pagi, Monachi Benedict. et Guil. Cave.* **READING.**

Cap. 35. Conf. Sozomen. iv. 12. Theodoret. H. E. ii. 27. Philostorg. iii. 27. Cassiod. v. 13. Niceph. ix. 36.

35, 1. 'Αέτιος] Antiochensis, militis cujusdam filius. Aurifabrum fuisse Aetium certius constat. Mortua matre, ad philosophicas disciplinas animum applicuit. Ac primum quidem Paulinum Antiochenum audivit, postea Anazarbi Athanasium, deinde Tarsi Antonium presbyterum, posthæc Leontium presbyterum Antiochenum, tandem Alexandriae Sopolim medicum celeberrimum, sub quo medicinae operam dedit; et cum in hac arte excelleret, gratuitam indigentibus operam præstabat; ipse interim opificio suo aurifabrilis noctu incumbens vitam sustentabat. Antiochiam reversus, a Leontio episcopo diaconus ordinatur, qui dogmata sua in ecclesia publice docendi ei potestatem fecit. Capita hæreseos potissima fuerunt; Filium esse κτιστὸν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, et per omnia ἀνόμιον τῷ πατρὶ, ac proinde ἑτεροούσιον, *substantia plane diversum*: unde *atheï* cognomen ei merito adhæsit. Reliqua ex Epiphanio, Theodorito, et Niceta Choniata petantur. Famosus esse cœpit maxime circa ann. 359, et sequentem, quando apud Constantium accusatus, quod conscius et particeps fuisset conjurationis Galli, Pepuzam Phrygiæ in exilium missus est. Sub Juliano episcopatum accepit; eujusnam vero urbis non constat. E vita discessit circa ann. 366. *Guil. Cave.* **READING.**

35, 3. πρότερον] Conf. supra, i. 26.

35, 5. ὑπὸ Λεοντίου] Leontius episcopus fuit Antiochiæ ab A. D. 348. Conf. supra, ad 22, 3, et Clinton. *Fast. Rom.* 348. col. 2. Refert quoque Sozomenus, iii. 15, et Philostorgius iii. 27, Aetium innotuisse et multum placuisse Gallo Cæsari Antiochiæ degenti. Gallus autem Cæsar fuit ab A. D. 351 ad 354, sicut supra dictum est.

35, 6. βιβλίον] Aetii librum hunc conservavit Epiphanius, atque ea quidem forma qua auctor recensitum denuo edidit. Exordium vero ejus his concipitur verbis, *Εἰ δυνατόν ἐστι τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ τὸ γεννητὸν ἀγέννητον ποιῆσαι, εἰ πᾶσα οὐσία ἐστὶν ἀγέννητος, οὐδοποτέρα διόσει τῆς ἄλλης κατὰ τὸ ἀδέσποτον. Πῶς οὖν ἂν τις φάη τὴν μὲν μεταβάλλεσθαι, τὴν δὲ μεταβάλλειν, οὐκ ἐπιτρεπόντων τῷ Θεῷ ὑφιστᾶν ἐκ μὴ ὑποκειμένης ὕλης; Hæres. lxxvi. 10. Quibus subnexæ sunt plures ejusdem farinae rationationes, sive sententiæ, usque ad numerum 47.*

35, 8. Οἱ γοῦν ἐφεκτικοί] Epiphanius Scholasticus legisse videtur σκεπτικοί. Sic enim vertit; *Contemplativi autem philosophi, libros Platonis et Plotini, declarantes ea quæ artificiosè*

ab Aristotele sunt conscripta, redarguunt. Differunt tamen Sceptici philosophi ab ἐφεκτικοῖς, ut species a genere. Duo enim fuerunt genera philosophorum, ut in primo libro scribit Laërtius. Alii fuerunt δογματικοί, alii ἐφεκτικοί, id est hæsitantes. VALES.

Socrates hic τοὺς ἐφεκτικούς opponit *dialecticis*, sive *sophistis*. Quid vero per illud nomen intelligendam sit discimus e loco Laërtii in Pyrrhone, quem citavit Suidas c. 3190. Laërtius postquam dixerat, Pyrrhonis discipulos appellatos fuisse ἀπορητικούς τε, καὶ σκεπτικούς, ἐφεκτικούς τε, καὶ ζητητικούς, hanc subdidit explicationem, Ἐφεκτικοί δὲ, ἀπὸ τοῦ μετὰ τὴν ζήτησιν πάθους, λέγω δὴ τὴν ἐποχήν. Fuerunt igitur ἐφεκτικοί illi qui revera *animum philosophiæ intenderunt*; quos Socrates ideo Aristotelianis opposuit quia credidit artem dialecticam Aristotelianam, de qua hic dicit, mera esse verborum artificia, quæ sophistarum ora per vocum et nominum formulas possent obstruere, nihil autem veritatis continerent cui cognoscendæ animus se intendere vellet. Itaque non inepte Epiphanius vocem eam ἐφεκτικούς exposuit *contemplativos*.

35, 10. ὀλιγομαθῆς ὁ Ἀέτιος] Idem tradit quoque Epiphanius, Οἴτος ὁ Ἀέτιος κατὰ τὸν κοσμικὸν λόγον ἀπαίδευτος ἦν ἕως τῆς τελείας αὐτοῦ ἡλικίας, ὡς ὁ λόγος. Ἐπενόησε δὲ ὑποβάς καὶ σχολάσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀριστοτελικῶ φιλοσόφῳ, seqq. Hæres. lxxvi.

35, 13. ἐξελαθείς] Theodoretus inquit, primo eum depositum esse a Leontio, Λεόντιος τὰς Φλαβιανοῦ καὶ Διοδώρου κατηγορίας δεδειγμένους τῆς διακουλίας ἐγύμνωσε, H. E. ii. 27: postea autem in exilium missum ab imperatore: ibid.

Cap. 36. Conf. Sozomen. iv. 9. Theodoret. ii. 15. Rufin. x. 134 19. 20. Sulpic. Sev. ii. 39. Cassiod. v. 15. Nicephor. ix. 33.

36, 1. συνῆλθον ἐπίσκοποι] Antè eam synodum Mediolanensem alia fuit habita Arelate A. D. 353, quam omnino prætermisit Socrates. Hujus meminerunt Hilarius, ad Constant. 8, col. 540. et Fragm. Hist. i. 6, col. 621. et Sulpicius Severus ii. 39. Athanasius quoque ad eam respexit, cum scripsit de Constantio, γενόμενος δὲ ἐν τῇ Ἀρελατῶ καὶ τῇ Μεδιολάνῳ, λοιπὸν ὡς οἱ αἵρετικοὶ συνεβούλευσαν καὶ ὑπέθεντο οὕτως αὐτὸς ἔπραττε, Hist. Ar. ad Monach. 31, p. 361, et Liberius episcopus Romæ, sicut videtur, in Hilar. Fragm. Hist. v. 2, col. 672.

Atque e Marcellino jam vidimus Constantium hiemem A. D. 352 egisse Arelate. Ibi *Paulinus Trevirorum episcopus—indignus ecclesia ab episcopis, dignus exsilio a rege est judicatus*, ait Hilarius, col. 621. Mediolani synodus habita est A. D. 355. In ea vero condemnati sunt Eusebius, Lucifer, et Dionysius: de quibus dixit Hilarius in libro *Contra Constantium* (composito post actam synodum Constantinopolitanam, ibid. 15.) cum scripsit, *Post sanctorum virorum exsilia Paulini, Eusebii, Luciferi, Dionysii, quinto abhinc anno* (hoc est A. D. 355,) *a Saturnini et Ursacii et Valentis communionis separavi*. *Contra Constant.* 2, col. 562. Sulpicius quoque, qui his nominibus addit Liberium, Hilarium, et Rhodanium Tolosanum, qui paulo posterius relegati sunt, mox subdit, *Ita pulsati in exilium quos supra memoravimus abhinc annos xlv, Arbetrone et Lolliano consulis*, ii. 39, nempe A. D. 355. Sozomenus autem, iv. 8, scribit synodum præterea habitam esse Antiochiæ; ubi convenerunt fere triginta Ariani contra Athanasium, vivente Constante; quod fuisset ante A. D. 351. Valesius tamen Sozomenum in tempore hic errasse credidit, et synodum hanc ad A. D. 356 (melius 355) transtulit. Vales. ad loc.

36, 1. ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους] Idem numerus habetur apud Sozomenus in lib. 4. cap. 9. Sed vix credibile est, tantum numerum episcoporum ad hoc Mediolanense concilium convenisse. Potius crediderim mendosos esse tam Socratis, quam Sozomeni codices, et pro τριακοσίουσ, scribendum esse τριάκοντα. Certe in epistola concilii Mediolanensis missa ad Eusebium Vercellensem episcopum, triginta tantum episcoporum nomina leguntur, qui in damnationem Athanasii, Marcelli atque Photini consenserant. Inter quos quidam etiam Orientis partium episcopi recensentur, ut videre est apud Baronium ad annum Christi 355. VALES.

Epistola illa Concilii Mediolanensis, et Acta ejus, quæ feruntur, quæ falsa tamen sunt, edita sunt in Mans. Concil. tom. iii. col. 236, et 247.

36, 2. ἐν Μεδιολάνῳ] Annus 355 rei catholicæ exitiosus fuit; in quo, vi et tyrannica Constantii potestate, religionis jura violata, hæreticis summa rei ecclesiasticæ administrandæ permissa, catholicis præsulibus vis illata, oblata exilii capitisque pericula, nisi Athanasium ferirent anathemate. Medio-

lanum igitur, ut statutum anno proximo fuerat, convenerunt episcopi. *Cl. Monachi Benedict. Vita Athanasii.* Hæc tertia synodus ibidem celebrata ab *Ant. Pagi* memoratur. READ.

36, 3. Παυλῖνος ὁ τῆς Τριβέρεως] Paulinus Trevirensis episcopus non interfuit Mediolanensi concilio, sed Aretalensi, quod ante biennium fuerat congregatum anno Christi 353. Vide Baronium. VALES.

Ibid. ὁ μὲν Ἄλβας τῆς Ἰταλῶν μητροπόλεως] Idem legitur apud Sozomenum. Sed Baronius jam pridem monuit, Albam hic positam esse pro Mediolano. Non enim Alba metropolis fuit Italiæ, sed Mediolanum. Et Dionysius qui tunc Constantio atque Arianis restitit, non Albæ erat episcopus, sed Mediolani, ut testatur Athanasius in epistola ad Solitarios. VALES.

Διονύσιος ὁ ἀπὸ Μεδιολάνων, ἔστι δὲ καὶ αὕτη μητρόπολις τῆς Ἰταλίας, Athanas. Hist. Ar. ad Mon. 33, p. 363, quod Socratem deceptit: nam si nomen a scriba recenti corruptum esset, errorem non secutus fuisset Sozomenus. Vid. quoque Athanas. Apol. de Fug. 4, p. 322.

36, 4. ἐπὶ παρατροπῇ τῆς πίστεως] Idem asserit Liberius, "Non est novum quod nunc subtiliter et sub occasione nominis Athanasii attentatur," seqq. Hilar. Fragm. Hist. v. 4.

36, 5. ὁ σύλλογος] Plenius Sozomenus, ἀπράκτου δὲ διαλυθείσης τῆς ἐν Μεδιολάνῳ συνόδου, τοὺς μὲν ἀντειπόντας τοῖς κατὰ Ἰθανασίου σπουδάζουσιν ἐκποδῶν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς, φυγὴν αὐτῶν καταδικάσας, iv. 11. Quid in hac synodo gestum sit partim exponit Hilarius, sic: *Eusebius Vercellensis—venire Mediolanum præcipitur. Collecta jam illic malignantium synogoga, decem diebus ad ecclesiam est vetitus accedere, dum adversus tam sanctum virum malitia perversa consumit. Suppuratis d inde consiliis omnibus, ubi libitum est, advocatur. Adest una cum Romanis clericis, et Lucifero Sardinicæ episcopo. Conventus ut in Athanasium subscriberet, ait, de sacerdotali fide prius debere constare; compertos sibi quosdam ex his qui adessent, hæretica labe pollutos. Expositam fidem apud Nicæam (cujus superius meminimus,) posuit in medio: spondens omnia se, quæ postularent, esse facturum, si fidei professionem scripsissent. Dionysius Mediolanensis episcopus chartam primus accepit: ubi profiteri scribendo cæpit, Valens calamum et chartam e manibus ejus vio-*

lenter extorsit, clamans, non posse fieri, ut aliquid inde gereretur. Res post clamorem multum deducta in conscientiam plebis est: gravis omnium dolor ortus est, impugnata est a sacerdotibus fides. Verentes igitur illi populi iudicium, e Dominico ad palatium transeunt. Cujusmodi sententiam in Eusebium, longe ante quam ecclesiam ingrederetur, scripserint, de se loquitur ipsa sententia. Ad Constant. 1. 8. Brevius Athanasius hoc modo, τούτους (Paulinum, Luciferum, Eusebium, et Dionysium) ὁ βασιλεὺς καλέσας ἐκέλευσε κατὰ Ἀθανασίου μὲν ὑπογράψαι, τοῖς δὲ αἰρετικοῖς κοινωρεῖν. εἶτα ἐκείνων θαυμάζοντων τὸ καινὸν ἐπιτήδευμα τοῦτο, καὶ λεγόντων, μὴ εἶναι τοῦτον ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, εὐθὺς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅπερ ἐγὼ βούλομαι τοῦτο κανὼν, ἔλεγε, νομιζέσθω· οὕτω γάρ μου λέγοντος ἀνέχονται οἱ τῆς Συρίας λεγομενοὶ ἐπίσκοποι· ἢ τοίνυν πείσθητε, ἢ καὶ ὑμεῖς ὑπερόριοι γενήσεσθε. Hist. Ar. ad Mon. 33, p. 363. Ad eadem respexit quoque paulo infra, his verbis, καὶ γὰρ πάλιν ἀντὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς τὰ παλατία πρὸς ἑαυτὸν τὰς κρίσεις προκαλεῖται—τὴν γὰρ Παυλίου, καὶ Λουκιφῆρου, καὶ Εὐσεβίου, καὶ Διονυσίου, τῶν ἐπισκόπων παρρησίαν βλέπων· καὶ ὡς ἐκ τῆς μετανοίας Οὐρσακίου καὶ Οὐάλεντος διήλεχον τοὺς κατὰ τοῦ ἐπισκόπου λέγοντας, καὶ συνεβούλευον μηκέτι χρῆναι πιστεύεσθαι τοὺς περὶ Οὐάλεντα μεταγρόντας ἐφ' οἷς λέγουσι νῦν, εὐθὺς ἀναστὰς εἶπεν· ἐγὼ κατήγορός εἰμι νῦν Ἀθανασίου, δι' ἐμὲ πιστεύσατε οἷς ἐὰν λέγωσιν οὔτοι. Ibid. 76, p. 390.

Hanc autem Mediolanensem synodum continuo subsequuta sunt edicta regia contra Athanasii amicos: sic enim ille scribit, καὶ ἐνήλλοντο κατὰ πάντων ἔχοντες τὴν ἐξουσίαν· καὶ εὐθὺς (post hanc synodum) ὧδε μὲν ἐντολαὶ καὶ γράμματα πρὸς τὸν ἐπαρχον, ἵνα τέως ὁ σίτος ἀφαιρεθῆ παρὰ Ἀθανασίου, καὶ δοθῆ τοῖς τὰ Ἀρείου φρονοῦσι, καὶ ἵνα ἐξῆ ὑβρίζειν τοῖς βουλομένοις τοὺς μετ' αὐτοῦ συναγομένους. Ἀπειλή τε ἦν τοῖς δικασταῖς εἰ μὴ συνάγοιτο μετὰ τῶν Ἀρειανῶν. Ἦν δὲ ταῦτα προοίμια τῶν μετὰ ταῦτα γενομένων διὰ τοῦ δουκὸς Συριανοῦ. Εἰς δὲ τὰ ἔξω μέρη προστάγματα πάλιν καὶ νοτάριοι κατὰ πόλιν, καὶ παλατινοὶ φέροντες ἀπειλὰς ἀπεστέλλοντο πρὸς τε τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς δικαστὰς, θεογ. Hist. Ar. ad Mon. 31. p. 361. Conf. ibid. 48. p. 373.

Liberius in epistolis suis testatur se per legatos suos, et cum aliis episcopis Italii, rogasse Constantium ut juberet concilium congregari *ad pacem omnium ecclesiarum catholicarum, præsertim autem ad Aquileiam.* Vid. Hilar. Fragm. Hist.

v. 1, 6. vi. 3: atque iterum A. D. 355. Vid. Athan. Hist. Ar. ad Mon. 36, p. 365. Idem Liberius refert quoque nonnihil de modo quo res tunc gestæ fuerint, cum scribit de literis quas nuper a legatis acceperat, his verbis: “*Significant, propter turbationem quidem omnium ecclesiarum se quidem ante succumbere sententiis Orientalium voluisse, proposuisse tamen conditionem, ut si iidem Arianæ hæresim condemnassent, hoc genere inclinatorum sententiis obedirent. Placitum, ut ipsi significant, scriptura teste firmatur, itur in concilium; accipiunt cum deliberatione responsa, Arianæ doctrinam se damnare non posse, Athanasium, quod solum exigebant, communionem esse privandum.*” Creditur, legatos de quibus hic scribit Liberius, fuisse illos Vincentium Capuanum et Marcellum, qui mox Arianis succubuerunt, quos ille ad concilium Arelatense miserat: et fortasse concilium quod hic memorat, id ipsum fuit Arelatense anni 353: incerta tamen hæc sunt. Vid. Benedictin. ad Hilar. Fragm.

Præterea aliam quoque synodum omisit Socrates, quæ convenit post Mediolanensem Biterris in Gallia, A. D. 356, uti videtur. Conf. supra, ad 30, 41. Illuc compulsus ire Hilarius Arianorum patronos ad publice disputandum vocavit: quod cum illi detrectavissent, exinde, inquit Hieronymus, Hilarius, *factione Saturnini Arelatensis episcopi, de synodo Biterrensi in Phrygiam relegatus est.* Hilar. c. Const. 2. col. 563. De Synod. 2. col. 460. Hieronym. Script. Eccl. 100. Sulp. Sev. H. S. ii. 39.

Cap. 37. Conf. Sozomen. iii. 19. iv. 15. 16. 17. 18. 19. Theodoret. ii. 18. 19. 20. 21. Rufin. ii. 21. Sulpic. Sev. ii. 41. Philostorg. iv. 10. Cassiod. v. 20. Niceph. ix. 38. 39. 40. 41. 135

37, 1. *οικουμενικήν*] Sic synodus Ariminensis ipsa se appellavit *Generalem* inter Occidentales; *ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων*, infra, § 54. Indictum fuerat primo generale concilium; quod jam expectabatur, cum subito edixit imperator ut duæ synodi seorsum convenirent. Athan. de Synod. 2, p. 717.

Ante tamen quam ad Ariminum conveniretur, multa acta sunt quæ Socrates prætermisit. Relegatus est Liberius, non, ut Socrates scribit infra, post synodum Ariminensem, sed A. D. 355, eo tempore quo Constantius Arianorum suasu omnes ad condemnandum Athanasium adigebat, atque ea quidem de causa; quemadmodum narrat Theodoretus ii. 15. 16, Athanasius Hist. ad Mon. 35, seqq., Sozomen. iv. 11, et Amm. Marcellin. xv. 7.

A. D. 356, præter habitam synodum Biterria, de qua modo dictum est, missus ab imperatore Syrianus ecclesiam Alexandrinam invasit et Athanasium expulit Febr. d. 9: Georgius autem Cappadox sequenti Paschate sedem episcopalem occupavit. Supra, ad 30, 41. Vid. Athan. Hist. Ar. ad Mon. (*Διαμαρτυρία*) 81, p. 393 seqq. 6, p. 323. 51, p. 375. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 356. Quæ interea ab Athanasio Alexandriæ gesta essent narrat ipse in Apol. ad Imper. Const. 19, p. 307, seqq. Non recte enim Sozomenus ea composuit quæ habet iv. 9, 10.

A. D. 357. habita est iterum synodus Sirmii, quo primum venit Constantius a Roma mense Junio, (vid. Ammian. Marc. xvi. 10,) mox autem iterum sub fine ejus anni, (vid. Cod. Theod. citatum a Clinton. Fast. Rom.,) atque ibi quietus hiemavit; exinde autem confecto verno æquinoctio ad bellum profectus, victor eodem regressus est vergente A. D. 358. Amm. Marc. xvii. 12. Fast. Rom. In ea synodo conscripta est formula fidei quam Socrates edidit supra, c. 30, 31. quam etiam Athanasius numerat septimam inter formulas quas ille recenset, (De Synod. p. 744.), et cui Hosius jam annum agens tanquam exul Sirmii, invitus subscripsit, sicut retulit Socrates supra, c. 31. Vid. Athanas. Hist. Ar. ad Mon. 45. p. 372. Sozom. iv. 12. Ea vero acta esse A. D. 357 credibile est; quod indicare videtur Hilarius, qui in Libro suo De Synod. 10, refert *scriptam proxime apud Sirmium blasphemiam* eam esse. Vid. Benedictin. ad l. Eodem quoque anno Constantio Sirmii commorante, Liberius ab eo arcessitus, et mortem quam ei minabantur veritus, Arianorum fidei subscripsit, postquam duos annos (ab A. D. 355,) in exilio egisset, sicut testatur Athanas. Hist. Ar. ad Mon. 41, p. 368. et Apol. c. Ar. 89, p. 204. Conf. Sozom. iv. 15. Clinton. Fast. Rom. A. D. 357. Hoc tamen paulo serius evenisse videtur quam Hosius manum Arianis dederit: nam Athanasius in sua Apolog. De Fuga hujus submissionem memorat, sed nihil habet ejusmodi de Liberio, quem cum Paulino, Dionysio, Lueifero et Eusebio, laudat inter *bonos episcopos* (4, p. 322.) Et epistola ea quam servavit Epiphanius, refert, Hosium perductum esse ut consentiret scriptis quibusdam in quibus positum erat *τὸ ἀνόμιον κατ' οὐσίαν*: tum vero postea orientales ad synodum Sirmii congregatos statuisse, ut nomen illud *substantia*, τὸ τῆς οὐσίας

δνομα, omnino tolleretur: quod convenit cum formula Sirmiensi edita A. D. 357, atque indicio est Hosium jam paulo antes Arianorum voluntati obsecutum esse. Epiphan. Hær. lxxiii. 14. Quæ si vera sint, nempe Hosium primo ipsam Anomœorum doctrinam confessum esse, non mirum foret eum postea non modo subscripsisse, verum etiam conscripsisse formulam Sirmiensem, quemadmodum in Hilarii textu legitur. De Synod. II. col. 464. Vid. editor. Bened.

Sub hoc quoque tempore mortuus est Leontius Antiochiæ episcopus, Sozom. iv. 12; in cuius locum substitutus est auctore Constantio Eudoxius; qui Aetii sententiam, quæ fuit Arianorum extrema, fovebat. Potitus autem ecclesia continuo ille synodum coegit suæ partis episcoporum Antiochiæ, et Aetii doctrinam, τὸ ἀνόμοιον, propagare instituit. Sozom. iv. 12. 13. Huic ut obsisteret Georgius Laodicensis epistolam scripsit Macedonio et aliis quibusdam mediolorum Arianorum episcopis, quæ eos hortatus est, ut Antiochiam convolarent, atque strenue operam darent ne ecclesia ibi ab Eudoxio per grassantem Aetii hæresim corrumperetur. Sozom. iv. 13. Epiphan. Hær. lxxiii. 2. Deinde postea habita est synodus Ancyrae, quo tum forte plures vicinos episcopos convocaverat Basilius ad dedicandam ibi ecclesiam. Sozom. ibid. Hæc synodus, cui præfuit Basilius, consedit paulo ante Pascha, (vid. Epist. Synod. in Epiphan.) et, citata prius Georgii Laodicensis epistola, cum etiam statum ecclesiæ Antiochenæ respexisset, (ibid.) suorum doctrinam nempe τὸ ὁμοιον κατ' ὁσταν decreto synodico affirmavit, illam vero Eudoxii atque Aetii τὸ ἀνόμοιον damnavit: et tum duodecim fidei definitiones ab occidentalibus subscribendas Sirmium misit (Hilar. De Synod. 13. c. 467. seqq.); nuncupatis quoque ad Constantium legatis, ab eo condemnationem Eudoxii impetravit. Vid. Sozomen. iv. 13. 14. Theodoret. ii. 25. 26. Habitam fuisse hanc synodum A. D. 358 plerique reputant. Athanasius tamen in Apolog. De Fug. 1, Leontium nominat tanquam adhuc viventem, Λεόντιον τὸν νῦν ἐν Ἀντιοχείᾳ, p. 320; eam vero Apologiam ille scripsisse fertur eodem anno 358. Quæ non conveniunt; cum omnia pæne quæ Sozomenus et Epiphanius tradunt de synodo Ancyrana pendeant a morte Leontii; et non fieri potest ut ille mortuus sit A. D. 358, si eodem anno ante Paschatis Festum ea acta sint

de successore illius quæ modo narravimus. Credo igitur Apologiam illam ab Athanasio scriptam esse anno prius nempe 357: quod quidem ideo confirmatur, quia in illa Athanasius neque de casu Liberii neque de morte Hosii quidquam memorat. Et proinde posito hoc, dari quoque potest Leontium mortuum esse eo anno 357.

Definitiones fidei synodi Ancyranæ, quæ conscriptæ erant non solum contra Aetii doctrinam verum etiam contra formulam illam Sirmiensem, quæ homousion et homoëusion pariter rejecerat, ad Sirmium subscribendæ delatæ sunt, vid. Hilar. De Synod. 8. 9. col. 463, 27. c. 476, 90. c. 516, et Benedictin. ad l., ubi cum favore exceptæ sunt; habuerunt enim tunc Constantium patronum. Conf. Hilar. ib. 27. Sozom. iv. 13. Epiphani. Hær. lxxiii. 22. Philostorg. iv. 8. Quod vero hæc Sirmii gesta sint indicat etiam tum synodum ibi resedissee.

Immo verisimile est consessus ejus synodi, qualescunque demum fuerint, continuatos esse neque ad A. D. 359, quo anno nova illa fidei expositio condita est, quam mox videbimus.

37, 3. ἐν Ἀρμίνῳ] Synodus ad Ariminum destinata fuisse videtur paulo post quam finita est Sirmiensis ea sessio A. D. 357. Hilarius enim initio libri sui De Synodis scribit, "*Sed maxime cum comperissem synodos in Ancyra atque Arimino congregandas, et a singulis provinciis Gallicanis binos vel singulos eo esse venturos,*" 8, col. 463. Unde etiam videtur jam tum initum esse consilium ut binæ synodi essent, sive synodus bipartita, qualem Socrates describit, οἰκουμενικὴν διμερῆ. Conf. Benedictin. ad l. Hilar. Constat quoque synodum Nicomedis indictam esse ante terræ motum qui evenit mense Augusto A. D. 358, sicut mox videbimus.

37, 5. ἐν Σελευκείῳ] Anno 359, cum Constantius œcumenicam synodum indixisset, orientales Seleuciæ, occidentales Arimini convenerunt. Et quidem Ariminenses episcopi numero circiter quadringenti; Seleucienses vero centum et sexaginta tantum censentur. **READING.**

37, 7. Λεοντίου τελευτήσαντος] Mors Leontii Antiochensis episcopi accidit anno Christi 356, Constantio Romæ tum degente, ut recte observat Baronius. **VALES.**

Verum Athanasius in Epistola ad Solitarios, in qua de lapsu Liberii sermonem habet, ait: *Leontius ille castratus, qui*

Antiochiæ nunc episcopatum tenet. Quare anno 358. quo Liberius Arianæ formulæ subscripsit, Leontius adhuc in vivis erat, eoque anno decessit. Hinc Philostorgius lib. iv. c. 3. lapsum et restitutionem Liberii memorat, et capite sequenti ait, *mortuo Leontio Antiochenæ urbis episcopo, Eudoxium ex urbe Germanicia translatum esse.* Fallitur ergo Valesius, qui obitum Leontii ad annum 356 pertinere dicit. *Ant. Pagi ad ann. 356. n. xv. READING.*

Conf. quæ modo dicta sunt de Leontii obitu, et gestis synodi Ancyranæ.

37, 7. *Εὐδόκιος*] Eudoxius primo Germaniciæ, postea Antiochiæ, ultimo Constantinopoleos episcopus, eadem prorsus cum Eunomio sensit, ut docet Theodoretus in hæreticis fabulis. [iv. 3.] READING.

Ibid. *κατὰ τὴν Ῥώμην*] Rectius fortasse Sozomenus inquit, *in occidentali parte imperii*, iv. 12. Et illi qui Leontii mortem ad A. D. 358 computant Socratem hic errasse certo statuunt: quod quidem fieri facile poterat: Romæ tamen triginta dies egit Constantius A. D. 357. Am. Marc. xvi. 10.

37, 10. *ἀποδοῦναι αὐτῷ τῆς διακονίας τὴν ἀξίαν*] Leontius Antiochensis episcopus Aetium primo quidem ad diaconatum evexerat: postea vero reprehensus a Diodoro et Flaviano, quod hominem malis studiis innutritum, et impiorum dogmatum assertorem, ad sacros ordines promovisset, diaconatum eum abdicavit, ut scribit Theodoritus in lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 24. Eudoxius igitur simul atque Antiochensis ecclesiæ episcopatum suscepit, Aetium in pristinum gradum restituere conatus est. VALES.

37, 12. *ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ συνελθόντων*] Antea vero habitus est eodem anno 359 conventus Sirmii, de quo nihil dicit Socrates, nisi quod habitum fuisse indicet, cum citet exordium sequentis fidei expositionis, *ἐν ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐσεβίου καὶ Ὑπαρίου, ἐν Σιρμίᾳ τῇ προένδεκα καλανδῶν Ἰουνίων*, id est, Maii d. 22, A. D. 359, pridie Pentecostes; quo tempore Sirmii agebatur consessus, præsentibus Constantio. Athanas. De Synod. 8, p. 721. De eo consessu scribit Germinius, "*in conspectu ejusdem imperatoris, præsentibus Georgio episcopo Alexandrinorum ecclesiæ, Pancratio Pelusinorum, Basilio episcopo tunc Anquiritano, præsentibus etiam ipso Valente et Ursacio, et mea parvitate, post habitam*

usque in noctem de fide disputationem et ad certam regulam perductam, Marcum ab omnibus nobis electum fidem dictasse," Hilar. Fragm. Hist. xv. 3, col. 708, quæ ipsa eadem formula esse videtur quæ postea Arimini relecta est. Deinde epistola Constantii ad episcopos Arimini congregatos, qua quid in concilio ageretur præcepit, data est Maii d. 27; et *Tractatus* ille a concilio editus post acta quædam, qui fertur inter fragmenta Hilarii, datus est Julii d. 21, vid. Hilar. Fragm. vii. 1. 4, unde conjici potest conventum esse Arimini ineunte fere mense Junio. Conf. infra, ad § 88. Sozomenus ait, ἐφθανε ἡ ἐν Ἀριμίμφ συστάσα σύνοδος, nempe ante Seleuciensem, iv. 17. Numerus autem episcoporum fuit non minor quadringentis, Athan. de Synod. 8, p. 721, 33, p. 749, quorum pæne ducenti noluerunt quidquam de fide statuere præter formulam Nicænam. Athan. Epist. ad Afros 3, p. 893. Trecentos vero æstimat Philostorgius iv. 11.

37, 12. τὰ κατὰ Ἀθανασίου παραπέμψαντες] Jusserat enim ¹³⁶ Constantius ut de fide in concilio tractaretur, sic, "*His ita se habentibus, de fide atque unitate tractari debere cognoscat sinceritas vestra.*" Porro orientales non ad hanc synodum convocati sunt, sed soli occidentales; quibus etiam præceperat Constantius in eadem epistola, ut seorsum agerent, "*non enim de orientalibus episcopis in concilio vestro patitur ratio aliquid definire.*" Hilar. Fr. Hist. vii. 1. 2. Convenit autem synodus *præsente Tauro præfecto prætorii, qui ex jussu regis aderat*, Hieronym. Adv. Lucif. 18, et mandatum sibi habuerat (si Sulpicio fides), non ante dimittere episcopos quam in unam fidem consentirent. Hist. Sacr. ii. 41.

37, 13. πρότερον εἰρηται] Supra, c. 24.

37, 14. Γερμάνιος] De Germinio jam diximus supra, ad 30, 31. Auxentius episcopus fuit Mediolani, quem expulso Dionysio, Constantius illuc e Cappadocia miserat, quamvis linguam Latinam nesciret. Athan. Hist. Ar. ad Mon. 75, p. 389. Gaius episcopus fuit in Pannonia, Athan. Epist. ad Epictet. 1, p. 901, incertum vero est cujusnam diocesis. Demophilus episcopus fuit Berceæ in Thracia, (unde expulsus quoque fuerat ab Arianis Cyrus episcopus, Athan. Apol. de Fug. 3, p. 321,) cujus ope Liberius perductus fuerat ut fidei Sirmiensi subscriberet. Vid. Le Quien Orient. Christ. tom. i. col. 1165. Hos sex epi-

scopos nominat Athanas. de Synod. 8. p. 721. quem hic sequitur Socrates.

37, 16. ἄλλην δὲ] Superfluum quidem est δὲ, occurrunt tamen ejusmodi exempla. Conferas, καὶ αὐτὸς δὲ τῇ ἡμετέρᾳ ἀγγιολογῇ ἀρέσειν ὑπεσχόμεν, ἢ δ' ἄν κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν τι, citatum ex Eusebio supra, i. 9, 41. infra, v. 22, 26. et, καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίων δὲ ibid. § 6. Καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει δὲ, v. 24, 4. atque in Juliani epistola, ὁ δὲ ἐτόλμησεν infra, iii. 3, 11. et, τινὲς δὲ Πρόκλον, καὶ οὗτος δὲ πρεσβύτερος ἦν, vii. 26.

37, 17. ἐκ Ῥωμαϊκοῦ μὲν ἡρμηνεύθη] Jam superius observavi tertiam hanc expositionem fidei ex Græco [Latino, conf. supra, ad 30, 2.] sermone translata non fuisse, sed Græce dictam a Marco Arethasio. Certe Athanasius, qui eam refert in libro De Synodis, eam ex Græco [Latino] in Latinum [Græcum] sermonem conversam esse non dicit, cum tamen ubi aliquod monumentum ex Latina lingua in Græcam translatum adducit, lectorem ea de re admonere perpetuo soleat. Porro hæc verba quæ initio posui, usque ad vocem ῥήμασι, desunt in editione Roberti Stephani; nec habentur apud Epiphanium Scholasticum. VALES.

At non adeo firmum est hoc Valesii argumentum: in Apologia quippe ad Constantium Imp. p. 309, epistolam adfert S. Athanasius ex Latino Græce versam, non tamen [quin] illud indicet. Certum videtur, hanc ipsam esse fidei formulam, quæ a Marco Arethasio dictata est, cujusque subscriptiones habentur apud Epiphanium Hær. lxxiii. n. 22. Græcæ autem an Latine primo fuerit edita, ambiguum. *Ol. Benedict. in Athanas.* vol. ii. p. 721. **READING.**

Sozomenus hic cum Socrate convenit de expositione fidei, ἦν ἐν Συριῶν συντάξαν διὰ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς, iv. 17.

37, 18. τῇ προέδεκα καλανδῶν Ἰουνίων] Hæc ex Athan. De Synod. 8. Epiphanius vero refert, in epistola Semiarianorum, Valentem subscripsisse hujusmodi fidei expositioni in Vigilia Pentecostes, νκκτὶ ἐπιφωσκούσης τῆς Πεντηκοστῆς, quæ eo anno 359 fuit ante diem undecimum Kal. Jun. Epiphanius igitur eandem ipsam expositionem respicit. Hær. lxxiii. 22.

37, 20. εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα] In veteribus Sc. ^{ratib.} 137 editis, ut observarunt Monachi Benedictini, legitur σταυρωθέντα καὶ παθόντα καὶ ἀποθάνοντα. Porro hæc prima ex omnibus a

Soorate recensitis fidei regulis, habet articulum de descensu ad Inferos; qui iterum occurrit in Symbolo Constantinopolitano. c. 41 hujus libri. READING. Conf. Pearson. Expos. Symbol. v.

37, 20. *ὃν πλωροὶ φόου ἰδόντες ἐφριξαν*] Ex Job. xxxviii. 17, (Septuag.) *πλωροὶ δὲ φόου ἰδόντες σε ἐπηξαν*: quod tamen male ex Hebræo versum est; nam pro *πλωροὶ* debebat esse *πίλαι*, quemadmodum eadem vox Hebræa *יְרֵי־שׁוֹ* reddita est in prima parte ejusdem versus. Atque hoc eatenus quidem argumento esse potest, fidei formulam illam Sirmiensem primo Græce non Latine dictatam esse. Veruntamen articulus iste fidei Arianorum repetitus fuit postea Nicææ, vid. Theodoret. ii. 21, et Constantinopoli, vid. infra c. 41, paulo autem utrobique emendatus: nam editus est ab hac synodo sic, *ὃν τινα καὶ αὐτὸς ὁ ἄδης ἐπηξεν*, ab illa sic, *ὃν αὐτὸς ὁ ἄδης ἐτρόμαξε*.

37, 24. *ὡς αἱ ἀγίαι γραφαὶ λέγουσιν*] Hanc postremam partem Sirmiensis hujus formulæ refert Germinius in epistola ad Rufianum, Palladium et cæteros, his verbis: *Nam sub bonæ memoriæ Constantio imperatore, quando inter quosdam cœperat esse de fide dissensio, in conspectu ejusdem imperatoris, presentibus Georgio episcopo Alexandrinorum ecclesiæ, Pancratio Pelusianorum, Basilio episcopo tunc Anquiritano, presente etiam ipso Valente et Ursacio, et mea parvitate, post habitam usque in noctem de fide disputationem, et ad certam regulam perductam, Marcus ab omnibus nobis electum fidem dictasse; in qua fide sic conscriptum est: Filium similem Patri per omnia, ut sanctæ dicunt et docent scripturæ. Cujus integræ professioni consensimus omnes, et manu nostra subscripsimus.* Exstant eorum subscriptiones apud Epiphanium in hæresi Semiarianorum capite 22, quæ huic formulæ subjungi debent. Ejusdem Sirmiensis formulæ mentio fit in expositione fidei apud Seleuciam, quam refert Epiphanius in dicta hæresi capite 25: *ὅτι δὲ ταύτῃ τῇ πίστει ἰσοδυναμεῖ καὶ ἡ ἐν Σιρμίῳ πρώην ἐκτεθεῖσα πίστις, ἐπὶ τῆς εὐσεβείας τοῦ βασιλέως ἡμῶν, γνωρίζουσιν οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ πίστει, ἢ ὑπέγραψαν οἱ παρόντες, Βασίλειος, Μάρκος, καὶ Γεώργιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, Πανκράτιος καὶ Ὑπατιανὸς, καὶ οἱ πλείστοι ἐπίσκοποι τῆς δύσεως.* Porro cum hac fidei formula eam, quæ Sirmii nuper exposita est coram religiosissimo imper. nostro Constantio, prorsus consentire, norunt qui fidem illam legerint, cui subscriperunt qui aderant, Basilius, Marcus, Georgius

episcopus Alexandriae, Pancratius et Hypatianus, et plurimi Occidentis episcopi. VALES.

37, 25. οὐ δεόμενοι πίστεως] Ex Athanasio ; ἡμεῖς οὐ δεόμενοι πίστεως συνήλθομεν σοῦ. De Synod. 9, p. 722.

37, 29. τότε κατὰ τὴν] Superflua sunt verba κατὰ τὴν: nisi si censeamus ideo Socratem ea scripsisse ut synodum Ariminensem a Sirmiensi distingueret.

37, 30. Ἀθανάσιος] Locus Athanasii quem adfert Socrates, exstat initio epistolæ de Synodis [3, p. 717.] Arimini et Seleuciæ. VALES.

37, 35. Καὶ αἰώνιον δὲ αἰτὸν βασιλέα εἰρήκασιν] Hunc enim 138 titulum habet expositio fidei Sirmiensis: ἐξετέθη ἡ πίστις ἡ καθολικὴ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ καλλινίκου βασιλέως Κωνσταντίου Αὐγούστου τοῦ αἰωνίου σεβαστοῦ seqq. ut legitur apud Athanasium in libro supra citato. Quæ verba ideo hic adscripsi, quod Socrates noster eandem formulam referens, titulos istos prætermisit. Cæterum Constantius adeo credulus fuit hujusmodi assentationibus, ut in edictis et epistolis de se ipso loquens, æternitatem suam interdum diceret, ut testatur Ammianus Marcellinus in libro 15. [xv. 1.] haud procul ab initio. VALES.

37, 48. παρανομίαν] Melius apud Athanasium legitur εἰς τὴν 139 παράνομιαν τῶν ἀπὸ Φρυγίας. Montanistas enim intelligit, quibus insaniam ac dementia merito attribui solet. VALES.

37, 51. ἡ σύνοδος καθέλει] Conf. Athanas. De Synod. 9.

37, 54. Ἐπιστολὴ] Ante hanc epistolam habentur inter fragmenta Hilarii tria insignia hujus synodi monumenta: quorum primum hunc præ se fert titulum, *Incipit Definitio Catholica, habita ab omnibus catholicis episcopis, prius quam per terrenam potestatem territi hæreticorum consortio sociarentur, in concilio Ariminensi*, tum autem decernit nihil oportere addere aut imminuere fidei Nicænæ: (quæ fuit opinio pæne ducentorum episcoporum, Athan. Ep. ad Afros 3, p. 893:) secundum datum est xii Kal. August. continet vero damnationem Ursacii, Valentis, Germinii, et Gaii: tertium est *Damnatio blasphemix Aris.* Hilar. Fragm. vii. col. 684. 686.

Ibid. Ἐκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ κελύσεως] Hæc epistola Ariminenensis concilii exstat Latine apud Hilarium inter fragmenta libri De Synodis, unde nos versionis loco eam hic adscripsi-

mus. Nemiini porro mirum videri debet, quod Græca interpretatio a Latino exemplari tantopere discrepet. Ita enim a Græcis interpretibus fieri solet, quoties Latina in Græcum sermonem convertunt, quemadmodum perspicui potest ex epistolis imperatorum, quæ in Eusebii Historia Ecclesiastica leguntur. Sed cur aliunde exempla repetimus, quam ex hac epistola: in qua tot fere menda interpretis occurrunt, quot periodi. Principium autem hujus epistolæ ita vulgo legitur apud Hilarium: *Lubente Deo ex præcepto pietatis tuæ credimus fuisse dispositum* seqq. Sed in manuscripto codice quo usus est Jacobus Sirmondus legitur: *Jubente Deo*. Quomodo etiam legit Græcus interpres: quem nos hic secuti sumus. Nec immerito suspicari aliquis possit, *Jubente Deo* scriptum esse pro *Juvante*. VALES.

Contra autem hæc subdit editor Benedictinus: "*Jubente Deo* pro *juvante Deo* scriptum esse quis cum Valesio suspicetur? Certe episcopis hoc dignum erat, ut imperatorem commonefacerent supremæ Dei auctoritatis, cui tam ille quam omnes parere tenerentur:" ad Hilar. col. 687.

37, 54. τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας] Haud aliter apud Athanas. 140 Sozom. Theodorit. et Nicephorum legitur. Dubitari tamen non potest, quin S. Hilarius legerit, ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις: sic enim Latine interpretatus est; *ut fides claresceret omnibus ecclesiis catholicis*. Olim autem quævis ecclesia particularis, veram Christi doctrinam amplexa, *catholica* dicta fuit, ad distinctionem hæreticarum in eadem forte civitate locum habentium; ut pluribus ostendit *cl. Pearsonus Expos. Symboli Apost.* [ix.] p. 347. READING. Hæc leguntur quidem in Hilario. Meminerint tamen lectores Hilarium minime hanc epistolam e Græca transtulisse, sed genuinam Latinam excripsisse.

37, 59. Ὅθεν Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης] Hæc non satis cohærent cum superioribus. Suspicio itaque hunc locum transpositum fuisse in Latinis exemplaribus. Post hæc igitur verba, *venenis hæreticorum aditus panditur*, collocanda esse existimo ea quæ inferius leguntur hoc modo: *Constantino præsentē in hoc cum magno examine fuisset conscriptum* seqq. usque ad illa, *potestatem regendi orbis accepit*. Quibus subjungenda sunt illa: *Ideo Ursacius et Valens* seqq. VALES.

37, 60. ἐν Μεδιολάνῳ] Supra ad c. 20 hujus libri, multa

observavimus de hac synodo Mediolanensi prima, in qua Ursacius et Valens oblato satisfactionis libello Arianam hæresim damnaverunt. Idem confirmant supradioti Ursacius et Valens in altero libello quem Romæ postea obtulerunt Julio papæ his verbis: *Hæreticum vero Arium seqq. Sicut per priorem nostrum libellum, quem apud Mediolanum porreximus, et nunc et semper anathematizasse profitemur.* VALES. Conf. quæ dicta sunt supra, ad 24, 4.

37, 60. *συμπαρόντων δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων*] In Latino exemplari, *Adistentibus etiam legatis Romanæ ecclesiæ.* Porro hi legati ecclesiæ Romanæ præfuisse mihi videntur synodo Mediolanensi; idque ex eo conjicio, quod Hilarius in fragmentis scribit, hæresim Photini in hac synodo Mediolanensi a Romanis esse damnatam. Quod certe non diceret, nisi Romani huic synodo præfuissent. De eadem synodo Mediolanensi loquitur Liberius papa in epistola quam per Luciferum misit ad Constantium imperatorem: *Quæ est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluisset damnare, de concilio iratis animis exierunt.* Hæc autem epistola scripta est a Liberio, non anno 354, ut vult Baronius, nec rursus anno 355, ut affirmat Petavius in libello de duplici synodo Sirmiensi, sed anno Christi 356. Nam Liberius in eadem epistola diserte testatur, Georgium tunc temporis Alexandrino episcopatu potitum fuisse. Id autem contigit in eunte anno Christi 356. Quare mendum est in illis verbis, *Ante annos octo*; malimque scribere, *ante annos novem.* Quod idem valet ac si diceret, *decimo abhinc anno.* VALES.

Attamen neque vox ea *συμπαρόντων*, neque *assistentibus*, innuit legatos Romanos præfuisse synodo: immo plane indicat eos non præfuisse, cum dicat solum *adfuisse.*

Ex hac vero legatorum præsentia concludit Editor Benedictinus, synodum cui interfuere non fuisse illam A. D. 347, quia "nullum suppetit monumentum unde Romanæ ecclesiæ legatos Mediolanensi anno 347 synodo interfuisse nobis constet:" ad Hilar. Fragm. ii. 20. Potuit tamen ejus rei excidisse memoria: certe enim multa hujus ævi monumenta desideramus.

37, 63. Πάλιν γοῦν οἱ ἑλαεινοί] Latinus codex, quo usus est 141

Græcus interpres hujus epistolæ, auctior fuisse videtur eo quem nobis exhibuit Hilarius. Nam apud Hilarium hæc solum habentur: *Nunc etiam conantur convellere quod fuerat positum ratione.* Nos, ut Latina interpretatio Græcis aliquatenus responderet, reliqua hic supplevimus. VALES.

Pro *et nunc etiam conantur*, legitur *Tunc etiam conabantur*, in ed. Bened.

Ursacius et Valens poenitentiam suam retractarunt in synodo Mediolanensi, anno 355, teste Athanasio in Epist. ad Solitarios, p. 644. ed. Commelin. [pp. 360, 361.] *W. Lowth.* READING.

37, 64. Αὐξέντιον] Negat Benedictinus Auxentium hic recte a Socrate inter damnatos a synodo numerari, quia Hilarius solummodo quatuor nominat quos a communione segregavit synodus, Ursacium, Valentem, Germinium, et Gaium. Fragm. vii. 4. c. 685. viii. 2. c. 688. 5. c. 690. Verum Socrates auctorem habet Athanasium; qui non tantum Auxentium nominat in hoc loco (p. 724. et 11, p. 725.) sed et alio loco dicit, quinque illos cum Demophilo sexto, omnes a synodo prout hæreticos depositos fuisse, ibid. 9, p. 722, et iterum Epist. ad Afros 3, p. 893. Certum tamen est hos duos Auxentium et Demophilum nusquam memorari in Gestis illis synodi quæ conservavit Hilarius. Quamobrem verisimile est in hos diverso aliquo modo vel tempore latum esse synodi iudicium.

37, 65. ἦν δὲ ὁ καιρὸς βραχὺς] Nihil hic vidit Græcus interpres. Latina enim sic habent: *Et quidem hæc brevi tempore sæpe mutasse manifestum est.* Quæ adversus Ursacium et Valentem eorumque assecclas dicuntur, qui fidei formulas novas quotidie promulgabant, nullam se fidem certam habere hoc indicio demonstrantes, quemadmodum objicit illis Athanasius non uno in loco. VALES.

37, 70. μήτε πρὸς ἕβριν τῶν τετελευτηκότων] Hoc loco Græcum interpretem secutus, Latinum exemplar hujus epistolæ correxi. Nam in fragmentis Hilarii vulgo hic locus ita legitur: *Ne vel permittat clementia tua jura vetera convelli.* Sed in manuscripto codice quem viderat Jacobus Sirmondus, ita legebatur: *Ne vel aliquid permittat clementia tua injuriam veterum convelli.* Unde nos veram lectionem odorati sumus. VALES. *Neve aliquid p. c. t. injuria veterum*, Bened.

37, 71. τοῖς δὲ ἀπιστήσασιν ὀμότητα] Graviter hic lapsus est

Græcus interpres. Latinum enim exemplar hujus epistolæ sic habet: *Quia ista novitate non solum fideles populi perturbati sunt, verum etiam infideles ad credulitatem vetantur accedere.* At Græcus interpres pro *credulitatem*, legit *crudelitatem*, sicut ex versione ejus apparet. VALES.

37, 73. ἰκετεύοντες] Conf. supra, ad 23, 52.

142

37, 74. καὶ ἐξ αὐτῶν θείων γραφῶν] Græcæ hic longe a vero sensu recedunt: nihil enim dictum est de sacris Scripturis, sed de chartis quibusdam a synodo conscriptis præter hanc epistolam, quæ Constantium de iisdem rebus certiore facerent. Hilarius habet, *sicut idem alia scriptura instruit tuam sanctam religiosamque prudentiam.*

37, 75. δι' ἐπισκόπων] Nempe decem ex utraque parte: *"Cum hac epistola integræ fidei subscribentes episcopi catholici miserunt decem legatos ad imperatorem. Nihilominus et pars hæreticorum misit ex suo corpore decem legatos. Qui ubi venerunt ad imperatorem suscepti sunt; ita ut legati catholicorum non susciperentur; atque longa dilatione fatigati, et minis imperatoris perterriti, damnaverint integram fidem quam antea defendebant, et susceperint perfidiam quam antea damnaverunt."* Hilar. Fragm. viii. 4. col. 689. Quibus Sulpicius addit hæc, *Idem Arriani faciunt, mittuntque numero pari legatos, qui adversum nostros coram imperatore configerent: sed ex parte nostrorum leguntur homines adolescentes, parum docti, et parum cauti: ab Arrianis autem missi senes, callidi et ingenio valentes, veterno perfidice imbuti, qui apud regem facile superiores extiterunt. Sed nostris mandatum, ne quo modo cum Arrianis communionem inirent, omniaque integra synodo reservarent.* Hist. Sacr. ii. 41. Animadvertendum tamen id quod Sozomenus tradit, nempe, præceptum fuisse ab imperatore, tum cum duas synodos orientalium et occidentalium seorsum convocandas esse statuebat, ut utraque synodus absoluta deliberatione certiore se faceret per decem legatos de judicio quod tulisset. Sozom. iv. 16. Quamobrem utrique illi decemviri qui ab Arimino ad imperatorem missi sunt nomen et auctoritatem synodi præ se ferre poterant.

37, 77. ἀπέγραψεν ὁ βασιλεὺς] Post devictos ad Istrum Sarmatas Constantius Sirmium, unde primo vere cum exercitu profectus erat, rediit: mox autem egressus exinde Constanti-

nopolim petit, ut impetus regis Persarum cohiberet. Am. Marc. xix. 11, 17. Fortasse e Sirmio ad synodum epistolam hanc rescripsit.

37, 82. ταῦτα δεξάμενοι] Apud Athanas. [De Synod. 55, p. 768.] ταῦτα ἐδέξαντο οἱ ἐπίσκοποι ἐπαγομένων τριῶν, hæc episcopi acciperunt tribus referentibus." READING.

37, 88. κατὰ πόλεις τὰς ἐαυτῶν ἀνεχώρησαν] Discesserunt ¹⁴³ episcopi ab Arimino vel sub fine anni ejus, vel initio A. D. 360. Nam postquam legati missi erant ad Constantium, qui, sicut Socrates refert, jussi sunt imperatorem Adrianopoli præstolari, habitus est conventus quatuordecim episcoporum Nicæ in Thracia, quæ sita est inter Hadrianopolim et Constantinopolim, sexto Idus Octobris: ab his decreta concilii Ariinensis revocata sunt, et nova professio fidei edita, (vid. Theodoret. H. E. ii. 21.) quæ a præsentibus subscriptione tum firmata, et mox Ariminum a Valente perlata est. Vid. Hilar. Fragm. viii. 5. col. 690. ix. 2. col. 692. Interea conscripta ab orientalibus quoque Seleuciæ fuerat fidei formula et imperatori tradita. Hanc fidem imperator a synodo Ariminensi recipi voluit; itaque, Sulpicius scribit, *præfecto mandatum ut synodum non ante lazaret quam consentire se omnes subscriptionibus profiterentur. Ac, si qui pertinacius obsisterent, dummodo is numerus intra quindecim esset, in exilium pellerentur.* H. S. ii. 43. Athanasius vero ait, formulam quæ Seleuciæ conscripta fuit, postmodo ad Constantinopolim perlata atque iterum refictam esse, tum vero ad Ariminum missam esse, et coactos esse episcopos ibi subscribere. De Synod. 30, p. 746. Quoniam ergo Seleuciæ et Nicæ consessum est diebus parum distantibus inter se, credibile est formulas fidei ab utroque loco ad Constantinopolim missas esse eodem fere tempore, e quibus unam compositam esse, quæ mox ad Ariminum perlata est nomine orientalium. Sic enim conciliari possunt narrationes quæ de his rebus diversæ a diversis auctoribus feruntur. Deinde, quantum videtur, deliberatum est denuo Arimini de fide, eo modo quem narrat Hieronymus, Adv. Lucif. 17, in loco qui incipit, "*Itaque alio die in ecclesia quæ est apud Ariminum;*" quando Valens, consentiendo iis quæ Claudius episcopus Piceni proposuit, ceteris episcopis synodi persuasit orthodoxum se esse; tum vero illi unitatis causa

assenserunt usiæ nomini abjiciendo, quia “non erat curæ episcopis de vocabulo, quum sensus esset in tuto” (ibid.): quibus subdit Hieronymus, *his ita gestis concilium solvitur. Latini omnes ad provincias revertuntur*; et testatur se omnia quæ narrat ex ipsis Actis libasse. Sulpicius vero refert, *clausos intra unam urbem episcopos jam septimum mensem agere*, ii. 44; quod, si calculum ineas a mense Junio, tempus ad Decembrem protrahet; quo mense hæc gesta esse videntur. Conf. supra, ad § 12. Denique inter Fragmenta Hilarii fertur alia synodi epistola ad Constantium, præter eam quam recitavit Socrates, in qua gloriantur, (aut saltem ea pars synodi quibus placebant Arianorum argumenta,) de devicto usiæ vocabulo, tanquam foret *indignum Deo nomen*, et precantur literas dari ad Præfectum Prætorio Taurum, ut liceret sibi domum reverti. Fragm. ix. col. 691.

37, 90. ἐξέωσθαι τῶν ἐκκλησιῶν] Relegatos fuisse refert Hieronymus, *Liberium, Paulinum, Rhodanum, Eusebium Vercellensem, Luciferum, Dionysium, et Hilarium episcopos, Pancratium presbyterum Romanum, et Hilarium diaconum*, Chronic. Quibus addunt Faustinus et Marcellinus, *Maximum Neapolitanum, et Ægyptiacos aliquos episcopos*; testanturque alios item aliis modis fuisse multatos. Galland. Bibl. vii. p. 465.

37, 91. Καὶ πρῶτος μὲν Λιβέριος] Fallitur hic Socrates. Non enim post Ariminensem synodum Liberius in exilium missus est, et Felix diaconus in ejus locum subrogatus; sed diu antea, anno Christi 356. VALES. Conf. quæ adnotata sunt supra, ad § 1.

Liberius, patria Romanus, Augusti filius, post excessum Julii, in Romanum pontificem xi Kal. Junias ann. 352 electus est. Scriptis mox literis orientales episcopi ipsum in partes suas pertrahere magnopere sategerunt. Verum ille coacta Romæ synodo orientalibus rescripsit, se iis consentire non posse; diuque sane Athanasii causam damnare constanter recusavit. Anno 355, Mediolanum accersitus Constantio viriliter restitit; qui cum post longum cum eo colloquium habitum, nec prece, nec pretio, nullis rationibus nec ullis promissis minisve hominis animum flectere potuit, ad Berceam Thraciæ urbem deportari jussit, subrogato ei Felice archidiacono, quem Acacius Cæsariensis Romæ episcopum ordinari curavit;

hominem quidem in fide catholicum, sed qui Arianis communionem non denegavit. *Guil. Cave ad ann. 352.* Vide etiam Athanasium in *Historia Arianorum ad Monachos*, p. 367. Prolixum colloquium inter Constantium et Liberium refert Theodoret. lib. ii. cap. 16. **READING.**

37, 92. τῆ Ἀρειανῆ δόξῃ προστεθείς] Felicem diaconum, qui ¹⁴⁴ in Liberii locum ab Acacio subrogatus est, nunquam Arianum fuisse contendit Baronius, sed Arianorum duntaxat communionem pollutum. Idem affirmat Theodoritus in lib. 2. *Hist.* **VALES.**

37, 94. Ὁ Λιβέριος μὲν οὖν μικρὸν ὕστερον] Dum Liberius Berceæ in exsilio versatur, Romam Constantius venit, atque triumphantis more urbem ingressus est 28 Aprilis anno 357. Tum matronæ Romanæ honorabiliores et senatoriæ, detrectantibus officium viris, Constantium supplices adeunt, reditumque Liberii præsulis sui obnixè postulant. Ille respondet, adesse Felicem urbis episcopum, virum tanto munere dignum. Cui illæ, invisum omnibus Felicem esse, nec unquam se posse eo deduci, ut cum ejusmodi viro societatis vel communionis quippiam habeant. Constantius autem ut rem pergratam Romanis ediceret, jubet revocari Liberium, et una cum Felice ecclesiam moderari. Qua conditione cum risu excepta, et contra clamante populo, unus Deus, unus Christus, unus episcopus, postulatum ille plebi concessit. Ut autem habet Sozomenus, non nisi re cum episcopis deliberata evocandum statuit Liberium, et quidem ea lege et conditione, ut orientalium ante sententiam amplexaretur. Tandem postquam exulaverat Liberius duobus et amplius annis, et jam miseriorum et periculorum quæ sustinuit, tædio superatus, vim etiam et verbera passus, nimiaque Demophili et Fortunatiani importunitate victus, dolendo humanæ fragilitatis exemplo cadit, Athanasium damnat, et Homoiusionistarum formulæ quam nuper Sirmii condiderant, subscribit, anno 358, idque se fecisse datis ad orientales, aliisque ad Ursacium et Valentem literis testatus est. Romam rediit magno cum populi gaudio; Felice vel a senatu vel a plebe, urbe expulso. Vixit post reditum annos novem, diemque clausit supremum viii Kal. Octob. ann. 366. Sepultus via Salaria in cœmeterio Priscillæ. *Cl. Monachi Benedictini Vit. S. Athanas. et Guil. Cave in Libero.* **READING.** Vid. quæ adnotata sunt supra, ad § 1.

37, 95. *ποιούνται ἐν αὐτῇ συνέδριον*] Legati Ariminensis synodi qui ad Constantium missi fuerant, cum corrupti fuissent ab Ursacio et Valente, concilium celebrarunt in oppido Thraciæ Nicæ [Nica], 6 Idus Octobris, Eusebio et Hypatio Coss. In quo concilio primum quidem excommunicationis sententiam, quam Ariminenses episcopi tulerant adversus Valentem et Ursacium ac reliquos, resciderunt; eosque catholicos esse ac semper fuisse pronuntiarunt. Deinde formulam fidei hæreticam promulgaverunt. Exstat pars actorum in fragmentis Hilarii sub finem, ubi et nomina quatuordecim legatorum recensentur. VALES.

37, 97. *τσαῦτα εἰρήσθω*] Totam hanc Socratis narrationem, a dissolutione synodi Ariminensis usque ad finem hujus capituli, recenset Sozomenus, aliquando ipsa Socratis verba tantum non diserte citans, adnotatque, aliter hæc ab aliis referri; et subinde diversa quædam quæ acceperat tradit. Certe in multis hic erravit Socrates: synodus ista Nicæe convenit, non post Ariminensem ut ille scribit, sed Octobris d. 10; unde ea fidei formula ad synodum Ariminensem perlata est, ut modo diximus. Et satis constat synodum hanc non clanculum et silentio diffugisse, quemadmodum ille narrat, sed ab imperatore dimissam esse postquam in ejus voluntatem consentire se professi erant episcopi subscribendo: quod aperte testantur Sulpicius, Hieronymus, Hilarius, et innuit Athanasius (Epist. ad Afros 3, 4. pp. 892. 893.) Hoc autem fecerunt rati se ipsos satis ab Arianorum doctrina tuitos esse, cum damnaverint Arium et "*totam ejus perfidiam,*" tametsi, orientalibus obsequentes, pacis causa *usiam* respuerint, et Filium *similem* esse Patri affirmarint: Sulpic. 11. 44. Postea tamen cum Ariani cœperunt "*palmas suas jacitare,*" et prædicare, jam damnatam esse a synodo fidem Nicæenam, deceptos et circumventos se esse resciverunt; et tum factum est de quo clamat Hieronymus, "*Ingemuit totus orbis, et Arianum se esse miratus est.*" Dial. adv. Lucif. 19. De iisdem rebus scribunt Faustinus et Marcellinus, *Ariminensem synodum piissime ceptam, sed impiissime terminatam.* Galland. Bibl. vii. p. 464.

Cap. 38. Conf. Sozomen. iv. 20. Theodoret. ii. 27. Cassiod. 145 v. 31. Niceph. ix. 42.

38, 1. *προσελάβανον θράσος*] Non omittendum est id quod

tradunt Faustinus et Marcellinus, *Arriani in partibus Orientis, et maxime in Ægypto, non fuerunt hoc solo contenti, ut episcopi, damnata fide integra, in eorum impiam sententiam declinarent: sed hos ipsos qui primum fuerant per catholicos episcopos ordinati, ubi pro eorum desideriis subscripserunt, in laicorum numerum exigebant, et postea iterum eos iidem hæretici episcopos ordinabant*: Galland. Bibl. vii. p. 467: quod reapse factum esse docent a Georgio in Theodorum: ibid. p. 471.

38, 2. Ἀκάκιος] Eusebii Pamphili in episcopatu Cæsariensi successor, Maximum Hierosolymorum episcopum jure metropolitico a sede sua amovit, ut existimat Ant. Pagi, quia Maximus vicinos episcopos ad synodum evocarat, cum Athanasius anno 349. Alexandriam pergeret, absque permissu ejusdem Acacii: ejusque in locum substituit Cyrillum tanquam Arianæ factioni deditum, cum tamen is (ut postea constitit) ab ista hæresi longe alienus esset, anno 350. Aliter autem Theodoritus de ordinatione S. Cyrilli, Hist. lib. ii. c. 26. lib. v. c. 9. De Macedonio vide supra cap. 6. et 16. hujus libri. **READING.**

Ambigitur an expulso an mortuo Maximo Cyrillus ad episcopatum Hierosolymitanum successerit. Theodoretus, ii. 26, dicit Maximum mortuum esse; atque idem Hieronymus in Chronico. Socrates et Sozomenus vivente eo constitutum esse Cyrillum: quibus Pagius adstipulatur a. 351 n. vii. Alii aliter censuerunt. De Cyrillo conf. infra, ad 42, 6. 45, 16.

38, 3. τὰς γεινιαζούσας ἐν Κωνσταντινῶν πόλει] Hic locus in primis notandus est. Ex eo enim colligimus episcopum urbis Constantinopolitanæ ordinandi jus jamtum habuisse per Hælespontum ac Bithyniam ante concilium Constantinopolitanum. Idem etiam probatur ex gestis Eudoxii episcopi Constantinopolitani, qui Eunomium Cyzicenis dedit episcopum. Sane episcopis Byzantii plurimum auctoritatis ac potentiae accessit, ex quo imperator Constantinus eam urbem suo nomine appellavit, et seniori Romæ æqualem esse voluit. Eusebius quoque Nicomediensis episcopus ad eam sedem translatus, non modicum ei incrementum attulit. Fuit enim omnium sui temporis antistitum potentissimus. **VALES.**

Cum hoc conferri potest quod modo dictum est de episcopo Cæsareæ Palestinæ Acacio, quem Pagius censuit tum pro

metropolitico jure in episcopum Hierosolymitanum egisse. Hoc enim jus metropolitanum ideo ei contigit quia Cæsarea provinciae metropolis fuit; itaque sese extulit etiam supra apostolicam illam et ecclesiarum omnium matrem ecclesiam Hierosolymitanam. Conf. Routh ad Can. vii. Conc. Nicæen. in Script. Eccles. Opuscul. tom. i. p. 406.

38, 4. Κυζικον Ἐλεύσιον] Scilicet translato ad Sirmium priore episcopo Germinio, uti par est credere: vid. supra, ad 30, 31. Quod tempus probabiliter figit ad A. D. 351. Conf. Le Quien Or. Christ. tom. i. p. 750.

Ibid. Νικομηδείας Μαραθώνιον] Hoc autem tunc nuper factum fuerit necesse est: nam Cecropius episcopus Nicomediae interiit oppressus terræ motu A. D. 358. Sozomen. iv. 16. Conf. Le Quien Or. Chr. i. p. 587. Marathonium post Macedonium ab Arianis ordinatum esse testatur Didymus De Trin. ii. 10. De Marathonio conf. infra, 45, 4.

38, 5. φθάσας εἶπον] Supra, capp. 6, et 16.

Ibid. τοὺς τῆς ἐκκλησίας διακρινομένους] Vertendum, qui pro ecclesia contendunt, qui ecclesiae partes tutandas suscipiunt. Eadem phrasis occurrit infra, cap. 40. *W. Louth.* READING.

Minime: sensus enim verborum est, *catholicos qui sibi (Macedonio) dissidebant.*

38, 13. Κέρας] Idem dicit Polybius in libro quarto Historiarum [iv. 43, 7], et Strabo in libro sexto [vii. 6]. Ceras scilicet sinum esse vicinum Byzantio, sic dictum a Cervini cornu similitudine. Plinius tamen promontorium ita vocat situm in eo sinu [N. H. iv. 18]. Cui consentit Ammianus Marcellinus in libro xxii. [8, 7.] Qui locus quia vulgo corruptissime legitur, nec in editione nostra adhuc emendatus est, hic prout legi debet, a me apponetur: *Et promontorium Ceras, prælucentem navibus vehens constructam celsius turrim: quapropter Ceratas appellatur ventus inde suetus oriri prægelidus:* sic eum locum correxi, secutus scriptæ lectionis vestigia: nam vulgata lectio, cujus auctor fuit Petrus Castellus, sensu omni caret. Mos fuit veterum ventos nominare a locis ex quibus spirant. Sic Argestem Athenienses vocarunt Scironitem, eo quod ex Scironis promontorio flaret, ut tradit Strabo. Ita igitur Ceratas ventus dictus est a Byzantinis, quod ex promontorio Cerate flaret. VALES.

38, 15. *ὅσα παρὰ τοῦ γεραιτάρου Αὐξάνωντος*] Ab hoc Auxanone, quæcunque de Novatianis passim in Historia sua narrat Socrates, narrat autem quamplurima, accepisse mihi videtur. VALES.

38, 16. *Ὁ βασιλέως νόμος*] Leges in illos qui fidem *ἡμονίαν* obtinebant scribi ceptæ sunt inde ab habita synodo Mediolanensi A. D. 355, sicut tradit Athanasius, Hist. Ar. ad Mon. 31, p. 361. 48, p. 373: hæc vero de destruendis ecclesiis Constantinopoli peculiaris fuisse videtur, et fortasse Macedonio debebatur.

38, 23. *εἰς τὰς Συκὰς μετενήνεκτο*] Exiguum igitur et vile fuit ædificium istud quod tam facile momento temporis alibi transportari posset. Fuere tamen hoc ævo grandes et sumptuosæ ecclesiæ: qualis fuit illa Constantinopoli quæ Sophia nominabatur, cui construendæ anni consumpti sunt pæne septemdecim. Conf. supra, 16, 16, infra, 43, 11.

38, 24. *Ἀναστασία*] Alia fuit hæc ab illa *Anastasia* a Grego 147 gorio Nazianzeno Constantinopoli condita, et aliam ob causam sic dicta, nempe quod fides languescens antea et moribunda illic revixisse visa fuerit. De qua ipsum vide in vita sua, p. 17. et Oratione xxxii. Nicetæ etiam annot. in verba illa *χαίρους Ἀναστασία*, et *Guil. Cave in Greg. Nazianz.* READING.

38, 26. *ἐν τοῖς εὐκτηρίοις εὔχεσθαι τόποις*] Incredibile mihi videtur quod hic narrat Socrates, catholicos scilicet orasse in ecclesiis Novatianorum. Imposuit, ut opinor, Socrati nostro senex ille Auxano, qui id quod a quibusdam fortasse Christianis parum cautis factum fuerat, universis catholicis affinxit. Nihil quippe magis contrarium est ecclesiasticæ disciplinæ, quam communicare cum hæreticis, sive in sacramentis, sive in precatone. Falluntur autem meo iudicio, qui ex hac narratione colligunt Socratem Novatianum fuisse. Immo vero ex hoc loco manifeste convincitur eum fuisse catholicum. Nam catholicos semel atque iterum hic appellat *τοὺς τῆς ἐκκλησίας*, eosque Novatianis opponit. Novatianos igitur extra ecclesiam fuisse existimavit. VALES.

38, 28. *Ἐλεύσιος*] Eleusius Cyziæ, Mœsiæ ad Propontidem urbis a Macedonio factus episcopus, prius in Palatio splendide militaverat. Vir bonus fuisse dicitur; acerrimus tamen in vexandis iis qui Filium Patri consubstantialem profitebantur. *Sozom.* lib. iv. cap. 20. READING.

38, 27. τέσσαρας ἀριθμούς] “*Numeri sunt cohortes;*” Lindembrog. ad Amm. Marcell. xiv. 7, 19: aliis vero visum est, legiones etiam hoc nomine appellari. Vide Wagner. *ibid.* Fieri tamen prorsus non potest ut vulgo creditum sit, quatuor legiones militum a rustica plebe ad interneccionem cæsas esse.

38, 34. οἱ προσεδρεύοντες καὶ εὐχόμενοι] Custodes interpre- 148
tatur Epiphanius, qui a Socrate dicuntur προσεδρεύοντες. Quam interpretationem non probo. Magis placet τοὺς προσεδρεύοντας interpretari eos, qui morantur diutius in ecclesia, et orationis causa illic sedent. Si quis tamen ædituos interpretari malit, non magnopere repugnabo. VALES.

Ædes hæc, in qua corpus Constantini depositum erat, ecclesia fuit apostolorum, quam ipse extruxerat paulo ante mortem suam, atque ibi sibi sepulchrum designaverat eo consilio, ut precum in ea Deo factarum particeps esset, ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀξίωτο τῶν ἐνταυθοῖ μελλουσῶν ἐπὶ τιμῇ τῶν ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν. Euseb. Vit. Const. iv. 60. Itaque οἱ προσεδρεύοντες καὶ εὐχόμενοι videntur fuisse illi qui in sæde precandi causa aliquamdiu morabantur: quod facile fieri potuit, nam locus commode instructus erat; οἴκοι τε βασιλικοὶ ταῖς στοαῖς, λουτρά τε καὶ ἀνακαμπτήρια παρεξέτεινετο, ἄλλα τε πλείωτα καταγάγια τοῖς τοῦ τόπου φρουροῖς ἐπιτηδείως εἰργασμένα. *ibid.* 59. Porro ex ipsa Eusebii narratione *ibid.* c. 58, suspicari poteramus id quod res, prout hic a Socrate narratur, comprobavit, non admodum solide constructam esse eam sedem, quamvis in altum evecta et ære ac marmore ornata fuerit.

38, 38. μάρτυρος Ἀκακίου] Plures Acacii inter martyres nominantur: quis hic fuerit incertum est. Vid. Ruinart. Acta Prim. Martyr. Præf. xxiv. et Indic. Traditum tamen fuit inter Constantinopolitanos, hunc suspendio interfectum fuisse, sicut narrat Socrates *infra*, v. 23, 2.

38, 40. τὸ ἐν αὐτῇ φρεᾶρ] Cum vulgatam lectionem prorsus insulsam viderem, non dubitavi in textum admittere scripturam codicis Allatiani, quæ sic habet: καὶ τὸ ἐν αὐτῇ φρεᾶρ ὑπερβλάσαι τοῦ αἵματος, ἐκρεῖν δὲ τοῦτο καὶ. Tantam ait Socrates fuisse hominum cædem, ut atrium ecclesiæ sancti Acacii, humano sanguine compleretur, et puteus qui erat in

atrio, cruore redundaret; utque sanguis e puteo in vicinam porticum, indeque in plateam efflueret. VALES.

38, 41. ἐπὶ τῆν ἐφ' ἄν ἐπορεύετο] Conf. supra, ad 37, 79.

Cap. 39. Conf. Sozomen. iv. 16. 22. Theodoret. ii. 27. Sulpic. 149 ii. 42. Cassiod. v. 34. Niceph. ix. 43. Philostorg. iv. 10. 11.

39, 1. ἐν Νικομηδείᾳ] Solus Hilarius tradit etiam Ancyram aliquando designatam esse synodo convocandæ. De Synod. 8. col. 463. ubi vid. Editor. Bened. Sozomenus refert primo Nicæam designatam esse, tum Nicomediam, tum post terræ motum rursus Nicæam; postremo Seleuciam. Conf. Philostorg. iv. 11. Athanasius de Nicomedia tacet, ait autem synodum prius Nicæam indictam fuisse. De Synod. 1, p. 716. Theodoretus non solum Nicomediæ nomen reticet, verum etiam terræ motum ad Nicæam transfert: quem sequitur Epiphanius in Cassiod. H. T. v. 33. Socrates sibi constat infra, iv. 11, 4.

39, 2. σεισμός μέγιος] *Iisdem diebus terræ motus horrendi per Macedoniam Asiamque et Pontum assiduis pulsibus oppida multa concusserunt, et montes. Inter monumenta tamen multiforum ærumnarum eminuere Nicomediæ clades, Bithyniæ urbium matris; inquit Ammian. Marcellinus, lib. xvii. cap. 7. cujus verba, hominum et ædificiorum stragem graphice demonstrantia, hic repræsentassem, ni metus esset ne lectorem a proposito nimium abducerent. READING.*

39, 3. Τατιανοῦ] Scribendum est Δατιανοῦ. Sic enim vocatur in Fastis Consularibus, et apud Ammianum Marcellinum. Fuit hic inter præcipuos amicos Libanii, ad quem plurimas epistolas scripsit Libanius, quæ leguntur in lib. iv. ejus Epistolarum. In Epist. 71 ejusdem libri, Libanius consulatum ejus commemorat, et imperatorum, alterius quidem discipulum, alterius vero magistrum fuisse dicit: τὸ δὲ σὸν λαμπρὸν τε καὶ κρεῖττον ἢ σβεσθῆναι. ὃ τε γὰρ ὑπατος, αἱ τε ἐκ βασιλέων τιμαί. καὶ τὸ βασιλέων, τοῦ μὲν μαθητῆν, τοῦ δὲ γενέσθαι διδάσκαλον. ἔτι δὲ οἰκιῶν κάλλη, καὶ λουτρῶν πλήθος τε καὶ μέγεθος καὶ χάρις, πάντα ταῦτα τοῦνομα καθέξει, κὰν τὸ σῶμα ἀπέλθῃ. Id est: *Tua vero illustria sunt, et præstantiora quam ut extingui possint. Nam et consulatus, et honores ab imperatoribus præbiti, et imperatorum alterius quidem fuisse discipulum, alterius*

vero magistrum: adhæc pulchritudo cedium, et lavacrorum tum multitudo tum amplitudo ac venustas; hæc inquam omnia nomen tuum perpetuo retinebunt, etiamsi corpus recesserit. In epistola autem centesima quadragesima sexta ejusdem libri hoc Dationi exstat elogium: τὸ γὰρ ὑπ' ἀνδρὸς τοσαύτας μὲν βασιλείας ὀρθωκότος, πλείστους δὲ εὖ πεποιηκότος, πλήζαντος δὲ οὐδένα φρενῶν δὲ ἐπὶ πλείστον ἤκουτος, δόξης δὲ γῆν καὶ θάλατταν ἐμπεπληκότος τοῦ ἑαυτοῦ, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἀκηκοῦμαι, μείζον ἀνδρὶ γε νοῦν ἔχοντι τῶν τε ὄντων ἀπάντων τῶν τε ἐσομένων χρημάτων. Id est, *Tot enim ac talia audire a viro qui tot regna erexit, et quamplurimos quidem homines beneficiis auxit, neminem vero unquam læsit: qui prudentia quidem antecellit; gloria vero nominis sui terras ac maria implevit, homini cordato majus est præsentibus cunctis opibus ac futuris.* Et in fine ejusdem epistolæ eundem Dationum Constantinopoli quidem domicilium habuisse significat: in urbe tamen Antiochena et in suburbanis domos habuisse ac prætoria, fontibus et lavacris ornata; ad quæ visenda illum invitat. VALES.

Ibid. *περὶ τὴν ὀγδόην εἰκάδα*] Alii tradunt diem hujus motus terræ fuisse non vicesimum octavum sed vicesimum tertium Augusti, nempe ix Kal. Sept. ejusdem A. D. 358. Vid. Clinton. Fast. Rom. Chronicon vero Edessenum, et Dionysius Patriarcha, ponunt ad A. D. 359. Vid. Asseman. Bibl. Or. tom. i. p. 396. Misere quassatam esse urbem commonstrat Marcellinus, ubi memorat quomodo Julianus inspectæ ei indoluerit, xxii. 9.

39, 4. *εἰς Σελεύκειαν*] Athanas. de Synodis Arim. et Seleuc. τὰ δὲ ἐν Σελευκείᾳ τῇ τραχείᾳ γενόμενα ταῦτά ἐστι. μὴν μὲν ἦν ὁ κατὰ Ῥωμαίους καλούμενος Σεπτέμβριος, κατὰ δὲ τοὺς Αἰγυπτίους Θῶθ, καὶ κατὰ Μακεδόνας Γορπιαῖος, καὶ ἡμέρα τοῦ μηνὸς κατ' Αἰγυπτίους ἑκκαδεκάτη, εἰς ἣν συνέδραμον πάντες οἱ κληθέντες συνελθεῖν. ἦσαν δὲ κάκει που ρξ. *Seleuciæ vero asperæ hæc acta sunt. Mensis erat a Romanis September, ab Ægyptiis Thoth, a Macedonibus Gorpiæus nominatus: decimaque sexta mensis secundum Ægyptios, qua qui vocati fuerant, convenere. Erantque ibi episcopi circiter centum sexaginta: male igitur in Valesii versione mox legitur centum et quinquaginta.* Porro de Synodo Seleuciensi vide Sozom. lib. iv. cap. 22. et Theod. lib. ii. c. 26. READING.

39, 5. *ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ*] Hoc loco non levis occurrit diffi-

cultas; nam ruina quidem urbis Nicomedisæ contigit Datiano et Cereale consulibus, anno Christi 358, mense Augusto. Concilium autem Seleucisæ celebratum est sequenti anno, Eusebio et Hypatio consulibus, mense Septembri. Non igitur uno eodemque anno hæc acciderunt. Quare scribendum videtur ῥῶ ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ. Aut si vulgatam lectionem retinere quis voluerit, intelligere oportebit concilium episcoporum apud Seleuciam eodem anno celebratum esse, quo Ariminense concilium. VALES.

39, 5. ἐκατὸν ἐξήκοντα] Idem refert Athanas. De Synod. 12. p. 725. Sozomen. iv. 22. Theodoretus vero, ad fuisse centum quinquaginta, ii. 27.

Ibid. Λαωνᾶς] Leonas hic quæstor fuit sacri palatii: Lauricius vero comes Isauriæ, ut testatur Ammianus Marcellinus. VALES.

39, 6. Προσετέτακτο παρέιναι καὶ Λαυρίκιος] Quia, *his temporibus Isauri, jam per quinque annos quieti, per furta et latrocinia finitimos adfluctabant: ad quos sedandos Lauricius, adjecta comitis dignitate, missus est rector; homo civilis prudentiæ: qui minis potius quam acerbitate pleraque correxit, adeo ut eo die provinciam obtinente, nihil accideret, quod animadversione dignum æstimaretur.* Am. Marc. xix. 13, et xiv. 2.

39, 9. συνελθόντων] Huic synodo interfuisse Hilarium refert ¹⁵⁰ Sulpicius: "*Hilarius quartum jam exilii annum in Phrygiis agens, inter reliquos episcopos, per vicarium ac præsidem data evocationis copia, adesse compellitur*" seqq. Hist. Sacr. ii. 42.

39, 18. ἄλλην τε πίστιν ὑπαγορεύειν ἡντίκτοις] Paulo aliter Sozomenus, qui dicit, illos triginta sex, quos ducebant Acaicius et Georgius Alexandrinus, voluisse eam recipere expositionem quæ nuper Sirmii conscripta et Arimini relecta fuerat, reliqui vero, qui major pars erant, eam quæ Antiochiæ composita erat A. D. 341. Sozomen. iv. 22. Conf. infra, § 19, et 40, 10. Utramque partem in unam composuit Hilarius, cum scribit, "*Assisto orientalium in Seleucia synodo:—prima secessionis in ea deprehendi, ut centum et quinque episcopi homousion, id est, similis essentiæ, prædicarent, et decem et novem anomæusion, id est, dissimilis essentiæ, profiterentur, et soli Ægyptii, præter Alexandrinum hæreticum, homousion constantissime obtinerent,*" Contra Const. 12. col. 572: nam formula Antiochena

homousion omisit, et *Filium* asseruit esse *Patris imaginem*, quæ Semiarianorum fuit doctrina. Ab hoc loco vero Hilarii discimus numerum eorum qui Aetii doctrinam sequebantur, affirmando τὸ ἀνόμιον, nempe novendecim. Quot autem fuerint in synodo Ægyptii præter Georgium non comparet. Diversum quidem ab hoc calculum init Epiphanius, qui quadraginta nomina recenset eorum qui postea subscripserunt formulæ fidei, Hær. lxxiii. 26. Conf. infra ad 40, 17. Eundem vero numerum iterum innuere videtur etiam Fragmentum Hilarii x. 1, ubi mentio fit de *totius synodi legatis episcoporum scilicet numero fere multo amplius centum*: atqui locus valde obscurus est.

151

Cap. 40. Conf. eisdem locos, Athan. De Synod. 12, p. 725. Epiphan. Hæres. lxxiii.

40, 4. τούς τε ἦδη πρότερον καθαιρεθέντας] Semi-Arianos intelligit, quorum dux erat Basilius Ancyranus: quos quidem a synodo Sardicensi depositos legimus, non autem ab aliquo Arianorum conventu, quod sciam. Athanasius autem Basilium Ancyranum et cum eo sentientes, ut ab orthodoxis, verbis potius quam re, discrepantes, purgat in libro de Synodis Arim. et Seleuc. p. 705. edit. Commelin. *W. Lowth.* **READING.**

Veruntamen ipse Acacius a synodo Sardicensi depositus erat, quamobrem hujus synodi decreta certum est illum non respexisse; ut aperte testatur Theodoretus: qui etiam nos edocet Cyrillum Hierosolymitanum hoc loco innui, quem Acacius deposuerat, et quicum nunc considerare recusabat, ἔφασκε δὲ μὴ πρότερον αὐτοῖς κωωνήσειν τῶν βουλευμάτων πρὶν ἔξω γενέσθαι τοῦ συλλόγου τὸν Κύριλλον, ἅτε δὴ τῆς ἀρχιερωσύνης γεγυμνωμένον. ii. 27.

40, 5. ὑπέησαν μὲν οἱ ἐν αἰτιάσει τυγχάνοντες] Contra hæc Theodoretus asserit, Cyrillum noluisse obsequi amicis rogantibus ut a concilio secederet pacis causa; et continuo Acacium exiisse, collocutumque cum Eudoxio, mox una cum eo abiisse Constantinopolim, ibid. Quod fortasse postea evenit: nam Acacius certe interfuit consessui hujus diei, et formulæ fidei subscripsit inter eos quorum nomina exhibet Epiphan. Hær. lxxiii. 26.

40, 9. τοὺς καθηρημένους δὲ ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν εἶχον] Præter Cyrillum hic tangi videtur Hilarius, quem modo dictum est huic synodo adfuisse.

cultas; nam ruina quidem urbis Nicomedie contigit Datiano et Cereale consulibus, anno Christi 358, mense Augusto. Concilium autem Seleucie celebratum est sequenti anno, Eusebio et Hypatio consulibus, mense Septembri. Non igitur uno eodemque anno hæc acciderunt. Quare scribendum videtur τῷ ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ. Aut si vulgatam lectionem retinere quis voluerit, intelligere oportebit concilium episcoporum apud Seleuciam eodem anno celebratum esse, quo Ariminense concilium. VALES.

39, 5. ἐκατὸν ἐξήκοντα] Idem refert Athanas. De Synod. 12. p. 725. Sozomen. iv. 22. Theodoretus vero, ad fuisse centum quinquaginta, ii. 27.

Ibid. Λεωνᾶς] Leonas hic quæstor fuit sacri palatii: Lauricius vero comes Isaurie, ut testatur Ammianus Marcellinus. VALES.

39, 6. Προσετέτακτο παρῆναι καὶ Λαυρκίος] Quia, *his temporibus Isauri, jam per quinque annos quieti, per furta et latrocinia finitimos adflictabant: ad quos sedandos Lauricius, adjecta comitis dignitate, missus est rector; homo civilis prudentiæ: qui minis potius quam acerbitate pleraque correxit, adeo ut eo die provinciam obtinente, nihil accideret, quod animadversione dignum æstimaretur.* Am. Marc. xix. 13, et xiv. 2.

39, 9. συνελθόντων] Huic synodo interfuisse Hilarium refert ¹⁵⁰ Sulpicius: "*Hilarius quartum jam exilii annum in Phrygiis agens, inter reliquos episcopos, per vicarium ac præsidem data evocationis copia, adesse compellitur*" seqq. Hist. Sacr. ii. 42.

39, 18. ἄλλην τε πίστιν ὑπαγορεύειν ἠντίτροντο] Paulo aliter Sozomenus, qui dicit, illos triginta sex, quos ducebant Acaicius et Georgius Alexandrinus, voluisse eam recipere expositionem quæ nuper Sirmii conscripta et Arimini relecta fuerat, reliqui vero, qui major pars erant, eam quæ Antiochie composita erat A. D. 341. Sozomen. iv. 22. Conf. infra, § 19, et 40, 10. Utramque partem in unam composuit Hilarius, cum scribit, "*Assisto orientalium in Seleucia synodo:—prima secessione in̄ ea deprehendi, ut centum et quinque episcopi homœusion, id est, similis essentiæ, prædicarent, et decem et novem anomœusion, id est dissimilis essentiæ, profiterentur, et soli Ægyptii, præter Alexandrinum hæreticum, homœusion constantissime obtinerent,*" Contra Const. 12. col. 572: nam formula Antiochena

homousion omisit, et *Filium* asseruit esse *Patris imaginem*, quæ Semiarianorum fuit doctrina. Ab hoc loco vero Hilarii discimus numerum eorum qui Aetii doctrinam sequebantur, affirmando τὸ ἀνόμιον, nempe novendecim. Quot autem fuerint in synodo Ægyptii præter Georgium non comparet. Diversum quidem ab hoc calculum init Epiphanius, qui quadraginta nomina recenset eorum qui postea subscripserunt formulæ fidei, Hær. lxxiii. 26. Conf. infra ad 40, 17. Eundem vero numerum iterum innuere videtur etiam Fragmentum Hilarii x. 1, ubi mentio fit de *totius synodi legatis episcoporum scilicet numero fere multo amplius centum*: atqui locus valde obsecurus est.

151

Cap. 40. Conf. eisdem locos, Athan. De Synod. 12, p. 725. Epiphan. Hæres. lxxiii.

40, 4. τούς τε ἦδη πρότερον καθαιρεθέντας] Semi-Arianos intelligit, quorum dux erat Basilius Ancyranus: quos quidem a synodo Sardicensi depositos legimus, non autem ab aliquo Arianorum conventu, quod sciam. Athanasius autem Basilium Ancyranum et cum eo sentientes, ut ab orthodoxis, verbis potius quam re, discrepantes, purgat in libro de Synodis Arim. et Seleuc. p. 705. edit. Commelin. *W. Lowth.* **READING.**

Veruntamen ipse Acacius a synodo Sardicensi depositus erat, quamobrem hujus synodi decreta certum est illum non respexisse; ut aperte testatur Theodoretus: qui etiam nos edocet Cyrillum Hierosolymitanum hoc loco innui, quem Acacius deposuerat, et quicum nunc considerare recusabat, ἔφασκε δὲ μὴ πρότερον αὐτοῖς κωινώσῃω τῶν βουλευμάτων πρὶν ἔξω γενέσθαι τοῦ συλλόγου τὸν Κύριλλον, ἅτε δὴ τῆς ἀρχιερωσύνης γεγυμνωμένον. ii. 27.

40, 5. ὑπέξῃσαν μὲν οἱ ἐν αἰτιάσει τυγχάνοντες] Contra hæc Theodoretus asserit, Cyrillum noluisse obsequi amicis rogantibus ut a concilio secederet pacis causa; et continuo Acacium exiisse, collocutumque cum Eudoxio, mox una cum eo abiisse Constantinopolim, ibid. Quod fortasse postea evenit: nam Acacius certe interfuit consessui hujus diei, et formulæ fidei subscripsit inter eos quorum nomina exhibet Epiphan. Hær. lxxiii. 26.

40, 9. τοὺς καθηρημένους δὲ ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν εἶχον] Præter Cyrillum hic tangi videtur Hilarius, quem modo dictum est huic synodo adfuisse.

Ibid. τοὺς παρὰ κανόνα καταστάντας] Incertum qui fuerint illi. Carpi potuit fortasse Macedonius, (conf. ii. 6.) quem cum aliis accusationem timuisse jam dixit Socrates supra, 39, 9. Verum fuerunt multæ privatæ similitates inter Arianorum partis episcopos, sicut testantur Epiphanius. Hæc. lxxiii. 27, Athanasius. De Synod. 12; et difficile est singulas querelas vestigare.

40, 11. *καυνομεῖσθαι ὑπό τινων τὸ ἀνόμοιον*] Nempe ab Eudoxio episcopo Antiochiæ cum Aetio et eorum asseclis, quorum opinio condemnata erat in synodo Ancyræ A. D. 358. Vide quæ dicta sunt supra, ad 37, 1.

40, 12. *Τὸ δὲ ὁμοῖον τοῦ υἱοῦ*] In hoc differunt confessio fidei in synodo Sirmiensi tertia, ann. 357 promulgata, Seleuciensis, de qua hic agitur, et Constantinopolitana eodem anno edita; quod Sirmiensis Filium Patri similem κατὰ πάντα pronunciaverit: vid. supra c. 36. Hæc Seleuciensis Filium Patri similem generalibus verbis secundum scripturas definiverit, anomœos tamen damnarit: Constantinopolitana eadem de similitudine Filii cum Patre, quæ Seleuciensis, affirmabat; anomœos tamen anathemati minime subijciebat; et tam οὐσίαν quam ὑπόστασιν de Deo prædicare vetabat. Porro qualis esset Filii cum Patre similitudo ex sensu Arianorum luculenter exponit Eusebius Nicomediensis, Arianæ factionis signifer, in Epist. ad Paulinum apud Theodoret. lib. i. c. 6. *γεγονὸς, inquit, ὁλοσχερῶς ἕτερον τῇ φύσει καὶ τῇ δυνάμει, πρὸς τελείαν ὁμοίτητα διαθέσεώς τε καὶ δυνάμεως τοῦ πεποιηκότος γενόμενον. Natura et virtute prorsus diversum, ad perfectam tamen similitudinem naturæ virtutisque factoris sui conditum.* W. Lowth. READING.

Ibid. *Ὅς ἐστὶν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ*] Coloss. i. 15. Eadem voce definitum erat in Expositione Antiochena A. D. 341, Filium esse τῆς Θεότητος οὐσίας τε καὶ δυνάμεως καὶ βουλῆς καὶ δόξης τοῦ Πατρὸς ἀπαράλλακτον εἰκόνα, (supra, 10, 11,) sensu tamen multum dissimili quod ad Filii naturam et dignitatem attinet. At vero hinc intelligere possumus quomodo et quare Ariani ex Acacii partibus jam formulam illam Antiochenam proferre cœperint. Contra autem contendit Athanasius, Acacii sententiam revera prorsus illius formulæ definitionibus adversari, sed cum Aetii impietate magis congruere, quam verbo detestabatur. De Synod. 38, p. 753.

40, 17. *τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας*] Post hæc verba, sequuntur apud Epiphanium nomina episcoporum qui huic formulæ sub-

scripserunt, numero circiter quadraginta. Sed ante illas subscriptiones adjectum est quiddam, quod hic meretur adscribi. Sic igitur habet editio Dionysii Petavii: *ὅτι δὲ ταύτη τῇ πίστει ἰσοδυναμεῖ καὶ ἡ ἐν Σιρμιῶν πρώην ἐκτεθεῖσα πίστις, ἐπὶ τῆς εὐσεβείας τοῦ βασιλέως ἡμῶν, γνωρίζουσιν οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ πίστει.* Deinde sequitur aliud caput hoc modo: *ὑπέγραψαν οἱ παρόντες Βασίλειος, Μάρκος καὶ Γεώργιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, Παγκράτιος καὶ Ὑπατιανὸς, καὶ οἱ πλείστοι ἐπίσκοποι τῆς δύσεως.* Sed non dubito quin scribendum sit: *οἱ ἐντυγχάνοντες τῇ πίστει ἢ ὑπέγραψαν, &c.* Id est: *Quod autem cum hac fide prorsus consentiat ea fides, quæ nuper apud Sirmium dictata est coram religiosissimo imperatore nostro, norunt quicumque eam fidem legerint, cui subscripserunt hi qui aderant, Basiliius, Marcus, Georgius episcopus Alexandriae, Pancratius et Hypatianus, et plurimi Occidentis episcopi.* VALES.

40, 28. οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς ἰδίους πατέρας ἠθέτησαν] Obiter ¹⁵³ notandum est, Sozomenum de hac re a Socrate dissensisse. Ille enim formulam fidei Antiochenam omnino cum Nicæna doctrina convenire, præterquam in una voce ὁμοούσιον, existimavit, iii. 5.

40, 30. τὰ ὑπὸ Ἐλευσίου λεχθέντα] Præclarum de Eleusio testimonium perhibet Hilarius, cum eum ex Arianorum grege secernit sic, "*nam absque Eleusio et paucis eum eo, ex majori parte Asiæ decem provinciæ, intra quas consisto, vere Deum nesciunt.*" De Synod. 63, col. 498. Porro Sozomenus refert diotum quoddam ejus quo hic consessus (ait ille) claudebatur, *εἰ, ἔφη (Eleusius), Βασίλειος ἢ Μάρκος καθ' ἑαυτοὺς τινὰ πεπράχασιν, ἢ ἰδίᾳ παρὰ τινῶν ἀλλήλοις ἐγκαλοῦσιν αὐτοὶ τε καὶ οἱ περὶ Ἀκάκιον, οὐδὲν τῇ συνόδῳ διαφέρει, οὐδὲ πότερον καλῶς ἢ ἄλλως ἔχει ἢ ἐκτεθεῖσα πίστις παρ' αὐτῶν, πολυπραγμονεῖν ἀναγκαῖον τῇ μέντοι παρὰ τῶν παλαιωτέρων ἐνευήκοντα καὶ ἐπὶ ἱερῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ κυρωθεῖση χρῆναι ἔπεσθαι παρὰ ταῦτα δὲ εἴ τις εἰσηγοῖτο ἀλλοτρῶν εἶναι εὐσεβείας καὶ τῆς ἐκκλησίας.* iv. 22.

40, 37. οὐδὲ αὐτοὶ ἀπαντῆσαι ἠθέλησαν] Sozomenus dicit eos ¹⁵⁴ convenisse potius in domo Leonæ; ibi enim deprehensi sunt ab illis quos major pars synodi ad Leonam legatos miserat. iv. 22.

40, 39. διὰ τί μὲν, οὐκ ἔχω φράσαι] Magnam exercuit litem Cyrillus cum Acacio Cæsariensi de jure metropolitano, quod

Cyrillus ecclesie suæ veluti sedi apostolicæ asserere voluit, reclamante quidem consuetudine, et ipsius Nicænzæ synodi canone septimo. Sæpius ideo in iudicium vocatus non comparuit: inde ab Acacio et synodo Palæstina depositus, præterito quidem alio crimine, quod grassante fame in pauperum usus thesauros ecclesie vendiderat, et in his sacram stolam aureis filis contextam, a Constantino M. huic ecclesie donatam. Ab iniqua Acacii sententia provocavit Cyrillus ad majus iudicium, adstipulante ipso imperatore Constantio. Anno 359, in synodo Seleuciensi Acacio superior fuit; sed in conciliabulo paulo post Constantinopoli habito, incrustatis prioribus calumniis, novisque additis, Acacius illum iterum deposuit. *Guil. Cave in Cyrillo Hierosol.* **READING.**

40, 39. πολλάκις ἐπὶ τὸ κριθῆναι καλούμενος] Juxta Canonem Apostolicum 74, qui sic statuit: ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπὶ τιμὴ παρὰ ἀξιοπιστῶν ἀνθρώπων— *Episcopum a viris fide dignis ob aliquid accusatum, ipsum ab episcopis vocari necesse est. Et si se quidem stiterit, et confessus vel convictus fuerit, statuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, secundo etiam vocetur, missis ad ipsum episcopis duobus. Si autem etiam sic non obdierit, vocetur et tertio, duobus ad eum rursus missis episcopis. Si autem vel sic aspernans contumax se non stiterit, synodus ea quæ videntur adversus eum pronunciet, ne lucrifacere videatur dum iudicium subterfugit.* **READING.**

40, 41. Τοῦτο μὲν οὖν μόνος καὶ πρῶτος] Immo diu ante Cyrillum Donatistæ a iudicio Arelatensis concilii provocaverant. Sic enim Constantinus imperator in epistola sua de iisdem loquitur: *o rabida furoris audacia! Sicut in causis Gentilium solet, appellationem interposuerunt.* **VALES.**

40, 43. Θεόδουλον Χαμετάπων] Hic cum episcopatu Chære- 155
tapensi exutus fuisset in concilio Seleuciæ celebrato, postea ab Eunomianis episcopus Palæstinæ est ordinatus, ut tradit idem Philostorgius. De Leontio Tripolitano multa habes apud Philostorgium. **VALES.** Vide Philostorg. vii. 6.

40, 44. καθέλιον δὲ καὶ Πατρόφιλον] In ejus locum substitutus est Philippus quidam presbyter Scythopolitanus, ut testatur Epiphanius in hæresi Semiarianorum. **VALES.**

40, 47. διαμαρτυρίας] Sic vocant Græci libellos contestationis seu protestationis, qui apud acta deponi solebant. **Ex-**

emplum hujusmodi libellorum habemus ad calcem epistolæ Athanasii ad solitarios. Ceterum duos contestationis libellos a concilio oblatos puto; alterum Leonæ comiti; alterum Lauricio præsidi Isauriæ. VALES.

Cap. 41. Conf. Soozemn. iv. 23. Theodoret. ii. 27. 28. Philostorg. iv. 11, 12; v. 1. Sulpic. ii. 45. Cassiod. v. 35. Niceph. ix. 44.

41, 1. *Ἐνωράτου ὄνομα*] De hoc ita scriptum est in veteribus Fastis, quos sub Idatii nomine edidit Jacobus Sismondus: *Eusebio et Hypatio. His consulibus primum processit Constantinopoli præfectus urbis, nomine Honoratus, die tertio Idus Decembris.* Quæ in Chronico Alexandrino Græce translata leguntur in hunc modum: *καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐν πρώτοις προήλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑπαρχος Ῥώμης ὀνόματι Ἐνωράτος πρὸ εἰδῶν Σεπτεμβρίων.* Ubi duplicem errorem notabit studiosus lector. Primum, quod ἐν πρώτοις dixit auctor hujus chronici, cum πρώτον dicere debuisset. Alterum, quod Septembrem posuit pro Decembri. VALES.

Ibid. *τὴν ἀνθυπάτων πάσας ἀρχήν*] Antequam Constantius imperator præfectum urbis instituisset Constantinopoli, Europa provincia, cujus caput tunc erat Cpolis a proconsule regebatur, ut hoc loco testatur Socrates. De hoc proconsule loquitur Athanasius in Apologetico de fuga sua, non procul ab initio, ubi ait imperatorem Constantium scripasisse literas ad Donatum proconsulem contra Olympium episcopum Thraciæ. In epistola quoque imperatoris Constantii, quam scripsit ad senatum et populum Constantinopolitanum de laudibus Themistii, mentio fit hujus proconsulis. Sic enim scribitur ad calcem epistolæ: *Oblata est epistola pro Themistio clarissimo philosopho, lectaque in senatu Kalend. Septemb. Coss. Arbetione et Lolliano. Legit autem Justinus clariss. Proconsul.* Sed et in Menologio Græcorum, die undecimo mensis Julii, mentio fit Prisci cujusdam proconsulis Europæ in Thracia, temporibus Diocletiani. VALES.

41, 2. *αὐτοῖς*] Nempe episcopus qui Anianum ordinaverant, quos Socrates modo dixit Constantinopolim ad imperatorem perrexisse.

Ibid. *διδάξαντες μὴ δέχασθαι*] Hunc locum Musculus ita 156 vertit; *Acaciani vero illos prævenerant, et coram imperatore accusaverant, illumque de eo instruerant, quod fides ab illis ex-*

Cyrillus ecclesie suæ veluti sedi apostolicæ asserere voluit, reclamante quidem consuetudine, et ipsius Nicænzæ synodi canone septimo. Sæpius ideo in iudicium vocatus non comparuit: inde ab Acacio et synodo Palæstina depositus, præterito quidem alio crimine, quod grassante fame in pauperum usus thesauros ecclesie vendiderat, et in his sacram stolam aureis filis contextam, a Constantino M. huic ecclesie donatam. Ab iniqua Acacii sententia provocavit Cyrillus ad majus iudicium, adstipulante ipso imperatore Constantio. Anno 359, in synodo Seleuciensi Acacio superior fuit; sed in conciliabulo paulo post Constantinopoli habito, incrustatis prioribus calumniis, novisque additis, Acacius illum iterum deposuit. *Guil. Cave in Cyrillo Hierosol.* **READING.**

40, 39. πολλάκις ἐπὶ τὸ κριθῆναι καλούμενος] Juxta Canonem Apostolicum 74, qui sic statuit: ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπὶ τινὶ παρὰ ἀξιοπιστῶν ἀνθρώπων— *Episcopum a viris fide dignis ob aliquid accusatum, ipsum ab episcopis vocari necesse est. Et si se quidem stiterit, et confessus vel convictus fuerit, statuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, secundo etiam vocetur, missis ad ipsum episcopis duobus. Si autem etiam sic non obediit, vocetur et tertio, duobus ad eum rursus missis episcopis. Si autem vel sic aspernans contumax se non stiterit, synodus ea quæ videntur adversus eum pronunciet, ne lucrifacere videatur dum iudicium subterfugit.* **READING.**

40, 41. Τοῦτο μὲν οὖν μόνος καὶ πρῶτος] Immo diu ante Cyrillum Donatistæ a iudicio Arelatensis concilii provocaverant. Sic enim Constantinus imperator in epistola sua de iisdem loquitur: *o rabida furoris audacia! Sicut in causis Gentilium solet, appellationem interposuerunt.* **VALES.**

40, 43. Θεόδουλον Χαιρετάπων] Hic cum episcopatu Chære- 155 tapensi exutus fuisset in concilio Seleuciæ celebrato, postea ab Eunomianis episcopus Palæstinæ est ordinatus, ut tradit idem Philostorgius. De Leontio Tripolitano multa habes apud Philostorgium. **VALES.** Vide Philostorg. vii. 6.

40, 44. καθέϊλον δὲ καὶ Πατρόφιλον] In ejus locum substitutus est Philippus quidam presbyter Scythopolitanus, ut testatur Epiphanius in hæresi Semiarianorum. **VALES.**

40, 47. διαμαρτυρίας] Sic vocant Græci libellos contestationis seu protestationis, qui apud acta deponi solebant. **Ex-**

emplum hujusmodi libellorum habemus ad calcem epistolæ Athanasii ad solitarios. Ceterum duos contestationis libellos a concilio oblatos puto; alterum Leonæ comiti; alterum Lauricio præsi Isauriæ. VALES.

Cap. 41. Conf. Soozemn. iv. 23. Theodoret. ii. 27. 28. Philostorg. iv. 11, 12; v. 1. Sulpic. ii. 45. Cassiod. v. 35. Niceph. ix. 44.

41, 1. Ὀνωράτου ὄνομα] De hoc ita scriptum est in veteribus Fastis, quos sub Idatii nomine edidit Jacobus Sismondus: *Eusebio et Hypatio. His consulibus primum processit Constantinopoli præfectus urbis, nomine Honoratus, die tertio Idus Decembris.* Quæ in Chronico Alexandrino Græcæ translata leguntur in hunc modum: καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐν πρώτοις προῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑπαρχὸς Ῥώμης ὀνόματι Ὀνωράτος πρὸ εἰδῶν Σεπτεμβρίων. Ubi duplicem errorem notabit studiosus lector. Primum, quod ἐν πρώτοις dixit auctor hujus chronici, cum πρώτον dicere debuisset. Alterum, quod Septembrem posuit pro Decembri. VALES.

Ibid. τὴν ἀνθυπάτων πάσας ἀρχὴν] Antequam Constantius imperator præfectum urbis instituisset Constantinopoli, Europa provincia, cujus caput tunc erat Opolis a proconsule regebatur, ut hoc loco testatur Socrates. De hoc proconsule loquitur Athanasius in Apologetico de fuga sua, non procul ab initio, ubi ait imperatorem Constantium scripsisse literas ad Donatum proconsulem contra Olympium episcopum Thraciæ. In epistola quoque imperatoris Constantii, quam scripsit ad senatum et populum Constantinopolitanum de laudibus Themistii, mentio fit hujus proconsulis. Sic enim scribitur ad calcem epistolæ: *Oblata est epistola pro Themistio clarissimo philosopho, lectaque in senatu Kalend. Septemb. Coss. Arbetione et Lolliano. Legit autem Justinus clariss. Proconsul.* Sed et in Menologio Græcorum, die undecimo mensis Julii, mentio fit Prisoï cujusdam proconsulis Europæ in Thracia, temporibus Diocletiani. VALES.

41, 2. αὐτούς] Nempe episcopos qui Anianum ordinaverant, quos Socrates modo dixit Constantinopolim ad imperatorem perrexisse.

Ibid. διδάξαντες μὴ δέχσθαι] Hunc locum Musculus ita 156 vertit; *Acaciani vero illos prævenerant, et coram imperatore accusaverant, illumque de eo instruxerant, quod fides ab illis ex-*

posita recipienda non esset. Eundem sensum in interpretatione sua secutus est Christophorsonus. Potest tamen hic locus aliter verti, in hunc scilicet modum; *Acaciani vero cum illos prævenissent, calumniati sunt apud principem, docentes non admitti ab illis fidem quam ipsi exposuissent.* Id est fidei formulam quæ præfixos habebat consules. VALES.

Certe quidem Socrates δέχεσθαι sensu passivo accipit, quemadmodum hic Valesius vertit, infra, *πυθόμενος μὴ δέχεσθαι ὑπὸ Εὐσεβίου τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ*, iii. 9. Posset tamen hic locus etiam aliter verti, sic, *cum docerent eum, (episcopus) illos non recipere fidem a se editam.*

41, 4. *Λειτουργίας ὑποκείμενοι*] Clerum penitus immunem esse decreverat Constantinus: *ὅσπερ κληρικοὺς ἐπονομάζειν εἰσθᾶσιν ἀπὸ πάντων ἀπαξπλῶς τῶν λειτουργιῶν βούλομαι ἀλειτουρηγῆτους διαφυλαχθῆναι*, seqq. Euseb. H. E. x. 7.

Ibid. οἱ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τάξεων] *Supple λειτουργίας ὑποκείμενοι.* Quod cum non animadvertissent interpretes, totum hunc locum perperam acceperunt. Quid essent *τάξεις*, jam pridem monui in annotationibus ad Ammianum Marcellinum: corpora scilicet officialium sive apparitorum, qui præsidibus et provinciarum rectoribus apparebant. Horum munus erat tributa a provincialibus exigere, et sententias præsidum executioni mandare. Porro quemadmodum ii qui armatæ militiæ nomen dederant, sacramento militari adstricti tenebantur, nec plenam habebant libertatem, sed quadam servitute nexi erant, donec missionem consecuti essent, ut docet Suidas in *βερεράνος*: sic officiales isti qui urbanam militiam sequebantur, erant quasi conditionales, et militiæ suæ functionibus obnoxii: eorumque prædia, perinde ac decurionum, oneribus illis tenebantur obstricta, ut patet ex codice Theodosiano. VALES.

41, 5. *συνέδριον ἔτερον πεποιήκασι*] Mense Decembri anni 359 inchoata est hæc synodus iii Constantinopolitana, et in sequentem annum continuata. Erant duæ in hac synodo factiones; Semi-Arianorum una, qui Filium Patri *ὁμοιούσιον*: Aetianorum altera, qui Filium *ετερούσιον* esse contendebant. Vicit Semi-Arianorum pars. Inde Aëtius mox exsilio multatus: damnatum ejus dogma: denique fidei formula synodo Ariminensi oblata, confirmatur paucis additis, nempe ut neque

substantia, neque *hypostasis* de Deo diceretur. Exstat Epistola synodalis ad Georgium Alexandriæ episcopum de damnatione Aëtii ejus diaconi, Theod. Hist. lib. ii. cap. 28. Concil. tom. ii. p. 805. confer Sozom. lib. iv. c. 24. *Guil. Cave* vol. ii. p. 119. *Ant. Pagi ad ann.* 359. **READING.**

41, 6. τὸν ἀριθμὸν πενήκοντα] In Chronico Alexandrino septuaginta duo episcopi synodo Constantinopolitanæ interfuisse dicuntur, anno Christi 360. **VALES.**

Chronicon illud nominat quinquaginta quatuor episcopos ex illis septuaginta duobus, a quibus in synodo præsentibus refert Eudoxium inauguratum esse. Veruntamen numerus aliter ab aliis traditur. Theodoretus dicit imperatorem suasu quorundam aulicorum hominum, decem tantum episcopos primo ad deliberandum convocasse, ii. 27. Sozomenus narrat, venisse decem legatos a synodo Seleuciæ, sicut antea mandatum erat, Constantinopolim, ubi jamdudum aderant decem alii ab Ariminensi synodo miseri: his additi sunt, ait ille, episcopi alii qui tum forte Constantinopoli versabantur: a quibus in unum collectis habita est quæstio primo de Aetio, tum autem disputatum est de fide. Factio vero Acacii, cum aliquamdiu Constantinopoli commorati essent, convocatis e Bithynia episcopis quibusdam, coierunt in synodo ad numerum quinquaginta, ubi formulam fidei affirmarunt, et Aetium, mox autem Macedonium, Eustathium, et alios deposuerunt. Sozomen. iv. 23, 24. Philostorgius refert imperatorem multos episcopos Constantinopolim convocasse, iv. 12, et convenisse quidem plurimos, non addito tamen numero. Sæpius hujus synodi in qua Eustathius condemnatus est meminit Basilius Cæsareensis: quod vero in uno loco de ea legitur correctione eget; pro, οἱ γὰρ πεντακοσίων ἐπισκόπων δόγματι κατ' αὐτῶν ἐξευχεθέντι μὴ εἰζάντες, rescribendum est, οἱ γὰρ πενήκοντα ἐπισκόπων. Nam ad hanc synodum respicit Basilius: nusquam autem, neque Constantinopoli neque alio quoquam loco, legimus talem synodum quingentorum episcoporum tunc temporis convenisse; vid. Basil. Epist. ccxlv. 6.

41, 7. τινὰ αὐτῇ προστεθείκασιν ῥήματα] Qualis mutatio facta fuerit narrat Athanasius his verbis, Ταῦτα γράψαντες ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ, ἀνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινούπολι, ὥσπερ μεταγρόν-

τες, ἤλλαξαν συνήθως ταῦτα, καὶ προσθέντες λεξεῖδιά τινα, ὥστε μηδὲ ὑπόστασιν λέγειν ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, διεπέμψαντο αὐτὰ τοῖς ἐν Ἀρμίνῳ, καὶ ἠνάγκαζον τοὺς ἐν τοῖς μέρεσι τούτοις ὑπογράφειν. De Synod. 30, p. 747.

41, 8. Πιστεύομεν] Hæc formula fidei, quam Athanasius modo citatus dicit Ariminum missam fuisse, prorsus eadem est cum illa quam Theodoretus edidit, quam refert Nicæe conscriptam fuisse (ii. 21.), quæ etiam in margine textus nostri, ubicunque a textu nostro discrepet, adscripta est. Si duæ istæ formulæ inter se conferantur videntur verbis tantum diversæ esse, sensu vero ubique convenire, præterquam in uno loco, ubi hæc, καὶ καθίσας ἐν δεξίᾳ τοῦ πατρὸς, ἐκεῖθεν δὲ ἐρχόμενος κρῖναι (ῶντας καὶ νεκρούς, in textum Nicensis formulæ, tanquam ex abundanti, irrepsisse videntur: dissimilitudo in ceteris ejusmodi est quæ facile provenire posset ex uno eodemque scripto bis e Latino in Græcum converso: quod factum fuisse versimile est. Possumus igitur conjicere, formulam hanc primo Nicæe conscriptam tum Ariminum missam esse, (sicut testatur Hilarius Fragm. viii. 7. col. 690. conf. quæ diota sunt supra, ad 37, 88,) unde remissa est iterum Constanti-nopolim (conf. infra iv. 12, 13,) ad Constantium, et, cum illuc advenissent legati e synodo Seleuciensi, proposita illis est, tanquam fides synodi Ariminensis, cui consentirent et subscriberent: postea vero, cum hoc peractum esset ultima nocte A.D. 359, (Sozom. iv. 23,) rursum ista formula jussu Constantii ad Ariminum delata est, ab omnibus proinde recipienda quoniam esset catholica fides in quam consensissent et Oriens et Occidens. Ejusdem meminit Basilius, nempe, τῆς πίστεως τῆς ἐπὶ τῶν περὶ Γεώργιον ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κομισθείσης, cui dolet subscripsisse Dianium, licet pacis causa id fecerit, non ut quidquam de Nicæense definitionis auctoritate derogaret. Basil. Epist. li. 2.

41, 11. εἰς τὰ καταχθόνια] Hic et sepultura et descensus ad inferos distincte prædicantur. **READING.**

Ibid. ὁ ἄδης ἐπηξεν] Conf. supra, ad 37, 20.

157

41, 16. πᾶναι δὲ αἰρέσεις] Hanc definitionem in illa formula fidei quæ Nicæe conscripta est inclusam fuisse testatur, non tantum exemplar ejus quod exhibet Theodoretus, verum etiam

Hilarius, cum scribat, *Ubi igitur vestra professio apud Nicæam Thraciæ, qua dixistis omnes hæreses damnatas esse?* Fragm. x. 4. col. 697.

41, 22. Τελευτά (δέ) Decimam hanc fidei formulam numerat Athanasius, De Synod. 30, p. 747 : nam omisit Socrates eam quam Theophronius episcopus Tyanæ dictavit Antiochiæ, quam Athanasius edidit ibid. 24, p. 737. Porro Athanasius etiam undecimam his accenset, quæ post paulum a quibusdam Antiochiæ conficta est A.D. 361, ib. 31, p. 747 : eam tamen haud a synodo receptam aut publicatam esse affirmat Socrates infra, 45, 14.

41, 23. τσαῦτα μὲν περὶ τούτων εἰρήσθω] Hieronymus de his rebus inquit, *Synodus apud Ariminum et Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua patrum fides decem primo legatorum, dehinc omnium proditione damnata est* : quibus paulo infra subdit, *omnes pæne toto orbe ecclesiæ, sub nomine pacis et regis, Ariæ-norum consortio polluantur.* Chronic. A.D. 360.

Cap. 42. Conf. Sozomen. iv. 24, 25. Philostorg. v. 1. Sulpic. ii. 45. Cassiod. v. 38. Niceph. ix. 45.

42, 1. περὶ τὸ ἀντικαθαρεῖν καὶ αὐτοὶ τινὰς] Hæc gesta sunt A.D. 360. Nam Sozomenus, postquam dixerat legatos synodi Seleuciensis post longam disputationem eo adactos esse ut subscriberent formulæ fidei Ariminensi, sera nocte d. Dec. 31. A.D. 359, tum pergit continuo Acacianorum acta narrare. Et Chronicon Paschale refert Eudoxium in Macedonii locum suffectum fuisse Januarii d. 27. A.D. 360. De Aetio nihil hic habet Socrates : constat tamen eum damnatum esse, imprimis a conventu quodam cui auctor fuit imperator, mox, ope Acacii, in synodo quoque episcoporum, atque privatum diaconatu suo. Sozomen. iv. 23. 24. Philostorg. iv. 12. Quod si recte Chronicon Paschale nomina recenseat episcoporum qui Macedonium deposuerunt, colligitur Aetium posterius a synodo damnatum esse. Nam in Chronico scripta sunt nomina hæc inter episcopos, Serras, Heliodorus, Stephanus, Theophilus : qui omnes, cum damnationi Aetii subscribere nollent, ab eadem synodo a communicatione sex menses suspensi sunt nisi consentirent : nec profecto restituti sunt antequam Euzoius eos absolverit, sicut narrat Philostorgius vii. 6. Vid. Theodoret ii. 28. Si igitur illi in conoilio considerent quando Macedonius judicaretur, excom-

municati vero fuerint quia Aetium damnare recusarent, sequitur, Macedonium antea depositum esse quam sententia in Aetium lata sit. Tum quoque si hæc vera sint, fieri potest ut Gregorius Alexandrinus, cujus nomen Chronicon ibidem ferre videtur, condemnationi Macedonii interfuerit, mox autem a Constantinopoli discesserit, antequam de Aetio quaereretur a synodo: nam ad eum scripta est epistola synodica de Aetii condemnatione, quam Theodoretus habet: absurdum vero foret hoc, si ille eo ipso tempore synodo adesset Constantinopoli.

42, 5. *Βασιλειον δὲ τὸν καὶ Βασιλιᾶν*] In locum Basilii mox 158 substitutus est ab iisdem Acacianis Athanasius, cujus meminit Socrates infra, iii. 25, 17, ubi ille synodo Antiochenæ subscripsit. Vid. Sozomen. iv. 25. Philostorg. v. 1.

42, 6. *τῆς Μακεδονίας*] Satala oppidum fuit Armeniæ, cujus crebra occurrit mentio apud veteres. In Macedonia vero, nulla hujus nominis civitas ab antiquis memorata invenitur. Quare Ἀρμενίας hic scribendum puto, pro Μακεδονίας. Satala, episcopatus Lyciæ [Lydiæ] memoratur in parte tertia Synodi Chalced. p. 390. [Mans. t. vii. col. 573.] VALES. Conf. Le Quien Orient. Christ. t. i. col. 431.

Ibid. *καὶ τῶν Ἱεροσολύμων Κύριλλον*] Jamdudum ab Acacio depositus erat Cyrillus, ut supra dictum est ad 40, 4 et 5. Causas inimicitiae eorum memorant Theodoretus et Sozomenus, nempe quia de primatu inter se concertaverint. Sozomenus ait de Cyrillo, *ἐπειδὴ ἐπετράπη τὴν Ἱεροσολύμων ἐπισκοπὴν περὶ μητροπολιτικῶν δικαίων διεφέρετο πρὸς Ἀκάκιον τὸν Καισαρείας, ὡς ἀποστολικῷ θρόνῳ ἡγούμενος*. iv. 25. Hinc ortæ sunt mutuae accusationes, nam uterque aliquando de fide suspectus fuit. Acacius vero ante synodum Seleuciensem levi aliqua de causa, (*μικράς τινας εὐρῶν ἀφορμὰς*, ait Theodoretus ii. 27,) Cyrillum e sede sua ejecerat: quæ quidem causa eadem ipsa fuisse videtur qua postea in synodo hac Constantinopolitana exprobratus est Cyrillus, nempe quod vestem pretiosam, qua ecclesiam Hierosolymæ olim donaverat Constantinus, vendidisset: quod quidem ille fecerat ut pauperum inopiæ subveniret cum fame regio ea laboraret. Sozom. iv. 25. Theodoret. ii. 27. Conf. Le Quien. Or. Christ. t. iii. col. 157.

Ibid. *ἄλλους δὲ ἄλλας αἰτίας*] His Sozomenus addit inter depositos Heortasium episc. Sardium; et plenius quam So-

crates quorundam crimina exponit. Jam autem dictum est, sententiam latam quoque esse in Serram, Stephanum, Heliodorum, et Theophilum: hi Libyæ episcopi erant, qui cum nollent aut formulæ Ariminensi aut Aetii condemnationi consentire, ab hac synodi damnati sunt. Philostorg. vii. 6; viii. 2. Theophilus vero et Serras a Constantio postea relegati sunt ibid. v. 4.

Præterea tunc Constantinopoli aderat Hilarius, a Seleucia legatos secutus, nullis certis de se mandatis opperiens imperatoris voluntatem, si forsitan redire ad exilium juberetur. Is ubi extremum fidei periculum animadverteret, occidentalibus deceptis orientales per scelus vinci: tribus libellis publice datis audientiam regis poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. Id vero Arriani maximopere abnuere. Postremo quasi discordiæ seminarium et perturbator Orientis, redire ad Gallias jubetur, absque oculi indulgentia. Sulpic. ii. 45.

Cap. 43. Conf. Sozomen. iv. 24. 25. 26. Cassiod. v. 39. Niceph. ix. 45. 46.

43, 2. ἐν Γάγγραις] Hanc synodum, post Nicænam, sive primam generalem, habitam fuisse, præter Balsamonem et Zonaram, alii etiam diserte testati sunt. Et quidem Baronius ad ann. 361, et ex eo Binius, eam Constantini M. et Sylvestri papæ temporibus habitam fuisse contendunt, ex eo quod Hosius episcopus Cordubensis ei interfuisse dicatur; nimirum in inscriptione epistolæ ab hac synodo ad Armenos conscriptæ, quæ sic se habere creditur: *Domini honorabilibus consacerdotibus in Armenia constitutis coepiscopi, Eusebius, Hypatius, Eulalius, Gregorius, Ælianus, Bithynicus, Olympius, Bassianus, Basilius, Philetus, Heraclius, Pappus, Eugenius, Hosius Cordubensis*, seqq. Sed in Græca ipsa inscriptione, cui hanc Binius tanquam Latinam ejus versionem apposuit, nulla fit omnino Hosii Cordubensis mentio. Quinetiam nec a vetere Latino interprete, nec ab alio quovis canonum horum editore Hosius iste inter episcopos hac synodo congregatos commemoratur. *Guil. Beveregius annot. in Can. Conc. Gangrensis*; ubi se necesse fatetur quo anno hæc synodus celebrata fuerit. Quoniam autem Sozom. lib. iv. cap. 24. innuere videtur, hanc Antiochena fuisse priorem, gravi parachronismo, ut videtur, vir cl. intelligit Antiochenam illam synodum, in *Encæniis* vulgo dic-

tam, annoque 341 habitam. Cæterum cum Socrates hic diserte asserit, concilium Gangrense Eustathii causa coiisse post modo memoratum illud Constantinopoli anno 360 habitum, cumque modicis intervallis occurrit unum et alterum Antiochiæ congregatum, quid dubitemus affirmare synodum hanc Gangrensem anno circiter 361, aut 362 fuisse celebratam? Certe Athanasius, libro de Synodis, p. 747, tradit, Semi-Arianos Constantinopoli Antiochiam profectos, aliam fidei formulam edidisse; adeo ut non sit opus recurrere ad illud in *Encæniis* Antiochiæ concilium. Quod vero Antonius Pagi synodum hanc Gangris convenisse statuit ante annum 358, id facit ut Hosius interesse posset, qui eo anno in Hispaniam reversus est: Hosium autem illic non comparuisse supra ex Beveregio ostensum est. **READING.** Conf. infra, ad §. 7.

43, 2. κατὰ Καισάρειαν] Pro Cæsarea, Sozomenus Neocæsaream dicit. VALES.

Quæ de Eustathio Sozomenus narrat hæc sunt; eum presbyterum primo a suo patre Eulalio episcopo Cæsareæ Cappadociæ a communione suspensum esse, tum a synodo Cæsareæ Ponticæ excommunicatum, mox ab Eusebio Constantinopolitano depositum, (ab episcopatu ut videtur,) tum a synodo Gangris episcopatu privatum, in synodo vero Antiochena perjurii convictum, præterea conatum esse decreta synodi Melitenensis evertere, et cum ipse multimodis reus esset, aliis hæresim exprobrasse et voluisse iudicem agere: hæc inter causas fuisse, inquit Sozomenus, cur a synodo Constantinopolitana damnatus fuerit. Aliter quidem rem refert Basilius in Epistola cclxiii. 3. Verum in hoc cum Sozomeno convenit, quod Eustathium in Melitena, (nempe a synodo,) jam depositum fuisse dicat.

43, 3. καὶ τὰς ἐκκλησίας ἐκτρεπομένους] Non probo versionem 159 Museuli et Christophorsoni, qui hunc locum ita verterunt: *Et illis qui ecclesias aversabantur, domi communicare persuaserat.* Ego vero hæc cum prioribus connectenda esse censeo. Non enim dixit Socrates καὶ τοὺς τὰς ἐκκλησίας ἐκτρεπομένους, ut hæc intelligantur de omnibus iis qui aversabantur ecclesias. Jun-genda sunt igitur cum superioribus et capienda de illis qui Eustathii suasu, sese ab uxorum consortio separaverant. His suadebat Eustathius, ut ecclesiarum consortia refugerent, nec

cum reliquis fidelibus communicarent, sed tanquam puri atque integri, seorsum domi sacra mysteria participarent. De hoc Eustathio vide quæ scribit Epiphanius in hæresi Aëtianorum [Aërianorum Ixxv.] et Basilius in Epistolis [ccxxvi. ccxlii. coli. cclxiii.] VALES.

43, 6. Καὶ ἄλλα πλείστα παραπλήσια] Eustathii crimina, similia his quæ Socrates narrat, recensentur in epistola quæ fertur synodi Gangrensis, edita in Bevereg. Synodic. vol. i. p. 416. et Mansi Concil. vol. ii. col. 1096.

43, 7. Ταῦτα μὲν οὖν ὑστερον] Non assentior Socrati, qui synodum Gangrensem, in qua damnatus est Eustathius, recentiorem facit Seleuciensi et Constantinopolitana synodo. Rectius Sozomenus in lib. iv. c. 24 Gangrensem synodum vetustiore facit Antiochensi concilio, quod in Encæniis celebratum est anno Christi 341. Baronius quidem in Annalibus Ecclesiasticis, ad annum Christi 361, Gangrensem synodum confert in tempora Constantini magni. Sed refellit eum Socrates atque Sozomenus. Nam Socrates quidem recentiorem illam facit Seleuciensi et Constantinopolitana synodo. Sozomenus vero eam collocat post depositionem Eustathii, factam ab Eusebio Constantinopolitano episcopo. Atqui Eusebius Constantinopolitanam sedem invasit principatu Constantii, ut inter omnes constat. Denique Basilius in epistola 74, quam scripsit ad occidentales contra Eustathium Sebastenum, Gangrensis concilii nullam mentionem facit. Ex quo manifeste colligitur, tunc cum Basilius eam epistolam conscriberet, scripsit autem sub Valente, nondum celebratum fuisse Gangrense concilium in quo damnatus est Eustathius. Dicit fortasse aliquis id quod a Baronio dictum est. Eustathium illum qui in Gangrensi synodo condemnatus est, diversum esse ab Eustathio Sebasteno. Verum hoc gratis dicitur, nec ullius auctoris testimonio nititur. VALES.

Incompertum sibi esse annum synodi Gangrensis fatetur Beveregius in suis Annot. ad eam synodum, Synodic. vol. ii. Quod vero Valesius ait, habitam eam fuisse post tempus quo Basilius Epistolam ad occidentales scripsit, quia nulla ejus mentio ibi a Basilio facta sit, invalidum est. Alia enim hujus silentii causa esse potuit, nempe quia synodus ea non ex orthodoxis constiterit. Quod quidem diserte testatur Grego-

rius Bar Hebræus, sic, *Arianis inquam, qui Antiochiæ canones 25, et Macedonianis qui Gangræ 20, seqq. Asseman. Biblioth. Orient. tom.ii. p. 302.* Huic vero si fidem habeamus, lucratur id quoque, quod inde colligamus habitam fuisse synodum postquam secta Macedonianorum nota esse cœpisset

43, 7. ἐνθρονισάντων αὐτῶν] Inauguratus est ab eadem synodo quæ Macedonium deposuerat, d. 27 mensis Audynæi, sive Januarii. Chron. Pasch. Conf. Fast. Roman.

43, 8. δεύτερον τότε ποιούμενον τὴν μετάβασιν] Prius enim a Germanicea ad Antiochiam translatus erat: supra, 37, 7.

43, 9. εἰς τὴν Ἀρίμινον] Hunc locum ita vertit Epiphanius Scholasticus: *Quo facto lectam fidem Arimini cum augmento, quod ipsi in Constantinopolitana urbe adjecerant, undiquaque miserunt.* Eundem sensum secutus est in versione sua Christophoræus. Ego vero hæc verba εἰς τὴν Ἀρίμινον, referenda esse censeo ad id quod sequitur ἐξαπέστειλαν. Idque diserte confirmat Athanasius in libro de Synodis, p. 905. [30, p. 746.] ταῦτα γράψαντες ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ, ἀνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ὥσπερ μεταγόντες, ἤλλαξαν συνήθως ταῦτα, καὶ προσθέντες λεξελιά τινα, ὥστε μὴδὲ ὑπόστασιν λέγειν ἐπὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, διεπέμφαντο αὐτὰ τοῖς ἐν Ἀριμίνῳ, quem Athanasii locum describere hic videtur Socrates. VALES. Conf. quæ dicta sunt supra, ad 41, 7, 8.

43, 10. ἡ μεγάλη ἐκκλησία ὀνομαζομένη Σοφία ἐνεκαυλοσθη] De 160 hujus ecclesiæ dedicatione ita scriptum est in Fastis Idatii: *Constantio decimo et Juliano tertio. His Coss. dedicatum est Constantinopoli dominicum, die xv Kal. Martias.* Cedrenus in Chronico ait, hanc secundam fuisse dedicationem hujus ecclesiæ. Primum enim dedicatam fuisse dicit ab Eusebio episcopo Constantinopoleos. Sed cum postea corruisset, denuo instauratam a Constantio Augusto, et ab Eudoxio consecratam. Vide omnino Chronicum Alexandrinum, in quo multa habentur de hac dedicatione non vulgaria. VALES.

In Chronico Alexandrino, sub consulibus anni 360, legitur: *Hoc anno, mense Peritio (seu 15 Februarii) magna ecclesia Constantinopolitana dedicata est. Macedonius episcopus Constantinopolitanus propter multa ipsius propria crimina exauctoratus est, et in locum ejus subrogatus Eudoxius mense Audynæo (seu Jan. 27) præsentibus episcopis lxxii. Paulo post: In ea synodo epi-*

scoporum non post multos dies ab inauguratione Eudoxii episcopi Constantinopoleos, encœnia magna ecclesiæ ejusdem urbis celebrata sunt anno trigesimo quarto plus minus, quam fundamenta Constantinus Victor Augustus jecerat. Acta sunt encœnia etiam his Coss. xvi Kal. Martias, qui dies mensis Peritii (seu Februarii) 14. Ad ea encœnia imperator Constantius Augustus vota seu munera, multa cimelia aurea et argentea ingentia, gemmisque et auro intertextas telas pro altari multas contulit. Quin et in januis geminas utrinque fores aureas vario opere fecit, ipsasque exteriores portas auro mire variavit. Multa beneficia magnifice contulit cum in universum clerum, tum in religiosas virgines et viduas. Loquitur auctor de concilio Constantinopolitano, in quo Eudoxius ad sedem Constantinopolitanam translatus est. Supra, loco xvi Kal. Martias, legendum xv, et in loco Februarii 14, legendum 15, eo enim die ecclesiam S. Sophiæ dedicatam jam dixerat: quo etiam ea encœnia peracta diserte testatur Idatius in Fastis. Hæc dedicatio, ingentesque largitiones factæ occasione Quinquennialium Juliani Cæsaris, postquam jam Augustus ab exercitu dictus esset. Ant. Pagi ad ann. 360. n. 13. READING. Vide quæ dicta sunt supra, ad 16, 16.

Cap. 44. Sozomen. iv. 28. Theodoret. ii. 31. Epiphan. Hæres. lxxiii. 28. seqq. Cassiod. v. 47. Niceph. ix. 28. Philostorg. vi. 1.

44, 2. *eis Βέροιαν τῆς Συρίας μετηνέχθη*] Meletium a Sebastia Armeniæ ad episcopatum Berceæ translatum fuisse, ægre admodum crediderim. Sozomenus enim ac Theodoritus, et ante illos Hieronymus, [et Philostorgius] illum a Sebastia Armeniæ ad sedem Antiochenam translatum esse dicunt, nulla episcopatus Berceensis mentione facta. Id tantum dicit Theodoritus, Meletium cum ad Sebastensem episcopatum promotus fuisset, animadversa subditorum contumacia, inde alio secessisse. Tunc igitur Berceam Syriæ se recepit, ut conjicio. Sed episcopatum Berceensem nequaquam administravit. Hunc Socratis errorem vidit etiam Baronius ad annum Christi 360. Quem quidem ille sic emendat, ut Meletium a Berceæ Sebastiam, non a Sebastia Berceam translatum esse dicat. Quod tamen verum non puto, cum nec Theodoritus, nec Sozomenus id de Meletio dixerint. VALES.

44, 3. *μεταπεψάμενοι τὸν Μελέτιον*] Anno 361 ineunte, Me-

letius, vir pietate, sanctimonia, eruditione insignis, studio et opera Arianorum, qui non sat explorato ejus animo, inter suos hominem connumerabant, in episcopum Antiochenum delectus est. Verum, ut in tanto munere vix latere potest quid quisque sentiat, cum potissimum ille nec obscure τὸ δμοούσιον prædicaret propugnaretque, Ariani, deprehensa ejus doctrina, turbatum ex episcopatu curarunt in exilium ablegari, cum vix triginta sedisset dies, in ejusque locum Euzoïum cooptarunt, nequaquam suspectum sibi, nec dubiæ fidei hominem, sed Arianum, Arianæque hæreseos vindicem acerrimum. Hinc tres in partes distracta civitas. Prima numero potior Arianorum, Euzoïo episcopo. Secunda Meletianorum, qui in Palæa seu veteri urbe collectas agebant, a Meletio sanam edocti fidem. Tertia Eustathianorum, a S. Eustathio olim episcopo. *Cl. Monachi Benedictini vit. Athanas. ad ann. 361.* Alii autem Meletium formulæ Acacianæ in synodo Seleuciensi subscripsisse observant: Philostorgius, lib. v. c. 1. ipsum τὸ ἐτερούσιον simulasse, et Ariminensi formulæ subscripsisse affirmat. Aliter Theodorit. Hist. lib. ii. c. 31. et Epiphan. Hæres. 73. n. 29. seqq. **READING.**

44, 5. ἐφόριστον γενέσθαι ἐκέλευσεν] Rem sic narrat Hieronymus, "*Meletius Sebastie Armeniorum episcopus ab Acacio et Georgio episcopis Arianis Antiochiam transfertur; et post non grande temporis intervallum, cum presbyteros, qui ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant, suscepisset, exilii justissimam causam subita fidei mutatione delusit.*" Chronic. Theodoretus refert, Meletium statim, quamprimum Antiochiæ episcopus factus esset, *consubstantialis* doctrinam protulisse, itaque ab Arianis delatum ad Constantium, tanquam Sabellianus esset, ab eo in exilium actum esse: quod plerumque confirmat Epiphan. Hær. lxxiii. 28. 34. Magnam antehac fuisse in ecclesia Meletii famam testatur Athanasius, qui eum inter graves doctrinæ ecclesiasticæ auctores connumerat sic, ἡ τῶν μεγάλων Μελετίου καὶ Βασιλείου καὶ Λογγιανοῦ, Epist. ad Episc. Ægypt. 8, p. 278. Postea vero Basilius eum perpetua amicitia coluit, et sæpe laudibus in scriptis suis cumulavit, fortiter eum pro fide decertasse Constantii tempore memorans, Epistol. cclviii. 3, in quibus eventus respexit quos Socrates hic enarrat. Alio vero loco Basilius dolet Meletium immerito a Damaso et Romanis inter Arianos reputatum esse, Epist. cclxvi. 2. Meletius

noctu e sede sua expulsus est: exinde in patriam suam profectus diu ibi vixit, *τίμος ἀνὴρ καὶ ἐπιπόθητος*, scribit Epiphanius, A. D. 375. Hær. lxxiii. 34.

Hic Pagius synodum Antiochenam A. D. 360 interponit, auctore Theodoretō, qui ait Meletium a synodo ad Antiochiæ episcopatum fuisse electum. Nam Libellus Synodicus nihil huc confert nisi meram Theodoretī compilationem. Theodoretus tamen hæc omnia confudit cum rebus illis quæ gestæ sunt A. D. 361. Constantius enim Antiochiam non perrexit ante ingruentem hiemem A. D. 360. Et Theodoretus quidem perinde alteram synodum anni 361 omisit atque Socrates et Sozomenus siluerunt de synodo anni 360. Quamobrem incerta est synodus ea Antiochena A. D. 360: quanquam minime vero absimile sit Arianos tum conventus suos egisse. Theodoretus autem episcopos plurimos undique convenisse dicit: longe aliter tamen cœtum describit Sozomenus.

44, 7. ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ὄρμησεν] Constantius minime iter 161 Antiochiam properavit. Nam a Constantinopoli discessit *verè* A. D. 360, diu autem Edessæ moratus, tandem venit Antiochiam *ingravescente hieme*. Vid. Am. Marcell. xx. 8, 10, 11. Credi quoque potest non ante adventum ejus aut Meletium exilio missum aut Euzoïum Antiochiæ episcopum esse factum.

Cap. 45. Sozomen. iv. 27. Cassiod. v. 41. Niceph. ix. 47.

45, 2. παρασήμῳ ὀνόματι] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Qui tamen ex Harpocratonis Lexico discere poterant, *παρασήμων* significare adulterinum, metaphora sumpta a moneta, quæ falsam habet notam. Ὁμοιούσιον ergo (sic enim scribendum est ex manuscriptis codicibus Florentino et Sfortiano) adulterinum nomen vocat Socrates, eo quod corruptum sit et adulteratum pro *ὁμοούσιον*, quod veræ ac sinceræ fidei nomen est. Porro Acaciani tam *ὁμοιούσιον*, quam *ὁμοούσιον* rejiciebant: *ὁμοιον* duntaxat retinentes; vocabulum autem *ὀσίτας* penitus aspernantes. VALES.

Eruditissimi Benedictini in Athanas. de Synodis, p. 746. hanc vocem *ὁμοιούσιον* scribunt, et sic esse scribendam contendunt. READING.

45, 4. Μαραθωνίου] Plura de Marathonio tradit Sozomenus: 162 præsertim, per ejus studium et opes maxime stetisse quin Macedonianorum secta Constantinopoli evanesceret, cum et

ab Arianis et ab orthodoxis profligata esset. Et eum nuper Nicomediæ episcopatum accepisse commemoravit Socrates supra, 38, 4.

45, 5. τὸ ἄγιον Πνεῦμα συναλαβεῖν] Macedonius primus, vel saltem præcipuus fuit hæreseos, quæ Spiritum Sanctum creatum asserit, auctor et seminator; et ab eo hæreseos istius propugnatores, Macedoniani postea dicti sunt, præsertim s. Augustini et Socratis temporibus. *Macedoniani sunt a Macedonio Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopo, quos et πνευματομάχους Græci vocant, eo quod de Spiritu Sancto litigent. Nam de Patre et Filio recte sentiunt, quod unius sint ejusdemque substantiæ vel essentiæ, sed de Spiritu Sancto hoc nolunt credere, creaturam eum esse dicentes. Hos quidam Semi-Arianos vocant, quod in hac questione ex parte cum illis sint, ex parte nobiscum.* Aug. Hæres. 52. Epiphanius autem πνευματομάχους distincto a Semi-Arianis recenset, refutatque. Hæres. lxxiii. sect. 25. **READING.**

45, 10. γενόμενοι κατὰ τὴν Συρίαν Ἀντιόχειαν] Hujus synodi meminit Athanasius sic, κατελθόντες γὰρ ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὴν Ἀντιόχειαν μετέγνωσαν ὅτι ὅλως ἔγραψαν, ὁμοιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν ὡς λέγουσιν αἱ γραφαί· καὶ συνθέντες ἄπερ ἐπενόησαν, ἤρξαντο πάλιν ἀνατρέχειν εἰς τὰ πρῶτα ἑαυτῶν καὶ λέγειν, ὅτι παντελῶς ἀνόμοιός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ὁμοίός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ. De Synod. 31, p. 747.

45, 11. καὶ ἀνόμοιοι] Hausit hæc Socrates ex Athanasii libro de Synodis Arimini et Seleuciæ. Sic enim ibi scribit Athanasius pagina 906 et 907 [748]. διὰ γοῦν τὴν πολλὴν ἀναίδειαν τῆς βλασφημίας αὐτῶν, ἀνόμοιοι παρὰ πᾶσιν ἐκλήθησαν, ἔχοντες καὶ τὴν ἔξουκοντίων ἐπωνυμίαν. VALES.

Ibid. ἐξουκόντιοι ἐκλήθησαν] Nempe quia Filium ἐξ οὐκ ὄντων generatum seu creatum esse dicebant. Hinc corrigendus Theodoritus, qui Hæret. Fab. lib. iv. c. 3. ubi de Arianis, qui tempore Eudoxii, appellati quoque fuerint Eudoxiani et ἐξακιωνῖται, lego ἐξουκόντιοι. Corrigendus etiam Cedrenus, qui p. 302, de Justiniano, ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πάσας τὰς ἐκκλησίας τῶν αἰρετικῶν δέδωκε τοῖς ὀρθοδόξοις, χωρὶς τῶν ἐξωκονιτῶν Ἀρειανῶν, lego ἐξουκοντίων. *Gasp. Suicæ. in voce ἐξουκόντιοι.* **READING.**

45, 14. ἀρχηγὸς ἦν Γεώργιος] Nescio quo auctore Socrates 163

hoc affirmet. Nam Athanasius tradit Eusebianos ea interpretandi ratione jam dudum usos esse usque a synodo Nicæna; οἱ περὶ Εὐσέβιον—διελάλουν ἀλλήλοις· συνθώμεθα, καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμὲν, εἰς γὰρ Θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα seqq. Epist. ad Afros Episc. 5, p. 895, et De Decretis Nicæen. Synod. 19, p. 224. Si Georgius revera hoc sophisma primus invenerit, necesse est id fecerit ille cum presbyter esset Alexandriæ; conf. Athanas. De Synod. 17, p. 731. Quod tamen verisimile non est, cum Athanasius de Eusebio potius, ceterisque ejus partis episcopis qui synodo intererant, loqui videatur.

45, 16. Ἀρρήμιος] In codice Leonis Allatii Ἐρέννιος dicitur, totusque locus ita concipitur: ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις Κυρίλλου καθαιρεθέντος, ὡς εἴρηται, παραλαμβάνει τὴν Ἱεροσολύμων ἐκκλησίαν Ἐρέννιος· μετ' ἐκείνους Ἐρράκιος· ἐφεξῆς δὲ τούτου Ἰλάριος. Hieronymus autem in Chronico Irenium vocat. Sic enim habent optimi codices, et editio Joannis Miræi: *Maximus Hierosolymorum episcopus moritur. Post quem ecclesiam Ariani invadunt, id est Cyrillus, Eutychius, rursus Cyrillus, Irenius, tertio Cyrillus, Hilarius, quarto Cyrillus.* In Chronico Nicephori Constantinopolitani Arsenius dicitur, pessime. VALES.

Hunc Irenæum alii nominant. Verum de Cyrillo et ejus successoribus conf. Le Quien Orient. Christian. tom. iii. col. 157.

45, 17. Ἡράκλειος] Maximus Hierosolymorum episcopus moriens successorem sibi instituerat Heraclium. Sed Acacius episcopus Cæsareæ, una cum aliis Arianis episcopis, parvi habita ejus ordinatione, Cyrillum in locum Maximi defuncti substituerunt. Qui mox Heraclium ex episcopali fastigio in presbyteri locum regradavit; ut scribit Hieronymus in Chronico. VALES.

Cap. 46. Conf. Sozomen. vi. 25. Cassiod. v. 44. Niceph. ix. 17.

46, 3. ἐν τῇ Βηρυτῷ διδάξας] Nam Beryti celebris schola fuit. Socrates infra, iv. 27, refert, Gregorium Ponticum illuc ab Athenis accessisse ut legum scientiam ediceret. Et Eusebius ejus disciplinæ mentionem facit, τῆς κατὰ Βηρυτὸν παιδείας, tanquam tum temporis insignis et a multis conquistæ: Martyr. Pal. iv. 3. Plura vide in Le Quien Orient. Christ. ii. col. 815.

46, 5. διεκώλυε φοιτῆν παρ' αὐτόν] Sozomenus plura narrat de Apollinaribus hisce: quos ait primum ecclesia expulsos esse a Theodoto episcopo, quia dum Epiphaniæ auditores es-

sent, aliquando adfuissent cum ille hymnum in cultum Bacchi præcineret. vi. 25.

46, 11. *νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν αὐτήν*] *Apollinaristæ de anima Christi* 164 *ab Ecclesia Catholica disenserunt, dicentes, sicut Ariani, Deum Christum carnem sine anima suscepisse. In questione testimonii evangelicis victi, mentem qua rationalis est anima hominis, non fuisse in anima Christi, sed pro hac ipsum Verbum in ea fuisse dixerunt.* Aug. Hæres. 55. Ὁ Ἀπολιναρίου ἐμφυχον μὲν ἔφησεν εἶναι τοῦ Σωτῆρος τὸ σῶμα, οὐ μὴν τὴν λογικὴν ἐσχηκέναι ψυχὴν· περιττὸς γὰρ ἦν, φησιν, ὁ νοῦς, τοῦ Θεοῦ λόγου παρόντος. *Theodoret. hæret. fab. lib. v. cap. 11.* **READING.**

46, 13. *Περὶ μὲν οὖν τῶν Ἀπολλιναρίων*] Paulo serius increbruit Apollinaristarum hæresis. Socrates dixerat, sine præcedentis capitis, exortam eam esse quando Cyrillus sedi suæ restitutus esset, sedit vero ille post reditum sub Juliano concessum ad A. D. 386. Eam inter recentissimos errores numerat Epiphanius, et narrat quo pacto sibi ab auditoribus venerandi viri Apollinaris primum innotuerit. Hæres. lxxvii 1. 2. Socrates tamen dicit ejusmodi nascentes opiniones damnatas esse a synodo Alexandrina A. D. 362, infra, iii. 7. Verum postea latius propagatæ sunt, et proinde a multis controversæ. Eas refellit Gregorius Nazianzenus in duabus Epist. ad Cledon. ci. et cii. et ad Nectar. coii. quam citat Sozomenus, vi. 27. De iis conqueritur Basilius Epist. cclxiii. 4, et cclxv. 2. seqq. Plenius vero rem exponit Tractatus ille qui fertur inter Athanasii opera p. 922. Conf. quoque Theodoret H. E. v. 3. Synodus Romæ quæ Apollinaristarum opiniones damnavit habita esse videtur A. D. circiter 374, sicut mox videbimus. Præterea Socrates modo dixit hæresim istam suo tempore populum infecisse, ἢ νῦν ἐπιπολάζει.

Cap. 47. Sozomen. v. 1. Cassiod. v. 50. Niceph. ix. 50.

47, 1. *πολλοῖς βαρβάροις συμπλέκει*] *Julianus in campis Argentaratensibus apud Gallias, cum paucis militibus infinitas hostium copias delevit. Stabant acerri montium similes; fluebat cruor fluminum modo. Captus rex nobilis Chonodomarius, fusi omnes optimates: redditus limes Romanæ possessionis. Ac postmodum cum Alemannis dimicans, potentissimum eorum regem Badomarium cepit. Hic a militibus Gallicanis Augustus pronuntiatur. Hinc Constantius urgere legationibus, ut in statum nomenque*

pristinum revertatur. Julianus mandatis mollioribus refert se sub nomine celsi imperii multo officiosius pariturum. Hinc Constantius magis magisque ardens dolore, atque, ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopsocrenem febris acerima, quam indignatio nimia vigiliis augebat, interiit anno ævi quarto et quadragesimo, imperii nono atque tricesimo, verum Augustus quarto vicesimoque: octo solus; cum fratribus atque Magnentio sedecim: quindecim Cæsar. Victor in Epitome. Cujus in hac re chronologiam tutatur Ant. Pagi ad ann. 361, quo obiit Constantius, n. v. corrigitque Amm. Marcellinum, qui lib. 21. c. 5. ait, Constantium abiisse e vita iii Non. Octobrium, imperii vitæque anno quadragesimo, et mensibus paucis: sicut errat in imperii vitæque annis, ita et in die emortuali Constantii, nisi locus corruptus sit; quod verosimilius. Nam præter Socratem, Idacius in Fastis et auctor Chronici Alexandrini testantur Constantium extinctum fuisse tertio die Novembris. Corpus ingenti pompa in ecclesia apostolorum Constantinopoli depositum fuit. READING.

47, 3. βαπτισθεὶς δὲ ὑπὸ Εὐζώτου] Constantium antea non baptizatum fuisse memorat Hilarius sic, *Fefellerunt enim ignorantem regem, ut istiusmodi perfidiæ fidem bellis occupatus exponeret, et credendi formam ecclesiis nondum regeneratus imponeret.* De Synod. 78, col. 506. et Athanas. De Syn. 33, p. 748.

47, 4. ἀποπληξίῳ ληφθεὶς] Gregorius Nazianz. ait, Constantium Juliani fraude interemptum, veneno, ut videtur, per unum ex ejus domesticis. *Invectio. i. p. 68. edit. Paris. W. Lowth. READING.*

47, 5. ἔζησε δὲ Κωνσταντίος] Variorum scriptorum judicia de ejus indole et moribus congressit Clintonus, *Fast. Rom. Append. p. 87.* Libere in eum invehitur Hilarius, antichristum appellans, et Neroni atque Decio comparans. *Contra Const. col. 561.* Similibus fere probris onerat Athanasius, dum de ejus mutata fide, de violentia in orthodoxos, et iniquo partium studio conqueritur, *Hist. Arian. ad Mon. passim, et Lucifer Caralitanus, in Galland. Biblioth. vi, p. 155.* Verum etsi tanta mala ecclesiæ intulerit, non tamen omnino ei defuisse virtutes testatur Gregorius Nazianzenus, qui laudat ejus in Christianos amorem, et unitatis atque augendæ Ecclesiæ studium, crimina quoque excusat quia hoc animo et hoc studio commissa erant.

Or. iv. 34. 37. Denique in una re non leve est Juliani apostatae testimonium, cum dicat eum avaritiae et pravæ libidinis vacuum fuisse, Or. ii. p. 101; siquid vero ab eo cupide factum esse videatur, hoc deputet aulicorum hominum malitiae potius quam Constantii voluntati. Misopog. p. 357. B. Epist. xxv. p. 397. B.

LIB. III.

Cap. 1. Conf. Sozomen. v. 2. Theodoret. iii. 1.

167

1, 2. *περὶ τὴν ἐνδεκάτην τοῦ ἐξῆς μηνός*] Idem scribitur in Fastis Idatii: *Tauro et Florentio. His consulibus diem functus Constantius Aug. Mopsuocrinis in finibus Ciliciæ Phœnicæ provinciæ iii Non. Novemb. Et introivit Julianus Aug. Constanti-nopolim die iii Idus Decemb.* Quod autem subdit Socrates Julianum in ea urbe imperatorem nuncupatum fuisse, ita intelligendum est, non quasi tunc primum salutatus fuerit imperator. Diu quippe antea, superstite adhuc Constantio, imperator nuncupatus fuerat in Galliis. Verum ubi Constanti-nopolim ingressus est, a senatu populoque Constantinopolitano Augustus appellatus, Orientis imperium susceperat. VALES.

1, 7. *Ἰουλιανός*] Julianus, cognomento *ὁ παραβάτης*, sive Apostata, quod a Christianismo ad ethnicismum impie desciverat; Julii Constantii filius ordine tertius ex Basilina; natus est anno 331, die sexta Novembris, ut legitur in Later-culo Silvii. Septennis adhuc Mardonium eunuchum præcep-torem sortitus est; quem paganismi suspectum immerito red-didit Baronius. *Ant. Pagi, Guil. Cave, Joh. Jac. Hofman. in Juliano.* READING.

Stemma Constantini et Juliani vide in Clinton. Fast. Rom. Append. p. 84.

1, 8. *τὸν νέον ἀνείλον Δαλμάτιον*] *Dalmatius Cæsar*, (ab 168 A. D. 335,) *quem patruus Constantinus consortem regni filiis reliquerat, factione Constantii patruelis et tumultu militari interimitur anno imperii sui tertio.* Hieronym. Chronic.

Ibid. *ὀκταετῆς γὰρ ἦν ἔτι*] Natus est Julianus A. D. 331; quo autem mense incertum est. Interemptus est Dalmatius aut fine A. D. 337, aut 338. Vide Clinton. Fast. Rom.

1, 10. *Νικοκλῆς ὁ Λάκων*] Ad hunc Nicoclem plures exstant Libanii epistolæ, nominatim septima libri quarti, in qua Liba-nius excusat insolentiam cujusdam ex urbe Antiochia, qui il-

lum probris affecerat; atque inter cetera, peccatum unius civis non esse adscribendum universæ civitati. Nam in urbe quæ centum quinquaginta millia civium habeat, mirandum non esse si unus malus civis reperiat: cum nec in tua Sparta, quæ tamen Lycurgum habet legislatorem, omnes pariter sint boni ac generosi. VALES.

Eum vocat Libanius *justitiæ sacerdotem, eruditionis ducem, qui, si ullus unquam, Homericæ mentis arcana, et universi ad- dicti Homero chori, noverat.* Liban. Legatione ad Julian. tom. ii. p. 157. READING.

Ibid. Χριστιανῶ τὸτε τυγχάνοντι] De hoc Ecebolio, et qualis postea fuerit, vid. infra, c. 13. Eum *malum sophistam* appellavit Julianus, infra, c. 23.

1, 12. Ἀκμάζουτος δὲ αὐτοῦ περὶ τοὺς λόγους] *Incredibile quo quantoque ardore rerum principalium notitiam celsam indagans, et quasi pabula quædam animo ad sublimiora scandenti conqui-rens, per omnia philosophiæ membra prudenter disputando cur- rebat. Sed tamen cum hæc effecte plenoque colligeret, nec humili-ora desepxit, posticam mediocriter et rhetoricam (ut ostendit orationum epistolarumque ejus cum gravitate comitas incorrupta) et nostrarum externarumque rerum historiam multiformem.* Amm. Marcellinus, lib. xvi. cap. 5. READING.

1, 13. παρὰ Λιβανίῳ] Libanius, patria Antiochenus, claruit anno Chr. 360, et ad extrema Theodosii M. tempora perdu- ravit, ab eo ad prætorio præfecti dignitatem evectus; Con- stantinopoli, Nicomedix, denique Antiochiæ rhetoricam do- cuit. Multa de se habet libro quem de vita sua conscripsit, ubi de se rebusque suis usque ad nauseam agit. *Guil. Cave* inter scriptores *Gentiles Sæc. 4.* READING.

Porro tum factus est Julianus discipulus Eusebii Nicomedix episcopi, si vera referat Am. Marcellinus; nempe, fuisse eum *ibidem ab Eusebio educatum episcopo, quem genere longius con- tingebat,* xxii. 9. Nam Eusebius a Nicomedia Constantinopolim translatus est A. D. 340.

1, 15. εἰς τὸν κατ' αὐτῶν αὐτῶ γραφέντα λόγον] Hæc Libanii oratio adversus pædagogos hodie non exstat, quod quidem sciam. VALES.

1, 16. οὐχ ὁ Βυζάντιος] Maximus Epirotes seu Byzantius philosophus memoratur a Suida, qui de insolubilibus quæstio-

nibus et de numeris, et commentarium in Aristotelem scripserat ad Julianum imperatorem discipulum suum. Quod si ita est, duos Maximos præceptores in philosophia habuit Julianus, alterum Epirotem seu Byzantium, alterum Ephesium. Maximi autem Ephesii elogium exstat apud Libanium in epistola 41. libri 5. *καὶ φιλοσοφίας ἦν ἐδέξατο παρὰ Μαξίμου τοῦ φιλοσοφίαν αὐξήσαντός τε ἡνίκα ἔζη, καὶ σβέσαντος τῇ τελευτῇ.*
VALES.

1, 16. ὁ Ἐφέσιος] Maximo huic Ephesio, eique Cynico, uti liquet e Juliani ad eundem epistola, summo ea ætate philosopho, teste Amm. Marcellino, Nicomedisæ primum dedisse operam Julianum, referunt Socrates et Sozomenus: quod tamen in Ionia, in quam ille adolescens se contulerat, ac ubi agebat Maximus, ab eo factum memorant Libanius et Eunapius. Quanti hunc philosophum Julianus fecerit, abunde ostendit, ubi ait, *σε, quamδιῦ ἴλλε ἀβφύτ, νίτα φρού νον ποσσε, νίσι quatenus λίτερας εἰυς λεγέρτ.* Epist. xv. **READING.**

1, 19. τότε πλαστός ἐγένετο] Julianus ipse testatur se fidem 169 Christianam deseruisse vicesimo suo anno, qui fuit A. D. 351. Epist. 51. p. 434: quod tamen nemini retexit nisi uni seruo fideli. Ad S. P. Q. Atheniens. p. 277. Vid. Clinton. Fast. Rom. a. 351.

Ibid. τὸν τῶν μοναχῶν ὑπεκρίνετο βλον] Hoc a Sozomeno explicatur; qui ait, Julianum aliquantisper vitam adeo austeram egisse Edessæ, ut corpus suum pene exinaniverit, iii. 14. Nihil vero refert Gregorius Nazianzenus de monastica institutione Juliani.

1, 20. ἀναγνώστης καθίσταται] Gregorius Nazianzenus testatur et Julianum et Gallum fratrem, qui cum eo educatus est, lectores factos esse in ecclesia, τῷ μὲν γε κλήρω φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, ὥστε καὶ τὰς θέλας ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ βέλους. Orat. iv. 23.

1, 23. ὑποπτος κατέστη τῷ βασιλεῖ] Audi de hac re ipsum Julianum. Ἄπαντα χρόνον εἴνονν ἑμαυτὸν ἐκέλευφ καὶ πιστὸν παρέχων— *Cum ego perpetuo meum illi Imperatori amorem ac fidem præstitissem, nescio quibus ex causis commotum in me illum animadverti. At illa Eusebia cum primum inanes nescio quas suspiciones audisset, sine cujusdam criminis nomine, ut de ea re prius inquireret, petiit, nec prius falsam et iniquam calum-*

niam admitteret. Hæc flagitare non destitit, donec me ad conspectum imper. perduxisset, mihiq[ue] pro me dicend[is] facultatem impetrasset, &c. Eucomio in Eusebiam. Orat. 3. READING.

1, 24. Εὐσεβία κρυπτόμενον ἀνευροῦσα] Eusebiæ studium in suam salutem commemorat ipse Julianus; ἀγωνισαμένης Εὐσεβίας, ὡς ἂν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἑμαντοῦ θαρρήσοιμι, Ad Atheniens. p. 274. conf. p. 275. Conf. Zosim. iii. 1.

1, 25. ἐπὶ τὰς Γαλλίας κατὰ τῶν βαρβάρων ἀπέστειλεν] Cum Constantium exagitant assidui nuntii deploratas jam Gallias indicantes, Julianum in imperii societatem adsoitum, et Helenæ sororis jugali fœdere sibi copulatum, hujus belli ducem renunciavit. Julianus, non ignarus quantis periculis objiceretur, non tam se ad honorem quam ad mortem vocatum arbitrabatur. *Et certe, inquit Amm. Marcellinus, illud rumore tenuis ubique jactabatur, quod Julianus non levaturus incommoda Galliarum electus esset, sed ut posset per bella deleri sævissima, rudis etiam tum, ut æstimabatur, ac ne sonitum quidem duraturus armorum.* At rudis iste adolescens, et in academiæ umbra, non in sole ac pulvere militari educatus mira celeritate barbaros Gallia expulit, septem totius Germaniæ potentissimos reges uno ingenti difficillimoque prælio ad Argentoratum devicit, omninoque res Galliæ accisas atque afflictas in integrum statum restituit, quod omnes uno ore scriptores illius ætatis prædicant. *Vide Marcellin. lib. 15. et ipsum Julian. ad Athenienses.* Ant. Pagi ad ann. 355. n. 4. Julianus, *inquit*, hoc anno Cæsar creatus, et Galliis præpositus; quod in Italia factum, teste Zosimo, initio libri 3, et quidem Mediolani, ut Hieronymus in Chronico scribit. READING.

1, 29. στέφανος ἀφ' ὧν τὰς πόλεις κοσμοῦσιν] Epiphanius Scholasticus coronam lauream interpretatur, quibus civitates exornari solebant. Sane et provinciæ imperii Romani hoc habitu pingi consueverant, coronas quasdam turritas capite gestantes, ut videre est in notitia imperii Romani. Suspiciari tamen quis possit, hoc loco scribendum esse: ἀφ' ὧν αἱ πόλεις τοὺς βασιλέας κοσμοῦσι. VALES.

Ibid. πάντας τοὺς παρόντας ἀναβοῆσαι] Julianum ab exercitu 170 Imperatorem renuntiatum esse Parisiis memorat Am. Marcellinus xx. 4. Hoc se invito factum esse, mox scripsit ipse ad Constantium; consensisse tamen se fassus est; “*victus deni-*

que, mecumque ipse contestans, quod alter confosso me forsitan libens declarabitur princeps, adsensus sum." ib. 8. Recte igitur Gregorius scripsit, Julianum *εαυτὸν ἀναδῆσαι καὶ τῇ μεγάλῃ προσηγορίᾳ τιμῆσαι.* Orat. iv. 46.

I, 30. Φασὶ δέ τινες] Julianus ipse vix aliter credidisse videtur. Nam ubi dixit, se stipatum trecentis et sexaginta militibus in Galliam media hieme missum esse, addit, mandatum esse hisce militibus ut se ipsum custodirent, hoc modo, *γράφτο γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἐνετέταλτο διαρρήδην, οὐ τοὺς πολεμικούς μᾶλλον ἢ ἐμὲ παραφυλάττειν, ὡς ἂν μὴ νεώτερόν τι πράξαιμι.* Ad Atheniens. p. 277.

I, 32. τὴν ῥαθυμίαν τῶν στρατηγούντων] Respicere videtur Marcellum; de quo scribit Marcellinus, *Constantius doctus obesso apud Senonas Cæsari auxilium non tulisse Marcellum, cum sacramento solutum abire jussit in larem,* xvi. 7, conf. ibid. 4. In Marcelli locum missus est Severus, quo lætatus est Julianus: ibid. xvi. 10. et 11.

I, 39. τὴν ὑπόκρισιν τοῦ χριστιανίζειν φανερώς ἀπεδέσαστο] Julianus Christianismum viginti annis professus est, ut ipse ait Alexandrinis, epistola 51, quos a fide Christi ad paganismum avertere conatur hoc argumento: *οὐχ ἀμαρτήσεσθε παρὰ ὀρθῆς ὁδοῦ πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κάκεινῃν τὴν ὁδὸν ἀχρὶς ἐτῶν εἴκοσι. Non enim a recto tramite aberrabitis, si ei fidem habeatis, qui per viginti annos illa via (nempe fide Christi) progressus est.* **READING.**

Christi cultum videtur supremum simulasse Julianus Vienne, Festo Epiphaniæ A. D. 361, quando jam bellum Constantio inferre parabat. Sic enim scribit Marcellinus; *Utique omnes, nullo impediendo, ad sui favorem illiceret, adhærere cultui Christiano fingeat, a quo jampridem occulte desciverat, arcanorum participibus paucis, haruspicinæ auguriisque intentus, et cæteris, quæ deorum semper fecere cultores. Et ut hæc interim celarentur, feriarum die, quem celebrantes mense Januario Christiani Epiphania dictitant, progressus in eorum ecclesiam, solenniter numine orato discessit.* xxi. 2.

I, 40. διεκρίθη ἡ τοῦ φιλοσόφου σπουδῆ] Verbum διακρίνεσθαι 171 hoc loco idem valet quod perfici et adimpleri. Recte igitur Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit: *Non enim sine multo sanguine studium ejus philosophi poterat adimpleri.* Pos-

set etiam non incommode verti, *dissipari*, seu *discuti*. Nam quod Musculus vertit, *declarari*, et Christophorsonus, *internosci*, meo quidem iudicio absurdum est. Nicephorus vero in lib. x. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 2. hunc Socratis locum ita interpolavit: *καὶ γε ἂν ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, αἵμασι διεκρίθη τὸ τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας ἀπέριπτον*. Quæ Langus sic interpretatur: *Et quantum in ipso situm erat, sanguine fuso de exuberanti philosophia ejus iudicium factum fuisset*. VALES.

Mihi quidem sensus loci sic explicandus videtur, nempe, *fore ut certamen illud, quod philosophi studium excitaverat, non sine multo sanguine decerneretur*.

I, 42. Γενομένου Ἰουλιανοῦ περὶ τὰ Θρακῶν ἔθνη] Nempe ad Naëssum, secundum Zosimum, iii. 11, et Marcellinum, xxi. 12.

I, 45. τοὺς ἑλληνίζοντας ἀνωμένους] Quanquam Christiana pietas ac religio, e latebris velut educta, jam caput extulit, ipsique purpuræ imperatoris novum ac divinius lumen attulisset; Gentilium tamen numerus erat haud contemnendus, maxime eorum qui artium liberalium et scientiarum gymnasia occupabant. READING.

I, 46. τοὺς πρωτότυπους] Est πρωτότυπος præpositus sacri cubiculi, quam dignitatem tunc gerebat Eusebius. Certe Socrates hanc vocem ita usurpare solet, ut videre est in lib. ii. cap. 2. VALES.

I, 48. ἐπισκόπους ἀνακληθῆναι ἐκέλευσε] Quo animo hoc factum sit narrat Marcellinus sic; *Utique dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discissa in palatium intromissos monebat civilius ut discordiis consopitis quisque nullo vetante religioni suæ serviret intrepidus. Quod agebat ideo obstinate, ut dissensiones augente licentia, non timeret unanimentem postea plebem*. xxii. 5; et Sozomenus v. 5. Exules tamen episcopos non diocesisibus suis, sed patriis tantum restituit: *οὐ κάθοδον εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτοῖς, ἀλλ' εἰς τὰς πατρίδας συνεχώρησαμεν*, scripsit ipse de Athanasio in Epist. ad Alexandr. xxvi. p. 398, unde descripsit Sozomenus v. 15. Remisit autem omnes omnium sectarum exules, et præcipue Aetium hæreticum, veterem suum familiarem. Epist. xxxi. Philostorg. vi. 7. Inter alios regressi quoque sunt Donatistæ et ecclesias receperunt. Quod multa vi factum esse, et ingentes inde subsecutos tumultus, refert Optatus c. Donat. ii. p. 47.

1, 49. διὰ τὸ πολλοὺς ἠδικῆσθαι] Eusebium jure necatum esse censuit Marcellinus: *Sequentia severitatis recto vigore sunt gesta.*—*Eusebium super his, cui erat Constantiani thalami cura commissa, alte spirantem et dirum addicere poenæ letali:* seqq. xxii. 3. Verum etiam invisī plerisque fuere tunc temporis omnes eunuchi præter Eutherium. Eorum vitia depingunt Amm. Marcellinus xiv. 11, et Basilius Cæsarens. Epist. cxv.

1, 50. τὸ μὲν σῶμα Κωνσταντίου] Julianus, cum Constantii mortem, dum in Dacia esset, ut ait Ammianus initio lib. xxii., accepisset, Constantinopolim venit 11 die Decembris. Philostorgius, lib. vi. cap. 6, testatur, Julianum ante feretrum processisse, diademate de capite sublato. Libanius in oratione funebri, p. 289, ait, eum manibus contigisse feretrum, omnibus regni insignibus præter chlamydem depositis. Imo Greg. Nazianz. hunc Juliani in Constantii funere habitum sive vi sive sponte adscitum ait, additque *demisso vultu imperatori extremum officium præstitisse.* Ant. Pagi ad ann. 361. n. vi. **READING.**

Ibid. ἀποβεβληκέναι τὴν γαμετὴν] Quam alii in puerperii 172 doloribus interiisse in palatio Juliani, alii expulsam e palatio scripsere, ut ait Zonaras. Fuerunt et quidam qui veneno a Juliano necatam esse dicerent, ut docet Libanius in oratione MS. adversus Polyclem. Decessit autem postquam Julianus ab exercitu creatus erat Augustus, ut ipse testatur in epistola ad Athenienses. *Vales. in A. Marcell.* lib. xxi. c. 1. **READING.**

Ibid. λιτῆ χρῆσθαι διαίτη] Hoc idem de se prædicat Julianus in Misopogone, cum se propterea invisum Antiochenis esse conqueritur. *Noctes insomnes in stragulo, et victus omnis expers satietatis, mores acerbos efficiunt, et delicatæ urbi repugnantes. Nolite tamen putare vestra causa id a me fieri: gravis quidam et stultus error jam inde a puero me induxit, ut ventri bellum facerem: neque enim eum permitto epulis expleri.* **READING.**

1, 51. διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ἐξέβαλε] *Evenerat, ut ad demendum imperatoris capillum tonsor venire præceptus, introiret quidam ambitiose vestitus. Quo viso Julianus obstupuit: Ego, inquit, non rationalem jussi, sed tonsorem acciri. Interrogatus tamen ille quid haberet ex arte compendii; vicenas diurnas respondit annonas, totidemque pabula jumentorum (quæ vulgo dic-*

titant capita) et annum stipendium grave absque fructuosis petitionibus multis. Unde motus, omnes hujusmodi, cum coquis similibusque aliis eadem accipere pene consuetos, ut parum sibi necessarios, data quo velint eundi potestate, projecit. Am. Marcellinus, lib. xxii. [4.] **READING.**

1, 52. τὸν δημόσιον τῶν χρειῶν δρόμον] Publicum cursum a Juliano recte ordinatum fuisse fatetur etiam Gregorius Nazianzenus in priore Invectiva adversus Julianum. Nam Constantius Augustus eum magnopere imminuerat, concesso passim ejus usu episcopis, ut ad synodos ab ipso convocatas accederent. Quidnam autem in ea re constitutum fuerit a Juliano, difficile est dicere. Ex Socratis tamen verbis conjicere possumus, vehicularem cursum qui etiam clavularis dicebatur, ab illo sublatum fuisse; solum vero relictum ad usus publicos equorum cursum. De publico cursu multa Joannes Lydus scripserat in libro de mensibus, cujus locum hic adscribere non pigebit. πάντων σχεδὸν ἐναλλαγέντων, διέμευε τὸ τοῦ λεγομένου μαγίστρου φρόντισμα· ἐπέιθετο δὲ αὐτῷ τάτις τις πευτήκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀνδρῶν, οἱ φρουμεντάριοι καὶ κοριῶσοι προσηγορεύοντο, οἶον σιτώναι καὶ περιεργοί· καὶ οἱ μὲν σιτώναι τῆς εὐθηνίας τῶν ἐν τῷ παλατίῳ ἀντείχοντο· οἱ δὲ περιεργοὶ ἡγοῦντο τοῦ δημοσίου δρόμου· κλαβουλάριος δὲ ὀχηματικός· κλάβον γὰρ τὸν οἶακα καλοῦσιν· βέλοφ δὲξὺς δὲ καὶ Βεραϊδαρικός ἐστὶ καὶ νῦν λέγεται· βεραϊδους δὲ Ἰταλοῖς εἶναι δοκεῖ τοὺς ὑποζυγίους ἵππους, ὅπερ ἐστὶν ἔλκειν τὸ ὄχημα· ὅθεν καὶ δασύνοσι γράφοντες τὸ βαιδας ὄνομα ἐκ τοῦ βαιδῶς ἐπιρρήματος παρηγμένον· οἱ γὰρ βεραϊδους τοὺς βαιδας ἐκτὸς λέγοντες σφόδρα πλανῶνται. VALES. Conf. Am. Marcellin. xxi. 16.

1, 53. οἱ πλείους δὲ ψέγουσιν] Non Christianorum solummodo verum etiam Paganorum nonnullorum hæc fuit sententia. Testatur enim Am. Marcellinus, non omnia acta ejus placuisse fautoribus. xxii. 3. et 4.

1, 54. ἀλλὰ καὶ διανυκτερεύων] Orationes quidem ante et post imperium ab eo scriptas, quo nomine πατέρα πολλῶν λόγων, *multarum orationum patrem* eundem vocat, tradit alicubi Libanius: qui in funebri hujus imperatoris laudatione, nominatim duas tangit ejus orationes, quas ille una nocte singulas conscripsit. **READING.**

Ibid. μόνος γὰρ βασιλέων ἀπὸ Ἰουλλίου] Hoc non ita intel-

ligendum est ac si Julianus primus aut solus post C. Julium in senatu verba fecisset, hoc enim multi imperatores fecerunt; tulerunt quoque aliqui etiam eloquentiæ laudem. Vide Tacit. Annal. xiii. 3, Spartian. Vit. Adrian. 8. et alios. Socrates vero videtur Juliani modum scribendi et orationis stylum respexisse.

Cap. 2. Conf. Sozomen. v. 7. Am. Marcellin. xxii. 11. Epiph. 173
phan. Hæres. lxxvi. Philostorg. vii. 2. Cassiod. vi. 8. Niceph.
x. 6.

2, 1. συνέβη παραχῆν γενέσθαι] Seditiosum Alexandrinorum ingenium a multis scriptoribus notatum est, Græcis Latinisque. Hujus autem seditionis causas paulo aliter tradit A. Marcell. loco a Valesio citato. **READING.**

2, 2. τῷ Μίθρα] Mithra Persis dicitur Sol. Strab. lib. xv. τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν Μίθραν καλοῦσι. Plutarch. de *Iside et Osiride*, post relatam eorum sententiam qui duos esse Deos credebant, quasi adversarios et ἀντιέχρους, quorum alter bona, alter mala operaretur, illumque Deum, hunc Dæmonem appellabant; idem et Zoroastrem sensisse ait, qui ἐκάλει τὸν μὲν (sc. bonum Genium) Ὁρομάζην, seu Ὁρομάσθην· τὸν δὲ (sc. malum Genium) Ἀρειμάνιον· μέσον δ' ἀμφοῖν τὸν Μίθραν εἶναι. Διὸ καὶ Μίθραν Πέρσαι τὸν μεστῆν ὀνομάζουσιν. **READING.**

2, 10. κατέκασσαν] *Georgius*, inquit Epiphanius, in camelum 174
impositus, tota urbe ignominiose traductus est. Ac primum ab Gentilibus circumseptus, ac multa perpessus et fustibus percussus, totaque propemodum urbe tractus, in iis suppliciis exstinctus est; ac post obitum concrematus, et cum multis pecudum ac bestiarum ossibus in cinerem redactus, atque in ventos dispersos. Multitudo, ut ait Amm. Marcellinus, cineres projecit in mare, id metuens ut clamabat, ne collectis supremis, cædes illi cæstruerentur, ut reliquis, qui deviare a religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas, ad usque gloriosam mortem intemerata fide progressi, et nunc martyres appellantur. Hæc autem Antonius Pagi refert anno 362. **READING.**

Cum Georgio interfecti sunt Dracontius monetæ præpositus et Diodorus comes; quorum omnium cadavera camelis imposita ad littus portata sunt, et ibi cremata. Am. Marc. l. c. Hujus cædis obiter meminit Gregor. Naz. Orat. xxi. 26.

Cap. 3. Conf. Julian. Epist. ix. x. xxxvi.

3, 1. *οι δι' Ἀθανάσιον ἀπεχθῶς ἔχοντες*] Eandem calumniam ingerit quoque Philostorgius vii. 2.

3, 3. *ὄχληρός τοῖς πᾶσι*] De causis odii Alexandrinorum adversus Georgium, consulendus est Ammianus Marcellinus in libro 22. Et Epiphanius in hæresi 76, quæ est Anomæorum. VALES.

Idem testatur quoque Marcellinus, sic, *Poterantque miserandi homines ad crudele supplicium ducti Christianorum adjumento defendi, ni Georgii odio omnes indiscrete flagrabant*: cui subdit quoque, imperatorem hoc comperto mitigatum esse, ne acriter facinus vindicaret. Ibid.

3, 4. *αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς*] Hæc est decima inter Juliani epistolæ ab Ezech. Spanhemio editas anno 1696. READING.

3, 10. *ὁ στρατηγὸς τῆς Αἰγύπτου*] Artemium ducem Ægypti intelligit, ut jam pridem notavi ad librum 22 Ammiani Marcellini. Conjecturam nostram confirmat codex Florentinus et Nicephorus, in quibus diserte scriptum legitur *ὁ στρατηγὸς τῆς Αἰγύπτου*. Hujus martyrium exstat apud Simeonem Metaphrastem, in quo multa continentur, quæ Historiam illorum temporum valde illustrant. VALES.

“Hunc στρατηγὸν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ στρατιωτῶν appellat Theodoritus, iii. 17, et bonis a Juliano multatum et capite truncatum ob id memorat, quod cum dux esset Ægypti regnante Constantio, plurima simulachra contriverat. Ejusdem Artemii meminit auctor Chronici Alexandrini et Nicephorus Callistus. Atque hic esse videtur quem Julianus in Epist. x. ad Alexandrinos, p. 379 Spanh. *βασιλέα τῆς Αἰγύπτου* et *τύραννον* appellat, qui Georgio Ariano templa ac donaria Alexandriæ spoliandi ministerium ac satellitium militare præstitit.” Valesius ad Am. Marcell. xxii. 11.

3, 12. *εἰ μετριώτερον*] In editione operum Juliani et apud 175 Nicephorum hic locus ita legitur ac distinguitur: *ἑαυτὸν παρεφύλαττεν εἰ μετριώτερον ὑμῖν καὶ πολιτικώτερον, ἀλλὰ μὴ τυραννικώτερον πόρρωθεν προσεφέρετο*. Porro cum is Juliani locus a quatuor interpretibus in Latinum sermonem conversus sit, unius Langi versionem ceteris anteponendam censeo. Ea sic habet: *Qui melius sibi ipsi consulisset, si moderate vobiscum et civiliter, nec tam tyrannice ab initio egisset*. Eundem fere sensum in interpretatione mea secutus sum. At in Christo-

phorsoni versione primum illud reprehensionem meretur, quod vocem γὰρ adjecit, contra fidem omnium librorum. Deinde quod Artemium ducem Ægypti excusat, perinde quasi ille civiliter ac moderate se gessisset initio administrationis suæ. Quod quidem absurdissimum esset, si Julianus eum excusaret, quem quasi noxium occidi jusserat. Si quis igitur versionem nostram sequi maluerit, unica tantum particula supplenda est hoc modo: Ἰσως δὲ Γεώργιον μᾶλλον, et cetera, ut supra. Petavius vero in notis ad Epistolam illam Juliani, ex scriptis codicibus aliam profert emendationem hujusmodi, ὅς αὐτὸν παρεφύλαττεν. VALES.

3, 12. πόρρωθεν] *Ab initio* vertit Spanheim; aliter alii. Conf. locum quem Socrates citat e Gregorio Nazianz., ἐμοὶ δὲ καὶ πόρρωθεν τρόπον τινα ἐωρᾶτο ἐξ οὗ τῷ ἀνδρὶ συνεγενόμενῃ Ἀθήνησιν, infra, c. 23, 18. ubi sensus est, *jam dudum antea*: et πρὸς ὃν ἐπελγομαι πόρρωθεν Gregor. Orat. xliii. 49.

3, 21. διὰ τὸν πάππον] Rectius apud Nicephorum legitur τὸν θεῖον τὸν ἐμὸν καὶ ὁμώνυμον. Julianum enim intelligit ex præfecto Ægypti, de quo multa scribit Ammianus Marcellinus. In epistolis Juliani utraque lectio habetur hoc modo: διὰ τὸν πάππον τὸν ἐμὸν καὶ τὸν θεῖον ὁμώνυμον. Verum hæc scriptura ferri non potest; cur enim hoc loco Julianus avum suum commemoraret? Certe Sozomenus scripturam Nicephori confirmat. Sic enim habet in cap. 7. lib. 5. καὶ τὴν τιμωρίαν συνεχώρησεν, αἰδοὶ φησὶ τῇ πρὸς Σάραπιν τὸν αὐτῶν κολιοῦχον, καὶ Ἀλέξανδρον, τὸν οἰκιστὴν, καὶ Ἰουλιανὸν τὸν αὐτοῦ θεῖον, ὃς πρὸ τούτου Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας αὐτῆς ἤρξεν. VALES.

Julianus iste appellatur, ὃ τῆς ἐφᾶς ἄρχων, θεῖος ὃν κατὰ τὸ μητρῶον γένος τοῦ ἀποστάτου Ἰουλιανοῦ, a Philostorgio, vii. 10. Plura de eo vide in Sozomen. v. 8, Theodoret. iii. 12. 13. Jam mortuum esse indicat hic ipse locus: et Am. Marcellinus testatur imperatorem A. D. 363 provexisse *Rufinum Aradium comitem Orientis in locum avunculi sui Juliani recens defuncti*, xxiii. 1. Extat epistola ad eum scripta inter Julian. Ep. xiii. p. 382. Spanh.

Cap. 4. Conf. Sozom. v. 6. Gregor. Nazianz. Orat. xxi. 27. 176 Theodoret. iii. 4. Cassiod. vi. 18.

4, 1. κατελθόντα Ἀθανάσιον] Post publicatum Juliani edictum, quo exsulis redeundi potestas erat, Athanasius Ale-

xandriam reversus, ingenti, de more, plebis catholicæ gaudio exceptus est. In hunc reditum Gregorius Naz. ea omnia confert, quæ ad reditum anni 349 pertinent. In defuncti Georgii locum Arianos Lucium suæ factionis hominem cooptasse narrat Socrates. Verum reclamare videntur Acta, Joviano principe, edita. Non dicitur enim eo loco Arianos episcopum sibi Lucium constituisse, sed constituere voluisse. Et fortasse cum in Georgii sedem Lucium subrogare vellent, coerciti a catholicis fuerant, quorum ingens erat Alexandriæ multitudo. *Cl. Monachi Benedict. Vit. Athanasii, ad ann. 362.* **READING.**

Cap. 5. Conf. Sozom. v. 12. Theodoret. iii. 5. Rufin. x. 27, 28. Cassiod. vi. 19. Niceph. x. 14.

5, 1. Λούκιφερ Καράλων ἐπίσκοπος] Lucifer Calaritanus, sive Caralitanus in Sardinia episcopus claruit circa ann. 354, eodem tempore cum Eusebio Vercellensi; eorundem laborum, certaminum, itinerum, et exiliorum comes fere individuus, cum eo ad Constantium in Gallias profectus, cum eo Liberii pontificis in synodo Mediolanensi vices gerebat anno 364; junctisque cum eo studiis Arianos viriliter oppugnavit: cum eo denique in Palæstinam relegatus, Eleutheropoli præcipue substitit. Hic loci duos pro Athanasio in Constantium libros edidit, in quibus imperatorem parum verecunde, et ne quid gravius dicam, longe infra summi principis majestatem asperere atque inclementer tractavit. Exulavit Lucifer non tantum in Palæstina, verum et in aliis Orientis locis: tandem cum Eusebio suo in superiora Thebaidos deportatus. Exinde impetrante Juliano, diacono suo ad synodum Alexandrinam misso, ipse recta Antiochiam contendit; ubi catholicos inter se dissentientes deprehendens, Paulinum Antiochiæ episcopum ordinavit, intempestive quidem, et reclamante magna catholicorum parte, qui cum Paulino convenire renebant, in majus et apertius adhuc schisma erumpentes. Factum improbavit Eusebius Vercellensis, qui relicta Alexandria Antiochiam venerat; quod ubi rescivit Lucifer, iracundia et stomacho exardescens, amicum integerrimum acriter excepit, ab ejusque communione sese abjuxit. Ad hæc paulo commotior, quod præter ipsius sententiam synodus Alexandrina pœnitentes episcopos qui Arianis communicassent, ad pacem recipiendos esse statuisset, in Sardiniam reversus non modo communica-

tione Ariana pollutos condemnavit, verum etiam se ab eorum communione secrevit, qui eos sub satisfactione vel poenitentia recepissent. Hinc natum Luciferianum schisma, quod tamen ultra hujus sæculi terminum durasse non videtur. Obiit Lucifer eodem quo Eusebius Vercellensis anno, viz. 371. *Guil-Cave ad ann. 354, p. 167. READING.*

5, 2. *συμβουλήν ἐποιούντο*] Non soli Eusebius ac Lucifer, 177 de reparando ecclesiarum statu et de stabilienda fidei regula consilium inierunt; sed alii præterea episcopi, qui Juliani imperatoris edicto tunc ab exilio revocati sunt: Hilarius scilicet, Asterius et reliqui, ut recte notat Theodoritus in libro iii. cap. 4. Qui zelo catholicæ fidei succensi, hæreticos et schismaticos ad veritatis tramitem reducere, et pristinam concordiam revocare instituerunt. Quod ergo Baronius ait, Eusebium ac Luciferum legatos apostolicæ sedis creatos esse a Liberio ad reparandum ecclesiæ statum, id verum esse non potest. Idem enim dicendum esset de Hilario ac reliquis. Adde quod Rufinus hoc diserte refellit. Scribit enim legationem hanc Eusebio et Asterio injunctam esse ab Alexandrina synodo. VALES.

Cap. 6. Conf. Sozomen. v. 12. Theodoret. iii. 5. Rufin. x. 27.

6, 1. *Ἐδόκει οὖν Λουκίφερα*] Theodoretus dicit, Eusebium rogasse Luciferum ut Alexandriam adiret et Athanasium consuleret; Luciferum tamen id non fecisse, sed Antiochiam perrexisse, l. c., idem quoque Rufinus.

6, 2. *Λούκιφρ μὲν οὖν διάκονον*] Sumpsit hæc Socrates ex Rufino, qui in libro x. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 27, ita scribit: *Lucifer autem cum exoraretur ab Eusebio, ut ad videndum Athanasium Alexandriam pergerent, communicis tractatu cum his qui superfuerant sacerdotibus, de statu ecclesiæ decernerent, præsentiam sui abnegans, legatum pro se diaconum suum mittit.* Ex epistola tamen synodica, quam Athanasius scripsit nomine synodi Alexandrinæ ad catholicos episcopos qui erant in urbe Antiochia, discimus Luciferum duos diaconos suos, Herennium et Agapetum, misisse ad synodum Alexandrinam, cum Paulinus jam ordinatus esset episcopus Antiochiæ. Nam et legati ipsius Paulini huic synodo interfuerunt, et synodicæ Athanasii epistolæ subscripserunt. Sic enim hæc gesta sunt. Statim post profectionem Eusebii ad synodum Alexandrinam,

Lucifer una cum episcopis Cymatio et Anatolio, quorum alter Palti, alter Beroeæ erat episcopus, Paulinum Antiochiæ creavit episcopum. Qui mox ordinatus legatos suos Maximum et Calemerum, ad Alexandrinam synodum direxit. Apollinarius quoque Laodiceus episcopus, qui sectam propriam et episcopum factionis suæ habebat Antiochiæ, legatos suos eodem misit. Episcopi igitur Ægyptii, qui Alexandriæ congregati erant, cum Eusebium et Asterium et legatos Luciferi, a Lucifero, Cymatio et Anatolio missos audiissent, legatos item a Paulino et Apollinare missos suscepissent, singuli ad suas sedes recesserunt, mandaruntque Athanasio et aliquot aliis episcopis qui Alexandriæ remanserant, ut epistolam ad episcopos Antiochiæ congregatos scriberent, de recipiendis in communionem hæreticis ac schismaticis, qualiter in eo negotio se gerere deberent. Horum mandato obsecutus Athanasius, scripsit epistolam ad episcopos Antiochiæ collectos, Luciferum scilicet, Eusebium et Asterium, (hi enim jam ab Alexandrina synodo redierant) Cymatium et Anatolium. Exstat hæc epistola inter opera Athanasii, quam Baronius quidem synodicam esse synodi Alexandrinæ existimavit. Apparet tamen ex lectione ipsius epistolæ, non ab ipsa synodo, sed ab Athanasio eam scriptam esse, nec ad omnes episcopos, sed ad Antiochenos peculiariter datam. Quod quidem colligere est, tum ex inscriptione ipsa, tum ex textu totius epistolæ. De solius enim Antiochensis ecclesiæ rebus illic agitur, ut præter cetera docet hic locus; πάντας τοίνυν τοὺς βουλομένους, εἰρηνεύειν πρὸς ἡμᾶς, μάλιστα τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἀρειανῶν, προσκαλέσασθε παρ' ἑαυτοῖς. Quem locum ita vertit interpres: *Omnes igitur qui nobiscum pacifice agere volunt, imprimis autem illos, qui in veteris ecclesiæ communionibus fuerunt, deinde qui ab Arianis redierunt, elicite ad vos &c.* Atqui Athanasius non dicit, τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ συναχθέντας, sed ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους. Quare ita vertendus erat hic locus: *Omnes igitur qui pacem nobiscum servare volunt, in primis autem eos qui in veteri urbe collectas agunt, et eos qui ab Arianis veniunt, ad vos allucite.* Intelligit Athanasius eos qui Meletio Antiochensi episcopo adhærebant. Hi enim ab Eustathianis segregati, in Palæa, id est in veteri urbe, collectas agebant, ut

testatur Theodorus in libro ii. capite 31; et in libro iii. capite 4. De iisdem loquitur Athanasius in dicta epistola: ἐπειδὴ δὲ συγχαίρομεν τοῖς βουλομένοις συνάπτεσθαι, πᾶσι μὲν, ἔξαιρέτως δὲ τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένοις. et paulo post: καὶ μηδὲν πλέον τούτων, καθὰ προείπομεν, μήτε τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ συναγομένους ἀπαιτεῖσθαι παρ' ἡμῶν, μήτε τοὺς περὶ Παυλῖνον σεσφ. Ubi vides eos qui in Palæa collectas agebant, distingui ab assecclis Paulini, id est, ab Eustathianis. Ex horum enim numero erat Paulinus. Illi ergo qui in Palæa conventus agebant, alii esse non possunt quam fautores Meletii, quos præcipue commendat Athanasius. VALES.

6, 3. καταστήσας οὖν Παυλῖνον] Paulinus presbyter fuit Antiochiæ, et dux fuerat eorum, qui Eustathium antea vivum sectati erant (mortuus enim hic est antequam Meletius episcopus ibi electus sit), qui autem tunc ejus nomine appellati se a communione ceterorum orthodoxorum secernebant. Eum Lucifer episcopum consecrari fecit, οὐκ εἶ γε ποιῶν, Theodoret. l. c.

Cap. 7. Conf. Sozom. v. 12. Athanas. Tom. ad Antiochen. 17 p. 770. Rufin. x. 28, 29. Cassiod. vi. 20. Niceph. x. 15.

7, 1. περὶ πλείστων καὶ ἀναγκαιοτάτων λόγους ἐγύμνασαν] Synodus hæc Alexandrina deliberavit imprimis, ut videtur, de recipiendis ubicunque illis qui in Arianorum errores delapsi erant. In qua quæstione visum est paci consulere; itaque decretum est, ut tantum perfidiæ autoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si forte velint, abjurato errore perfidiæ, ad fidem patrum statutaque converti: hæc Rufinus. Conf. Athanas. Epist. ad Rufinian. p. 963, Hieronym. adv. Luciferian. 20: tum autem præsertim de restauranda pace ecclesiæ Antiochensi, ubi simili quoque ratione admonent patres qui in synodo aderant, ut omnes in communionem recipiantur, qui velint hæresim Arianam, atque Sabellii, Pauli, Valentini, Basilidis, et Manichæorum errores abjurare, et præterea Fidem Nicænam confiteri. Quod ad fidei definitiones attinet, triplex habita est quæstio; nempe ut Deitatem Spiritus Sancti tuerentur, ut voces οὐσίαν et ὑπόστασιν recte explicarent, et ut veram incarnationem Christi assererent contra Apollinarii opinionem. Porro damnata est illa tabella de fide, quæ vulgata erat, tanquam a synodo Sardicensi exposita. Athan. Tom.

ad Antioch. 5, p. 772 et 776. *Quibus omnibus, caute moderateque compositis, ait Rufinus, unusquisque itinere suo cum pace perrexit.*

7, 6. Βήρυλλον] Cyrillum vocat Nicephorus in loco superius indicato. Verum nos ex optimis codicibus Florentino et Sfortiano Βήρυλλον restituimus. Emendationem nostram confirmat Epiphanius Scholasticus, qui hunc locum ita vertit: *Necnon per Beryllum Philadelphiae episcopum in Arabia constitutæ, facta synodus scribens ad eundem Beryllum hæc ipsa contradidit.* Beryllus, non Philadelphiae, ut ait Socrates, sed Bostrorum in Arabia fuit episcopus, qui Christum ante incarnationem Deum fuisse negabat, ut docet Eusebius in libro sexto Historiæ Ecclesiasticæ cap. 33. Ad hujus errorem refellendum synodus in Arabia congregata est, ad quam evocatus Origenes, Berylli hæresim confutavit, ut ibidem testatur Eusebius. De hac hæresi Berylli intelligendus est Origenis locus, in Commentariis Epistolæ ad Titum, qui sic habet: *Sed et eos qui hominem dicunt Dominum Jesum præcognitum et prædestinatum, qui ante adventum carnalem substantialiter et proprie non exstiterit, sed quod homo natus Patris solam in se habuerit Deitatem, ne ipsos quidem sine periculo Ecclesiæ sociari.* [tom. v. p. 287. ed. Lommatsch.] Habetur hic locus in Apologetico Pamphili pro Origene. [Galland. Bibl. t. iv. p. 13.] Meminit etiam Gennadius in libro de Dogmatibus Ecclesiasticis cap. 4. *Neque sic est natus ex Virgine, ut et Divinitatis initium homo nascendo acceperit, quasi antequam nasceretur ex Virgine, Deus non fuerit, sicut Artemon et Beryllus et Marcellus docuerunt.* VALES. Conf. Hieronym. Scriptor. Eccles. 60.

7, 11. φημι δὴ τὸ περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως] In hac synodo actum de hypostasibus, quas jam cœperant nonnulli in controversiam vocare. Erant nimirum qui tres hypostases in Trinitate esse dicerent, aliis unam esse pugnantibus. Re autem quæsitæ et deliberatæ, expensisque singulorum sententiis, utrorumque fidem sanam et orthodoxam esse deprehensum est. Nam qui tres hypostases dicerent, se ita profiteri aiebant, quod Trinitatem non nomine tenus crederent, sed singulas personas vere existentes et subsistentes; ita tamen admissa distinctione, ut neque tres Deos, neque totidem principia velent prædicari, sed Filium Patri consubstantialem, Spiritum-

que S. non rem creatam, sed a substantia Patris et Filii indivisum. Qui autem unam hypostasim esse defendebant, non ea mente ita enunciabant, ut, quemadmodum Sabellius, Filium ac Spiritum S. de medio tollerent; sed quia existimarent idem esse hypostasim atque *οὐσίαν* sive substantiam, quam unam eandemque in Patre, Filio, et Spiritu S. esse propugnabant. Re sic utrinque explanata, eandem omnium sententiam esse exploratum fuit. Atque uno omnium ore, uno consensu, hæretici omnes proscripti, Nicæna fides, ut omnium præstantissima, admissa est. Ea porro in disputatione et controversia, orientalium Asterius, occidentalium Eusebius Vercellensis causam et partes egerunt. *Ol. Monachi Benedictini vita Athanas. p. 79. ad ann. 362.* READING.

7, 13. *οὐδὲ λόγου ἤλωσαν*] *Contra autem refert Athanasius* 179 voces illas, *ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ*, atque *ὁμοούσιον*, non sine deliberatione a concilio adhibitas esse, vid. De Decret. Nicæna. Synod. 19—27. p. 224—233, Epist. ad Afr. 6. p. 895, De Synod. 45. p. 758. Et cum ex ejus narratione compertum habeamus illas voces magnopere ab Arianis impugnatas esse, cum ibidem legamus quoque argumenta et auctorum veterum testimonia quibus ab Athanasio in locis citatis defenduntur, ægre credi potest non a concilio hanc rem penitus ventilatam esse: quod etiam factum esse affirmat Eusebius in Epist. ad Cæsareens. supra, 1. 8, 46.

7, 14. *Οὐκ ἐπὶ Θεοῦ δεῖν ἔφασαν*] Acta synodi Alexandrinæ hodie quidem non exstant, verum ex epistola synodica, quam nomine ejus concilii scripsit Athanasius, et ex eo ipso quod magnus Athanasius huic synodo interfuit, satis apparet falsum esse quod hic ait Socrates. Quod enim ad synodicam attinet epistolam, nusquam in ea legitur, nomina illa substantiæ et hypostasis usurpanda non esse quoties de Deo loquimur. Nec Athanasius in sua synodo id decerni unquam passus esset, quod fidei Nicænae manifeste refragatur. Quippe vox substantiæ in symbolo fidei Nicænae posita cernitur. Imposuisse videntur Socrati hæc verba, quæ leguntur in epistola synodica: *πάντες τε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ μετὰ τὰς τοιαύτας ἐρμηνείας ὁμοῦ συντίθενται τῶν τοιούτων λέξεων, βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν εἶναι τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς ταύτης ἀρκεῖσθαι μᾶλλον καὶ χρῆσθαι ῥήμασιν.*

Omnes denique post istarum vocum interpretationem, Dei gratia, communi consensu approbarunt; meliorem et exactiorem esse eam fidem, quæ Nicææ a Patribus exposita esset, et in posterum sufficere debere ut ejus fidei vocabula potius usurpentur. Quibus verbis non damnantur voces illæ *οὐσία* et *ὑπόστασις*, sed id tantum asseritur; tutius esse uti vocabulis synodi Nicæænæ, quam illis trium hypostaseon et unius hypostasis. De his enim duntaxat vocibus tunc agebatur, cum alii quidem tres hypostases dicerent in Trinitate, sectatores scilicet Meletii: alii vero qui cum Paulino erant, unam hypostasim profiterentur. De substantia vero nulla tunc erat quæstio. Utraque enim pars unam esse substantiam in Trinitate asseverabat. Quomodo igitur stare potest quod ait Socrates, decretum esse in Alexandrina synodo, voces illas substantia et hypostasis in Deo usurpari non oportere? Fortasse etiam Sabinus, cujus collectionem diligenter legerat Socrates, eum in errorem induxit. VALES.

Nonnihil ejusmodi, quem Socrates dicere vult, a synodo decretum esse vix dubitare sinit Sozomenus; qui hoc loco non Socratis verba repetit, quemadmodum repetit Nicephorus, sed suam profert opinionem dum scribit sic, εὖ μάλα σοφῶς μοι δοκοῦσιν ὄρῳσαι μὴ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἐπὶ Θεοῦ τούτοις χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασι, πλὴν ἥνικα τις τὴν Σαβελλίου δόξαν ἐκβάλλειν πειρωῖτο, ἵνα μὴ ἀπορίᾳ ὀνομάτων ταύτων δόξη τις τρισὶ προσηγορίας καλεῖν, ἀλλ' ἕκαστον ἰδίᾳ νοοῖτο τριχῆ· καὶ τὰ μὲν ὧδε τοῖς τότε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνελθοῦσιν ἔδοξε. Quæ tamen multum a Socrate diversa sunt. Socrates enim innuit decretum esse a synodo, non oportere his vocibus uti de Deo: quod idem erat acsi oblique fidem Nicænam damnaret: certum autem est synodum id non fecisse. E Sozomeno vero intelligere possumus synodum statuisse tantummodo, non necesse esse inprimis Dei naturam hisce vocibus definire, nisi si quis velit Sabellianas opiniones diserte excludere. Quo autem animo synodus hæc Nicænam synodum respexerit colligere possumus ex uno præsertim loco, ubi Athanasius memorat, præceptum esse ab ea Arianis resipiscentibus ut, ὁμολογείτωσαν τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, καὶ μηδεμίαν ἄλλην σύνοδον προκρίνειν ταύτης τῆς συνόδου. Epist. ad Rufinian. p. 964.

7, 15. τῶν ὀνομαζομένων] In codice Florentino legitur τῶν ὀνομαζομένων. Vulgatam tamen scripturam [ὀνομάτων] tuetur

Nicephorus. [x. 15.] Sic enim hunc Socratis locum posuit : ἀλλ' ἕκαστον τῶν ἐν τῇ τριάδι παραλαμβανομένων ὀνομάτων ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει θεολογοῖτο τριχῆ διαιρούμενον. Quæ doctus interpretis ita vertit : *Sed tribus usurpatis nominibus, res quæque in Trinitate tripliciter distincta peculiari subsistentia sua intelligatur.* Verum hanc interpretationem probare non possum, quippe quæ a verbis auctoris nimium recedit. Turbavit scilicet Langum vox illa τῶν ὀνομάτων, nec immerito. Neque enim nomen ipsum Patris, aut Filii, aut Spiritus Sancti θεολογεῖται, id est, Deus esse creditur ac prædicatur, sed res quæ nominibus illis significantur. Quare præferenda est, meo quidem iudicio, lectio codicis Florentini. VALES.

7, 18. Εἰρηναῖος δὲ ὁ γραμματικὸς] Irenæus grammaticus fuit Alexandrinus, Heliodori metrici discipulus, qui Latino vocabulo Minucius Pacatus dicebatur. Hic multos libros de Atticæ linguæ proprietate conscripserat. Nam Ἀττικῶν ὀνομάτων tres scripsit libros, et totidem alios de Attica consuetudine in dictione et in prosodia, qui per ordinem literarum erant contexti : de Atticismo item unum, ut refert Suidas in Lexico. [1615 et 2808.] VALES.

7, 19. ὡς εἴ τις λέγοι] Hunc locum aliter legit Nicephorus. 180 Pro his enim quæ citavimus, sic habet : καὶ ἄλλος τὴν ἐν πύθω τρύγα φησίν. Epiphanius autem Scholasticus hunc locum ita vertit : *Apud Menandrum vero veluti fæces quæ ex vino colliguntur in dolio, ὑπόστασις, id est subsistentiam designare dicit.* Ego vero alium esse sensum existimo horum verborum, ut scilicet Menander condimentum vocarit ὑπόστασις, eo quod subsidat in fundo patinæ, perinde ac fæx in dolio. VALES.

7, 23. οὐδὲν δὲ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος] Nicephorus hunc Evangelii locum citans, vocem addit hoc modo : εἰ οὐδὲν δὲ seqq. Ita ut post vocem ἀρρητον ponatur finalis distinctio. Certe in editione Roberti Stephani, post vocem λαβεῖν subdistinctio duntaxat apposita est. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur, et post vocem λαβεῖν finalem apponit distinctionem, quem nos hic secuti sumus. VALES.

7, 24. εἰς ὕστερον ἐροῦμεν] Infra, iv. 23.

Ibid. ὡς χρησίμων τῇ ὑποθέσει] Gravem et perplexam motam esse quæstionem in Ecclesia de significatione vocum illarum, οὐσίας et ὑποστάσεως, constat vel ex una epistola Hieronymi, xv, in qua Damasum papam de hac re consulit. Disceptaba-

tur non tantum inter Græcos et Latinos, cum utraque vox a Latinis reddi posset *substantia*, et proinde ambiguus illis sensus esset, quamobrem a nonnullis *οὐσία substantia, ὑπόστασις* vero *subsistentia* vertebatur, ut Rufin. Hist. x. 29, Liberat. Breviar. ii., verum etiam inter Græcos, qui non omnes conveniebant de earum vocum discrimine. *Οὐσία* enim aliquando, (*ἀρχαιοτρόπως*, uti scribit Photius,) sonabat idem atque *φύσις*, quemadmodum Melito Sardensis scripsit esse, *τὰς δύο οὐσίας* Christi. Fragm. Mel. in Anastas. Sin. Ὀδηγ. 13, p. 258. Cave. Hist. Lit. et Pierius in Photii Biblioth. 119: aliquando sonabat *σῶμα* aut *materia*; quo sensu Paulus Samosatenus affirmabat Christum *ὁμοούσιον* esse, quod item sensu hoc materiali concilium Antiochenum negavit, ut testantur Athanasius De Synod. 45, p. 759, Basilius Epist. ad Canonic. lii. 1. tom. iii. p. 145, Eulogius in Phot. Biblioth. cod. 230. p. 273. Bek.: et simili sensu dicebant Valentiniani Gnostici, quos citat Clemens Alexandrinus, de Christo, *τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ ὅπερ ὁμοούσιον ἦν τῇ ἐκκλησίᾳ*, Fragm. 42. ed. Klotz. Conf. Fragm. 19 in fine: atque eo quidem prætextu, nempe quod *οὐσία* corporeum aliquid Deo attribui videretur, Ariani *τὸ ὁμοούσιον* præcipue aversati sunt; quod apparet in Eusebii epistola ad Cæsareenses, supra, i. 8, 48. seqq. Tum multis visum est *οὐσίαν* atque *ὑπόστασιν* eandem rem esse, uti scribit Basilius in Epist. ad Gregor. xxxviii. 1. p. 115. et Athanasius sic, *ἡ δὲ ὑπόστασις οὐσία ἐστίν, καὶ οὐδὲν ἄλλο σημαινόμενον ἔχει, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν.*—*ἡ γὰρ ὑπόστασις καὶ ἡ οὐσία ὑπαρξίς ἐστίν.* Epist. ad Afros, 4, p. 894. Synodus vero Sardicensis in ea parte Synodicæ Epistolæ quam Theodoretus servavit omisit vero Athanasius, (Apol. 44,) nempe inter anathemata in fine ejus, *tres hypostases* tanquam hæreticorum doctrinam damnavit, sic, *καὶ ὅτι περὶ τὸ τῶν αἰρετικῶν σύστημα φιλονευεῖ, διαφόρους εἶναι τὰς ὑποστάσεις τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος—ἡμεῖς δὲ ταύτην παρειλήφαμεν καὶ δεδιδάγμεθα καὶ ταύτην ἔχομεν τὴν καθολικὴν παράδοσιν καὶ πίστιν καὶ ὁμολογίαν, μίαν εἶναι τὴν ὑπόστασιν, ἣν αὐτοὶ οἱ αἰρετικοὶ οὐσίαν προσαγορεύουσιν.* Theodoret. H. E. ii. 8. Contra autem Eunomius, Arianus Anomæus, in Confessione suæ fidei A. D. 383, ipse quoque tres hypostases repudiavit, *Θεὸν—οὔτε ἐκ μίας οὐσίας εἰς ὑποστάσεις τρεῖς σχηματιζόμενον.* Vid. Canis. Thesaur. Basnag. tom. i. p. 178. Conf. Athan.

Tom. ad Antioch. 6, p. 773. Cyrill. Hierosol. Catech. vi. 5. Plura vide in Suicer. Thesaur. v. *ὑπόστασις*, Toutté ad Cyrill. Hier. l. c. et Dissert. de Vit. Cyrill. p. xiv. xv, Vales. ad Euseb. H. E. i. 2, 11, et Heinechen ibid., Facund. Hermian. Defens. Trium Capit. vi. 5. p. 92, et Sirmond. ad l. Et eo sensu Ariani quoque impugnabant τὸ ὁμοούσιον, tanquam hæc Ecclesiæ doctrina esset, τὸν Υἱὸν κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁμοούσιον λέγεσθαι παρ' ἡμῶν, Basil. Epist. ccxiv. 3, p. 322; id enim peculiaris reputabat esse Sabellii error, ut affirmando unitatem Dei tolleret distinctionem personarum, Basil. Epist. cxxv. 1. p. 215. ccx. 5, p. 317. Hanc vero opinionem, nihil interesse inte *οὐσίαν* et *ὑπόστασιν*, nonnulli tutati sunt tum ex Apostolo, ad Hebr. i. 3, tum ex eo quod dictum sit post Symbolum Nicænum, εὐὰν δέ τις λέγῃ ἐξ ἐτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν υἱόν. Quorum argumenta refellit Basilius in Ep. xxxviii. 6, p. 120. Ep. cxxv. 1, p. 215. Paulinus autem episcopus Antiochiæ, licet subscripserit interpretationi περὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων καὶ τῆς μίας ὑποστάσεως ἦτοι οὐσίας, constanter tamen recusavit τρεῖς ὑποστάσεις dicere, causatus velle se in hac re sequi occidentales, quorum linguæ paupertati magnam partem rixæ illius imputabant Græci. Vid. Acacii Epist. ad Cyrill. Alexandr. inter Cyril. Op. tom. vi. p. 64, et Athan. Tom. ad Antiochen. 11, p. 777. Veruntamen exinde postea luculenter expositum est, et plerumque convenit, atque etiam usu invaluit, *οὐσίαν* intelligendam esse *Essentiam*, quæ una est in Triuno Deo, *ὑπόστασιν* vero *Personam*, quæ Unicuique e Tribus propria est. Vid. Basil. Epist. xxxviii. lii. cxxv. ccx. 5. ccxiv. 3. cexxxvi. 6. Gregor. Naz. Orat. xx. 7. xxi. 35. xxxix. 11. xlii. 16. Epiphani. Hær. lxxiii. 17. Cyrillus Alexandrinus, seu quis alius ejus nomine, ita definit, φαμέν δὲ ἕκαστον τῶν Τριῶν τελεῖαν ἔχειν ὑπόστασιν, ἵνα μὴ ἐκ τριῶν ἀτελῶν μίαν σύνθετον φύσιν τελεῖαν γνωρίσωμεν, ἀλλ' ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσι μίαν οὐσίαν ἀπλήν ὑπερτελή καὶ παντέλειον seqq. De Sacros. Trinit. 9. Eodem sensu vocem *ὑπόστασις* adhibuit synodus Illyrica, ἐν τρισὶ προσώποις, τοῦτ' ἔστιν, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν, quem locum citat Valens imperator tanquam occidentalium fidem, Theodoret. Hist. iv. 8. Et Amphilocheus Iconiensis sic, τῶν τριῶν ὑποστάσεων καθαρῶς ἡμῖν παραδοθειῶν—τῶν προσώπων καὶ τῶν ὑποστάσεων τριῶν δηλουμένων, τῆς δὲ φύσεως καὶ τῆς θεότητος μίᾳς ὁμολογηθείσης—οὔτε

τρεις ἀρχὰς, οὔτε τρεῖς θεοὺς, οὔτε τρεῖς διαφοροὺς καταγγέλλομεν φύσεις σοεϛ. Epist. Synod. Vid. Galland. Bibl. tom. vi. p. 489. Conf. Gregor. Nyssen. Epist. ii. ibid. p. 607. et paulo infra, Αἱ μὲν οὖν ὑποστάσεις κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον ἀσυγχύτως ἀπ' ἀλλήλων διακεχωρισμέναι εἰσὶ—ἡ δὲ οὐσία αὐτῶν—εἰς ἑτερότητα τινα φύσεως οὐ διαμερίζεται, Epist. ad Heraclian. ibid. p. 632. Maximum, περὶ κοινῆς καὶ ἰδίου, τουτέστιν οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, in Photii Biblioth. Cod. 194. Joann. Damascen. Dialect. 42, 43. (et Le Quien. ad 1.) et Institut. Element. 7. et Suicer. Thesaur. Non autem ignota hæc verba priori ecclesie sæculo, neque male intellecta fuisse, liquet ex Origenis scriptis; qui eodem modo ea distinguit quo Basilius et alii, cum erroris arguit illos qui putant μὴ διαφέρειν τῷ ἀριθμῷ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἓν, οὐ μόνον οὐσία ἀλλὰ καὶ ὑποκειμένη, τυγχάνοντας ἀμφότερους,—οὐ κατὰ ὑπόστασιν λέγεσθαι πάτερα καὶ υἱόν: ubi per οὐσίαν exprimere vult ipsam *essentiam* Dei, per ὑπόστασιν vero individuum *personam*. Origen. in Evang. Joan. tom. x. 21. Conf. etiam, τοῦ Λόγου—τοῦ ὑφεστηκότος οὐσιωδῶς κατὰ τὸ ὑποκειμένον. ibid. tom. vi. 22. et tom. i. 23. ubi Filium ὑφεστάναι, id est *personaliter subsistere*, contendit. Porro autem Origenes de Dei οὐσία disputat, ibid. tom. xiii. 21: denique hanc vocem adhibet quoque de Spiritu Sancto, cum scribit, ὁ Παράκλητος προσεχῶς ἐνεργῶν νῦν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς αὐτοῦ (leg. αὐτῆς) οὐσίας ἐστὶ καὶ δυνάμει τῷ προσεχῶς ἐνεργήσαντι κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην. Fragm. 24. ed. Lommatsch. Tum concilium Antiochenum, quod Paulum Samosatenum damnavit, voce οὐσία usum est ut veritatem naturæ Christi constitueret. Sicut affirmat Semiarianorum epistola ab Epiphano citata, ἠναγκάσθησαν οἱ πατέρες οἱ κρῖναντες Παῦλον—ἵνα δελφῶσιν ὅτι ὁ Υἱὸς ὑπόστασιν ἔχει καὶ ὑπάρχων ἐστὶ—οὐσίαν εἰπεῖν καὶ τὸν Υἱόν. Hæres. lxxiii. 12.

Cap. 8. Conf. Athanas. p. 320. Cassiod. vi. 22. Niceph. x. 16.

8, 1. πάλαι πεπονημένον] Scripta esse videtur ea Apologia A. D. 357. Vide quæ dicta sunt supra, ad ii. 36, 3.

8, 9. ἀπὸ μὲν τοῦ Σαοὺλ ἔφευγε] 1 Reg. xxii. 2. Septuag. 181

8, 15. τὸν μὲν Ἰακώβ] Genes. xxvii. 42.

Ibid. τὸν δὲ Μωϋσῆν] Exod. ii. 15.

8, 16. φεύγοντι τὸν Σαοὺλ] 1 Reg. xix. 11.

Ibid. ἐν τῷ σπηλαίῳ] 1 Reg. xxii. 1. xxiv. 4.

Ibid. ἀλλοιοῦντι τὸ πρόσωπον] 1 Reg. xxi. 13.

- 8, 17. κρυπτόμενον δὲ διὰ τὸν Ἀχαάβ] 3 Reg. xvii. 3.
 Ibid. τὰς ἀπειλὰς τῆς Ἰεζάβελ] 3 Reg. xix. 2, 3.
 Ibid. παρὰ τῷ Ἀβδίᾳ] 3 Reg. xviii. 13.
 8, 18. Παῦλος ἐν Δαμασκῷ] 2 Cor. xi. 32. 182
 8, 21. πόλεις φυγαδευτηρίους] Exod. xxi. 13. Num. xxxv. 11.
 8, 22. Ὅταν δὲ διώκωσω] Matt. x. 23.
 8, 23. τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως] Matt. xxiv. 15.
 8, 28. Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον] Matt. ii. 13.
 8, 30. ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν] Matt. xii. 15.
 8, 31. Ἄπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας] Joan. xi. 53.
 8, 32. ἐκρύβη καὶ ἐξῆλθεν] Joan. viii. 59.
 8, 33. μᾶλλον δὲ κατανοοῦντες] Musculus et Christophorus
 hæc verba κατὰ τὸ γεγραμμένον, jungunt cum βλέπουσιν, quasi
 Athanasius alludat ad illud Evangelii, *ut videntes non videant*.
 Quod non probō. Nam Ariani ista tunc videre non poterant,
 quæ diu ante ipsorum ætatem fuerant gesta. Vocem quoque
 πυρκαυστοὶ de igne æterno malim intelligere cum Lango, vel
 certe de igne cælitus immisso. Denique verbum θέλουσι posi-
 tum videtur pro μέλλουσι, vel pro ὀφείλουσι. VALES.
- 8, 34. ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς] Matt. xiv. 13. 183
 8, 35. ἀπαξ κατ' αὐτοῦ βλασφημεῖν] Male hunc locum verte-
 runt interpretes. Unum excipio Langum interpretem Nice-
 phori, qui ita vertit: *Qui semel blasphemare et maledictis eum
 incessere consulto instituerunt*. Arianos enim intelligit, qui Chri-
 stum in creaturarum ordine reponabant. VALES.
- 8, 39. Ἐξήρουν οὖν] Joan. vii. 30.
 8, 40. Ὅπως ἦλθεν] Joan. ii. 4.
 Ibid. Ὁ ἐμὸς καιρὸς] Joan. vii. 6.
 8, 41. Καθεύετε λοιπὸν] Matt. xxvi. 45.
 Cap. 9. Conf. Sozom. vi. 13. Theodoret. iii. 4. Rufin. x. 30. 184
 Sulpic. Sev. ii. 41. Cassiod. vi. 23. Niceph. x. 17.
 9, 4. Μελέτιος δὲ ἐξω τῶν πλῶν] Antiochia in duas urbes
 fuit divisa, antiquam sc. quæ secundum Orontis fluvii oram
 longum terræ occupabat spatium; et novam, in ejusdem fluvii
 insula sitam, forma rotunda, quæ quinque pontibus antiquæ
 jungebatur. In antiqua exstabat vetus ecclesia de apostolis
 fundata, quam ideo apostolicam vocat Theodoretus; in qua
 Meletius conventus agebat. Paulinus vero parvam suam ec-
 clesiam in nova urbe occupabat. *Cl. Monachi Benedictini in*

Athanas. vol. ii. p. 771. READING. Cum Meletio *numerosiorem fuisse populum* refert Rufinus l. c.

9, 7. Λούκιφερ τὴν ὁργὴν ἀποπληρῶσαι οὐκ ἴσχυσεν] Addit postea Rufinus de Lucifero: *Si vero recepisset Alexandrini decreta concilii, omne suum frustrandum videbat incceptum.* Ego vero, cur Lucifer Alexandrinæ synodi decreta recusare debuerit, causam non video. Etenim synodus Alexandrina ordinationem Paulini approbaverat, ut superius notavi ex epistola synodica Athanasii. Cui epistolæ cum Eusebius quoque Vercellensis subscripserit, ipse etiam ordinationem Paulini a Lucifero factam comprobasse videri potest. Idem tamen post Alexandrinum concilium, cum venisset Antiochiam, animadverso catholicorum discidio neutri parti communicavit, ut testatur Rufinus: id est a Paulini et Meletii communione pariter abstinuit. VALES. Conf. adnotata in marg. quibus hæc subjungenda sunt.

Conf. ad 6, 2. supra. At vero causa cur Lucifer nollet decreta concilii recipere satis apparet: nam concilium censuit Arianos poenitentes restituendos esse, contra Luciferi sententiam. Meletianos autem etiam multum commendavit, et præcipuam operam dedit ut disjunctæ orthodoxorum partes Eustathianorum et Meletianorum iterum in unum coirent, sicut videmus in Athan. Tom. ad Ant. 1. et 3. Quod si fieret, tum non opus erat ut Paulinus, qui presbyter et dux fuit Eustathianorum, consecratus esset episcopus: nam jam Meletius Antiochiæ episcopus fuit: itaque Lucifer plusquam sategerat dum alterum ordinari fecisset: quæ sententia fuit Eusebii Caralitani, sicut referunt Socrates et Sozomenus; et simile iudicium fert Theodoretus iii. 5. Animadvertendum autem est, Tomum ad Antiochenses nusquam Paulinum episcopum appellare, nedum ejus ordinationem approbare, neque usquam Meletium nominare. Itaque non adeo certum esse videtur Paulinum consecratum esse ante habitum concilium Alexandrinum: quanquam legati ejus a concilio suscepti sint; nam Paulinus adhuc presbyter Eustathianorum dux fuerat, et poterant fortasse Eustathianorum legati esse. Meletius vero nondum ab exilio reversus erat Antiochiam quando concilium conveniebat: regressum postea Rufinus dicit *ecclesias tenuisse, et propriam synodum habuisse cum orientalibus episcopis, nec tamen Athanasio junctum esse.*

Quod vero ad textum hujus loci attinet, illis quæ in margine adnotata sunt hoc insuper addi potest, nempe, Sozomenum quoque lectionem *ὁμολογίας* confirmare, cum scribat de Lucifero, quod misso diacono *ὁμολόγησεν ἐμμεῖναι τοῖς πραχθεῖσιν*. v. 13.

9, 8. *νῦν τῆς ἐκκλησίας χωρίζονται*] Causa secessionis fuit, quod Lucifer non passus sit episcopus aut clerum, qui ab Arianis transierant, in Ecclesiam suscipi; quamvis ab Arianis baptisatos receperit. Hinc ortum est schisma, et famosum postea aliquando increbruit nomen *Luciferiani*; contra quos scripsit Hieronymus in Dial. adv. Lucifer. Alii subinde errores illis imputati sunt, incertum tamen est quo auctore, nempe, *ut animam dicant ex transfusione generari*. Plura vid. in Augustin. De Hæres. lxxxi. Secta tamen cito evanuit. Rufin. Hist. x. 30.

9, 10. *Ἰταλίας ἐπιβάς*] Eusebius hic, natione quidem Sardus, 185 postea Vercellensis dictus a Vercellis urbe Italiæ in Insubrum confinio, cujus episcopus factus est. Peragratis Orientis provinciis, in Italiam rediit, obiitque anno 371. non tantum confessoris titulo, sed et martyris etiam honorandus, ab Arianis quippe lapidibus obrutus, modo genuina sit inscriptio in sepulchro ejus inventa, in qua acrostichis versibus habebatur, EUSEBIUS EPISCOPUS ET MARTYR, et modo vera referant scriptores nonnulli; quos tamen omnes recentiores esse Baronius agnoscit. *Guil. Cave ad ann. 354. p. 166.* READING.

Cap. 10. Conf. Sozomen. v. 13. 14. Sulpic. Sever. Hist. Sacr. ii. 45. Rufin. x. 31. Cassiod. vi. 24. Niceph. x. 17. 18.

10, 1. *Ἰλάριος*] Hilarius, origine Gallus, patria Pietaviensis, ex pagana superstitione ad Christianam religionem transiisse videtur. Conjugatum fuisse, et cum uxore etiam post susceptum episcopatum cohabitasse non inficiantur cordatiores pontificii. Factionem Arianam etiam in Occidente dominantem multum compescuit, oblato ad Constantium libello. Præcipue in synodo Biterrensi anno 356, Arianis se strenue opposuit, inde ab imperatore, Saturnini Arelatensis episcopi dolis circumvento, actus in exilium in Phrygiam relegatur. Anno 359 in concilio Seleuciensi ecclesias Gallicanas ab infami Sabellianismi crimine vindicavit. Legatos synodi Constantinopolim secutus, extremo fidei animadverso periculo, tribus libellis publice datis ab imperatore poposcit, ut coram Arianis dis-

ceptare liceret; quod hæretici maximopere abnuerunt. Postremo quasi discordiæ seminator et perturbator Orientis (Sulpicii Severi verbis utor, lib. ii. p. 163.) redire ad Gallias jubetur, rediitque ineunte imperium Juliano. Domum reversus grassantem ubique hæresin Arianam habitis frequentibus intra Galliam synodis autoritate sua et doctrina pene exterminavit. Illud apud omnes constitit, inquit Sulpicius, unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas. Circa ann. 368, vel 369, Mediolanum se contulit, ut Auxentium hujus urbis episcopum, Arianorum primipilum, coram imp. Valentiniano detegeret et refutaret. Rediens eodem anno animam Deo pie reddidit. *Guil. Cave ad ann. 354, p. 164.* **READING.**

10, 1. κατειλήφει τοὺς τόπους] Sulpicius memorat Hilarium jussum esse redire Gallias post concilium Constantinopolitanum anni 360. Conf. supra, ad ii. 42, 6. Fertur tamen lentis itineribus profectum paulo serius illuc pervenisse. Cave. Hist. Litt. Mortuus est sexto post reditum anno. Sulpic. l. c.

10, 4 συνόδους συνεχῶς ἐν διαφόροις ἐποιοῦντο τόποις] De his Macedonianorum conciliabulis intelligendus est Basilii locus in epist. 72. [eccl. 4.] ad Euæsenos: πῶστις παρ' ἡμῶν οὐκ ἄλλη μὲν ἐν Σελευκείᾳ, ἄλλη δὲ ἐν Κωνσταντινου πόλει· καὶ ἄλλη ἐν Ζήλαις, καὶ ἐν Λαμψάκῳ ἄλλη, καὶ ἐπὶ Ῥώμῃ ἕτερα. **VALES.**

10, 6. ὡς ὁμοδόξοις ἐκουνωνεῖτε] Merito id objiciebatur Macedonianis, quod cum in formula fidei dissentirent ab Acacianis, et ab illis depositi essent in synodo Seleuciensi et Constantinopolitana, nihilominus cum illis communicarent. Certe hoc nomine eos accusat Basilius in epistola 73. [ccxxvi. 2.] ad suos monachos. De his enim hæc intelligenda sunt illius verba: *Qui enim erroris nos insimulant, conspicue deprehensi sunt hæreticorum favere parti. Qui nos propter aliena quædam scripta condemnant, ii propriis confessionibus, quas scriptas nobis commendarunt, contrarii inveniuntur. Observate consuetudinem eorum qui talia audent. Solent perpetuo ad prævalentem deficere partem, et imbecillibus amicis proculcatis colere potentes. Qui enim divulgatas illas epistolas contra Eudoxium totamque ipsius factionem scripserunt; et ad omnes fratrum conventus miserunt, contestatique sunt ut communionem illorum tanquam animarum pestem fugerent et ob hanc causam prolatas de sua ipsorum depositione sententias non receperunt, eo quod ab hæreticis late essent,*

sicut nobis tum persuadebant; iidem nunc omnium obliti, cum hæreticis illis conjuncti sunt, nec ullo pacto id negare possunt. Suum enim propositum aperte declararunt, dum Ancyrae communionem eorum in ædibus privatis amplexi sunt. Siquidem hoc pacto in commune ab illis suscepti sunt. Hæc Basilii verba de Eustathio et Macedonianis intelligenda sunt, qui Basilium in-simulabant, quod olim cum Eudoxio communicasset, ut patet ex epistola 79 [cxxxiii.] ad Eustathium. [Illa autem] Socratis verba aliter cepit Nicephorus, hoc modo: τί δὴ ποτε νῦν τοῖς περὶ Ἀκάκιον διαφέρονται, δρόφρονες αὐτοῖς τὸ πρότερον καὶ κοινῶν καθεστῶτες; Id est, *Cur nunc dissentitis ab Acacianis, quibus-cum antea consensistis et communicastis?* Nicephorus igitur verba illa ἄχρι νῦν cepisse videtur pro ἄχρι τότε. Ego tamen hanc expositionem non probo, et ἐκοινωνεῖτε positum puto a Socrate pro κοινωνεῖτε. Quod mirifice confirmat Basilius in epistola supra citata, et Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi Semiarianos licet in plures factiones divisi essent, verbis tantum dissensisse dicit, re autem ipsa in unam sententiam conspirasse: adeo ut difficile esset assignare in quo inter se dissiderent. Sed nunc re attentius examinata, sensum Nicephori veriore puto. Ait enim Socrates Eleusium et Eustathium et reliquos Macedonianos hoc primum tempore, id est principatu Juliani, propriæ sectæ corpus conflasse, et collectis synodis fidem Antiochenæ synodi comprobasse, et Acacium cum sociis anathemate damnasse. Interrogatos autem a nonnullis, cur tamdiu post Seleuciensem synodum cum Acacianis communicassent, quorum fidem repudiabant; ita respondisse per Sophronium; occidentales quidem errabant qui homoou-sion asserebant: orientales vero opinionem Aetii sectantes, dissimilem substantiam confitebantur. Nos mediam viam insistentes, similem secundum hypostasim dicimus. Hæc est responsio Sophronii. Quæ ut satisficiat interrogationi, id necessario subaudiendum est: idem ergo cum senserint Acaciani, nihil mirum si cum illis hactenus communicavimus. Certe Acacius similem Patri Filium profitebatur, perinde ac Macedoniani. Vide Sozomenum in lib. 5, cap. 14. VALES.

10, 12. Διὰ δὲ τοῦ μέμψασθαι Ἀέτιον] Hic locus non modi- 186
cam habet difficultatem, ac responsum quidem illud Macedo-nianorum quod supra ex Sabino retulit Socrates, satis obscu-

rum est. Censura vero ac reprehensio ejusdem responsi, quam nunc Socrates subjungit, adhuc videtur obscurior. Nec quidquam nos adjuvat Nicephorus, qui hunc Socratis locum pene ad verbum exscripsit. Conabimur tamen aliquid proferre ad illustrationem hujus loci. Hæc igitur est nostra sententia. Interrogati erant Macedoniani quamobrem dissentirent ab Acacio, quocum antea communicaverant. Respondentes illi, homousianos causabantur et Aetium. Nihil hoc ad rem, dicit Socrates. Non enim de Aetio interrogati estis, sed de Acacio; fucum omnino facitis veritati; nam et Acacius perinde ac vos damnat Aetii dogma. Quod si Aetii dogma damnatis, non ideo minus estis hæretici. Vestris siquidem verbis novitatis seu hæreseos convincimini, dum Filium dicitis *ὁμοιον καθ' ὑπόστασιν*. In quo et a catholicis Nicænae fidei sectatoribus dissentitis, qui consubstantialiorem profitentur; et ab Arianis qui creaturam, aut dissimilem secundum substantiam asserebant. Certe Theodoritus in libro 4. hæreticarum fabularum, ait Macedonium asseruisse Filium Dei *ὁμοιον κατὰ πάντα*, et *ὁμοιούσιον* primum excogitasse. Fuit ergo ex Semiarianis perinde atque Acacius. VALES.

Cap. 11. Conf. Sozomen. v. 5. et 15. Niceph. x. 21.

11, 1. ἡδὺς τοῖς πᾶσι φανεῖς] Julianus epistola 43, Hecebolo. Ἐγὼ μὲν κέκρικα τοῖς Γαλιλαίοις—*Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer et humaniter statui, ut nemini vis inferatur, nemo in templum trahatur, neque alia de re ulla, præter voluntatem suam, contumelia quisquam afficiatur.* Rursus Epistola 52, Bostrenis, λόγῳ δὲ πείθεσθαι χρῆ—*Oratione persuaderi docerique satius est homines, quam verberibus ac contumeliis corporumque suppliciis.* Ergo iterum ac sæpius eos admoneo qui in veram religionem voluntate sua feruntur, ne qua injuria Galilæos afficiant, aut contumeliis vexent. Etenim misericordia potius illi, quam odio digni sunt, qui maximis in rebus calamitatem patiuntur. READING.

11, 2. ἐντὸς δύο μηνῶν] Fuit ergo non admodum grandis illa 187 ædes. Conf. supra, ad ii. 38, 23.

11, 3. *θυσίας*] Pro *θυσίας* Stephan. et Vales. habent *θυσίαν*. Genev. vero et Reading, nescio quo auctore, *θυσίας*: nam codicibus illi non usi sunt. Hoc tamen verum esse confirmant F. et M. qui habent *θυσίας*.

sicut nobis tum persuadebant; iidem nunc omnium oblitis, cum hæreticis illis conjuncti sunt, nec ullo pacto id negare possunt. Suum enim propositum aperte declararunt, dum Ancyrae communionem eorum in ædibus privatis amplexi sunt. Siquidem hoc pacto in commune ab illis suscepti sunt. Hæc Basilius verba de Eustathio et Macedonianis intelligenda sunt, qui Basilium insimulabant, quod olim cum Eudoxio communicasset, ut patet ex epistola 79 [ccxxiii.] ad Eustathium. [Illa autem] Socratis verba aliter cepit Nicephorus, hoc modo: τί δή ποτε νῦν τοῖς περὶ Ἀκάκιον διαφέρονται, ὁμόφρονες αὐτοῖς τὸ πρότερον καὶ κοινῶν καθεστῶτες; Id est, Cur nunc dissentitis ab Acacianis, quibuscum antea consensistis et communicastis? Nicephorus igitur verba illa ἄχρι νῦν cepisse videtur pro ἄχρι τότε. Ego tamen hanc expositionem non probo, et ἐκοινωνεῖτε positum puto a Socrate pro κοινῶν. Quod mirifice confirmat Basilius in epistola supra citata, et Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi Semiarianos licet in plures factiones divisi essent, verbis tantum dissensisse dicit, re autem ipsa in unam sententiam conspirasse: adeo ut difficile esset assignare in quo inter se dissiderent. Sed nunc re attentius examinata, sensum Nicephori verioremi puto. Ait enim Socrates Eleusium et Eustathium et reliquos Macedonianos hoc primum tempore, id est principatu Juliani, propriæ sectæ corpus conflasse, et collectis synodis fidem Antiochenæ synodi comprobasse, et Acacium cum sociis anathemate damnasse. Interrogatos autem a nonnullis, cur tamdiu post Seleuciensem synodum cum Acacianis communicassent, quorum fidem repudiabant; ita respondisse per Sophronium; occidentales quidem errabant qui homoousion asserebant: orientales vero opinionem Aetii sectantes, dissimilem substantiam confitebantur. Nos mediam viam insistentes, similem secundum hypostasim dicimus. Hæc est responsio Sophronii. Quæ ut satisfaciatur interrogationi, id necessario subaudiendum est: idem ergo cum senserint Acaciani, nihil mirum si cum illis hæcenus communicavimus. Certe Acacius similem Patri Filium profitebatur, perinde ac Macedoniani. Vide Sozomenum in lib. 5, cap. 14. VALES.

10, 12. Διὰ δὲ τοῦ μέμψασθαι Ἀέτιον] Hic locus non modicum habet difficultatem, ac responsum quidem illud Macedonianorum quod supra ex Sabino retulit Socrates, satis obscu-

rum est. Censura vero ac reprehensio ejusdem responsi, quam nunc Socrates subjungit, adhuc videtur obscurior. Nec quidquam nos adjuvat Nicephorus, qui hunc Socratis locum pene ad verbum exscripsit. Conabimur tamen aliquid proferre ad illustrationem hujus loci. Hæc igitur est nostra sententia. Interrogati erant Macedoniani quamobrem dissentirent ab Acacio, quocum antea communicaverant. Respondentes illi, homousianos causabantur et Aetium. Nihil hoc ad rem, dicit Socrates. Non enim de Aetio interrogati estis, sed de Acacio; fucum omnino facitis veritati; nam et Acacius perinde ac vos damnat Aetii dogma. Quod si Aetii dogma damnatis, non ideo minus estis hæretici. Vestris siquidem verbis novitatis seu hæreseos convincimini, dum Filium dicitis *ὁμοιον καθ' ἰπόστασιν*. In quo et a catholicis Nicænxæ fidei sectatoribus dissentitis, qui consubstantialiam profitentur; et ab Arianis qui creaturam, aut dissimilem secundum substantiam asserebant. Certe Theodoritus in libro 4. hæreticarum fabularum, ait Macedonium asseruisse Filium Dei *ὁμοιον κατὰ πάντα*, et *ὁμοιούσιον* primum excogitasse. Fuit ergo ex Semiarianis perinde atque Acacius. VALES.

Cap. 11. Conf. Sozomen. v. 5. et 15. Niceph. x. 21.

11, 1. ἡδὺς τοῖς πᾶσι φανεῖς] Julianus epistola 43, Hecebolo. Ἐγὼ μὲν κέρρικα τοῖς Γαλιλαίοις—*Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer et humaniter statui, ut nemini vis inferatur, nemo in templum trahatur, neque alia de re ulla, præter voluntatem suam, contumelia quisquam afficiatur.* Rursus Epistola 52, Bostrenis, λόγῳ δὲ πείθεσθαι χρῆ—*Oratione persuaderi docerique satius est homines, quam verberibus ac contumeliis corporumque suppliciis. Ergo iterum ac sæpius eos admoneo qui in veram religionem voluntate sua feruntur, ne qua injuria Galilæos afficiant, aut contumeliis vexent. Etenim misericordia potius illi, quam odio digni sunt, qui maximis in rebus calamitatem patiuntur.* READING.

11, 2. ἐντὸς δύο μῶν] Fuit ergo non admodum grandis illa 187 sedes. Conf. supra, ad ii. 38, 23.

11, 3. *θυσίας*] Pro *θυσίας* Stephan. et Vales. habent *θυσίας*. Genev. vero et Reading, nescio quo auctore, *θυσίας*: nam codicibus illi non usi sunt. Hoc tamen verum esse confirmant F. et M. qui habent *θυσίας*.

11, 3. ἐν τῇ βασιλικῇ] Intelligo basilicam quæ erat in regione quarta urbis Constantinopolitanæ. Hæc enim simpliciter et absolute Basilica dicebatur. Altera vero cum adjunctione vocabatur Basilica Theodosiana, quæ erat in regione septima, ut docet vetus descriptio ejusdem urbis. In priore igitur basilica positum olim erat simulacrum genii publici urbis Constantinopolitanæ. Sic enim vertenda sunt hæc Socratis verba, τῇ Κωνσταντινου πόλεως τύχη δημοσίᾳ, non ut Christophorsonus vertit, *fortuna popularis*. Græci enim τύχην dicere solent, quem Latini genium vocant; et τυχεῖα templa genii publici, ut notavi in commentariis tum ad Ammianum Marcellinum, tum ad Eusebium. Quamquam δημοσίᾳ hoc loco non refertur ad vocem τύχη, sed potius adverbialiter sumendum est, et referendum ad verbum ἐπετέλει. VALES.

Cap. 12. Conf. Sozomen. v. 4. et 18. Theodoret. iii. 8. Gregor. Naz. Or. iv. 57. seqq. Cassiod. vi. 6. Niceph. x. 20. 21.

12, 1. Μάρτις] Hunc Socrates sæpius memorat inter episcopos Athanasio infestos. Vide lib. i. cap. 27. READING.

Ibid. πρὸς τῷ γήρᾳ] Grandævum jam fuisse Marim dubitari non potest, quoniam fuerit episcopus Chalcedonis ante annos saltem triginta septem: numeratus enim fuit inter Arianos in synodo Nicæna, ut Socrates memoravit; et Luciani martyris sese discipulum ferebat, si Philostorgio credamus, ii. 14.

12, 3. τοὺς Χριστιανοὺς Γαλιλαίους] Non tantum ipse solebat hoc facere, verum etiam Galilæos appellari lege decrevit Julianus; ait enim Gregorius Naz. Γαλιλαίους ἀπὲρ Χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ καλεῖσθαι νομοθετήσας. Or. iv. 76.

12, 5. δεινῶς] Non bene hunc vocem vertit Christophorsonus *acerbe*, et Valesius *graviter*; cum reddi deberet *astute*. Hoc enim loco Socrates depingit non vim sed artem qua Julianus Christianos persecutus est. Porro egregius est de hac re Libanii locus, ubi Juliani consilium exponit, atque insuper indicat quid antea effectum sit Christianorum persecutione, sic, τοὺς μὲν γὰρ τὰ σώματα νοσοῦντας δήσαντάς ἐστιν ἰάσασθαι, δόξαν δὲ περὶ θεοῦ οὐκ ἀληθῆ τέμνων καὶ καίων οὐκ ἂν ἐκβάλοις. Ἄλλὰ κὰν ἡ χεὶρ θύῃ, μέμφεται ἡ γνώμη καὶ κατηγορεῖ μὲν τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας, θαυμάζει δὲ ἃ πρόσθεν καὶ ἐστὶ σκιαγραφία τις μεταβολῆς, οὐ μετώσασις δόξης. Καὶ συμβαίνει δὴ τοὺς μὲν τυγχάνειν συγγνώμης ὕστερον, τοὺς δὲ ἀποθανόντας μετὰ θεῶν τι-

μάσθαι. Ταῦτ' οὖν αἰτιώμενος, καὶ ταῖς σφαγαῖς ὄρων ἠύξημένα τὰ κείνων, ἔφυγεν ἃ κατεμέμφετο. Epitaph. in Julian. p. 562. ed. Reisk.

12, 7. νόμφ ἐκέλευε] Hoc reprehendit Am. Marcellinus, ipse Gentilis, et Juliani haud modicus alias laudator. lib. xxv. c. 4. *Jura condidit non molesta; præter pauca: inter quæ erat illud inclemens, quod docere vetuit magistros rhetoricos et grammaticos Christianos, ni transissent ad numinum cultum.* Ipsemet autem Julianus rationem reddit hujus prohibitionis, epist. 42. ἄροπον μὲν οἶμαι τοὺς ἐξηγουμένους τὰ τούτων, ἀτιμάζειν τοὺς ὑπ' αὐτῶν τμηθέντας Θεούς. *Absurdum duco, ut isti, qui horum (sc. Homeri, Hesiodi, Demosthenis &c.) libros exponunt, Deos vituperent quos illi coluerunt.* Existimavit Baronius Christianos a docendo solum, non a discendo fuisse prohibitos. In quo reprehenditur, ut contrarius omnibus Christianis scriptoribus, ab Antonio Pagi, ad ann. 362. n. xxxix. READING. Conf. Gregor. Naz. Or. iv. 101. 102.

Cap. 13. Conf. Sozomen. v. 17. vi. 6. Theodoret. iii. 8. et 16. 188 Gregor. Naz. Or. iv. 63. 83. 96. Cassiod. vi. 38. 39. Niceph. x. 23. 24.

13, 2. ἐπὶ τὸ θύειν προετρέπετο] Artes quibus usus est ad consequendum hunc finem enarrat Gregorius Naz. Jussit Julianus ut in iisdem tabulis cum imaginibus suis, quas tum mos erat obsequio et gestibus publice venerari, pingerentur etiam deorum figuræ, itaque populus videretur aut deos colere aut imperatori debitum honorem denegare: qua fraude plurimos decepit. Tum quodam die donativum militibus elargiri cum magno ornatu parans, posita coram se ara, adegit illos, qui præmium recepturi accederent, ut prius thus adolerent super aram, quam honorarium acciperent. Id vero factum est a toto pæne exercitu. Gregor. Naz. Or. iv. 80. 81. Sozomen. v. 17. Et quantum quidem jam omnibus Christianis qui in aula militabant impenderet periculum, intelligere quodammodo possumus ex ejusdem Gregorii Epist. vii, in qua multis Cæsarium fratrem, qui medicus inter aulicos fuit, hortatur ut se communi exilio eximat: admonetque, denique eligendum esse, utrum opes suas, an religionem Christi relinquat. Plura quoque enarrat Gregorius in Oratione Funebri in eundem Cæsarium, Orat. vii. 11. tom. i. p. 205.

13, 4. Οὐαλεντινιανός τε καὶ Οὐάλης] De his conf. infra, iv. 1. Philostorgius addit, Valentinianum ad Thebas relegatum esse, vii. 7, et viii. 5 : quod contradicit iis quæ Socrates narrat infra, iv. 1, et falsum esse videtur. Theodoretus quoque tradit relegatum esse Valentinianum, modo tamen diverso, iii. 16.

13, 7. Πέρσας ἀμύνεσθαι βουλόμενος] Julianus antequam in Persas moveret, Decennalia vota emisisse videtur, ut Deos suos sibi magis propitios redderet. Hujus festivitatis occasione persecutio adversus Christianos acta ; quorum, post victoriam, sanguinem diis suis votavit, ut aliqui prodiderunt. Hæc refert *Ant. Pagi ad ann.* 363. n. i. **READING.**

13, 9. ἐπέθηκε χρηματικὴν καταδίκην] Et hac occasione improbissime etiam cavillatus, se id agere, *ὡς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐδοώτερον πορευθῶσι, quo facilius in regnum celorum veniant.* Juliani Epist. 43. **READING.**

Edictum vero hoc non publica lex contra Christianos fuit, sed sententia lata in Edessenos ; quos propter motas aliquas in civitate turbas imperator mulctaverat rebus ecclesiasticis, et proinde ridebat, iis verbis quæ Reading citat ex epistola xliii.

Narrat præterea Gregorius Julianum ecclesias expilasse, et vasa sacra atque aliam suppellectilem pretiosam abstulisse, male mulcatis custodibus et ministris et sacerdotibus, qui raptoribus obsisterent, Orat. iv. 86. Quæ confirmat Theodoretus iii. 12. Sozomen. v. 8.

13, 13. ἐκ προστάγματος βασιλικοῦ] In Juliani epist. 26. cui 189 titulus Ἀλεξανδρεῦσι διάταγμα, sic habetur : Ἀθανάσιον δὲ πυνθάνομαι τὸ τολμηρότατον— *Audio Athanasium, hominem audacissimum, solita audacia elatum, episcopatus, ut ipsi vocant, sedem usurpare. Quæ res non mediocriter Alexandrino populo displicet. Quare eum jubemus urbe excedere, quo die humanitatis nostræ lîteras acceperit. Quod si in urbe remanserit, longe majores gravioreque pœnas ei denunciavimus.* Interpellantibus autem pro Athanasio Christianis Alexandrinis prolixa epistola 51 rescribit Julianus, quam claudit his verbis : ἀπελθεῖν αὐτῷ προηγορούσαμεν τῆς πόλεως πάλαι· νυνὶ δὲ καὶ Αἰγύπτου πάσης. *Cedere illum pridem urbe jussimus : nunc autem Ægypto etiam universa.* Ut autem Athanasii exilium magis adhuc urgeret, aliam misit epistolam, gravem cohorti ejus mulctam minatus,

ni Athanasium ante Calendas Decembres ex urbe, vel potius universa Ægypto ejicerent. Ubique autem venerandum patrem odiosis nominibus probrisque exagitat; Arium interim et Aëtium hæreticos amioissimis verbis compellat. Quod notatu dignum ob quosdam hujus ævi pseudo-Christianos, Ario quam Athanasio longe faventiores. Videant hic quo duce id faciant. **READING.**

13, 13. δ' Ἀλεξανδρείας ἑπαρχος] Hic præfectus Ægypti vocabatur Ecdicius, ut docet Julianus in epistola 6. Successerat autem Ecdicius Hermogeni, præfecto Ægypti, ad quem extat Juliani epistola 23. **VALES.**

Illis quæ Socrates dixit addit Theodoretus mandatum quodque esse ut interficeretur Athanasius, iii. 9. Eadem quoque habet Rufinus, in narratione ea quæ sequitur, x. 33. 34. Cui adstipulatur quoque Narratio ea ad Ammonium, in Append. ad Athanas. Op. p. 869. Hoc tamen non legitur in Juliani scriptis; neque ejus meminit Gregorius Naz., ubi non omisurus erat, in Orat. xxi. 31.

Cap. 14. Conf. Sozom. v. 15. Theodoret. iii. 9. Rufin. x. 34. Cassiod. vi. 26. Niceph. x. 19.

14, 6. ἐκεῖ λαυθάνων διήγειν] Ita quidem et Theodoritus. Verum hæc aperte repugnant historiæ quam narrat Ammonius, epistola in Actis SS. 14 Maii: cui utpote Athanasio æquali fidem negare nefas. In desertum igitur, teste Ammonio, profugit Athanasius: et ad Juliani usque obitum, nec satis tutus ab insidiis inimicorum, incertis sedibus apud monachos diversabatur. *Cl. Monachi Benedict. vita Athanas. ad ann. 362. p. 81.* **READING.**

14, 7. πέρα τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων] Idem innuit quo- 190 que Gregorius cum scribat, δ μὲν ἦν ἀπανθρωπότερον, δήμοις ἐφῆκε καὶ πόλεσι τὸ τῆς τυραννίδος, Or. iv. 61, et plura 93: similia habet Sozomenus v. 9. in fine, atque 15, de Tito Bostrensi.

Cap. 15. Conf. Sozomen. v. 11. Cassiod. vi. 13. Niceph. x. 10.

15, 1. Ἐν γούν Μηροῦ] De hac urbe vide Valesii annot. ad Sozom. lib. v. cap. 11. **READING.**

15, 2. Μακεδόνιος] Macedonii et sociorum memoria celebratur duodecimo die Septembris. **READING.**

15, 8. Εἰ ἐπεθύμησας] Cum his confer dieterium illud Attali,

13, 4. Οὐαλεντινιανός τε καὶ Οὐάλης] De his conf. infra, iv. 1. Philostorgius addit, Valentinianum ad Thebas relegatum esse, vii. 7, et viii. 5: quod contradicit iis quæ Socrates narrat infra, iv. 1, et falsum esse videtur. Theodoretus quoque tradit relegatum esse Valentinianum, modo tamen diverso, iii. 16.

13, 7. Πέρσας ἀμύνεσθαι βουλόμενος] Julianus antequam in Persas moveret, Decennalia vota emisisse videtur, ut Deos suos sibi magis propitios redderet. Hujus festivitatis occasione persecutio adversus Christianos acta; quorum, post victoriam, sanguinem diis suis votavit, ut aliqui prodiderunt. Hæc refert *Ant. Pagi ad ann. 363. n. i.* READING.

13, 9. ἐπέθηκε χρηματικὴν καταδίκην] Et hac occasione improbissime etiam cavillatus, se id agere, *ἵνα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐδότερον πορευθῶσι, quo facilius in regnum caelorum veniant.* Juliani Epist. 43. READING.

Edictum vero hoc non publica lex contra Christianos fuit, sed sententia lata in Edessenos; quos propter motas aliquas in civitate turbas imperator inultaverat rebus ecclesiasticis, et proinde ridebat, iis verbis quæ Reading citat ex epistola xliii.

Narrat præterea Gregorius Julianum ecclesias expilasse, et vasa sacra atque aliam suppellectilem pretiosam abstulisse, male mulcatis custodibus et ministris et sacerdotibus, qui raptoribus obsisterent, Orat. iv. 86. Quæ confirmat Theodoretus iii. 12. Sozomen. v. 8.

13, 13. ἐκ προστάγματος βασιλικῶ] In Juliani epist. 26. cui 189 titulus Ἀλεξανδρεῦσι διάταγμα, sic habetur: Ἀθανάσιον δὲ πυνθάνομαι τὸ τολμηρότατον— *Audio Athanasium, hominem audacissimum, solita audacia elatum, episcopatus, ut ipsi vocant, sedem usurpare. Quæ res non mediocriter Alexandrino populo displicet. Quare eum jubemus urbe excedere, quo die humanitatis nostræ literas acceperit. Quod si in urbe remanserit, longe majores gravioreque pœnas ei denunciamus.* Interpellantibus autem pro Athanasio Christianis Alexandrinis proluxa epistola 51 rescribit Julianus, quam claudit his verbis: ἀπελθεῖν αὐτῷ προηγορεύσαμεν τῆς πόλεως πάλαι· νυνὶ δὲ καὶ Αἰγύπτου πάσης. *Cedere illum pridem urbe jussimus: nunc autem Ægypto etiam universa.* Ut autem Athanasii exilium magis adhuc urgeret, aliam misit epistolam, gravem cohorti ejus mulctam minatus,

ni Athanasium ante Calendas Decembres ex urbe, vel potius universa Ægypto ejicerent. Ubique autem venerandum patrem odiosis nominibus probrisque exagitat; Arium interim et Aëtium hæreticos amicissimis verbis compellat. Quod notatu dignum ob quosdam hujus ævi pseudo-Christianos, Ario quam Athanasio longe faventiores. Videant hic quo duce id faciant. **READING.**

13, 13. δ' Ἀλεξανδρείας ἐπαρχος] Hic præfectus Ægypti vocabatur Ecdicius, ut docet Julianus in epistola 6. Successerat autem Eodicius Hermogeni, præfecto Ægypti, ad quem extat Juliani epistola 23. **VALES.**

Illis quæ Socrates dixit addit Theodoretus mandatum quoque esse ut interficeretur Athanasius, iii. 9. Eadem quoque habet Rufinus, in narratione ea quæ sequitur, x. 33. 34. Cui adstipulatur quoque Narratio ea ad Ammonium, in Append. ad Athanas. Op. p. 869. Hoc tamen non legitur in Juliani scriptis; neque ejus meminit Gregorius Naz., ubi non omisurus erat, in Orat. xxi. 31.

Cap. 14. Conf. Sozom. v. 15. Theodoret. iii. 9. Rufin. x. 34. Cassiod. vi. 26. Niceph. x. 19.

14, 6. ἐκεῖ λανθάνων διήγεν] Ita quidem et Theodoritus. Verum hæc aperte repugnant historiæ quam narrat Ammonius, epistola in Actis SS. 14 Maii: cui utpote Athanasio sequali fidem negare nefas. In desertum igitur, teste Ammonio, profugit Athanasius: et ad Juliani usque obitum, nec satis tutus ab insidiis inimicorum, incertis sedibus apud monachos diversabatur. *Cl. Monachi Benedict. vita Athanas. ad ann. 362. p. 81.* **READING.**

14, 7. πέρα τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων] Idem innuit quoque Gregorius cum scribat, δ μὲν ἦν ἀπανθρωπότερον, δήμοις ἐφῆκε καὶ πόλεσι τὸ τῆς τυραννίδος, Or. iv. 61, et plura 93: similia habet Sozomenus v. 9. in fine, atque 15, de Tito Bostrensi.

Cap. 15. Conf. Sozomen. v. 11. Cassiod. vi. 13. Niceph. x. 10.

15, 1. Ἐν γοῦν Μηρῶ] De hac urbe vide Valesii annot. ad Sozom. lib. v. cap. 11. **READING.**

15, 2. Μακεδόνιος] Macedonii et sociorum memoria celebratur duodecimo die Septembris. **READING.**

15, 8. Εἰ ἐπεθύμησας] Cum his confer dictionem illud Attali,

quod edidit in tortores suos cum torreretur Lugduni, ἰδοὺ, τοῦτό ἐστιν ἀνθρώπους ἐσθλῆιν, ὃ ποιεῖτε ὑμεῖς. Euseb. H. E. v. 1, 48.

Cap. 16. Conf. Sozomen. v. 18. Cassiod. vi. 37. Niceph. x. 25. 191

16, 3. τὰτε Μωϋσέως βιβλία] Imo, si rem recte narrat Sozomenus, totam Hebræorum antiquitatem usque ad regnum Saulis, eodem versus genere conscripsit, et universum opus in quatuor et viginti partes distribuens, singulis libris ex Græci alphabeti literis ordine recensitis cognomentum indidit: adeo ut brevi tempore lucubrationes composuerit et numero et præstantia æquales iis, quæ apud Græcos in eo genere celebres exstitere, seu genium, seu dictionem, seu formam, seu dispositionem operis spectes. *Guil. Cave* vol. i. p. 176. **READING.**

16, 7. ἐν ἰσφ τοῦ μὴ γραφῆναι] Verum exstat hodie *metaphrasis Psalmorum* tum in Appendice ad Bibliothecam Patrum, Paris. 1624, tum seorsim edita Græcæ Paris. 1580. 8°. quæ nunc patri Apollinari, nunc filio tribuitur. Patri rectius meo iudicio ascribit Gerardus Vossius, de *Histor. Græc.* lib. ii. cap. 18, cui etiam ascriberem ego tragœdiam quæ *Christus patiens* dicitur, et sub Greg. Nazianzeni nomine inter ejus opera excudi solet. Filii librorum fragmenta aliquot in *Catenis Veterum* in Job, in Psalmos, in Matthæum, Lucam &c. reperiri possunt. Exstant etiam Gr. Lat. epistolæ duæ ad Basilium apud Cotelæ. Monument. Eccles. Græc. tom. ii. verum an genuinæ sint, dubitari potest. Aubertus Miræus notis in Hieronymi Catalogum meminit libelli cujusdam *de ætatibus hominum*, sub Apollinarii nomine *Leodici* anno 1575 editi: de quo quod dicam non habeo, utpote quem nunquam vidi. *Cave* ibid. et p. 203. **READING.**

Animadvertendum est Socratem, cum dicat hoc loco libros Apollinarium cito periisse, loqui de iis libris quos scripserunt illi ad supplendam vicem classicorum auctorum. Nam alia opera quæ edidit Apollinaris uterque fortasse, certe autem junior, sive Laodiceus, superfuerunt post Socratis ævum. Vid. Hieron. Chron. A. D. 366. et Clinton. *Fast. Rom.* Cave. *Hist. Litt.* et alios. Istos vero libros de quibus loquitur Socrates, calamo citatissimo compositos fuisse liquet. Lex enim Juliani, ne Christiani ad scholas accederent, lata est A. D. 362: τῷ δευτέρῳ ἔτει, ait Cedrenus. Conf. Clint. F. R. Occisus

vero est Julianus media æstate A. D. 363. Obiter notandum est, non omnium primos Apollinares instituisse Libros Sacros in poesim metricam convertere. Etenim antea, nempe regnante Constantino, Juvencus presbyter Hispanus suum Librum in Genesim, et Historiam Evangelicam, versibus hexametris contexuerat. Conf. Hieron. Script. Eccles. 84. Juvenci Opera edita sunt in Galland. Bibl. iv. p. 587.

16, 12. τὸ ἀποκρυπτόμενον] Coloss. i. 26.

16, 13. πρὸς Ῥωμαίους] i. 18.

192

16, 21. Χριστὸς καὶ ὁ τούτου ἀπόστολος] Quo in loco id præceptum Christi legatur, ut *simus boni nummularii*, incertum est. Nam in Evangeliiis hoc præceptum non legitur. Sed cum Origenes et Hieronymus istud a Christo mandatum esse consentiant, et ab Apostolo postea inculcatum sit, assentior Jacobo Usserio, qui dictum illud Christi in Evangelio secundum Hebræos relatum fuisse existimat. Porro hujus dicti frequens mentio est apud veteres. Meminit inter ceteros Palladius in vita Joannis Chrysostomi, ita loquens: *γίνεσθε γὰρ, φησὶν ἡ γραφή, δόκιμοι τραπεζῖται, τὸ κίβδηλον ἀπὸ τοῦ δοκίμου ρίπτοντες*. Vide quæ notavi ad Euseb. Hist. vii. 7. VALES. Conf. in diversam partem Heinichen ad eund. loc. Excurs. ix. Legitur quoque hæc sententia in Clem. Alexandr. Strom. vii. 15. 90.

Ibid. τὰ πάντα δοκιμάζειν] 1 Thessal. v. 21.

Ibid. Μὴ τις ὑμᾶς] Coloss. ii. 8.

16, 24. Κρῆτες ἀεὶ ψεύσται] Tit. i. 12.

193

Ibid. ἀνεγνώκει χρησμούς] Multa quidem prædicta sunt ab Epimenide, partim Atheniensibus, partim Lacedæmoniis, partim etiam Cretensibus, ut videre est apud Diogenem Laërtium. Oracula tamen ab eo scripta esse, nusquam legi. Suidas ait eum scripsisse poemata quædam mystica et expiatoria, et alia quædam obscura; *ἔγραψε δὲ πολλὰ ἐπικῶς, μυστήρια καὶ καθάρματα, καὶ ἄλλα αἰνιγματώδη*. Hæc igitur oracula dici possunt. Certe Epimenides vir fuit lustrationum et consecrationum peritissimus. Usus est autem in lustrationibus præcipue scilla. Quare et scillæ quædam species ab ejus nomine ἐπιμενίδειος dicta. Theophrastus in lib. vii. cap. 10. *ἐδώδιμοι γὰρ οὐ μόνον βόλβοι καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀσφοδέλου, καὶ τῆς σκίλλης· πλὴν οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς ἐπιμενιδείου καλουμένης, ἥτις ἀπὸ τῆς χρήσεως ἔχει τὴν προσηγορίαν*. Hinc apparet cur So-

orates Epimenidem vocarit *ἄνδρα τελεστήν*, id est consecratorem seu initiatorum, non ut Musculus vertit, *initiatum*.
VALES.

16, 25. Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν] Act. Apost. xvii. 8.

16, 26. Φθείρουσιν ἤθη] I Corinth. xv. 33.

16, 28. ὡς οἶόν τε εἰρήσθω] Nicephorus, qui totum hoc Socratis caput paucis mutatis transcripsit, addidit insuper nomina Basilii, Gregorii, et Chrysostomi, virorum in Græcis literis eruditorum; citavit quoque locum e Gregorii oratione funebri in Basilium, in quo ille ingenuas artes commendat; vid. Gregor. Or. xliii. 11, p. 771; et mentionem fecit Basilii operis illius ad adolescentes de legendis libris Græcorum; vid. Basil. Oper. tom. ii. p. 173. Ad Nicephori locum hæc subdit editor: "Ex ethnicis scriptis optima quæque a piis ad Christianismum transferenda esse docet Augustinus De Doctrin. Christian. ii. 40, [§ 41—60.] illud tractans, Petierunt ab Ægyptiis vasa argentea et aurea. Id sedulo in libris contextorum [Stromateon] fecit Clemens Alexandrinus." Obiter notandum est illud quod hic refert Socrates, scilicet Ecclesiæ doctores *ἄχρι γήρως* exemplaria Græca in manibus versavisse. Nam Hieronymus conquestus est nonnunquam clericos sui sævi id serius quam decebat fecisse, dum Græcis poetis delectarentur; *et id quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.*" Epist. ad Damas. xxi. 13. Idem tamen Hieronymus alibi litterarum causam agit, et multis exemplis optime defendit, in Epist. ad Magn. lxx.

Cap. 17. Conf. Sozomen. v. 19. Niceph. x. 27.

17, 2. τὰς τιμὰς τῶν ὠνίων] *Popularitatis amore vilitati studebat venalium rerum, quæ nonnunquam secus quam convenit ordinata, inopiam gignere solet et famem*, inquit Amm. Marcell. lib. xxii. cap. 14. Id quod accidit sub *Commodo*, ut de eo testatur Lampridius. *Ipsæ vero*, inquit, *seculum aureum Commodianum nomine assimilans, vilitatem proposuit, ex qua majorem postea penuriam fecit.* READING.

17, 3. Διόπερ οἱ μεταβολαῖς] Ita Græci vocant viles ac minutos mercatores, eo quod merces exiguo pretio commutent. *μεταβάλλειν* enim est mercari, et *μεταβολή* mercatura, ut docet Pollux in libro iii. cap. 25. Hinc *παλιμβολος* olim dictus est, qui sæpe auctione venditus fuerat: ὁ πολλάκις ἐπ' ἐμπολῇ μετα-

βεβλημένος, ut ait Harpocratio. Eos Latini cociones dixerunt et arilatores ac dardanarios. Glossæ cocio μεταβολεύς. Item aliæ glossæ μεταβολεύς, μεταπράτης, dardanarius, cociator, arilator. Nicephorus vero παλιωκαπήλος dixit, quos Socrates vocat μεταβολείς. Sunt autem παλιωκάπηλοι, quos Gallicæ revenditores, et regrattarios vocamus, quales olim erant dardanarii. Glossæ veteres παλιωκάπηλος, dardanarius. VALES. Conf. Ducang. Glossar. Med. et Inf. Latin. in Dardanarius; Carpenter. Supplement. in Arillator.

17, 4. κέρειν τε ἔλεγον τοῦτον] Ridebatur ut cercops, homo 194 brevis, humeros extentans angustos, et barbam præ se ferens hircinam, grandiaque incedens, tanquam Oti frater, et Ephialtis, quorum proceritatem Homerus in immensum tollit. Am. Marcell. lib. xxii. cap. 14. READING.

Ibid. ταῦρον ἔχειν] Nummi character erat Taurus in ara supinus, quo significabat Julianus veterem morem sacrificiorum a se revocatum: at Antiochenses interpretabantur mundum a Juliano esse subversum. READING.

17, 6. ἐξυποστρέφει] Mallem scribere ἐξυποστρέφειν, vel ἐξυποστρέψειν. Minabatur enim Julianus se Tarsum Ciliciæ reversurum, cum redisset ex Perside, nec amplius hiematurum Antiochiæ. Vide Ammianum Marcellinum in lib. xxiii. [2.] p. 239 editionis nostræ. Vulgatam tamen scripturam secutus est Nicephorus. VALES.

17, 7. τὸν πρὸς Ἀντιοχείς] Hæc Libanii oratio penes me extat, descripta ex duobus codicibus, altero Joannis Altini, altero eminentissimi cardinalis Francisci Barberini. Eam nos una cum aliis viginti et amplius ejusdem sophistæ orationibus in Latinum sermonem conversam, brevi, Deo dante, publicabimus. VALES.

17, 9. Ἀντιοχικὸν ἦτοι μισπάγωνα] In hac oratione tria fere crimina objiciuntur Antiochensibus. Primum est intemperantia, quod ludis et theatris dediti sint. Alterum impietas, quod neglecta patrum suorum religione, Christum pro Jove et Apolline colant. Tertium est iniquitas magistratuum, qui locupletum avaritiam, ex qua fames in urbe orta sit, tolerant ac dissimulent. Atque in hac oratione cum reipsa Antiochenses vituperentur, tamen contrarium simulatur, perpetua siquidem ironia Σωκρατικῶς adhibetur; qua Julianus videtur

non Antiochenses, sed seipsum accusare, quod eorum mores imitari nequeat. **READING.**

Duplicem fuisse hujus operis titulum refert quoque Gregorius, sic, τοῦ σοῦ Μισσοπάγωνος εἶτ' οὖν Ἀντιοχικοῦ, ἀμφότερα γὰρ ἐπιγράφεις τῷ λόγῳ. Orat. v. 41: et Am. Marcell. xxii. 14.

Cap. 18. Conf. Sozomen. v. 19. Theodoret. iii. 10. Rufin. x. 35. Cassiod. vi. 31. Niceph. x. 28.

18, 1. τοῦ ἐν Δάφνῃ Ἀπόλλωνος] Daphne lucus erat in Antiochiæ suburbanis, Apollini sacer; unde Apollo Daphnæus. Fuse hunc lucum describit Sozom. lib. v. c. 19. De Babyla quod attinet, successit Zabino in sede Antiochena, ut testatur Eusebius Hist. lib. vi. cap. 29, qui cap. 39 ejusdem lib. scribit Baby lam in carcere extinctum fuisse: Chrysostomus vero lib. de S. Baby la, tom. ix. p. 669, [ii. p. 554] capite plexum affirmat. Obiit sub Decio. De translatione reliquiarum S. Baby læ vide Theodoret. Hist. lib. iii. c. 10. *M. Shorting in hunc locum.* **READING.**

18, 2. οὐκ ἀπεκρίνατο] Idem dicit Rufinus x. 35. Contra tradit Theodoretus, Pythium interrogatum respondisse, vicinos mortuos oraculo obstare, τοὺς γειτονεύοντας νεκροὺς ἐμποδῶν γίνεσθαι τῇ μαντείᾳ seqq. iii. 10. Viam vero inter discrepantia testimonia expedit Sozomenus, sic, ὁ δὲ περιφανῶς μὲν ᾧδὶ οὐκ ἐδήλωσε, μὴ δύνασθαι χρησμοφδεῖν διὰ Βαβύλαν τὸν μαρτύρα γεινῶντα τῇ θήκῃ· νεκρῶν δὲ, ἔφη, ἀνάπλεῶν ἐστὶ τὸ χωρίον, καὶ κατὰ τοῦτο κωλύεσθαι προῖέναι τοὺς χρησμοὺς, seqq.: quam sequitur Nicephorus.

Cap. 19. Conf. Rufin. x. 36. Sozomen. v. 20. Theodoret. 195 iii. 11. Niceph. x. 28.

19, 3. κολάσαι τοὺς μάλιστα σπουδαίους] Accessit et alia Juliani in Christianos iracundiæ causa. Nam circa hoc tempus exustum est Daphnæi Apollinis fanum. Quod suspicabatur Christianos egisse, quanquam nil tale de iis constitit. Vide *Amm. Marcell.* lib. xxii. cap. 13. **READING.**

19, 6. νεανίσκον ὀνόματι Θεόδωρον] Theodori hujus meminisse videntur Gregorius, in loco qui incipit, ὁ δὲ πᾶν τὸ σῶμα δορκαλίσι καταφανθεῖς εἰς βᾶθος seqq., Orat. v. 40, et Augustinus sic, *unius fidelissimi et constantissimi juvenis seqq.* De Civit. Dei xviii. 52.

19, 10. τοσαῦτα εἰρήσθω] Plura narrat Sozomenus de modis quibus Julianus Christianos vexavit aut vexari permisit. Non

Eleusium Cyzicenum solum, verum etiam Titum episcopum Bostræ in exilium egit, in animo habens, Sozomenus ait, ut clerum quantum posset expelleret. Adeo autem populum paganum in Christianos concitavit, ut hi domos et patrias metu persecutionis deseruerint, et ad alia loca migraverint; quod a suis majoribus factum esse refert Sozomenus ib. v. 15. Aliquorum nomina feruntur qui cruciati et interfecti sunt, sive quod templa Græcorum violaverint, sive aliis de causis. Cæsus est miserabiliter Marcus Arethuse episcopus; vid. Greg. Naz. Or. iv. 88, Sozom. v. 10, Theodor. iii. 7; et virgines ejusdem ecclesiæ, Gregor. ib. 87. Alii vim passi sunt Gazæ, Heliopoli, Alexandriæ; Gregor. ib. 86, Sozom. et Theodor. ibid.; et Cæsareæ in Cappadocia, Gregor. ib. 92, Sozom. v. 11; milites duo, Juventinus et Maximinus, imperatoris jussu Antiochiæ interfecti, et Publia diaconissa verberata fuisse traduntur a Theodoro, iii. 15, qui etiam Artemium Ægypti ducem inter martyres numerat (18). Plura habet Ruinartus, Act. Martyr. Sinc. p. 577, non omnia tamen fide digna. Christianorum sepulchra Emesæ incensa fuisse ipse Julianus memorat, Mispog. p. 357. Refert quoque Gregorius Or. iv. 111, quem sequitur Sozomenus, instituisse eum, ut gentilium ritus et disciplina et religionis suæ servandæ modi, quantum fieri posset, ad exemplum Christianæ ecclesiæ constituerentur: cujus rei testem adhibet Sozomenus libellum ab imperatore conscriptum ad sacerdotem quendam Galatiæ, qui ejusdem plane formæ est cum epistolis synodicis, aut illis quæ ab episcopis mitti solebant. Vid. Sozomen. v. 16, et Julian. Epist. xlix. Hieronymus scribit, *Blanda persecutio fuit, illiciens magis quam impellens ad sacrificandum: in qua multi ex nostris voluntate propria corruerunt*: Chronic. Præterea majorem ecclesiam Antiochiæ claudi jussit Julianus; ut perhibet Am. Marc. xxii. 13, et Hieronymus Chronic.: an vero in animo habuerit Christianos delere si sospes a Perside rediret, certo non constat: hoc tamen affirmant Theodoretus, iii. 21, Gregorius, Or. v. 9, et 26, Rufinus, x. 36, Hieronymus in Chronic. et Orosius, vii. 30.

19, 10. ἐπὶ φανεροῖς καταθέσθαι] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit: *Legati vero Persarum ad Julianum veniebant, petentes ut bellum hoc*

illustribus quibusdam discutiendum daretur. Christophorsonus vero hoc modo: *postulatum ut bellum palam indiceret.* Quis non miretur, in tam plano loco adeo graviter labi potuisse viros doctos? VALES.

19, 11. αὐτόν με ὄψεσθε] Refert quoque Libanius Julianum legatos Persarum ignominiose remisisse, cum responso iisdem fere verbis concepto quibus narrat Socrates, καὶ ἀντεπέστελλέ γε, μηδὲν δεῖν πρεσβέων, αὐτοῦ τάχιστα ἐκείνον ὄφομένου. Epitaph. p. 577. Reisk.

Cap. 20. Conf. Sozomen. v. 22. Theodoret. iii. 20. Gregor. 196 Naz. Or. v. 3. 4. Am. Marcell. xxiii. 1. Rufin. x. 37. Philostorg. vii. 14. Cassiod. vi. 43. Niceph. x. 32. 33.

20, 2. Φιλοθύτης γὰρ ὦν] Julianum supra modum sacrificiis addictum fuisse, testatur quoque Am. Marcellinus; *Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos, et innumeros varii pecoris greges, avesque candidas terra quæsitæ et mari* xxii. 12.

20, 3. Ἰουδαίους μεταπέμπεται] Exstat Juliani epistola, ordine xxv. cum hac inscriptione: Ἰουλιανὸς Ἰουδαίων τῷ κοινῷ, in qua multa pollicitus de minuendis vectigalibus et tributis a Judæorum gente exigi solitis, hæc in fine addit: *ὅπερ χρὴ ποιεῖν ὑμᾶς— Id vos imprimis curare atque contendere debetis* (sc. ut imperium in tuto sit) *quo et ipse Persico bello ex animi sententia gesto, sanctam urbem Hierusalem, quam multos jam annos habitatam videre desideratis, meis laboribus reffectam incolam, et una vobiscum in ea optimo Deo gratias agam.* READING.

Hæc quidem epistola scripta fuisse videtur postquam incasum exciderit opus restaurandi templi, ut favorem suum in Judæos testaretur Julianus, et eos quodammodo consolaretur ob spem frustratam: nam pollicetur nunc se urbem illorum restitutum esse, nihil vero dicit de restituendo templo, quod minime omissurus erat nisi jam coactus esset ab illo incepto desistere. Ipse autem alibi testatur in animo habuisse se ut templum instauraret, ἀναστήσασθαι διανοήθην αὐτόν seqq. *Fragm.* p. 265: ubi videtur ad repulsam suam alludere. Vid. Clinton. *Fast. Rom. A. D.* 363.

20, 7. πολλοῖς τε προέλεγεν] Et hic uterque interpretum lapsus est, qui verbum προέλεγεν referunt ad Χριστός; cum tamen referri debeat ad Κύριλλος, ut in versione nostra videre

est. Quod quidem monere volumus, non ut errores doctorum hominum traducamus, sed ut ostendamus studiosis lectoribus, quam proclive sit labi in interpretatione veterum scriptorum. Nostram porro interpretationem plane confirmat Nicephorus in lib. x. cap. 33. VALES.

Cyrillus ad Hierosolymam rediisse creditur post editum Juliani edictum, supra, 1, 48. Antea enim ab Acacio et Eudoxio expulsus erat, ut dictum est ad ii. 42, 6.

20, 10. πῦρ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ κατασκήψαν] Amm. Marcellinus, initio lib. xxiii, postquam ingentem Juliani conatum, ut templum Hierosol. reficeretur, narravit, hæc habet: *Cum itaque rei fortiter instaret Alypius, juvenetque provinciæ rector, metuendâ globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum exustis aliquoties operantibus inaccessum: hocque modo elemento destinatus repellente, cessavit inceptum.* Hæc reædificatio decennialium Juliani signum, inquit. *Ant. Pagi ad ann. 363. n. ii.* READING.

20, 14. τὸ τρίτον θαῦμα] His quartum addit Theodoretus, 197 nempe visum esse in cælo fulgidum signum crucis. Notatu vero digna sunt illa quibus Sozomenus pro more suo Socratis historiam supplevit. Imprimis enim, quod ad tempus attinet, ait ille terræ motum noctu (sicut etiam Socrates) opus inceptum et operarios disjecisse et destruxisse: mox vero, quando paulatim animos recepissent, et cogeret imperatoris mandatum, iterum aggressos esse operi; tum autem erupisse flammæ quæ multos homines absumpserunt; quod quidem, subdit ille, factum esse nemo dubitat. Tertium quoque miraculum, figuras crucis coelitus in vestibus astantium impressas esse, refert testimonio illorum qui suis oculis id viderant, et etiam tum supererant.

Denique de hac re testimonium certius esse vix potest quam ipsius Juliani, quod tale consilium tantopere institutum subito tacitus remiserit: fuit enim ille propositi sui plerumque tenacissimus.

Ibid. σφραγίδες σταυροῦ] Hæc historia conferri meretur cum simili re quæ accidit in ecclesia Wellensi apud Anglos, quam ex ore reverendiss. Andrewsii episcopi Wintoniensis celeberrimi, acceptam retulit Isaacus Casaubonus; quæque recitatur a Merico Casaubono I. F. in Tractatu *de credulitate*, p. 118. hunc in modum. *D. Episcopus Eliensis* (is postea ad

sedem Wintoniens. euectus est) dicebat se accepisse a multis, sed præcipue a D. Episcopo Wellensi nuper mortuo (is erat Joannes Still) evenisse ante annos circiter xv (annus erat 1610 vel 1611, cum hæc scriberet) in urbe Wella, die quadam æstiva, ut dum in ecclesia cathedrali populus sacris vacaret, duo vel tria tonitrua, inter plura, audirentur supra modum horrenda, ita ut populus universus in genua μιὰ ὀμῆν procumberet ad illum sonum terribilem. Constitit fulmen simul cecidisse, sine cujusquam damno tamen. Atque hæc vulgaria: Illud admirandum, quod postea observatum est a multis, repertas esse Crucis imagines impressas corporibus eorum qui in æde sacra tum fuerunt. Dicebat episcopus Wellensis Domino Eliensi, uxorem suam (honestissima ea femina fuit) venisse ad se, et ei narrasse pro grandi miraculo, sibi in corpore impressa crucis signa exstare. Quod cum risu exciperet episcopus, uxor nudato corpore, ei probavit verum esse quod dixerat. Deinde ipse observavit sibi quoque ejusdem crucis manifestissimam imaginem impressam esse, in brachio, opinor: aliis in humero, in pectore, in dorso, aut alia corporis parte. W. Lowth. **READING.**

Cap. 21. Conf. Sozomen. vi. 1, 2. Am. Marcell. xxiii. 2 seqq. Zosim. iii. 12 seqq. Theodoret. iii. 21. 25. Gregor. Orat. v. 9. Philostorg. vii. 15. Cassiod. vi. 44. Niceph. x. 34.

21, 1. εἰς τὴν τῶν Περσῶν] Accurate admodum et pluribus libris hanc expeditionem narrat Ammianus Marcellinus. **READ.**

21, 4. τοσοῦτον ἐπολιόρκει τὸν βασιλέα] Hæc non confirmat Marcellinus, xxiv. 6. 7. Ctesiphontem non obsedit Julianus; sed magno prælio prope eam victor exstitit: exinde autem, exustis navibus suis, adversa pleraque expertus est. Libanius vero refert Julianum pæne Ctesiphontem cepisse, tum autem venisse legatum a rege Persarum qui pacem nequidquam oravit. Epitaph. p. 607. Cf. Monod. in Jul. p. 513. His alia addit Libanius parum fide digna. Et mihi quidem videtur Socrates suam de Juliano narrationem plerumque e Libanio hausisse.

21, 6. Πεπιστευκὸς δὲ μαντείας] Quam impense deditus fuit Julianus præsagiorum sciscitationi, et occultiori cuidam theologiæ, quam a Maximo, Iamblichō, aliisque mysticis philosophis hauserat, abunde prodiderunt, præter ipsius scripta, Am. Marcell. Eunapius, Libanius, ut de Christianis scriptoribus nihil dicam. **READING.**

Vera hæc sunt: Marcellinus tamen data opera commemorat quot et quanta passim infausta visa sint omina, et in ipsa expeditione contra Persas, et antea dum pararetur.

21, 9. τῇ ἐχομένῃ μετὰ τὴν πρεσβείαν ἡμέρῃ] Parum exacte 198 Socrates hæc compilavit. Nam postquam constiterit Romanis revertendum esse, castra mota sunt a Ctesiphonte die 12 Junii. Marcell. xxiv. 8. Cæsus vero deinde est Julianus, sicut ipse Socrates infra ait, decimo post die: (Marcell. xxv. 5. Eutrop. x. 16.) et post multas quidem pugnas atque varios casus, quæ Marcellinus per hos dies accidisse refert. Neque ipsum prælium in quo corruit, ejusmodi fuit quem narrat Socrates: sed Persæ improviso adorti sunt Romanos iter facientes; imperator autem, dum suis opem ferre properaret, *oblitus lorice, scuto inter tumultum arrepto*, sese incaute hosti obtulit, et equestri hasta ab incerta manu missa perfossus est. Marcell. xxv. 3. A Christianis interfectum fuisse innuit Libanius, Epitaph. p. 322. ed. Morel. p. 614. Reisk.

21, 11. ὀπλος δὲ] *Oblitus lorice, scuto inter tumultum arrepto*, inquit Marcellinus: *Quippe*, ut Zonaras tradit, *loricam ob pondus, et solis ardorem (medium enim tunc temporis erat æstatis) deposuerat.* READING.

21, 12. ἀκόντιον φέρεται] Socrates hic pæne Libanium describit, cujus verba sunt *δόνου—διὰ τοῦ βραχίονος δραμὸν εἰς τὴν πλευρὰν εἰσέδν.* Epitaph. p. 613.

21, 13. ἀδήλου γενομένου] Libanius quidem ejus cædis auctores Christianos fuisse contendit, p. 323; quem locum profert Sozomenus lib. vi. Sed Eutropius qui huic Persicæ expeditioni interfuit, et Rufus Festus, ac Victoris epitome, ab hostium equite, et quidem fugiente, conto percussus esse memorant. Christo dirigente telum se occidisse Julianus fassus est, juxta ea quæ Theodoritus prodidit, lib. iii. Hist. cap. 25. Nec referre omittam ex Antonio Pagi quod Euty-chianus chronographus, qui huic bello interfuit, apud Joannem Malelam, et auctor Chronici Alexandrini narrant, Julianum nempe lancea divinitus transfixum fuisse a S. Mercurio martyre, quod S. Basilium Seleucenum episcopum veneno extinxisset: quod, inquit Cangius in opere de Familiis Augustis Byzantinis, p. 51. antiquæ picturæ consentaneum, quæ in codice MS. operum Gregorii Nazianz. Basilio Macedone im-

perante exarato, in Bibliotheca Regia cernitur. In ea depictus est Julianus ad terram prostratus; equite cum lancea instante, supra cujus caput inscriptum ΑΓΙΟC ΜΕΡΚΟΠΙΟC, id est, *Sanctus Mercurius*. READING.

21, 14. Κάλλιστος δὲ ὁ ἐν τοῖς οἰκέλοις] Male Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit: *Callistus autem qui tunc inter familiares imperatoris militabat: οικείοι* hoc loco sunt protectores domestici, de quibus multa observavi in annotationibus ad lib. xiv. Ammiani Marcellini. Sic Socrates hanc vocem usurpat in lib. iv. cap. 1. Hic est autem Callistus, ni fallor, quem Libanius in epistola 120. lib. iv. Callistionem appellat, amicus Sallustii præf. prætorio. Nam et poetam eum fuisse Libanius illic testatur, perinde ac Socrates hoc loco. VALES.

21, 17. τετάρτη ἐαυτοῦ ὑπατεία] De tempore consentit Chronicon Edessenum sic, *Anno sexcentesimo septuagesimo quarto, mense Junio*; qui fuit A. D. 363, nam annus ejus computi cœpit a mense Octobri. Asseman. Biblioth. Orient. tom. i. p. 397.

21, 18. ἔτος ἦν τρίτον] Nondum tamen integros 20 menses imperaverat, scilicet a iii Non. Novemb. an. 361, ad vi Cal. Julias an. 363. *W. Lowth*. READING.

Ibid. τριακοστὸν δὲ καὶ πρῶτον] Interfectus est Julianus *anno ætatis altero et tricesimo*, inquit Ammian. lib. xv. id est, anno ætatis tricesimo secundo, ut recte Hieronymus, Hermannus Contractus, Marianus Scotus in Chronicis, et Valesius in notis ad Ammianum scripsere. Sic Cicero, Quintilianus, aliique loquuntur; et in numeralibus vocem *alter* sæpe pro secundo usurpari, Robertus Stephanus in Thesaurο linguæ Lat. aliquot exemplis demonstrat. Ipsemet Julianus in epist. 5, ad Alexandrinos, 32 annos natum se esse dicit, quod et in *Misopogone* significat. Neque contrarius est (ut loco laudato arbitratur Valesius) Socrates, quando scribit Julianum anno ætatis tricesimo primo periisse, sed tantum indicat tricesimum secundum incompletum fuisse: quod verum est. *Ant. Pagi ad ann. 363. n. v.* De die emortuali annoque ætatis consentit Eutropius: quod vero scribit eum septimo imperii anno interfectum, annos imperii Cæsarei intelligit. READING.

Cap. 22. Conf. Sozomen. vi. 3. Theodoret. iv. 1. Rufin. xi. 1. 199 Philostorg. viii. 1. Cassiod. vii. 1. Niceph. x. 88.

22, 1. ἐν μεγίστη περιστάσει γενόμενοι] Non tantum ob amissum Julianum, sed quod cum imperium Salustio detulissent, is morbos et senectutem causatus, honorem istum a se depulit. *Inter has exiguas ad tantam rem moras, nondum pensatis sententiis, tumultuantibus paucis, ut in rebus extremis sæpe est factum, Jovianus eligitur imperator, domesticorum ordinis primus, paternis meritis mediocriter commendabilis. Erat enim Varroniani notissimi comitis filius, haud dudum post depositum militiæ munus ad tranquilliora vitæ digressi,* inquit Amm. Marcell. lib. xxv. cap. 5. *Ejus patri, cum liberos crebros amitteret, præceptum somnio est, eum qui jam instante uoris partu edendus foret, diceret Jovianum. Hic fuit insignis corpore, lætus ingenio, literarum studiosus.* Victor in epitome. **READING.**

22, 3. ἐν τοῖς στρατηγούσιν εἶχε] Erat enim domesticorum ordinis primus, ut supra ex Marcellino vidimus. Fallitur itaque Theodoritus, cum ait Jovianum fuisse οὔτε στρατηγόν, οὔτε τῶν μετ' ἐκείνους. lib. iv. cap. 1. *W. Louth.* **READING.**

22, 7. Ζημωθεὶς γὰρ τοὺς Σύρους] Ita quidem legitur in omnibus libris. Neque aliter legerunt Epiphanius Scholasticus et Nicephorus. Epiphanius enim ita vertit: *Amisssa namque Syria, et tradita Persis Nisibi,* seqq. Nicephorus vero sic habet: *καὶ δὴ τινὰ τῶν ὑποτελών Ῥωμαίοις παραδόνς Πέρσαις, τὴν Σύρων ἀρχὴν φημι καὶ τὴν ἐν Μεσοποταμίᾳ Νίσιβι,* seqq. Atqui falsum est, Jovianum Syriam tradidisse Persis. Nisibim enim duntaxat et regiones Transtigritanas Persis tradidit. Quare non dubito quin hoc loco pro τοὺς σύρους scribendum sit τοὺς ἄρους. Qua emendatione certius nihil. Confirmat hanc emendationem ipsemet Socrates, qui paulo infra de hac re loquens, *ζημίαν τῶν ἄρων* dicit. **VALES.**

Loca quæ tradidit Jovianus Saporì petenti fuere quinque regiones Transtigritanæ Arzanena, Moxoena, Zabdicena, Rehimena, et Corduena, cum castellis quindecim, Nisibis et Singara et castra Maurorum: quibus id accessit, *ne post hæc ita composita Arsaci poscenti contra Persas ferretur auxilium.* Amm. Marcellin. xxv. 7.

22, 9. πλοῖα κατέκασε] Julianus, postquam Euphratem cum exercitu transierat, naves temere nimis exuri jussit, iter terrestre aggressus; unde paucis diebus tantus exercitus in hostico et sterili solo positus, inopia omnium rerum premi

coepit, tandemque ab humanis carnibus vix abstentum, quem admodum scribit Amm. Marcellinus. De transfuga autem Persa nihil. **READING.**

22, 10. Λιβάνιος θρήνον ἐπὶ Ἰουλιανῷ συνέταπεν] Clintonus censuit hanc orationem compositam esse A. D. 365, et errasse Socratem cum eam huic anno 363 ascripserit. *Fast. Rom.* 200 col. 3. illius anni.

Cap. 23. Conf. Liban. Epitaph. p. 581, ed. Reisk.

23, 2. νῆφ ἡττώμενος] Hæc Libanii oratio funebris de laudibus imperatoris Juliani, edita quidem est a Morello in secundo tomo operum ejusdem Libanii, sed corruptissima. Nam et transpositione duorum quaternionum insigniter foedata est: et præterea aliquot paginarum lacuna laborat. Sed nos ipsam quidem transpositionem jam pridem deprehendimus. Lacunam vero ex manuscripto codice Joannis Altini supplevimus, in qua locus ille exstat qui nunc a Socrate laudatur. **VALES.**

23, 4. τελευτήσαντος δὲ ὕβρεις] In hac ipsa de laudibus Juliani funebri oratione. **READING.**

23, 5. προκρίνειν] Intricatior quidem paulo est hujus sententiæ constructio, scilicet, ὥστε προκρίνειν καὶ, εἶπεν ἄν: et videri alicui posset legendum esse cum C. προκρίνειν ἄν, ut similis sit utriusque clausulæ forma. Verum idem fit in præcedenti periodo, ubi legimus, ὡς πάντα ἄν εἶπεν, καὶ, ἄτε σοφιστὴν ὄντα, μεγαλύναι. Quamobrem non opus est dubitare quin hæc sit Socratis stylus.

23, 17. τῷ δευτέρῳ λόγῳ πρὸς Ἑλληνας] Sic appellatæ sunt 201 duæ illæ orationes Gregorii in Julianum, quæ nunc inter editas quarta et quinta numerantur. Κατὰ Ἑλλήνων καὶ κατὰ Ἰουλιανου titulum prioris habent plures codd. Plerumque vero hæc duæ *prima* et *altera*, e. g. στηλιτευτικός πρῶτος et δεύτερος, tanquam a ceteris discretæ, in codicibus signantur. Vid. Gregor. Op. ed. Benedict. tom. i. p. 78.

23, 19. κατὰ τὸν ἀδελφόν] Gallum Cæsarem intelligit. Vide lib. ii. cap. 34, et cap. i. hujus lib. **READING.**

23, 20. ὥστε τοῖς ἐκεῖ θύταις] Qua de re audiendus est idoneus, nec suspectus utique auctor, idem nempe gentilis, Eupapius; qui ubi Julianum Maximo et Chrysanthio in Ionia aliquandiu vacasse tradidisset, addit: ὡς δὲ καὶ ταῦτα εἶχε καλῶς — *ut vero pulchre istic fuit instructus Julianus, ubi intel-*

lexit plus aliquantum latere in Græcia apud Hierophantam Eleusiniorum sacrorum antistitem, velociter illuc occurrit: dein, Tum temporis Julianus divinisimi antistitis familiari usus colloquio, et expletus sapientia, quam affatim inde hauserat. Quibus paulo post addit, Julianus in Galliis, ad quas pacandas fuerat cum Cæsaris potestate missus, hærente, e Græcia accitum ab illo eundem Atheniensem sacrorum antistitem, cum quo remotis arbitraris nonnulla solis ipsis cognita peregerit, quum cæteroquin omnes lateret, quod deorum cultui foret ipse addictus. Eunapius in Maximo p. 90, seqq. [p. 52. ed. Boissonad.]
READING.

23, 21. μάντις ἄριστος ὅσπερ εἰκάζει καλῶς] Fragmentum Euripidis, teste Plutarcho. Exinde in proverbium abiit. Vid. Euripid. Fragm. Incert. Trag. cxxviii. tom. ix. p. 392. Matthiæ.

23, 23. αὐχὴν ἀπαγῆς] Aliter quidem depingit Julianum egregius illius fautor Amm. Marcellinus, lib. xxv. cap. iv. *Figura talis utique membrorum. Mediocris erat staturæ, capillis tanquam perisset mollibus, hirsuta barba in acutum desinente vestitus, venustate oculorum micantium flagrans, qui mentis ejus angustias indicabant, superciliis decoris, et naso rectissimo, ore paulo majore, labro inferiore demisso, optima et incurva cervice, humeris vastis et latis, ab ipso capite usque unguium summitates lineamentorum recta compage, unde viribus valebat et cursu.* Antiochensibus autem idem fere ac Nazianzeno visus et Julianus; quod paulo ante ex eodem Marcellino vidimus. READING.

Ibid. ἀνακοπόμενοι] Apud Gregorium ἀνασηκούμενοι: quod 202 verbum Billius interpretatur, *attollebat*. Ego vero, *libratos*, malim vertere. Nicephorus vulgatam lectionem tuetur, cujus interpres ita vertit hæc verba; *Humeri quos subinde jactaret ac reduceret mobiles*. Epiphanius vero posterioris verbi expositionem omisit. Hoc enim solum habet: *Humeri jactabiles*.
VALES.

23, 27. πολλοὶ μὲν πρὸς αὐτοὺς] Porphyrii et Juliani libros κατὰ Χριστιανῶν, multi veterum refellere aggressi sunt. Adversus Porphyrium quidem Methodius, Eusebius et Apollinaris libros scripserunt. Contra Julianum vero Cyrillus libros composuit, qui hodie exstant, non admodum elegantes. VALES.

23, 28. Πρὸ δὲ πάντων Ὀριγένης] Quibus in libris Origenes ea quæ in sacris literis lectores turbare poterant, exposuerit,

et sophisticas adversus Christianam religionem argumentationes represserit, difficile est asserere. Nam in libris contra Celsum nequaquam id præstitit. Neque enim id ejus consilium fuit in iis voluminibus, ut loca sacræ Scripturæ, quæ difficultatem aliquam habebant, explanaret, sed tantum ut objectionibus Celsi responderet. An igitur *στωματίας* Origenis intelligit Socrates? In his enim libris Origenes religionis nostræ dogmata cum sententiis philosophorum consentire ostendebat, ut docet Hieronymus in epistola ad Magnum oratorem. Quod quidem ut faceret, exponenda erant loca sacræ Scripturæ, quæ philosophorum decretis contraria videbantur. VALES.

Cum Socrates hoc loco nullum Origenis librum nominet in quo contra inimicos Christianæ Fidei disputaverit, neque dicat illum respondisse argumentis talium scriptorum, sed tantummodo, scripta illius præcludere ineptam sophistarum loquacitatem, id fortasse vult dicere, nempe Origenem ita sacras Scripturas interpretatum esse ut nodos ubique explicaverit, neque locum dubitandi aut adversandi reliquerit, si quis argumenta illius probe pensaret. Socrates igitur ad universa illius Commentaria et modum interpretandi respexisse possit, non autem ad singulum aliquem librum in quo philosophos confutaverit.

23, 33. *αὐτοῦ κατὰ Χριστιανῶν βιβλίῳ*] Fragmentum solum 203 hoc superest ejus contra Christianos scripti libelli. Quod vero hic Julianus simulate scribit de sensu mystico, sive *θεωρίᾳ*, sacrarum scripturarum, conferri potest cum iis quæ dicere solebat de paganis ritibus: nempe religionem consulto a diis ipsis contactam esse obscuris, immo absurdis, mysteriis, quo melius homines veritatem indagando invenirent. Julian. Orat. v. p. 170. vii. p. 217.

23, 34. *Περὶ Κυνισμοῦ*] Intelligit librum adversus Heraclium Cynicum, qui inscribitur, *πῶς Κυνιστέον*. In eo enim libro legitur hic locus, p. 403. VALES. Julian. p. 216. ed. Spanhem. ubi pro *κεκρυμμένον* legitur *ἀποκεκρυμμένον*: quod supra notare omisi.

23, 38. *Πορφυρίῳ*] Porphyrius, quem Socrates *Tyrium senem*, quippe urbe Tyro oriundum, et Juliani patrem, utpote cujus libros magno in pretio imperator habuit, appellat; pa-

tria lingua vocabatur Malchus, quod nomen proprie *regem* significat. Claruit an. Chr. 270. Obiit, ut videtur, ineunte sequente seculo. Nescio plane, *inquit Caveus noster*, an fidem meretur quod de eo refert Nicephorus, lib. x. c. 36, qui tamen Eusebium hac in re testem citat, Porphyrium primo quidem fuisse Christianum: verum cum a Christianis quibusdam Cæsareæ verberatus esset, nec injuriam illam bene concoquere posset, atra bile percitum Christianismum ejurasse, atque ad Christum Christianorumque scripturas impiis convitiis proscindendas animum appulisse. Nicephoro prævisse videtur B. Augustinus, de Civit. Dei, lib. x. c. 28. *Omisit hunc Socratis nostri locum vir eruditiss.* Inter varia quæ condidit volumina, edidit in Sicilia tunc agens, *contra Christianos* libros xv. in quibus id præcipue pensi habuit, ut S. Scripturæ autoritatem, cui quasi fundamento innixa est Christiana religio, convelleret. Scripta ejus Theodosius Magnus lege lata igne aboleri jussit. *Cave in fine sec. 3.* **READING.**

23, 41. *μικροῦ κατέλευσαν*] Vid. Liban. Epitaph. p. 625. ed. Reisk.

23, 42. *παρεδρευτά*] Liban. ibid. ubi legitur *πάρεδρε*. 204

23, 46. *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε*] Isai. vii. 9, ubi legitur *οὐδὲ μὴ συνήτε*.

23, 49. *ὁ Ἀριστοτέλους Πέπλος*] De Aristotelis Peplo vide quæ annotavit olim vir doctissimus Guillelmus Canterus. VALES.

Plura de Aristotelis Peplo vide in Fabricii Biblioth. Græc. tom. iii. p. 275. ed. Harles. A multis hoc opus Stagiritæ attributum fuit, a doctis vero rectius, ut videtur, alii cuidam Aristoteli refertur.

Ibid. *ὁ Διονύσιου Στέφανος*] Quis sit hic Dionysius, qui librum hoc titulo composuit, difficile est dicere. Existimo tamen hunc esse Dionysium Milesium, qui *Κύκλον ιστορικὸν* conscripsit, teste Suida. Idem enim est *Κύκλος* ac *Στέφανος*. De hoc opere Dionysii, quo tota Deorum Historia continebatur, idem Suidas in voce *Νύμφαι* ita loquitur: *Περὶ δὲ τῶν Θεῶν Διονυσίῳ πάσα ἡ ἱστορία συνήκται ἐν τριάκοντα καὶ τρισὶ βιβλίοις*. Ex quibus apparet Dionysium in iis libris de deabus duntaxat scripsisse. Cur enim Suidas de Nymphis loquens, ista subji- ceret? VALES.

Multis argumentis inter doctis disceptatum est, quis fuerit

auctor Cycli illius; quæ non attinet hic commemorare. Vid. Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. tom. i. p. 378. et iv. p. 409, seqq. de Dionysiis Variis. Clinton. Fast. Hellen. i. Append. p. 347. Cum tamen Valesius locum illum e Suida huc adduxerit, censueritque Dionysii Historiam Deorum esse ipsam Coronam quam Socrates citat, unum hoc adjiciam iis quæ ab aliis adnotata sunt: Dionysii Historia Deorum, quæ xxxiii. libris comprehensa est, eadem esse videtur cum illa Musica Historia Dionysii, *Μουσικῆ ἱστορίᾳ*, ejus librum tricesimum memorat Suidas in Pamphila, col. 2824. ed. Gaisford. Pamphila vero hæc de qua Dionysius ibi scripserat, vixit ævo Neronis imperatoris, sicut tradit Photius cod. 175. Si igitur vera sit hæc conjectura de uno Libro isto variis titulis appellato, auctor ejus non fuit Dionysius Milesius ille qui vixit sæculo A. C. sexto: sed potuit esse alter, qui vixit A. D. circiter 101. Vid. Fast. Rom. eo anno.

23, 49. *Ῥηγίνον ὁ Πολυμνήμων*] Reginus Grammaticus librum scripserat, cui titulus erat *Πολυμνήμων*, ut refert Suidas. Hic est, ni fallor, Reginus, cui Phrynicius sophista unum ex libris quos de oratorio apparatu scripserat, nuncupavit, ut testatur Photius in Bibliotheca, c. 158. Certe Phrynichus non nisi viris doctis libros suos nuncupaverat, quemadmodum ibidem testatur Photius. VALES. Vid. Suid. col. 3209 ed. Gaisf. Harles ad Fabric. Biblioth. Gr. tom. vi. p. 378.

23, 52. *Ἄττιν ἱλασκέσθε*] Attin eundem esse ac Bacchum docet etiam Clemens Alexandrinus in Protreptico his verbis: *δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἀπεικότως τὸν Διόνυσόν τινας Ἄττιν προσαγορεύεσθαι θέλουσιν αἰδοίων ἐστερημένον* [ii. 19. tom. i. p. 18. ed. Klotz.]. Demosthenes in oratione pro Corona: *καὶ βοῶν ἐνοῖ σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος ὕης Ἄττις*. Quæ Demosthenis verba Harpocration de Atti Phryge intellexit. Quidam tamen veterum in illo Demosthenis loco, non *Ἄττις* legerunt, sed *Ἄττις*, quod est epithetum Bacchi, sicut et *ὕης*. Auctor etymologici: *ἄττις*, inquit, ὁ Διόνυσος ἐπιθετικῶς, ἀπὸ τῆς γενομένης ἐκ τῶν *Τιτάνων* εἰς αὐτὸν ἄττις καὶ φθορᾶς. De altero autem Bacchi epitheto, quod est *ὕης*, vide eundem etymologum, et Suidam in voce *ὕης*. VALES. Conf. Bekker. Anecd. Gr. p. 207. et auctores alios citatos a Sturz. ad Etymolog. Magn. *Ἄττις*.

23, 58. *Οἰνόμαος ὁ φιλόσοφος*] Œnomaus Cynicæ sectæ phi- 205

losophus, cum Apollinis oraculo delusus fuisset, ulcisci se volens, librum scripsit de oraculorum falsitate, cui titulus erat *φωραγήτων* [*γοήτων φωρά*]: id est detectio præstigiatorum, ut ex Porphyrio tradit Eusebius in libro 5. De Præparatione. VALES.

De CEnomao consule Euseb. Præpar. Evang. v. 18. seqq. vi. 6. seqq. Oraculum hoc de Cleomede citatur in v. 34, ubi rectius quam in Socrate legitur *Ἀστυπαλαίεὺς*, et *οὐκ ἔτι θνητόν*. Porro ridicule vertit Epiphanius illud *Ἀστυπαλαίεὺς οὐκ ἀθλητῆς ἀθλητῆς*, ac si legeret *ἀστυ-παλαιστής*.

23, 59. *Ἀντίνοον τὸν ἑαυτοῦ ἐρώμενον*] De Antinoο vide Euseb. Hist. lib. iv. c. 8. Just. M. Apol. i. Tatianum p. 40, 41. Athenag. Legat. p. 121. Theophil. ad Autolye. lib. iii. p. 122. Tertull. Apol. c. 13. Origen. in Cels. lib. iii. p. 133. Pausan. in Arcadicis, p. 469. Spartian. in Adriano, aliosque plurimos. READING.

Antinoi consecrationem memorat etiam Clemens Alexandrinus, Protrept. iv. 49, Klotz. (p. 43. Potter.) citatus ab Eusebio Præpar. Evang. ii. 6.

23, 60. *τὸ μονόβιβλον, δ' Ἀδρίας*] Musculus quidem et Christophorus *Ἀδρίας* nomen proprium esse existimarunt. Langus vero in adnotationibus ad librum 10 Nicephori Callisti c. 36, pro *Ἀδρίας* scribendum censet *Ἀδριανός*. Certe vox *Ἀδρίας* tolerari non potest. Neque enim ullus unquam eo nomine est appellatus. Itaque Nicephorus pro ea voce substituit *Ἀλεξανδρεῖς*, pessime. Intelligit porro Socrates hoc loco librum Luciani, qui vulgo *Ἀλέξανδρος, ἢ ψευδόμαρτις* inscribitur. Quo in libro Lucianus fraudem et præstigias Alexandri cujusdam Paphlagonis, qui oraculum callide machinatus fuerat, describit. Quare pro *Ἀδρίας* vel *Ἀνδρίας*, ut in Florentino codice legitur, scribendum est *Λουκιανός*. Nisi dicamus Socratem memoria lapsum, librum hunc Adriano vel Arriano cuidam adscripsisse. VALES.

Cap. 24. Conf. Sozomen. vi. 4. Theodoret. iv. 2. 3. Rufin. xi. 1. Cassiodor. vii. 3. Niceph. x. 39.

24, 2. *προέκρινε*] Jovianus, scripta ad Athanasium epistola, 206 expetivit ab eo rectam fidei expositionem: cui responsum dedit Athanasius adhibitis sibi in synodo episcopis, et formulam Nicænam remisit, testatus eam pæne ab universo orbe

Christiano receptam esse. Hæc memorant Theodoretus et Rufinus: et epistola synodi extat inter Athanasii Opera, p. 780; unde Theodoretus quoque desumpsit; frustra vero Valesius contendit, Antiochiæ eam conscriptam esse. Vid. Benedictinor. Monitum in Athanas. Oper. p. 778.

24, 3. διὰ γραμμάτων] Hæc Joviani epistola extat apud Athanas. vol. ii. p. 779. quæ cum brevior sit, hic repræsentare non pigebit, juxta versionem Cl. Monach. Benedictinorum. *Religiosissimo et Deo dilecto Athanasio, Jovianus. Cum magnopere miremur honestissimam vitam tuam, similitudinem tuam cum Deo universorum, tuumque erga Christum Salvatorem nostrum affectum, quæ tuæ sunt præclaræ virtutes: te laudamus honoratissime episcopo, quod nullum laborem, nullum persecutorum furorem extimuisi, pericula, gladiatorumque minas ne flocci quidem fecisti, atque clavum caræ tibi orthodoxæque fidei retinens, hactenus certasti pro veritate: itemque quod exemplum te typumque virtutis universo fidelium populo assidue exhibes. Te itaque revocat majestas nostra, atque ad salutis doctrinam reverti jubet. Remigra igitur ad sanctas ecclesias, et pasce Dei populum, atque alacri animo una fundite preces ad Deum pro nostra clementia. Novimus quippe tua supplicatione cum nos tum eos qui nobiscum Christiane sentiunt, magnum a summo Deo auxilium consecuturos. Acta sunt hæc circa medium anni 363, statim post Juliani interitum. READING.*

24, 6. δημοσίᾳ γινόμενος μολυσμὸς] Taurobolia et Criobolia intelligere videtur, quibus susceptis Gentiles se in æternum renasci credebant, ut docent antiquæ inscriptiones. Ritus omnem luculente describit Prudentius in passione Romani martyris. VALES.

Constat tamen Taurobolia et Criobolia hoc tempore non sublata esse; quod inscriptiones e Grutero allatæ ab Hofmanno commonstrant. Præterea ea sacrificia non adeo sæpe fiebant, sed per singula plerumque vicennia. Quamobrem Socrates non tam ea respicere videtur quam ad communes et quotidie usitatos sacrificandi ritus, quos jam diximus a Juliano ultra modum auctos esse; supra ad 20, 2. De Taurobolio vid. Hofman. Lexic. in v.

Cap. 25. Conf. Sozon. vi. 4. Philostorg. viii. 2—7. Cassiod. vii. 4. Niceph. x. 40.

25, 2. ἀφιοῦντες ἐφωθεῖσθαι] Paulo aliter hæc refert Sozomenus, Macedonianos postulasse vel ut rata essent gesta synodorum Arimini et Seleuciæ, irrita vero ea quæ studio quorundam postmodo acta erant, (nempe, ut Socratis accipit, quæ egerant Anomæi,) vel ut, si dissidium illud permaneret, liceret omnibus episcopis ubicunque vellent cum suis solis convenire. Porro hæc petitio ab absentibus ad imperatorem remissa est. Sozomen. *ibid.*

25, 3. Ζήνων] Legendum puto Ζήλων, quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Zela seu Zelæ oppidum est Cappadociæ, teste Plinio et aliis. Ejus meminit Basilius in epistola 72 ad Euæsenos, καὶ ἄλλη μὲν ἐν Ζήλαις, ἄλλη δὲ ἐν Λαμψάκῳ. Idem in epistola 73 ad monachos suos: διὰ τὸ μέχρι καὶ νῦν ἐπέρχονται ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Ἀμασείας καὶ Ζήλων. VALES.

Zela civitas, Ζήλα, sita fuit in confinio Ponti et Cappadociæ. Vid. Cramer. *Descript. Asiæ Minor.* vol. ii. p. 306. Itaque, sicut videtur, inter limites fuit tractuum Macedonianorum. Zenopolis vero fertur fuisse diocesis Pamphyliæ incerti loci. Le Quien *Orien. Christ.* tom. i. col. 993. Idem vero cujus nomen hic legitur videtur subscripsisse quoque in synodo Philippopolitana A. D. 347, ubi, *Bitinicus episcopus a Zelon* scribitur in Hilar. *Fragm.* iii. p. 666.

25, 7. Συνελθόντες γὰρ ἐν Ἀντιοχείᾳ] Jovianus Imp. *mensē* 207 *Hyperberetæo*, i. e. Octobri, *Antiochiam advenit*, inquit Theophanes. Ammianus lib. xxv. testatur, eum in ea urbe *moratum paulisper* esse, et *flagrante hyeme* inde profectum Tarsum Ciliciæ urbem venisse, ac postea Ancyram. Quare post mensem Septembrem synodus Antiochena habita videtur. Agit de ea libellus synodicus, ubi dicitur, eam Nicæna decreta synodice confirmasse. Sed quia hæc verba epistolæ synodicæ a Sozomeno lib. vi. c. 4. recitatae, *ut sc. Filius ex substantia Patris genitus, et quoad substantiam Patri similis esse, intelligatur*, in perversum sensum ab his qui non bene de Meletio sentiebant, acciperentur; quod voces illæ, *similis in substantia*, Semiarianis et Macedonianis communes essent; scriptus adversus hanc synodum Antiochenam liber, qui tomo i. Operum Athanasii [tom. ii. p. 31. Benedict.] legitur, cujus titulus est; *Refutatio hypocriseos Meletii, Eusebii, et Pauli Samosatensis.*

Qui liber Athanasio perperam adjudicatus, cum potius sit Paulini Antiochensis, aut alterius ex ejus factione. Imo D. Hieronymus qui Paulinum sequebatur, in Chronico suo scripsit: *Synodus Antiochiæ a Meletio et suis facta: in qua homousio anomæoque rejecto, medium inter hæc homoiouision Macedonianum dogma vindicaverunt.* Ita enim in omnibus exemplaribus legitur. *Ant. Pagi ad ann. 363, quo hæc synodus celebrata fuit, n. viii.* READING.

Præterea in Antiochia Ariani quoque Alexandrini Jovianum adierunt obsecrantes ut Athanasium ex Alexandria pelleret, sibi autem suum episcopum concederet. Ter ab illis frustra oblatas esse in hunc finem petitiones, constat e fragmentis quæ supersunt in Athan. Op. p. 782; quarto vero ipsum Lucium eorum episcopum interpellasse imperatorem. Incertum tamen est utrum hæc ante an post synodum gesta sint. Synodi hujus Antiochiæ, in qua *Macedonianum dogma vindicatum est*, meminit Hieronym. Chronic.

25, 10. τῷ εὐσεβεστάτῳ] Hunc libellum exhibuit quoque Sozomenus vi. 4, cujus exemplar semper sequitur Nicephorus.

25, 11. οὐ σοῦ καὶ πρώτῃ] “Malim scribere οὐ σὴ καὶ πρώτον. Epiphanius Schol. legisse videtur πρώτον: sic enim vertit, *Quod ecclesiasticam pacem atque concordiam tua prima studuerit pias celebrari*: qui sensus non displicet: gratulantur enim episcopi Joviano imperatori, quod ecclesiæ pacem restituere prius studuerit quam reipublicæ Romanæ.” Gallandius in Biblioth. Patr. tom. v. p. 104.

25, 12. καλῶς ὑπέληφας τὸν χαρακτῆρα] Suspiciari quidem hinc possemus, imperatorem jam ab Athanasio et synodo ejus epistolam illam cum symbolo Nicæno acceperisse; et proinde særius convenisse hanc synodum Antiochiæ, fortasse etiam post profligatas Arianorum Alexandrinorum petitiones.

25, 14. τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ τισὶν ὄνομα] Facilior quidem erit hujus loci interpretatio si vocem *γένον* addas; quam habet quoque Sozomenus; quamvis non agnoscant codices Socratis.

25, 15. κατὰ τινα χρῆσιν Ἑλληνικῆν] Videntur his verbis sensum *materialem* vocis abnegare. Conferri potest quod Aristoteles de οὐσίᾳ dixerat, *Λέγομεν δὴ γένος ἐν τι τῶν ὄντων τὴν οὐσίαν, ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ἕλην, ὃ καθ' αὐτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι, ἕτερον δὲ μορφὴν καὶ εἶδος, καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι, καὶ τρί-*

τον τὸ ἐκ τούτων, De Anima ii. 2: et plura ejusmodi aliis locis.

25, 17. πλήρης] Referenda est hæc vox ad præcedentia, ἥτις ἐστίν, nempe πίστις: neque opus est corrigere πλήρη.

25, 18. Μελέτιος ἐπίσκοπος] Subscriptionem hæc omisit So- 208
zomenus: synodo vero interfuisse dicit Meletium, Eusebium, Pelagium, Acacium, Irenionem, et Athanasium Ancyranum.

Ibid. Σικελῶν] In codice Sfortiano legitur Σικελῶν, quod magis placet [Σικελὸς Steph. Genev.]. Est id nomen urbis cujusdam in Oriente positæ, de qua nihil adhuc comperi. Inter episcopos partis Acacii, qui Seleuciensi synodo subscripserunt, refertur Evagrius Mitylenes provinciæ insularum. [Supra ii. 40]. VALES.

Ibid. Μάγνος] Hoc nomen corrigendum esse in *Marim*, qui fuit episcopus Chalcedonis, conjecit Mansius Concil. tom. iii. col. 371.

Ibid. Ἰσακόκεις] Epiphanius Scholasticus Isacium [*Isacium*] vertit. Idem videtur esse qui Ἰωσάκης dicitur in epistola 69 [xcii. ed. Bened.] Basilii, quæ est synodica concilii Antiocheni sub Meletio. Recensetur autem medius inter Cosroem et Narsem. VALES.

Ibid. Πέτρος Σίππων] Fuit hic Petrus Episcopus Hippi provinciæ Palæstinæ. Subscripserat concilio Seleuciensi una cum aliis partis Acacii qui hic recensentur, verbi gratia, Zoilo Larissæ, Eutyohiano Eleutheropoleos episcopo, sicut legere est apud Epiphanium in hæresi Semiarianorum, ubi hæc leguntur. Πέτρος ἐπίσκοπος Ἰππου Παλαιστίνης. Hippos oppidum Palæstinæ, triginta stadiis distans a Tiberiade, memorat Josephus in vita sua. VALES. Conf. Reland. Palæstin. iii. p. 821. (607).

Ibid. Ἀντρον] Apud Epiphanium Scholasticum est *Arabianus Adrensis*, recte omnino. Hic enim est Arabianus seu Arabion episcopus Adraorum, qui Seleuciensi concilio subscripsit, inter episcopos partis Acacianæ, ut refert Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi post Exeresium Gerasorum episcopum, et proxime ante Charisium Azoti episcopum collocatur. Adra seu Adraon urbs est Arabiæ sub episcopatu Bostrensi, ut docet Guillelmus Tyrius. Certe Uranius Adranensis episcopus numeratur in synodo prima Constantinopolitana

inter episcopos provinciae Arabiæ. In synodo autem quinta Constantinopolitana, Dorymenius quidam recensetur episcopus Adraorum. VALES. Conf. Le Quien Or. Christ. tom. ii. col. 859.

25, 18. Πίσων Ἀδάων] Idem esse creditur cujus nomen in synodo Philippopolitana legitur, *Pison episcopus a Vanis*, Hilar. Fragm. iii. col. 666. Vid. Le Quien Or. Christ. tom. ii. col. 882.

Ibid. Ἀθανάσιος Ἀγκύρων] De eo vide quæ dicta sunt supra, ad ii. 42, 5. Hic vero notandum est Basilium quoque, in cujus locum suffectus erat Athanasius, sese episcopum Ancyræ tum tulisse; eo enim titulo subscripserat ille Macedonianorum libello modo memorato, supra, § 3. Insuper non solum ille verum etiam Sophronius et Silvanus, qui una cum illo eidem libello subscripserant, et alii Macedoniani, per Acacium destituti episcopatibus suis fuerant, et alii in eorum locum substituti, sicut perhibet Socrates supra, ii. 42, et Philostorgius v. 1. Nunc vero idem iste Acacius, cum episcopis suæ factionis Athanasio, Pelagio, et multis aliis, imperatoris gratiam contra Macedonianos ambibat. Adeo intricatæ erant tunc temporis partium dissensiones. Athanasium tamen Ancyræ episcopum magnopere ob ingenium, virtutem, et fidem laudat Basilium magnus in Epist. xxv. et xxix.

Ibid. Εἰρηνῶν] Hujus mentio fit a Marco diacono, in Vita Porphyrii Gazensis episcopi, quam habes apud Surium. VALES.

25, 20. Θεμιστιος] Themistius philosophus, cognomento εὐφραδῆς, hoc est, eloquens, in Paphlagonia patrem habuit Eugenium philosophiæ professorem, ut ipse testatur Orat. ii. et xiv. Cum præcipua sapientiæ laude floreret Themistius, certatimque sibi eum urbes ac provinciæ adsciscerent, Antiochiæ, Nicomedie, Constantinopoli et Romæ philosophiam professus est. Romæ quidem tanto hominum applausu, ut cum honestissimis conditionibus propositis eum apud se retinere frustra essent conati, imperatorem ipsum interpellandum putaverint. Sed cum nihil ne sic quidem promoverent, reversus Constantinopolim, ad usitatum se docendi munus contulit. Uxorem duxit, liberosque procreavit: imperatoribus cum primis gratus fuisse traditur: a quibus in senatorium ordinem coop-

tatus, præfecturam etiam urbis administravit. Apud Valentem magna valuit autoritate; cujus sævientem in orthodoxos rabiem aliquoties oratione compescuit: de qua vide Sozom. lib. vi. c. 36. Gentilis semper mansit, quod ex orationibus ejus evidenter apparet: fuisse tamen cum Gregorio Naz. amicitia ac familiaritate conjunctum, ipsiusmet ex Gregorii scriptis ad eum epistolis 139 et 140, constat. Themistii etiam meminerunt Augustinus de Categoriis decem, c. 3. Niceph. Hist. Eccl. lib. x. c. 42. Photius Biblioth., Suidas, Constantius Epist. ad Senatum, in Cod. Theod. lib. vi. tit. 4. *vide Dionys. Petavium in vita Themistii orationibus præmissa, unde hæc desumpsimus.* **READING.**

Cap. 26. Conf. Sozomen. vi. 6. Theodoret. iv. 5. Philostorg. 209 viii. 8. Cassiod. vii. 6. Niceph. x. 43.

26, 5. τῇ ἐπτακαιδέκτῃ] Atqui occurrit lex Joviani contra raptores, data undecimo Kal. Mart. h. e. 19. Februarii, in Cod. Theodos. lib. ix. tit. xxv. [vid. Clinton. F. R. col. 4.] *W. Louth.* Auctor Chronici Alex. xii Kal. Idacius in Fastis xi Kal. Martii diem supremum obiisse Jovianum tradunt. In Eutropio, qui tunc temporis vixit, legitur dies emortalis fuisse xiv Kal. Mart. quanquam aliqui legunt xiii, et sic quidem cum Socrate consentit Eutropius. *Super Joviani obitu dubietates emersere complures, inquit Marcellinus lib. xxv. in fine. Fertur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequivisse, vel extuburato capite periisse succensione prunarum immensa; aut certe ex colluvione ciborum avida cruditate distentus. Decessit autem tricesimo ætatis et tertio.* Chrysostomus Homil. xv. in Philippenses, venenata potione extinctum fuisse palam affirmat. Vino et Veneri indulsisse Jovianum testantur Marcellinus et Zonaras. **READING.** De tempore obitus Joviani confer Clinton. Fast. Roman. qui Socratem sequitur.

Ibid. βασιλεύσας μῆνας ἑπτὰ] Regnavit septem menses et viginti dies, a 27^o die Junii mensis ad 17^m Februarii, secundum ipsum Socratem. Itaque nonnulli imperium ejus octo fuisse mensium tradunt.

26, 6. μηνῶν τέττε] Atqui quatuor tantum menses supra biennium numerari possunt. juxta ipsius Socratis computationem; scil. a tertio Non. Novemb. ann. Chr. 361, ad 17 diem Februarii, ann. Chr. 364. *W. Louth.* **READING.**

LIB. IV.

213

Cap. 1. Conf. Sozomen. vi. 6. Theodoret. iv. 6. Rufin. xi. 2. Cassiod. vii. 7. Niceph. xi. 1.

1, 1. ἐβδομαῖοι] *Diebus decem nullus imperii tenuit gubernacula*, inquit Marcellinus initio lib. xxvi. In quæ verba hæc annotat Valesius: *Ab obitu Joviani ad Valentiniani inaugurationem, decem omnino dies intersunt, si utrumque terminum incluseris, et bis vi Kal. numeraveris: fuit enim annus ille bissextilis, teste Marcellino nostro. Res olarior fuerit, si a die 17 Februarii ad 26 computaveris, quo levatus est Valentinianus, non autem 25, ut perperam ait Scaliger in notis ad Eusebii Chronicon, num. 2381. Hic autem annus erat natalis Dominici 364, quem Bissextilem fuisse cælestis motus ratio demonstrat.* READ. Conf. Clinton, F. R., qui ab eodem die 26 Februarii initium imperii Valentiniani computat.

1. 4. μετὰ τριάνοντα ἡμέρας] Socrates et Ammianus tradunt, Valentem imperii consortem factum v Kalend. April. quod quidem Ammianus disertis verbis asserit; Socrates vero indicat quando ait, Valentem, tricesimo post die, quam Valentinianus Augustus fuerat nuncupatus, in consortium regni assumptum. Dies tamen illi more Romano numerandi, a quinto nempe Kalendas Martii, ad quintum Kal. Aprilis, ultimusque terminus excludendus. Quare apparet Ammianum et Socratem inter se consentire, et errare Idacium in Fastis, ac auctorem Chronici Alex. qui Valentis inaugurationem in diem iv Kalendas Aprilis referunt. *Ant. Pagi ad ann. 364. n. iii.* READING.

1, 6. βεβαρῖσθαι αἰρόν] Aliter hæc tradit Theodoretus: dicit enim Valentem initio regni sui orthodoxum fuisse, nec ad Arianorum sententiam declinasse donec ad bellum contra Gothos profecturus esset, quod fuit A.D. 367; tum vero ab uxore sua persuasum suscepisse ab Eudoxio baptismum, et Arianam fidem professum esse, iv. 12. Attamen Basilius cum in Epistola ad Occidentales, cxlii. 2, scribat, jam agi decimum tertium annum hæreticæ persecutionis, videtur initium ejus a primo anno regni Valentis computare: quo tempore Eudoxii factio animos extulerant. Et Gregorius Nyssenus dicit Valentis mentem ad Arianismum mutatam esse arte Eudoxii, Contra Eunom. i. p. 311. Obiter autem notare libet

Valentem certe adultum baptizatum esse : Eudoxius enim Constantinopoleos episcopus factus est A. D. 360. Conf. infra, ad 12, 40.

1, 16. Κύριλλος ἀθθῆς ἐκράτει] Conf. supra, ad iii. 20, 7. 214 Atque animadvertendum est veterem adversarium ejus Acacium jam Melitii partibus et Nicensæ fidei sese addidisse.

1, 17. οἱ ἐν Σελευκείᾳ διακριθέντες] Hi fuere qui Acacium et sectatores ejus in synodo Seleuciæ damnaverant, (vid. supra, ii. 40,) et mox ope Constantii imperatoris per Eudoxium et Acacium oppressi atque invicem ejecti fuerant e sedibus suis (vid. ii. 42.) Jam autem domos reversi sunt (uti credere par est,) venia per edictum Juliani data.

Cap. 2. Conf. Sozomen. vi. 7.

2, 1. τὰ ἐσπέρια μέρη] Inter Valentinianum et Valentem divisum imperium in occidentale et orientale. Valentinianus Occidentem integrum sibi servavit, qui Constantino Juniori et Constanti cesserat; puta totum Illyricum ex lege 7 codicis Theod. Italiam, Africam, Gallias, Hispanias, Britannias. Valenti vero fratri reliquit omnem Orientem, quod laudata lex testatur, Ægyptum usque et Thraciam, teste Zosimo lib. iv. p. 735. *Ant. Pagi ad ann. 364. n. iv.* READING.

2, 2. κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπιμειναντι] Imperatores 215 una per Thraciam profecti, inde digressi sunt: Marcellinus scribit, *Post hæc cum ambo fratres Sirmium introissent, diviso palatio, ut potiori decuerat, Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit.* xxvi. 5. Hæc acta sunt ante hiemem A. D. 364. Vid. Clinton. F. R. col. 2.

2, 3. ὁ δὲ βασιλεὺς νομίσας συναυέσαι αὐτοῦς] Fusius historiam hujus synodi Lampsacensæ prosequitur Sozomenus, vi. 7, et quidem aliter ac Socrates. Narrat enim Hypatianum episcopum Heracleæ primo Valentinianum adiisse, ubi ille cum fratre suo per Thraciam iter ad Occidentem faceret, et petiisse ut liceret synodo convenire. Cui cum annuisset Valentinianus, habitam esse synodum Lampsaci, quæ duos sedit menses et multa contra Acacii partes decrevit: tum autem missos esse a synodo legatos qui Valenti a fratre digresso et e Thracia Constantinopolim redeunti occurrerent, atque gratiam ejus sibi et gestis suis conciliarent. Acta ergo hæc fuerint A. D. 364, secundum Sozomenum. Socrates vero synodum plane

anno 365 apponit, datis consulibus ejus anni, infra 4. Vale-
sius Sozomenum cum Socrate frustra conciliare nititur, ad
Sozomen. l. c. Pagius et Mansius priorem annum synodo
adsignant.

2, 4. ὑφορώμενος μὴ οἱ Πέρσαι] Idem refert Zosimus, iv. 4,
sequiturque Sozomenus. Verum Ammianus Marcellinus nus-
quam Persarum metum inter ingruentia hoc anno reipublicæ
mala numerat, vid. xxvi. 5, 6. Immo contra indicat Saporem
post imperatoris Juliani excessum et pudendæ pacis icta fœdera,
cum suis paulisper nobis visum amicum, usque ad A. D. 368,
ibid. xxvii. 12. Nec profecto recte videtur Socrates dicere
Valentem ad Antiochiam tunc prope venisse: discessit
enim Valens Constantinopoli vere anni 365, *consumpta hieme*
festinans ad Syriam, ut scribit Marcellinus xxvi. 6, 11; Bithy-
niam ingressus accepit nuntium de moto a Gothis bello; mox
autem a Cæsarea Cappadocum ad Antiochiam profecturus,
vergente ætate, revocatus est ad comprimendam Procopii
seditionem, ibid. 7, 2. Conf. Zosim. iv. 7. Exinde post tres
annos bellis continuis insumptos, *Constantinopolim rediit.* Am.
Marc. xxvii. 5. fine. Falsa igitur sunt quæ Socrates hic scri-
psit, nempe eum otio suo abusum esse infestandis Antiochiæ
orthodoxis; nisi dicamus eum imprimis illuc venisse a Con-
stantinopoli et illa fecisse quæ Socrates narrat, tum autem
postea ad Cæsaream Cappadocum revertisse: quod non veri-
simile esse videtur.

Cap. 3. Conf. Sozomen. vi. 8.

3, 1. Προκόπιος] Insigni genere Procopius in Cilicia natus
et educatus, ea consideratione qua propinquitate Julianum
postea principem contingebat, a primo gradu eluxit. Post
Constantii obitum in rerum conversione velut imperatoris cog-
natus altius anhelabat. Falso rumore disperso, morientem
Julianum mandasse, placere sibi, Procopio clavos summæ rei
gerendæ committi; veritus ne hac ex causa indemnatus occi-
deretur, e medio se conspectu discrevit. Cumque a Joviano
exploratus indagari latibula sua sentiret, deviis itineribus ad
Chalcedonos agrum pervenit; ubi apud fidissimum amicorum
Strategium quendam delitescerebat, Constantinopolim, quantum
feri poterat, clanculo sæpe intermeans. Ignotus ob squalorem
vultus et maciem, rumusculos colligebat multorum incusan-

tium Valentem. Hinc spe concepta levi negotio ad apicem summæ potestatis assurgendi, cum Valens consumpta hyeme in Syriam profectus esset, Procopius facinus adoritur. Divitensium et Tungricanorum juniorum opera imperium invadit Constantinopoli. Thracias occupat. Jovios et Victores contra se missos a Valente, sibi verbis conciliat. Bithyniam in ditionem suam redigit. Cyzicum capit. Tandem a ducibus suis desertus et proditus, Valenti offertur, et gravissimis suppliciis necatur: ut pluribus docent A. Marcellinus lib. xxvi. et Zosimus lib. iv. **READING.**

3, 3. *σεισμός ἐπιγεγόμενος*] Terra mota est primo mane d. 21 Julii A. D. 365. sicut enarrat Am. Marcellinus xxvi. 10, 15: alios auctores citat Clintonus F. R. col. 2. ejus anni. 216

Cap. 4. Conf. Sozomen. vi. 7. et 8. Cassiod. vii. 12. Niceph. xi. 3.

4, 2. *ἐν τῇ Λαμψάκῃ*] Hoc concilium anno 365, vel 364, ut ex Sozomeno contendit Pagius, a Semiarianis præcipue celebratum. Postquam per bimestre spatium inter se consultassent, decreverunt tandem, ut τοῦ ὁμοιουσίου dogma ubique retineretur, ut fides Antiochiæ in Encæniis olim exposita confirmaretur, et Eudoxianorum in synodo Constantinopolitana Acta irrita redderentur, ut episcopi item ab iis depositi sedes suas postliminio recuperarent. Vide Sozom. lib. vi. c. 7. qui in eo hallucinatur, quod episcopos in hac synodo congregatos, catholicos fuisse censet. Notandum est, occasione hujus concilii, plures a Semiarianis Asiæ Pamphyliae, Isauriae, et Lysiae episcopis, synodos collectas esse. In quibus τοῦ ὁμοιουσίου dogma stabilire conati sunt, quorum epistolæ synodicæ ad Liberium papam per legatos Lampsacenos missæ sunt. *Guil. Cave Hist. Eccles.* vol. ii. p. 121. **READING.**

Hæc omnia quæ Socrates hic refert, Sozomenus ait transacta esse in concilio Lampsaci anno priore, antequam Valens a fratre digressus Constantinopolim rediisset: ut dictum est supra, ad 2. 3. Plura de eadem re dicenda erunt infra, ad c. 12.

Cap. 5. Conf. Sozomen. vi. 8. Cassiod. vii. 15. Niceph. xi. 4. Philostorg. ix. 15.

5, 1. *ἐπέθετο*] Epiphanius vertit, *bella parabantur*. Christophorsonus vero sensum magis sequens quam verba, interpretatur, *bellum geri coeptum est*. Sed si vim ac proprietatem

Græcæ dictionis exprimere velimus, vertendum est: *bella incubuerunt, belli vis grassata est*. VALES. Conf. supra, ἐπιθέμενος ὁ βασιλεὺς ταῖς βίβλοις, iii. 23.

5, 4. πρὸσι διελὼν ἐπέκτεινε] Ceterum de Agilone et Gomo-²¹⁷ario ducibus Procopii nihil hujusmodi scribit Ammianus Marcellinus. Eos ad Valentis partes transfugisse testatur ille quidem: sed serris dissectos esse non dicit. Id tantum scribit Marcellinus, Florentium et Barcalbam tribunos, post Nacoliensem pugnam Procopium vinctum tradidisse Valenti. Et Procopio quidem statim caput abscissum; Florentium vero et Barcalbam eodem supplicio paulo post affectos esse. Proinde falsa sunt, tum quæ de Agilone et Gomoario, tum quæ de Procopii exitu hic narrantur a Socrate. Philostorgius quoque in libro nono scribit, Procopium quidem capite truncatum: Florentium vero qui illum Valenti tradiderat, crematum fuisse. VALES.

Socratis tamen errorem hoc loco transcripsit, ut solet, Sozomenus: atque eadem habent Cassiodorus et Nicephorus.

Cap. 6. Conf. Sozomen. vi. 8. Cassiod. vii. 18. Niceph. xi. 5.

6, 3. ἐν Νικομηδείᾳ] Contra Sozomenus scribit Valentem venisse Nicæam, nihil vero de Nicomedia. Mediam interponit viam Nicephorus, nempe imperatorem post victoriam de Procopio, e Phrygia venisse Nicæam, deinde profectum esse Nicomediam. Verisimilius est eum hic quam in Nicæa commoratum esse: hic enim palatium erat a Diocletiano extractum quod sæpe habitaverant imperatores. Quæ Socrates hic narrat de vi Ecclesiæ illata eo magis credibilia videntur, quia perhibetur Valens multa crudelitate tunc usus esse contra hostes suos quos modo in potestatem suam redegerat. *Imperator enim promptior ad nocendum, criminantibus patens, et funereas delationes adescens, per suppliciorum diversitates effrenatius exultavit*, et multa alia de ejus feritate, memorat Marcellinus, xxvi. 10.

Cap. 7. Conf. Sozomen. vi. 8. Cassiod. vii. 19. Theodoret. ²¹⁸ii. 27. Philostorg. v. 3.

7, 1. Εὐνόμων] Eunomius, natione Cappadox, Dacora territorii Cæsariensis vico ad Argæum montem ortus, parentibus quidem qui majorum Basilii M. liberti fuerant. Ab Eudoxio Antiocheno diaconus factus, mox dum legatus a suis ad Con-

stantium mitteretur, a Basilianis in itinere captus, Midaium Phrygiæ relegatur. Anno 360 ab Eudoxio et Mari Cyzicenus episcopus ordinatur, inde mox a civibus pulsus. Scio Socratem et Sozomenum ad Valentis tempora hæc referre; sed Philostorgio, utpote in rebus Eunomianis oculatissimo, magis credendum; cui etiam hac in parte suffragatur Theodoritus. Sub Juliano et Joviano Constantinopoli egit; sub Valente in hortum Chalcedonensem secessit, donec delatus apud imperatorem, quod Procopium tyrannum in agro suo occultasset, exul in Mauritianiam missus est. Dum apud Mursam Illyrici in itinere consisteret, ab imperatore revocatur. Theodosius M. ipsum ex Chalcedone abreptum Halmyridem locum Mœsiae ad Danubium situm relegari jussit. Inde a barbaris fugatus, Cæsaream Cappadociæ adductus est: civibus vero invisus, quod adversus Basilium eorum episcopum libros olim conscripserat, apud Dacoram vicum natalem in agris suis degere permissus est, ubi grandævus moritur, circa ann. 394. In vivis enim adhuc erat, cum Hieronymus Catalogum suum de Scriptoribus clauderet. *Guil. Cave ad ann. 360. p. 169.* Apud quem vide Eunomii Apologetici, in quo adversus SS. Trinitatis dogma disputat, Prologum et Epilogum, una cum fidei confessione Gr. Lat. Alteram etiam fidei expositionem dedit Cl. Valesius annot. in Socr. lib. v. cap. 10. **READING.**

7, 4. ὑπογραφὴς γέγονεν] Hunc locum citat Suidas in *Εὐνόμιος*. col. 1509. ed. Gaisford.

7, 6. ὀλιγομαθῆς μὲν ἔχων] Citat Suidas in *Πολύχους*. col. 3039.

7, 10. Τοῦτον τοίνυν τὸν Εὐνόμιον] Male Socrates promotionem Eunomii ad episcopatum Cyzicenum confert in tempora Valentis Augusti. Eunomius enim sub imp. Constantio factus est episcopus Cyzici in synodo Constantinopolitana, quæ Seleuciensem proxime subsecuta est, ut diserte scribit Philostorgius in libro v. cap. 3, [et vi. 4.] et Theodoritus in *Hist.* ii. 29 [27], qui res Eunomii longe accuratius scripsere quam Socrates. Certe Valentis temporibus Eunomius in exilium missus est a Valente, eo quod tyranno Procopio favisse diceretur, ut tradit Philostorgius. [ix. 6—8.] Tantum abest ut Cyziceno episcopatu donatus tunc fuerit. Socratis errorem sequutus est Sozomenus in libro vi. cap. 8. **VALES.**

Recte hæc Valesius : conf. etiam quæ modo citavit Reading e Cave. Hist. Litt. Addit Philostorgius, Eunomium ex quo e Cyzico expulsus erat nunquam ministerium sacrum attigisse, ix. 4. Quamobrem, si verum id sit, hæc Socratis narratio nequit accipi de reditu aliquo Eunomii ad Cyzicum, ac si jam Valentis ope episcopus ibi iterum collocatus esset. Certe autem ejus episcopus primo institutus est A. D. 360; ut supra demonstratum est; atque inde postea digressus alibi conmoratus esse plus semel memoratur a Philostorgio ante A. D. 366: vid. Philostorg. vi. 3. vii. 7. viii. 2. Eunomium Cyzico donatum esse tanquam præmio reportato ex certamine suo contra orthodoxos, objiciebat Basilius et gloriabatur ipse Eunomius. Gregor. Nyss. Contra Eunom. i. p. 308.

7, 11. Σχολαῖος δὲ ἐπίσκοπος] In civilibus officiis ac milita- 219
ribus, alii erant in actu positi; alii vacantes: qui præcincti honore otiosi cinguli dicuntur in codice. Sic tribuni vacantes dicuntur ab Ammiano Marcellino, ut illic notavi. Eodem modo episcopi vacantes dicuntur a Socrate, qui nudum nomen habebant episcopi, absque ecclesia, absque clero et populo cui præessent. Cujusmodi fere sunt qui hodie vocantur episcopi in partibus infidelium. Talis igitur fuit tunc Eunomius, cum a Cyzicenis expulsus, maneret Constantinopoli apud Eudoxium. Quod contigit Constantii temporibus, non autem Valentis ut tradit Socrates. Porro pulso Eunomio Eleusius, ut verisimile est, pristinam sedem recuperavit. VALES.

7, 15. Εὐνόμιος σοφίσματα ποιῶν] Eunomii arrogantiam de cognoscendis rebus divinis tangit quoque Basilius in Epist. xvi, cujus hic finis est, πῶς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ δύναμιν μεγαλαυχεῖς φαντάζεσθαι; Et Philostorgius refert eum a nonnullis ex ipso Arianorum grege reputatum esse μετεωρολόσχην, x. 1.

Cap. 8. Conf. Cassiod. vii. 21. Niceph. xi. 4.

8, 1. αὐτὸν περιύβρισαν] *E muris Chalcedonis probra in eum jaciebantur, et injuriose compellabatur ut Sabaiarius. Est autem Sabatia ex hordeo vel frumento in liquorem conversis paupertinus in Illyrico (unde ortus est Valens) potus.* Am. Marcellinus, lib. xxvi. cap. 8. READING.

8, 2. τὸ μὲν ὄν τεῖχος] Chalcedonenses ob illam defectio-
nem, non solum mœnium suorum subversione multati sunt,

verum etiam hac infamia notati, ne quis unquam Chalcedonensium ad ullam administrationem promoveretur. Testatur id Isidorus Pelusiota in libro I, epistola 485. Καρχηδονίου νόμος κωλύει διέπειν ἀρχήν. Scribe meo periculo Καρχηδονίους. Nam Carthaginenses nihil faciunt ad hunc locum, quippe qui non essent subjecti Orientis imperio, de quo illic loquitur Isidorus. VALES.

8, 2. Κωνσταντιαναί] De his thermis Constantianis loquitur etiam Sozomenus in viii. 22. [21.] Erant autem in regione decima urbis Constantinopolitanæ, ut docet vetus descriptio urbis illius. Ammianus quoque Marcellinus in lib. 31, lavacrum a Valente apud Constantinopolim exstructum esse scribit ex lapidibus murorum Chalcedonensium. Verum Cedrenus et Zonaras ex his lapidibus non lavacrum, sed aquæductum ædificatum esse scribunt. Quæ inter se non pugnant. Ad lavacrum enim necessarius fuit aquæductus. Opus sane memorabile, cujus meminit Themistius in oratione decennali ad Valentem, et Gregorius Nazianzenus in oratione 25; qui hunc Valentis aquæductum, subterraneum et aerium fluvium eleganter appellat. Ita etiam Themistius in amatorio, seu de regia pulcritudine ad Gratianum; cujus locum hic apponam eo libentius, quod nondum edita est hæc oratio: αἱ δὲ ὑποδραμοῦσαι ἡλιβάτους πῶνας ἐγγυιοὶ καὶ ἐναέριοι, σταφυλῆ τὰ νῶτα ἀπεικασμένοι, πλέον ἢ σταδίου χιλίους ἀναγκα καὶ κάπαντα, οὔτε ἀντην οὔτε κατάντην διαδραμοῦσαι, καὶ οὔτε ὑποσχεθεῖσαι, οὔτε ἐνεσχεθεῖσαι, συνεφοίτησαν ὑπὸ ῥόφιοι, καὶ ἤκουσιν ἤδη πρὸ τῶν πυλῶν seqq. Porro apud Socratem libentius legerem Καρωσιαναί, quam Κωνσταντιαναί. Nam Constantianæ thermæ a Constantio imperatore ædificatæ sunt, ut nomen ipsum indicat. Carosianæ vero a Valente absolutæ sunt et dedicatæ post consulatum Gratiani iii et Æquitii, agente præfecto urbis Constantinopolitanæ Vindalonio Magno, ut scribit Idatius in Fastis et auctor Chronici Alexandrini. Sic autem dictæ sunt a Carosia Valentis filia, ut testatur Sozomenus in libro sexto. Erantque in regione urbis septima, ut docet descriptio urbis Constantinopolitanæ. VALES.

Epiphanius Scholasticus tamen non agnoscit *Carosianas*; habet enim, *thermarum, quæ Constantianæ vocantur*. Cassiod. vii. 21.

Recte hæc Valesius : conf. etiam quæ modo citavit Reading e Cave. Hist. Litt. Addit Philostorgius, Eunomium ex quo e Cyzico expulsus erat nunquam ministerium sacrum attigisse, ix. 4. Quamobrem, si verum id sit, hæc Socratis narratio nequit accipi de reditu aliquo Eunomii ad Cyzicum, ac si jam Valentis ope episcopus ibi iterum collocatus esset. Certe autem ejus episcopus primo institutus est A. D. 360; ut supra demonstratum est; atque inde postea digressus alibi commoratus esse plus semel memoratur a Philostorgio ante A. D. 366 : vid. Philostorg. vi. 3. vii. 7. viii. 2. Eunomium Cyzico donatum esse tanquam præmio reportato ex certamine suo contra orthodoxos, objiciebat Basilius et gloriabatur ipse Eunomius. Gregor. Nyss. Contra Eunom. i. p. 308.

7, II. Σχολαῖος δὲ ἐπίσκοπος] In civilibus officiis ac milita- 219
ribus, alii erant in actu positi; alii vacantes: qui præcincti honore otiosi cinguli dicuntur in codice. Sic tribuni vacantes dicuntur ab Ammiano Marcellino, ut illic notavi. Eodem modo episcopi vacantes dicuntur a Socrate, qui nudum nomen habebant episcopi, absque ecclesia, absque clero et populo cui præessent. Cujusmodi fere sunt qui hodie vocantur episcopi in partibus infidelium. Talis igitur fuit tunc Eunomius, cum a Cyzicenis expulsus, maneret Constantinopoli apud Eudoxium. Quod contigit Constantii temporibus, non autem Valentis ut tradit Socrates. Porro pulso Eunomio Eleusius, ut verisimile est, pristinam sedem recuperavit. VALES.

7, 15. Εὐνόμιος σοφίσματα ποιῶν] Eunomii arrogantiam de cognoscendis rebus divinis tangit quoque Basilius in Epist. xvi, cujus hic finis est, πῶς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ δύναμιν μεγαλαυχεῖς φαντάζεσθαι; Et Philostorgius refert eum a nonnullis ex ipso Arianorum grege reputatum esse μετεωρολέσχην, x. 1.

Cap. 8. Conf. Cassiod. vii. 21. Niceph. xi. 4.

8, 1. αὐτὸν περιβρίσαν] *E muris Chalcedonis probra in eum jaciebantur, et injuriose compellabatur ut Sabaïarius. Est autem Sabaïa ex hordeo vel frumento in liquorem conversis paupertinus in Illyrico (unde ortus est Valens) potus.* Am. Marcellinus, lib. xxvi. cap. 8. READING.

8, 2. τὸ μὲν οὖν τεῖχος] Chalcedonenses ob illam defectio-
nem, non solum mœnium suorum subversione multati sunt,

verum etiam hac infamia notati, ne quis unquam Chalcedonensium ad ullam administrationem promoveretur. Testatur id Isidorus Pelusiota in libro 1, epistola 485. Καρχηδονίους νόμος κωλύει διέπειν ἀρχήν. Scribe meo periculo Καλχηδονίους. Nam Carthaginenses nihil faciunt ad hunc locum, quippe qui non essent subjecti Orientis imperio, de quo illic loquitur Isidorus. VALES.

8, 2. Κωνσταντιανα[] De his thermis Constantianis loquitur etiam Sozomenus in viii. 22. [21.] Erant autem in regione decima urbis Constantinopolitanæ, ut docet vetus descriptio urbis illius. Ammianus quoque Marcellinus in lib. 31, lavacrum a Valente apud Constantinopolim exstructum esse scribit ex lapidibus murorum Chalcedonensium. Verum Cedrenus et Zonaras ex his lapidibus non lavacrum, sed aquæductum ædificatum esse scribunt. Quæ inter se non pugnant. Ad lavacrum enim necessarius fuit aquæductus. Opus sane memorabile, cujus meminit Themistius in oratione decenniali ad Valentem, et Gregorius Nazianzenus in oratione 25; qui hunc Valentis aquæductum, subterraneum et aerium fluvium eleganter appellat. Ita etiam Themistius in amatorio, seu de regia pulcritudine ad Gratianum; cujus locum hic apponam eo libentius, quod nondum edita est hæc oratio: αἱ δὲ ὑποδραμοῦσαι ἡλιβάτους πρῶνας ἐγγειοὶ καὶ ἐναέριοι, σταφυλῆ τὰ νῶτα ἀπεικασμένοι, πλέον ἢ σταδίου χιλίους ἀναγκα καὶ κάπαντα, οὔτε αὐτὴν οὔτε κατάντην διαδραμοῦσαι, καὶ οὔτε ὑποσχεθεῖσαι, οὔτε ἐνεσχεθεῖσαι, συνεφόρτησαν ὑπὸ ῥόφιοι, καὶ ἤκουσιν ἤδη πρὸ τῶν πυλῶν seqq. Porro apud Socratem libentius legerem Καρωσιαναί, quam Κωνσταντιαναί. Nam Constantianæ thermæ a Constantio imperatore ædificatæ sunt, ut nomen ipsum indicat. Carosianæ vero a Valente absolutæ sunt et dedicatæ post consulatum Gratiani iii et Æquitii, agente præfecto urbis Constantinopolitanæ Vindalonio Magno, ut scribit Idatius in Fastis et auctor Chronici Alexandrini. Sic autem dictæ sunt a Carosia Valentis filia, ut testatur Sozomenus in libro sexto. Erantque in regione urbis septima, ut docet descriptio urbis Constantinopolitanæ. VALES.

Epiphanius Scholasticus tamen non agnoscit *Carosianas*; habet enim, *thermarum, quæ Constantianæ vocantur*. Cassiod. vii. 21.

8, 3. ἐπιγεγραμμένος χρησμός] Idem memorat Am. Marcellinus initio libri 31, his verbis: *Cum Chalcedonos subverterentur veteres muri, ut apud Constantinopolim edificaretur lavacrum, ordine resoluto saeculorum, in quadrato lapide qui structura latebat in media, hi Græci versus incisi reperti sunt, futura plene pandentes.* Tum versus recitat; quos, quoniam a Socraticis in pluribus differunt, huc transcribemus.

Ἄλλ' ὅπῳταν νύμφαι δροσερῇ κατὰ ἄστῳ χορείῃ
 Τερπόμεναι στρέψωνται ἔϋστεφέας κατ' ἀγνιάς,
 Καὶ τείχος λουτροῦ πολύστονον ἔσσειται ἄλκαρ'
 Δὴ τότε μυρία φύλα πολυσπερέων ἀνθρώπων
 Ἴστρου καλλιρόοιο πόρον περάοντα σὺν αἰχμῇ,
 Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώραν καὶ Μυσίδα γαίαν.
 Παιονίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένησιν
 Αὐτοῦ καὶ βιώτοιο τέλος καὶ δῆρις ἐφέξει.

Vide eosdem versus apud Zonaram, Cedrenum, et Nicephorum Callistum. **READING.**

8, 4. τῇ πόλει] Constantinopolim intelligit, quæ in oraculi 220 primo versu ἄστῳ vocatur, κατ' ἐξοχήν. *W. Louth.* **READING.**

8, 8. Κλέαρχος ἑπαρχος ὧν] Hic est Clearchus, qui postea consul fuit cum Richomere, principatu Theodosii. De eodem loquitur Eunapius in vita Maximi philosophi. Et primum quidem Asiæ vicarium fuisse dicit tempore belli Procopiani: postea vero proconsulem totius Asiæ a Valente factum, ob egregiam operam quam bello Procopii navaverat. Sunt ad eundem Clearchum epistolæ Libanii complures in libro quarto et quinto, quibus eum magnopere laudat, et Asiæ cum imperio præfuisse significat. Fuit autem præfectus urbi, Modesto et Arinthæo consulibus, ut discimus ex eodice Theodosiano. **VALES.**

Modestus et Arintheus consules fuere A. D. 372, Richomeres et Clearchus A. D. 384. *Clinton. F. R.*

Ibid. ἰδρῶν] Nymphæum vocat Cedrenus ac Zonaras. 221 Differunt autem Nymphæa a Thermis, ut patet ex descriptione urbis Constantinopolitanæ. Nam Nymphæa quidem sunt nympharum templa, fontibus amœnis irrigua, ut olim notavi ad Ammianum Marcellinum [xv. 7. 3.] **VALES.**

Cap. 9. Conf. Sozomen. vi. 9. Cassiod. vii. 20. Niceph. xi. 5.

9, 1. Ὁ μέντοι βασιλεύς] Nihil memoravit Socrates de bello Gothico, quod Procopii rebellionem subsecutum est, et tres annos actum: vid. Am. Marcell. xxvii. 4 et 5. Immo e Socratis narratione crederet aliquis Valentem eo tempore otiosum Constantinopoli aut Nicomedizæ semper resedisse. Certum tamen est eum exercitum per Thracum et Gothorum terras duxisse, auctoribus Marcellino et Zosimo. Et videtur quoque cum exercitu etiam hibernasse: nam Philostorgius refert eum comitante Eudoxio, Marcianopoli commoratum esse, ix. 7, quo loco castra hiberna exercitus erant. Marcell. xxvii. 5, 5, 6.

9, 3. ἐκ τῶν Κωνσταντινου χρόνων] Sozomenus rectius scribit pro Constantino Constantium. Constantini tamen nomen tueretur Nicephorus xi. 5. Conf. infra, v. 12, 4. et 21, 1. et ibidem annotata.

9, 5. ὧν ἐπ' ὀνόματι καὶ δημόσια λουτρά] Falsum est quod ait Socrates, Anastasianas balneas quæ erant Constantinopoli, ita dictas fuisse ab Anastasia Valentis filia, et a Valente ædificatas. Immo a Constantino Maximo ædificatæ sunt, et ex sororis ipsius nomine Anastasianæ appellatæ. Docet id Ammianus Marcellinus in lib. 26, ubi tyrannidem Procopii describit: *Idem Procopius diductus in cogitationes varias, Anastasianas balneas petiit, a sorore Constantini cognominatâs.* [xxvi. 6.] Ad quem locum jam pridem notavi, Anastasiam Constantini sororem nuptam fuisse Bassiano Cæsari. Exstitit postea in Britannia vir quidam nobilis atque eruditus, qui hanc meam annotationem reprehendit, et Bassianum Cæsarem fuisse pertinaciter negavit. Quanam igitur ratione motus id affirmaverim, paucis hoc loco dicam. Cum imperator Constantinus, victo Maxentio, Constantiam sororem suam nuptui tradidisset Licinio, paulo post reversus in Gallias, Constantium fratrem suum ad Licinium misit, suadens ut Bassianus Cæsar fieret; cui nupta erat altera Constantini soror Anastasia. *Sed Licinio talia frustrante, per Senicionem Bassiani fratrem, qui ipsi fidus erat, in Constantinum Bassianus armatur. Qui tamen in conatu deprehensus, Constantino iubente convictus et stratus est. Cum Sinicius auctor insidiarum posceretur ad pœnam, negante Licinio fracta concordia est.* Ita legitur in excerptis de vita Constantini, [15] quæ olim edidi ad calcem Ammiani Marcellini.

Ex quibus ita concludo, primum quidem Constantinum apud Licinium egisse ut Bassianus Cæsar fieret; deinde Bassianum a Licinio sollicitatum, non solum conspirasse adversus Constantinum, sed etiam bellum ei intulisse. Tyrannidem ergo Bassianus arripuerit necesse est, ac proinde Cæsaris nomen per vim assumpserit, quod Constantinus ei dare cogitabat, si consensus accessisset Licinii. His rationibus impulsus, Bassianum Cæsarem appellavi, quem tamen tyrannum potius, nec legitimum Cæsarem unquam fuisse fateor. Porro cum Anastasianæ balneæ fuerint Constantinopoli ante tumultum Procopii, sicut ex Ammiano Marcellino ostendimus, satis inde colligitur eas a Valente exstructas non esse, quippe qui eo tempore recens adhuc imperium administraret. VALES.

9, 8. Γρατιανοῦ καὶ Δαγαλαίφου] Procopius tyrannus his consulibus victus in Phrygia Salutari ad Nacoliā, interfectusque, Ammiano lib. xxvi. cap. 9. Zosimo lib. iv. p. 739, et Hieronymo in Chronico testibus. Idacius in Fastis eum oppressum scribit sexto Kalendas Junias: in quo cum Socrate consentit. *Ant. Pagi ad ann. 366. n. 2.* READING.

Cap. 10. Conf. Sozomen. vi. 10. Cassiod. vii. 21. Niceph. xi. 4. 222
10, 1. Οὐαλεντινιανῶ τῷ βασιλεῖ] Errat hic graviter Socrates. Valentinianus enim junior qui natus est Gratiano et Dagalaïfo consulibus, non Valentiniani, sed Valentis Augusti filius fuit. Id docet aperte Idacius in Fastis: *Gratiano Nob. et Dagalaïfo consulibus. His consulibus natus est Valentinianus junior, filius Augusti Valentis, die xv Kalend. Februarias.* Scio quidem in editione Jacobi Sirmondi vulgo legi, *filius Augusti Valentiniani.* Verum in vetustissimo codice manuscripto collegii Claromontani, ex quo Jacobus Sirmondus olim hos Fastos edidit, diserte scriptum inveni, *filius Augusti Valentis.* Sed præter testimonium horum Fastorum, multis aliis argumentis evinci potest, Valentinianum hunc juniorem, qui natus est Gratiano et Dagalaïfo consulibus anno trecentesimo sexagesimo sexto natalis Dominici, filium fuisse Valentis Augusti. Hic enim ipse est, ut inter omnes constat, qui postea consul fuit cum Victore, anno Christi 369; et cui Themistius orationem consularem dixit, quæ hodieque exstat sub hoc titulo: *προτροπικὸς Οὐαλεντινιανῶ νέφ.* Porro in hac oratione Themistius passim Valentem Valentiniani hujus patrem, et Gratianum ἀνεψιὸν, id

est patruelem appellat. Exempli gratia pag. 253. *ἔτι δὲ ἐν ἀγκάλαις περιφερόμενος συστρατεύεις τῷ πατρὶ καὶ συστρατηγεῖς* et reliqua. Præterea cædem atque interitum tyranni Procopii, ortu ejusdem Valentiniani significatam esse a Deo affirmat Themistius, pagina 254. Certe Valentinianus junior natus est Gratiano et Dagalaifo consulibus, die xv Kalend. Februarias, ut legitur in Fastis Idatii et in Chronico Alexandrino. Quo anno Procopius tyrannus a Valente superatus est die vi Kalendas Junias, ut in iisdem Fastis habetur. At si Valentinianus hic junior Valentiniani senioris fuisset filius, ejus ortus nihil significasset Valenti. Deinde si hic Valentinianus Valentiniani senioris revera filius fuit, cur in Oriente versatus est? Quomodo in tam longinquam peregrinationem a patre mitti potuit adhuc infans? Nam Valentem in expeditione Gothica comitatus est, teste Themistio non procul ab initio hujus orationis. Denique constat ex oratione quinquennali Themistii sub finem, Valenti filium fuisse unicum, tunc cum quinquennialia ageret, hoc est anno Dominici natalis 368. Cum igitur anno sequente Valentinianus nobilissimus consul factus fuerit in Oriente, non alius potest hic esse quam Valentis filius. Et Themistius quidem in calce orationis quinquennialis, postquam de illo unico Valentis filio locutus est, hæc subjicit verba: *ὃν ἐγὼ Ἀλέξανδρον ποιησαίμην, καὶ θρέμμα αἰθῆς τοιοῦτον αὐχῆσειε φιλοσοφία*. In exhortatione vero, quam anno sequenti dixit Valentiniano juniore, iisdem pene verbis puerum alloquitur, *δεῦρ' ἴθι παῖ, ἐπὶ τῶν ἐμῶν καθίζου γονάτων*. Et paulo post: *συμπαιδαγωγήσουσι δέ σε ἐμοὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, οἳ καὶ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον ἐπαιδαγόγησαν*. Ex quo apparet, unum eundemque esse de quo Themistius utrobique loquitur; ac proinde Valentinianum juniorem, quem in exhortatione illa Themistius alloquitur, eum ipsum esse Valentis unicum filium. Ceterum hic Valentinianus junior alio nomine etiam Galates dictus est. Sic enim eum appellant Socrates atque Sozomenus. Ac Sozomenus quidem in libro sexto capite decimo quinto diserte affirmat Valenti unicum fuisse filium ex Dominica uxore, nomine Galaten. Cum igitur constet ex iis quæ proxime dixi, Valentinianum nobilissimum Valentis filium fuisse, unus idemque sit necesse est Valentinianus et Galates. Equidem crediderim Galatæ cognomentum puero inditum fuisse, ex eo quod

in Galatia natus sit, tunc cum Valens adversus Procopium bellum gereret. Porro Sozomeni ac Socratis error ex eo manasse mihi videtur, quod duos Valentinianos juniores, alterum Valentis, alterum Valentiniani senioris filium inter se confuderunt, et ex duobus unum fecerunt. Putarunt enim Valentinianum nobilissimum, qui consul fuit cum Victore, eundem esse cum Valentiniano juniore, qui post mortem patris sui Valentiniani senioris imperium tenuit cum Gratiano. Sed hunc errorem jam pridem refutavi in annotationibus ad librum 30 Ammiani Marcellini. [xxx. 10, 4.] VALES. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 369. col. 3. 375. col. 2.

Cap. 11. Conf. Sozomen. vi. 10. Cassiod. vii. 21. Niceph. xi. 4.

11, 1. Λουπικίνου καὶ Ἰοβιανοῦ] Auctor Chronici Alexandrini sub his consulibus scribit, *Deum Constantinopoli grandinam saxeam depluisse mense Desio*, hoc est, Junio. Idacius in Fastis dicit id contigisse sub hujus anni consulibus, *die iv Non. Julias*. Porro Oratio Gregorii Nazianz. *De plaga grandinis*, quam Baronius hanc in rem citat, a Gregorio jam episcopo composita, ut Nicetas observat, ideoque alia occasione dicta. *Ant. Pagi ad ann. 367. n. iv.* READING.

Ea *miræ magnitudinis grando*, qua nonnulli homines interfecti sunt, memoratur quoque ab Hieronymo Chronic.

11, 3. Γρατιανὸν βασιλέα κατέστησε] Zosimus ait Valentinianum hoc fecisse aulicorum hominum suasu, postquam e gravi morbo convaluisset, ne deesset imperio hæres. iv. 12.

11, 4. δωδέκατον ἔτος] Nicomedia terræ motu cecidit die ix Cal. Sept. ut testatur Idacius in Fastis, et Ammianus, lib. 17. cap. 7. consulatu Datiani et Cerealis, anno Chr. 358. vide supra, lib. 2. cap. 39, 2. READING.

Conjecit Clintonus legendum fortasse *ἐνδέκατον* pro *δωδέκατον*: nempe ab A. D. 358. Vide Fast. Rom. A. D. 368. col. 2. et 3; ubi alii quoque auctores citantur qui hujus terræ motus mentionem fecerunt.

11, 9. ὁ μὲν Καισαρέας] Basilius episcopus Cæsareæ in Cap- 223 padocia factus est anno Christi trecentesimo sexagesimo nono, ut recte observavit Baronius. Socrates tamen episcopatum Basillii paulo vetustiore facere videtur. Cum enim hoc loco ea referat quæ gesta sunt Valentiniano iterum et Valente iterum consulibus, qui fuit annus Christi trecentessimus sexagesi-

mus octavus, Basilium jam tum episcopum Cæsareæ agnoscit, et Gregorium Nazianzi. Ceterum quod ad Gregorium spectat, manifeste fallitur Socrates. Non enim Nazianzi, sed Sasimorum episcopus eo tempore a Basilio factus est Gregorius; quem tamen episcopatum nunquam gessit, ut ipsemet testatur in epistolis. In carminibus vero de vita sua aperte queritur de Basilio, qui cum sexaginta sub se haberet episcopatus, vilis oppiduli ecclesiam ipsi commendavisset, tanietsi ipse nihilo inferior esset Basilio. VALES. Conf. infra, ad cap. 26.

Cap. 12. Conf. Sozomen. vi. 10. Theodoret. iv. 7. et 8. Casiod. vii. 23. Niceph. xi. 6, Latine.

12, 3. Πέμπουσιν ὄν Εὐστάθιον] Baronius ad annum Christi 365, reprehendit Socratem, quod hanc Macedonianorum legationem ad Liberium papam, cujus princeps fuit Eustathius Sebastenus, conferat in annum Christi 368, quo anno Valentinianus et Valens iterum consules fuere. Ipse duobus potissimum argumentis innixus, missam esse censet anno Christi 365. Primum enim Eustathius cum collegis missus est legatus a synodo Lampsacena. Atqui synodus Lampsacena congregata est anno Christi 365, septem annis post synodum Seleuciensem, ut testatur Socrates. Certe legati in libello fidei quem obtulerunt Liberio, diserte profitentur se legatos esse a synodo Lampsacena, ejusque synodi literas ad Liberium afferre. Deinde si hæc legatio Macedonianorum missa esset anno Christi 368, non ad Liberium papam missa fuisset, sed ad Damasum. Liberius enim ex hac vita migravit anno Christi 367, Lupicino et Jovino consulibus: eodemque anno Damasus sedere cœpit. Atqui legati Macedonianorum, fidei suæ libellum obtulerunt Liberio, et ab eodem Liberio literas ad suos acceperunt, ut refert Socrates hoc loco. Non igitur anno 368 missa est hæc legatio. Ego vero hanc legationem libentius contulerim in annum Christi 367, idque adversus Baronium hac ratione concludam. Fatetur Baronius, Elpidium presbyterum urbis Romæ una cum Eustathio et collegis ejus missum esse ad Illyricianam synodum, cujus synodicam refert Theodorus in libro iv. Historiæ Ecclesiasticæ. Atqui Illyriciana synodus cui Elpidius et Eustathius Sebastenus interfuit, collecta est anno Christi 367, aut 368, ut patet ex inscriptione epistolæ quam Valentinianus imperator scripsit ad episcopos

Asiæ, ut synodum illam confirmaret. Hunc enim titulum habet imperialis epistola: *Valentinianus, Valens, et Gratianus Augusti episcopis*, seqq. ut legere est apud Theodorum in dicto libro. Atqui Gratianus a patre Augustus nuncupatus est, Lupicino et Jovino consulibus ix Kalendas Septembris, ut præter Socratem docet Idatius in *Fastis*, et auctor Chronici Alexandrini. Proinde si Illyriciana synodus eodem anno contigit, quo legatio illa Macedonianorum, omnino Macedonianorum legatio conferenda erit in annum Christi 367, quo anno Liberius in vivis esse desiit ineunte Septembri. Potuit igitur Eustathius eum adire mense Junio, et ab eodem literas accipere mense Augusto. Illyricianam autem synodum eodem anno mense Septembri celebratam esse opinor, quam confirmavit imperator Valentinianus, Gratiano jam ad Augustum culmen evecto. VALES.

Valesius in notis ad Sozomenum lib. vi. c. 11. existimat cum Baronio, Socratem legationem Macedonianorum ad Liberium referre cum consulatu secundo Valentiniani et Valentis, anno 368 gesto; hic autem eam in annum 367 conferendam esse. Sed utrobique perperam. Socrates enim refert consulatum illum secundum ad ea quæ cap. 11. narrat, quo ejusdem consulatus meminit, non vero ad legationem Macedonianorum, quam capite præsentis narrat. Quare cum Lampsacena synodus anno 364. celebrata fuerit, legati Macedonianorum ultra annum 365 iter differre non potuerunt; ideoque existimandum eos sub hujus anni finem in Italiam pervenisse. Sozomenus enim lib. vi. c. 10. inquit; *Legati cum in Italiam venissent, imperatorem in Galliis morari didicerunt, bellum gerentem cum barbaris eas accolentibus.* Parte alia Ammianus lib. xxvi. c. 5. affirmat, Valentinianum hoc anno ex Italia *prope Kalendas Novembres Parisios* venisse, quo anno, ut et duobus consequentibus, exercitus magnus in Galliis oppositus erat adversus Alemannos potissimum, ut narrat initio libri xxvii. Quare adventus legatorum Macedonianorum ab anno 365 removendus non est. *Ant. Pagi ad eum annum*, n. 5. READING.

Damasus Liberio successit initio Octobris A. D. 366. Vide Clinton. *Fast. Rom.* c. 4. Quamobrem omnia, quæ Socrates per hunc narrat gesta esse, ante id tempus evenerunt: difficile vero est de ceteris certum quidquam statuere. Conf. supra, ad 2, 3.

12, 3. *ὅς πολλάκις καθήρητο*] Depositum fuisse Eustathium memoravit Socrates Cæsareæ, Gangris, et Constantinopoli, supra, ii. 43. Plura de eo refert Basilius Epist. cclxiii. 3.

12, 4. *Σαυρομάτας*] Alamannos dicere debuit potius quam Sarmatas. Hoc enim tempore Valentinianus contra Alamannos bellum gerens, in Galliis morabatur. Sub finem autem imperii, ut Sarmatis bellum inferret, profectus est in Illyricum. VALES.

12, 11. *Ἡς συνόδου*] Notet hoc loco studiosus lector, Eustathium, Silvanum ac Theophilum, postquam de pluribus synodis locuti sunt, de Lampsacena videlicet ac Smyrnensi, aliisque in Lycia, Pamphylia, Pisidia atque Isauria celebratis, nunc tamen dicere se ab una synodo legatos venisse, et unius synodi epistolam deferre. Sic enim loquuntur, *ἡς συνόδου πρεσβείαν ποιούμενοι γράμμα κομίζομεν*. Causa cur ita loquantur hæc est, quod synodus Smyrnensis et reliquæ per Pisidiam et Isauriam, Pamphyliam et Lyciam a Macedonianis celebratæ, ad exemplum ac similitudinem synodi Lampsacenæ, compositæ fuerant, ejusque fidem ac doctrinam, tanquam primitivum exemplar expresserant. Quamobrem omnes istæ synodi pro una synodo sumuntur a legatis Macedonianorum: et singularum synodorum epistolæ, quas ab iisdem legatis perlatas esse paulo antea retulit Socrates, pro una eademque sumuntur epistola, eo quod eandem fidei doctrinam complecterentur. Hæc ideo notavi, quod in versione Christophoroni cuncta confusa sunt atque interpolata. Longe melius Epiphanius scholasticus hunc locum interpretatus est. VALES.

12, 12. *Πατριπασσιανὸς*] Patripassianos vertit Epiphanius scholasticus, recte. De his vide quæ notavi supra, ad ii. 19, 20. VALES.

12, 13. *κομισθεῖσιν ἀπὸ Νικησ*] Vide lib. ii. c. 37. ad fin. Prius ergo Nicæ editum est symbolum illud quam Constantinopoli. Acta enim pseudo-synodi Nicænenæ testantur episcopos vi Id. Octob. ibi congregatos: synodus autem Constantinopolitana circa Kal. Jan. anni insequentis, scil. 360, coacta est. Vid. Sozom. lib. iv. c. 23. ad fin. *W. Louth*. READING.

12, 16. *παθόντα, καὶ ἀναστάντα*] Nihil hic de descensu ad inferos, ut observavit doctiss. Pearsonus, *Expos. Symb.* p. 225. READING.

12, 19. μετὰ γραμμάτων τῆς σῆς ἀγιωσύνης] Hoc loco legati illi 226 Macedonianorum sectæ sese arbitrio episcopi Romani ultro submitunt, libertatemque volunt pro pace pacisci; ad exemplum Canonis v concilii Sardicensis. Quem tamen Canonem non ab orientalibus receptum esse vel ipsa hæc indicat Macedonianorum pollicitatio.

12, 19. ἐρχεσθαι] Videtur legendum ἐρχέσθω—διαδικαζέσθω. 227 Porro de hac legatione Macedonianorum ad Liberium PP. observavit Valesius falli Socratem, qui eam in ann. 368 conferat. Verum non minus fallitur Valesius, qui eandem ad ann. 367 refert. Liberius siquidem mortuus est, Gratiano et Dagaiphō Coss. h. e. anno 366. teste Faustino in præfat. ad libellum Precum. *W. Lowth.* READING.

Nil opus est mutare: nam in ἐρχεσθαι subauditur δοκεῖ aut aliquid ejusmodi: cujus formæ exempla non desunt; ut in, τὴν μνήμην τιμῶμεν καὶ γραφήναι, Can. 3. Conc. Sardic.

12, 20. τοὺς πρέσβεις ἀσφαλισάμενος ὁ Λιβέριος] Deceptum fuisse Liberium in hoc negotio transigendo abunde testatur Basilius: qui sæpe conqueritur Macedonianos mala fide episcopum Romanum adiisse; scilicet eo consilio, ut si Romæ suscepti essent possent etiam ab aliis recipi ecclesiis, atque ita purgarent se probro inusto ob consensum suum cum Eudoxii formula, et Eustathius reditum in Ecclesiam impetraret: vide Basil. Epist. cxxiv. 5: tum autem simulata hæc esse ab illis de fide Nicæna apparuit, quia post paulum eandem fidem rursus denegaverint et condemnaverint. Basil. ibid. et Epist. cxxvi. 3. cclxiii. 3.

12, 21. Ἐπιστολὴ Λιβερίου] Hæc est (*inquit Severinus Binius*) illa pacifica et communicatoria Liberii pontificis epistola, qua Semiarianorum legati, simulata fide, oblatoque Nicænae confessionis libello, Romani pontificis, omniumque prope occidentalium episcoporum communionem impetrarunt: quæ in Tyanensi concilio ostensa, Eustathius Sebastenus sedem episcopalem, unde dejectus fuerat, opera orthodoxorum recepit. Sed quia auctoritate Basilii aperte constat hæc omnia ab ipsis simulate peracta fuisse, ipsumque Eustathium postea turpius lapsum esse: Liberius, omnesque occidentales episcopi, ejusmodi nebulones alias sæpe damnatos, communioni catholice restituentes, facilitatis nimise jure meritoque redargui for-

tasse possent, si intima cordis scrutari, seque ipsos a subreptione securos reddere potuissent. *Concil.* tom. ii. p. 760. **READING.**

12, 25. ἦτις μέχρι τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου] Scilicet ipsa fides quæ ab apostolis primitus tradita est, et usque ad Arii ævum intemerata fuit. Neque locus Valesii correctione eget.

12, 26. Ταύτην τε αὐτοῖς ἔχειω] Intelligit Liberius libellum fidei, quem legati Macedonianorum ipsi obtulerant. Quo in libello profitentur legati, tum eos a quibus missi fuerant, eam fidem quæ Nicææ olim exposita erat, constanter retinere; tum ipsos eandem fidem servare, et perpetuo servaturos esse. Pessime Musculus et Christophorus hæc verba de Nicænis patribus intellexerunt, quo nihil absurdius. Fefellit eos Langus, qui in versione Nicephori hunc locum de Nicænis patribus exposuit. Longe rectius Epiphanius Scholasticus hæc verba de legatis Macedonianorum accepit, ita vertens: *Et hanc ipsi retinere professi sunt, gaudioque repleti, et omne vestigium ac nebulas ineptæ suspicionis abjicientes, non solum sermone eam, sed etiam scriptura corrente professi sunt.* Certe verba illa: πάν ἴχνος καὶ ζώπυρον ἀτόπου ὑπονοίας ἐκβαλόντες, prorsus alludunt ad initium libelli Macedonianorum. Sic enim ibi legitur: διὰ τὰς τῶν αἰρετικῶν μανιώδεις ὑπονοίας, seqq. τοῦτου χάριν πᾶσαν ἀφορμὴν αὐτῶν ἀναιροῦντες, et reliqua. VALES.

12, 33. δελεασθέντες δι' ὀρκωμοσιῶν] Prava distinctio quæ 228 habetur in editione Roberti Stephani, fraudi fuit Christophorsono. Sic enim vertit: *cum jurejurando adhibito subscripsistis.* Rectius Langus, et ante illum Epiphanius Scholasticus vertunt: *quibus vos perjurio capti subscripsistis.* Certe in libello fidei Macedonianorum diserte scribitur, episcopus fraude ac perjurio deceptos, fidei apud Nicen Thraciæ expositæ subscripsisse. Ariani enim cum apud Nicen Thraciæ synodo celebrata, formula fidei conscripsissent, jurabant eam fidem esse synodi Nicænæ. VALES.

12, 37. ἦτις] Quæ, scilicet *ecclesia*; ea voce intellecta in ἐκκλησιαστικῶν. Aliter tamen Epiphanius, *communione privatos ab ecclesiastica synodo, quæ.*

12, 38. σύνοδον τῶν Σικελῶν ἐπισκόπων] Synodus Sicula anno 366 coacta. Testatur enim Sozomenus lib. vi. c. 2 legatos Macedonianorum confessionem suam scriptis proditam Liberio tradidisse, et *acceptis Liberii literis de rebus quæ gestæ fuerant,*

in Siciliam navigasse. Subdit Sozomenus capite sequenti: *Ibi congregato concilio, cum episcopi illius insulæ eadem decrevisset, his rebus confectis, in patriam reversi sunt.* Ant. Pagi ad ann. 365. n. vi. **READING.**

12, 39. *συνελθεῖν ὁμοθυμαδὸν εἰς Ταρσὸν*] Supplevit Sozomenus, in vi. 12, quæ Socrates hoc loco omisit. Legati Macedonianorum a synodo Sicula redeuntes in Asiam, et portantes secum literas non solum ejus synodi et Liberii, verum etiam episcoporum Italiæ, Africæ, et Galliæ, inciderunt in synodum, quæ tum habebatur Tyanis, episcoporum orthodoxorum et eorum qui Antiochiæ nuper cum Meletio subscripserant fidei Nicænæ, (supra, iii. 25.) Ab hac synodo suscepti, et læti ob redditam sibi pacem, instituerunt ampliorem quoque synodum propere convocare ad Tarsum ante exitum veris; qua omnes secum in communionem redirent. Paulo tamen ante diem destinatum huic consessui, triginta quatuor circiter episcopi Asiatici convenerunt in Caria, et decreverunt tollendam esse vocem *ὁμοούσιον*, retinendam vero fidei expositionem Antiochenam et Seleuciensem, quæ fuit Semiarianorum vel Macedonianorum. Tum vero per Eudoxium Valens imperator permotus est ut prohiberet synodum quæ Tarsi habenda erat; et mox adeo ira in orthodoxos exarsit ut juberet iterum pelli ex ecclesiis eos episcopos qui Constantio imperante officio privati erant. Hæc Sozomenus. Synodi Tyanensis meminit quoque *Basilii* Epist. ccxxvi. 3. cclxiv. 7. cclxiii. 3. Et credi quidem posset jam inde primo erupisse Valens ad persequendos revera orthodoxos. Nam etsi illi semper ab Eudoxio vexati fuerint, tamen cum Theodoretus, ut supra notavimus, asserat Valentem non persecutum esse ante initum bellum cum Gothis, tum enim factum esse Arianum, illa morum mutatio non male convenire videtur cum tempore quo synodus Tarsi indicta erat, quod credo fuisse ver anni 367. Hieronymus Theodoro ad stipulatur cum scribat sub anno quarto regni Valentiniani, *Valens ab Eudoxio Arianorum episcopo baptizatus nostros persequitur*, scilicet A. D. 367. *Chronic.*

Cap. 13. Conf. Sozomen. vi. 12. Philostorg. ix. 4. Cassiod. 229 vii. 26. 27. Niceph. xi. 10. 11.

13, 1. *Περὶ δὲ τούτῳ τοὺς χρόνους*] Hæc quoque quæ Socrates narrat de Eunomio paulo prius evenisse videntur. Nam Philostorgius scribit Aetium mortuum esse Constantinopoli,

adsistente Eunomio et Florentio, paulo post quam insurrexerat Procopius; quod Caveus computavit ad A. D. circiter 366, vid. Hist. Litter.: dein autem narrat quomodo dum Eudoxius cum Valente in Marcianopoli commoraretur (quod fuisse videtur flagrante bello Gothico) clerus Constantinopolitanus decreverit pellendum esse ex urbe Eunomium, Eudoxium vero omnium infestissimum esse in eum; ix. 6, 7. Idem scriptor initium discordiæ hujus retulit ad aliud tempus et aliam causam; nempe quod Aetius et Eunomius Pœmenium episcopum suæ factionis Constantinopoli ordinaverint, regnante Jo-
viano, ut videtur. viii. 2.

13, 2. περιστασις] Hoc loco περιστασις, idem est ac declinare et aversari, quemadmodum Lucianus usurpat in Her-
motimo [86, p. 831. Conf. Lucian. Solœcist. 5, p. 566. et Græv. ad l.] Abhorreere vertit Langus et Christophorus. Epiphanius vero cum hanc hujus verbi significationem ignoraret, ita vertit: *Sed quoniam omnes unanimis illius, eum sectæ alterius fatebantur.* VALES.

13, 3. πρόσταγμα ἐπαρχῶν] Præceptum præfectorum prætorio intelligit. Mos enim erat ut præfectus prætorio, quoties edictum aliquod emittebat, reliquorum præfectorum prætorio nomen adjungeret. Cujus rei exemplum occurrit tum in gestis purgationis Cecilianii, quæ edita sunt post collationem Carthaginensem, tum in Novellis Theodosii et Valentiniani. Illustre est hujus rei testimonium apud antiquum scriptorem de quæstionibus Veteris ac Novi Testamenti, cap. 97: *nam si in unius præfecti prætorio programmato, etiam cæteri præfecti jubere dicuntur, propter auctoritatem unius potestatis; quanto magis in unius Dei imperio, si locutus unus e tribus fuerit, non incongrue dicentur tres locuti?* [Augustin. Oper. tom. iii. p. ii. Append. col. 88.] VALES.

Edictum Valentis adversus episcopos orthodoxos, et fuga S. Athanasii ad annum 367 pertinent, ideoque Valentis persecutio triennio tardius quam oportuerit, a Baronio consignata. *Ant. Pagi ad ann. 370. n. iii. Ol. Benedictini ad ann. 367. Vide et Sozomen. lib. vi. cap. 12. ubi hæc de Athanasio fusius narrantur.* READING.

Hæc de submoto ab Alexandria Athanasio eodem pertinent quo illa alia quæ e Sozomeno modo citavimus, scilicet ad seriem eventuum qui synodum designatam ad Tarsum sub-

secuti sunt. Exinde enim Valens episcopus orthodoxæ fidei in exilium agere cœpit. Tempus autem probabili ratione computatur ab A. D. 367.

Cap. 14. Conf. Sozom. vi. 13. Philostorg. ix. 8. Cassiod. vii. 230
29. Niceph. xi. 15.

14, 1. *πάλιw ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν σπεύδων*] Jam antea imperator Valens Antiochiam contenderat. Verum in itinere audita defectione Procopii, regredi coactus est, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. xxvi. Immerito igitur Baronius Socratem reprehendit. Neque enim Socrates dicit Valentem jam antea venisse Antiochiam, sed tantum eo contendisse, quod certe verissimum est. Sed Christophorsoni versio Baronium videtur fefellisse, quæ sic habet: *Imperator Valens denuo Antiochiam ire maturans*. VALES.

Valens ad Constantinopolim redierat finito bello Gothico A. D. 369: vid. Am. Marcell. xxvii. 5, 10, et Clinton. Fast. Rom. eo anno col. 2.

14, 2. *Εὐδόξιος οὖτος*] Eudoxii obitum memorat Philostorgius, tempus tamen ejus non statuit, ix. 8.

Ibid. *δεκάενα*] Rectius Sozomenus undecim duntaxat episcopatus annos tribuit Eudoxio. Certe Eudoxius episcopatum Constantinopoleos invasit Eusebio et Hypatio consulibus, qui fuit annus Christi 359. Mortuus est autem Valentiniano et Valente tertium consulibus, anno Christi 370. Quare apud Socratem scribendum est *δεκάενα*, quod confirmat Epiphanius Scholasticus. Itaque Baronius hic quoque immerito reprehendit Socratem, cum non Socrates ipse, sed Socratis codices hic falsi sint. Ceterum de obitu Eudoxii videndus est Philostorgius in lib. ix. VALES.

14, 3. *εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ καθιστῶσι Δημόφιλον*] De Eudoxio vide Socratis lib. ii. cap. 42. de Demophilo Philostorgii lib. ix. cap. 10. et 14. READING.

Ibid. *ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας*] Idem quoque refert Sozomenus in lib. vi. utrumque tamen reprehendit Baronius ad annum Christi 370. Eustathium enim Antiochenum diu antea mortuum esse contendit regnante Constantio. Certe Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, Eustathium mortuum esse scribit in exilio, sepultumque Trajanopoli in Thracia, ubi exulabat. Quod si ita est, Constantii temporibus mortuus fuerit necesse est. Julianus enim, et post illum Jo-

vianus cunctos episcopos ab exsilio revocavit. Sane vix credibile est, Eustathium Antiochenum ad hæc usque tempora pervenire potuisse. Cum enim interfuerit concilio Nicæno, quod anno Christi 325 celebratum est, ponamus eum tunc quintum et quadragesimum ætatis annum egisse. Ab hoc anno usque ad tertium consulatum Valentiniani et Valentis, quo Eustathius Evagrium ordinasse dicitur Constantinopoli, anni intersunt quinque et quadraginta. Ita Eustathius nonaginta annos natus fuerit oportet, si hoc anno Evagrium ordinavit episcopum. Porro non omittendum est quod ex Victoris Tununensis Chronico didici, Eustathium Antiochenum non Trajanopoli, ut scribit Hieronymus, sed Philippis sepultum fuisse. Sic enim scribit; *Post consulatum tertium Longini, Calendio Antiochenus episcopus reliquias prædecessoris sui Eustathii episcopi et confessoris ex Philippis Macedonia colligit, et Antiochiam summo cum honore perducit.* Idem tradit Theodorus Lector in libro secundo excerptorum Historiæ Ecclesiasticæ his verbis: *Καλανδίων δὲ αἰτήσας τὸν Ζήνωνα, τὸ λείψανον Εὐσταθίου εἰς Ἀντιόχειαν ἤνεγκεν ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας, ἐνθα καὶ ἐξώριστο καὶ ἀπέθανεν.* Male Baronius hanc translationem reliquiarum Eustathii refert anno Christi 482, cum ex Victoris Tununensis Chronico facta fuerit anno Christi 490. Longino 2 et Fausto consulibus. Sed quod Theodorus Lector ibidem subdit, Eustathianos qui antea seorsum collectas agebant, tunc demum adunatos esse catholicis, post annos centum ab obitu Eustathii, licet Theophanis testimonio confirmetur, falsum existimo. Hoc enim posito Eustathius ad annum Christi trecentimum ac nonagesimum vitam produxisset. VALES.

Socratis et Sozomeni narrationem de Eustathio in dubium non revocat Le Quien Or. Christ. tom. ii. col. 709.

Cap. 15.

231

15, 3. ἐν Βιζύῃ τῆς Θράκης] Hæc narratio nequaquam convenit cum iis quæ supra retulimus ex Hieronymo, nec cum iis quæ Theodorus lector et Theophanes in Chronico scribunt. Nam Hieronymus ait Eustathium adhuc sua ætate sepultum fuisse Trajanopoli, quo in exsiliu pulsus fuerat. Theodorus autem lector ac Theophanes Philippis eum exulasse, atque ibidem conditum esse scribunt. Diversus igitur ab hoc Eustathio Antiocheno fuerit oportet Eustathius iste, qui Bizuam

a Valente relegatus est. Est autem Bizua urbs Thraciæ, olim Astorum Thracum regia, teste Stephano. Eiusdem meminit Eutropius in libro sexto, ubi de L. Lucullo loquens, qui Bessos Thracas subegit: *Inde multas supra Pontum positas civitates adgressus est. Illic Apolloniam evertit. Calatim, Parthenopolim, Tomos, Istrum, Buziam omnem cepit. Lego, Bizuam et Scythiam omnem cepit.* VALES.

Cap. 16. Conf. Sozomen. vi. 14. Theodoret. iv. 24. Cassiod. vii. 30. Niceph. xi. 16.

16, 1. *εἰς τὴν Νικομήδειαν*] Hæc Constantinopoli patrata esse scribit Theodoretus: male; ea enim longe ab Astaceno sinu dissita est.

Ibid. *Μοδέστῳ*] Is Auxonio præfecto præt. successerat anno Dom. 371. Gratiano ii. et Probo Coss. Hunc Modestum intelligit Gregor. Nazianz. in oratione funebri de laudibus Basilii M. ut testatur etiam Theodorus: quem quidem Arianum fuisse, utpote ab Arianis baptizatum, Gregorius refert, et variis blanditiarum artibus Valentem sibi conciliando, præfecturam prætorianam diutius retinuisse. *Valesius in Amm. Marcellin.* lib. xxix. c. 1. [10. Conf. ibid. xxx. 4. 1, 2.] READING.

16, 5. *τοῦ Ἀστακηνοῦ πελάγους*] Astacenus sinus, nunc *le 232 Golfe de Concidia*, teste Gillio, pars est Propontidis in Bithyniam excurrens ad ortum, versus Nicomediam. Sic dictus ab Astaco urbe Bithyniæ, quæ distat a Nicomedia 15 milliariibus in occasum æstivum, et 50 fere a Constantinopoli in ortum. *Baudrand.* READING.

16, 6. *Δακλιδιζος*] Credo rectius scribi *Δακλιβυζος* vel *Δακλιβιζος*. Nam cum hac forma vocis convenit nomen quod locus iste fertur a recentioribus scriptoribus hodie retinere, *Ghebse* vel *Dchebse*. Vid. Cramer. *Descript. As. Minor.* tom. i. p. 187.

Ibid. *σὺν τοῖς ἀνδράσιν ἀναλωθῆναι*] Hujus rei meminit quoque Gregorius Nazianzenus, a quo *πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὶ θαλάττιοι* numerantur inter facinora Valentis. *Orat. xliii. 46.*

16, 7. *λιμὸν γὰρ σύντονον*] De hac fame ita scribitur in *Fastis veteribus*, quos sub Idatii nomine publicavit Sirmondus: *Valentiniano iii. et Valente iii. His consulibus magna fames fuit in partibus Phrygiæ.* VALES.

Eiusdem meminisse videtur Basilium in Epistola ad Eusebium quæ sic incipitur, *Ὅπω ἡμᾶς ὁ λιμὸς ἀνῆκε*, xxxi; et Gregorius Nazianzenus in *Orat. xliii. 34, 35*, quo tempore

nondum episcopus erat Basilius, *ibid.* 37: Hieronymus quoque anno Valentiniani septimo, *Magna fames in Phrygia*. *Chronic.*

Cap. 17. Conf. Sozomen. vi. 18. Theodoret. iv. 13. Cassiod. vii. 31. Niceph. xi. 16. 21.

17, 1. ἐπὶ τὴν Συρίαν Ἀντιόχειαν] Valens initio anni 372 Antiochiam ingressus est. Certe Libanius in vita sua se quinquagenarium fuisse Joviano imperante testatur, p. 46. Postea p. 48. annum ætatis octavum et quinquagesimum egisse se dicit, tum cum Valens Antiochiam venit. Jovianus autem Antiochiam profectus est sub finem anni 363, teste Ammiano lib. xxv. Quare si eo anno Libanius quinquagenarius erat, anno 372 quinquagesimum octavum compleverat, ideoque non alio anno Valens Antiochiam adventavit. Quod si jam antea ad eandem urbem is accessisset, prioris illius adventus mentionem Libanius fecisset. Interim obiter observandum, imperatores nonnisi per hyemem in Cilicia iter habuisse, propter immodicos in æstivo tempore solis ardores. *Ant. Pagi ad ann. 372. n. vi.* **READING.**

17, 2. τῶν ἐκκλησιῶν σχεδὸν τῶν ἀνατολικῶν] Similiter quoque Theodoretus, Ὁ δὲ [Βάλης πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐκκλησίαν τοῦ ποιμένος ἐστέρησε. iv. 19. Et Basilius, ὁ γὰρ ἐμπρησμοῦ ὁ τὰ πολλὰ τῆς ἀνατολῆς ἐπινειμάμενος ὑφέρει ἤδη καὶ τὴν ἡμετέραν. Ep. ccxxii. Atque etiam plenius regiones in quibus Ecclesia vexata fuit recensentur a Gregorio Nysseno contra Eunom. i. p. 315.

17, 3. ἐξαιρέτως δὲ τῷ ποταμῷ] De hoc dubitasse videtur Sozomenus: nam cum Socratis narrationem ex hoc capite breviter conscripserat, continuo subdidit, ὡς καὶ τινὰς ἰσχυρίζεσθαι πολλοὺς αὐτῶν ἀνελεῖν ἄλλοις τε τρόποις καὶ εἰς τὸν Ὀρόντην ποταμὸν ἐμβάλλεσθαι προστάξαντα. l. c.

Cap. 18. Conf. Sozomen. *ibid.* Theodoret. iv. 17. Rufin. xi. 5. 233 Cassiod. vii. 32. Niceph. xi. 22.

18, 1. Θωμᾶ τοῦ Ἀποστόλου μαρτύριον] Hujus ædis mentio facta est in Vita S. Ephræm. Asseman. Biblioth. Orient. tom. i. p. 49.

18, 2. τὸν ὑπαρχόν] Modestum hunc appellant Sozomenus et Theodoretus: qui fuit tunc præfectus prætorio, ut dictum est supra, ad 16, 1, vir immiti ingenio et justitiæ contemptor, teste Ammiano Marcellino xxx. 4.

18, 5. τάγμα τῶν δορυφορούντων] Rufinus, ex quo †

nondum episcopus erat Basilius, *ibid.* 37: Hieronymus quoque anno Valentiniani septimo, *Magna famas in Phrygia*. Chronic.

Cap. 17. Conf. Sozomen. vi. 18. Theodoret. iv. 13. Cassiod. vii. 31. Niceph. xi. 16. 21.

17, 1. ἐπὶ τὴν Συρίαν Ἀντιόχειαν] Valens initio anni 372 Antiochiam ingressus est. Certe Libanius in vita sua se quinquagenarium fuisse Joviano imperante testatur, p. 46. Postea p. 48. annum ætatis octavum et quinquagesimum egisse se dicit, tum cum Valens Antiochiam venit. Jovianus autem Antiochiam profectus est sub finem anni 363, teste Ammiano lib. xxv. Quare si eo anno Libanius quinquagenarius erat, anno 372 quinquagesimum octavum compleverat, ideoque non alio anno Valens Antiochiam adventavit. Quod si jam antea ad eandem urbem is accessisset, prioris illius adventus mentionem Libanius fecisset. Interim obiter observandum, imperatores nonnisi per hyemem in Cilicia iter habuisse, propter immodicos in æstivo tempore solis ardores. *Ant. Pagi ad ann.* 372. n. vi. **READING.**

17, 2. τῶν ἐκκλησιῶν σχέδον τῶν ἀνατολικῶν] Similiter quoque Theodoretus, Ὁ δὲ Βάλης πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐκκλησίαν τοῦ ποιμένος ἐστέρησε. iv. 19. Et Basilius, ὁ γὰρ ἐμπρησμός ὁ τὰ πολλὰ τῆς ἀνατολῆς ἐπινειμάμενος ὑφέρπει ἤδη καὶ τὴν ἡμετέραν. Ep. ccxxii. Atque etiam plenius regiones in quibus Ecclesia vexata fuit recensentur a Gregorio Nysseno contra Eunom. i. p. 315.

17, 3. ἐξαιρέτως δὲ τῷ ποταμῷ] De hoc dubitasse videtur Sozomenus: nam cum Socratis narrationem ex hoc capite breviter conscripserat, continuo subdidit, ὡς καὶ τινὰς ἰσχυρίζεσθαι πολλοὺς αὐτῶν ἀνελεῖν ἄλλοις τε τρόποις καὶ εἰς τὸν Ὀρόντην ποταμὸν ἐμβάλλεσθαι προστάξαντα. l. c.

Cap. 18. Conf. Sozomen. *ibid.* Theodoret. iv. 17. Rufin. xi. 5. 233 Cassiod. vii. 32. Niceph. xi. 22.

18, 1. Θωμᾶ τοῦ Ἀποστόλου μαρτύριον] Hujus ædis mentio facta est in Vita S. Ephræm. Asseman. Biblioth. Orient. tom. i.

τὸν ὑπαρχόν] Modestum hunc appellant Sozomenus et

16, 1, vir immiti ingenio et justitiæ contemptor,

iano Marcellino xxx. 4-

μα τῶν δορυφορούντων] Rufinus, ex quo hæc

sumpsit Socrates, in lib. xi. Historiæ Ecclesiasticæ ita dicit: *Infantem quoque parvulum secum trahentem, cursuque rapido, irrupto etiam officii agmine, festinantem.* Porro hoc memorabile factum mulieris Edessensæ contigit anno Christi 371 aut 372, ut mox videbimus. Male Baronius id retulit anno 370. VALES.

18, 6. οὐτως ἀκόσμως] Rufinus lib. ii. cap. 5. ait, mulierculam hanc ita festinam et properam domo sua prorupisse, ut nec clauderet ostium, nec operire se, ut mulierum habitum decet, diligentius potuisset. READING.

18, 10. Τοῦτον τὸν τρόπον Ἐδεσηνοί] Chronicon Edessenum memorat turbas sub hoc tempore Edessæ factas sic, *Mense Septembri ejusdem anni (A. D. 373) Edessena ecclesia populus excessit, ab Arianis ejectus.* Quibus mox subdit, orthodoxos reversos esse Decembri A. D. 378. Is autem fuit annus quo Valens obiit. Cum Chronico consentire quoque Dionysium patriarcham ait Assemanus: vid. Biblioth. Orient. tom. i. p. 398. Facinus vero mulieris quod hoc loco a Socrate describitur, refertur quoque ab Anonymo in Vita S. Ephræmi sub regno Juliani, excerptum e poemate quodam quod ferebatur esse sancti Ephræmi. Jure tamen Assemanus de fide ejus carminis dubitat; ib. p. 51. Ephræmum Syrum mortuum esse d. 9 Junii eo ipso A. D. 373 tradit quoque idem Chronicon Edessenum.

Cap. 19. Conf. Sozomen. vi. 35. Philostorg. ix. 15. Cassiod. 234 vii. 35. Niceph. xi. 45. Am. Marcellin. xxix. 1, 29. Zosim. iv. 13.

19, 1. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον] Totam hanc scenam infelicis oraculi quod Gentiles quidam consuluerant, ut quisnam Valenti in imperio successurus esset cognoscerent, fuse refert Ammianus Marcellinus in lib. xxix. Sed quonam anno id contigerit obscurum est. Baronius quidem in Annalibus anno Christi 370 id assignat. Ego vero anno Domini 371, aut 372 ineunte id gestum puto. Valens enim anno Christi 371, finita jam ætate Antiochiam ingressus est, Gratiano secundo et Probo consulibus, ut in annotationibus ad supradictum librum Marcellini demonstravi, partim ex legibus codicis Theodosiani, partim ex Libanii libro de vita sua. Tragœdia autem illa et conspiratio maleficorum adversus Valentem, contigit post ejus ingressum in urbem Antiochenam, ut constat ex Marcellino. Anno igitur 371 exeunte, vel certe ineunte 372 contigerit necesse est. Certe Theophanes ac Cedrenus, Va-

lentis ingressum in urbem Antiochenam anno illius octavo assignant. Illam autem impiorum conspirationem, qui oraculum de futuro imperatore consuluerant, anno Valentis nono adscribit idem Theophanes. Quod cum nostra sententia optime congruit, si Valentis annum primum computemus a consulatu Joviani et Varroniani. VALES.

Verum Antonius Pagi non dubitat quin hæc quæstiones de iis qui magos consuluerant, habitæ fuerint anno 373. *Ad ann.* 370. n. xxxi. READING. Hæc anno 372 assignat Clintonus: vide *Fast. Rom.* ejus anni col. 2.

19, 2. γράμματα, θ'] Zosimus perinde hæc exprimit atque codex F, sic, φανῆναι δὲ ἐν τῷ τρίποδι γεγραμμένα θῆτα καὶ εἰ καὶ οὐ καὶ ἐπὶ τοῦτοις τὸ δέλτα. iv. 13.

19, 6. Θεοδοσιολός τις] Quisnam sit hic Theodosius, incertum est. Neque enim Theodosium illum esse existimo Theodosii imperatoris patrem, de quo Ammianus Marcellinus loquitur passim in suis libris. Hic enim in Occidente versatus est, nec nisi post obitum Valentiniani occisus fuit, per fraudem et insidias malevolorum. Verba tamen illa quæ addit Socrates, ἀνὴρ γενναῖος ἐκ τῶν εὐπατριδῶν τῆς Ἰσπανίας, optime illi conveniunt. In codice Sfortiano legitur Θεοδόσιος ἄλλος τις. Epiphanius quoque Scholasticus Theodosium vocat. VALES.

Cap. 20. Conf. Sozomen. vi. 19 Theodoret. iv. 20. Rufin. xi. 3. Cassiod. vii. 37. Niceph. xi. 26.

20, 2. ἐν ὑπατεῖα Γρατιανοῦ] Hanc Chronologiæ rationem quæ confert mortem Athanasii in annum 371, sat firmitatis non habere, suadent aperta antiquorum scriptorum testimonia. Hieronymus ad annum Dom. 374, ait Petrum Athanasii sedem excepiisse, qui annus est æræ nostræ 373. Proterius vero, unus ex successoribus Athanasii in sede Alexandria, in Epistola Paschali sic habet: *In octogesimo nono anno ab imperio Diocletiani, superstite patre nostro et episcopo Athanasio, cum xiv luna Paschalis, xxviii die mensis Phaminoth, id est nono Kalendarum Aprilium die provenisset, die Dominico, in subsequenter translatus est hebdomadem, ita ut quinta die mensis Pharmuthi, hoc est pridie Kalendarum Aprilium, celebraretur Pascha Dominicum.* Quæ notæ omnes in annum quadrant 373. Hisce aliud adjicit argumentum vir eruditus Pagi mutuat ex historia Patriarcharum Coptitarum, Latine versa

et evulgata per Abrahamum Eckellensem, ubi dicitur obiisse sanctus patriarcha *septimo Bescinas die Jovis*, cujus dies septimus cum die secunda Maii concurret. Quare cum anno 373, dies secunda Maii in feriam quintam incidere, in eundem annum optime confertur mors Athanasii; obiit prope octogenarius. *Cl. Monachi Benedictini in fine vit. Athanas.* READING. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 373. col. 4.

20, 2. Πέρρον] Petrus, ecclesiae Alexandrinae sub Athanasio 235 archipresbyter, itinerum et peregrinationum ejus comes individuus, quocum varia subiit pericula. Quanti ab omnibus haberetur, exinde constat, quod anno 380 Theodosius imperator eum una cum Damaso papa orthodoxae veritatis normam lege lata constitueret, eum apostolicae pietatis virum appellans. Scripsit in carcere detentus *Epistolam Encyclicam* de vi sibi ad episcopatum recens evecto ab Arianis illata, et flagitiosa Lucii sedem Alexandrinam sibi per fas et nefas arripientis ambitione. Exstat fere integra, principio duntaxat et fine truncata, apud Theodoret. lib. iv. cap. 22. Porro alterius cujusdam epistolae ad episcopos Aegyptios fidei causa exules fragmenta duo nobis conservavit Facundus lib. iv. cap. 2. et lib. ix. cap. 2. *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 206. ad ann. 371. READING.

Aliter tamen de eo testimonium profert Hieronymus sic, *Alexandriae a se ordinatur episcopus Petrus, qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis haereticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptae pecuniae intulerit*, Chronic. At vero in Theophilo quoque lenitatem non probavit Hieronymus. Conf. infra, ad vi. 7, 29.

Cap. 21. Conf. Sozomen. vi. 19. Theodoret. iv. 21. Gregor. Naz. Or. xxv. 11. seqq. Cassiod. vii. 38. Rufin. xi. 3. Niceph. xi. 26.

21, 2. Λουκίῳ τῷ Ἀρειανῶ] Lucius ille ab Arianis designatus erat episcopus Samosatorum in locum Eunomii, qui inde fugerat cum omnes ejus ministerium aversarentur. Verum ingenti odio ibi exceptus ab orthodoxo populo, quod etiam severitate sua auxerat, Lucius, si vera affirmet Petrus Alexandrinus, emit argento praesulatum Alexandriae, et illuc se transiit. Theodoret. iv. 15. et 22.

21, 3. Μάγνος] Hic Magnus Comes largitionum Comitaten-

sium dicitur in epistola Petri Alexandrini, quam refert Theodorus in libro 3. Historiæ Ecclesiasticæ. VALES.

21, 4. *πρόσταγμα Παλλαδίου*] Tradit tamen Severus Arabicus, Dadianum, sic enim ille appellat, injussu imperatoris hæc egisse: itaque quam primum res rescita esset, ipsum et Lucium in exilium missos esse. Renaudot. Hist. Patriarch. Alexandr. xxi.

Porro etiam Rufinus scribit *Tatianum* fuisse *presidentem Alexandriæ*, xi. 2, atque auctor Vitæ Athanasii in Phot. Biblioth. cod. 258. Sozomenus præfectum non nominat. Palladium appellat Petri epistola. Tatianum vero præfectum Ægypti fuisse A. D. 367 constat e lege data ad eum in Cod. Theod. Vid. Clinton. Fast. Rom. eo anno.

Ibid. *τὸν μὲν Πέτρον συλλαβόντες*] Tillemontius dubitavit an vere a Socrate dictum esset, Petrum in carcerem missum esse, propterea quod neque Rufinus, neque Theodoretus, neque ipse Petrus in ea epistolæ suæ parte quæ extat (Theodoret. iv. 22.) hoc diserte tradat. Memoir. Eccles. tom. vi. Les Ariens cxxiv. p. 585. Refert quidem Petrus, alios propter fidem carcere conclusos esse, et multa passos ab Arianis, de se ipso tamen prorsus silet, nisi quod dicat coactum se esse adventu militum ex ecclesia cedere.

Ibid. *Λούκιον ἐνθρονίζουσιν*] Lucius, unde oriundus, incertum. Primo episcopus Samosatenus ab Arianis, fugato Valentis imp. jussu Eusebio, vi ac armis constitutus. De enormi ejus adversus orthodoxos tyrannide, dum sedem Alexandrinam occupavit, lectorem plenius edocebit Petrus Alexandr. in Epistola sua apud Theod. lib. iv. cap. 22. Sub Valentis imperii finem, Petro Alexandriam reverso, ab infensa plebe episcopali sede ejectus, conscenso navigio Constantinopolim statim perrexit, catholicos (uti credi par est) apud imperatorem criminaturus. Verum Valente paulo post a Gothis occiso, voto suo excidit. Vir inquieti admodum et truculenti ingenii, ut a Gregorio Naz. perhibetur, orat. 23. p. 417. *Guil. Cave ubi supra.* READING.

Cap. 22. Conf. Sozomen. vi. 19. Theodoret. iv. 22. Rufin. 236 xi. 3. 4. Cassiod. vii. 37. 38. Niceph. xi. 26. 27.

22, 3. *πρὸς Δάμασον*] De Damaso, vide infra, 29.

22, 6. *κατεπολέμησαν τὰ ἐν ἐρήμῳ μοναστήρια*] Legem tulit

et evulgata per Abrahamum Eckellensem, ubi dicitur obiisse sanctus patriarcha *septimo Bescinas die Jovis*, cujus dies septimus cum die secunda Maii concurrat. Quare cum anno 373, dies secunda Maii in feriam quintam inciderit, in eundem annum optime confertur mors Athanasii; obiit prope octogenarius. *Cl. Monachi Benedictini in fine vit. Athanas.* READING. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 373. col. 4.

20, 2. Πέτρον] Petrus, ecclesiae Alexandrinae sub Athanasio ²³⁵ archipresbyter, itinerum et peregrinationum ejus comes individuus, quocum varia subiit pericula. Quanti ab omnibus haberetur, exinde constat, quod anno 380 Theodosius imperator eum una cum Damaso papa orthodoxae veritatis normam lege lata constitueret, eum apostolicae pietatis virum appellans. Scripsit in carcere detentus *Epistolam Encyclicam* de vi sibi ad episcopatum recens evecto ab Arianis illata, et flagitiosa Lucii sedem Alexandrinam sibi per fas et nefas arripientis ambitione. Exstat fere integra, principio duntaxat et fine truncata, apud Theodorit. lib. iv. cap. 22. Porro alterius cujusdam epistolae ad episcopos Aegyptios fidei causa exules fragmenta duo nobis conservavit Facundus lib. iv. cap. 2. et lib. ix. cap. 2. *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 206. ad ann. 371. READING.

Aliter tamen de eo testimonium profert Hieronymus sic, *Alexandriae a^o ordinatur episcopus Petrus, qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis haereticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptae pecuniae intulerit*, Chronic. At vero in Theophilo quoque lenitatem non probavit Hieronymus. Conf. infra, ad vi. 7, 29.

Cap. 21. Conf. Sozomen. vi. 19. Theodoret. iv. 21. Gregor. Naz. Or. xxv. 11. seqq. Cassiod. vii. 38. Rufin. xi. 3. Niceph. xi. 26.

21, 2. Λουκίῳ τῷ Ἀρειανῷ] Lucius ille ab Arianis designatus erat episcopus Samosatorum in locum Eunomii, qui inde fugerat cum omnes ejus ministerium aversarentur. Verum ingenti odio ibi exceptus ab orthodoxo populo, quod etiam severitate sua auxerat, Lucius, si vera affirmet Petrus Alexandrinus emit argento praesulatum Alexandriae, et illuc se trans-
doret. iv. 15. et 22.

λυῶς] Hic Magnus Comes largitionum Comitaten-

sium dicitur in epistola Petri Alexandrini, quam refert Theodoritus in libro 3. Historiæ Ecclesiasticæ. VALES.

21, 4. πρόσταγμα Παλλαδίῳ] Tradit tamen Severus Arabicus, Dadianum, sic enim ille appellat, injussu imperatoris hæc egisse: itaque quam primum res rescita esset, ipsum et Lucium in exilium missos esse. Renaudot. Hist. Patriarch. Alexandr. xxi.

Porro etiam Rufinus scribit *Tatianum* fuisse *præsidentem Alexandria*, xi. 2, atque auctor Vitæ Athanasii in Phot. Biblioth. cod. 258. Sozomenus præfectum non nominat. Palladium appellat Petri epistola. Tatianum vero præfectum Ægypti fuisse A. D. 367 constat e lege data ad eum in Cod. Theod. Vid. Clinton. Fast. Rom. eo anno.

Ibid. τὸν μὲν Πέτρον συλλαβόντες] Tillemontius dubitavit an vere a Socrate dictum esset, Petrum in carcerem missum esse, propterea quod neque Rufinus, neque Theodoretus, neque ipse Petrus in ea epistolæ suæ parte quæ extat (Theodoret. iv. 22.) hoc diserte tradat. Memoir. Eccles. tom. vi. Les Ariens cxxiv. p. 585. Refert quidem Petrus, alios propter fidem carcere conclusos esse, et multa passos ab Arianis, de se ipso tamen prorsus silet, nisi quod dicat coactum se esse adventu militum ex ecclesia cedere.

Ibid. Λούκιον ἐνθρονίζουσω] Lucius, unde oriundus, incertum. Primo episcopus Samosatenus ab Arianis, fugato Valentis imp. jussu Eusebio, vi ac armis constitutus. De enormi ejus adversus orthodoxos tyrannide, dum sedem Alexandrinam occuparit, lectorem plenius edocebit Petrus Alexandr. in Epistola sua apud Theod. lib. iv. cap. 22. Sub Valentis imperii finem, Petro Alexandriam reverso, ab infensa plebe episcopali sede ejectus, conscenso navigio Constantinopolim statim perrexit, catholicos (uti credi par est) apud imperatorem criminaturus. Verum Valente paulo post a Gothis occiso, voto suo excidit. Vir inquieti admodum et truculenti ingenii, ut a Gregorio Naz. perhibetur, orat. 23. p. 417. *Guil. Cave ubi supra.* READING.

Cap. 22. Conf. Sozomen. vi. 19. Theodoret. iv. 22. Rufin. 236 xi. 3. 4. Cassiod. vii. 37. 38. Niceph. xi. 26. 27.

22, 3. πρὸς Δάμασον] De Damaso, vide infra, 29.

22, 6. κατεπολέμησαν τὰ ἐν ἐρήμῳ μοναστήρια] Le:

in Siciliam navigasse. Subdit Sozomenus capite sequenti: *Ibi congregato concilio, cum episcopi illius insulæ eadem decrevisset, his rebus confectis, in patriam recessi sunt.* Ant. Pagi ad ann. 365. n. vi. READING.

12, 39. *συνελθεῖν ὁμοθυμαδὸν εἰς Ταρσὸν*] Supplevit Sozomenus, in vi. 12, quæ Socrates hoc loco omisit. Legati Macedonianorum a synodo Sicula redeuntes in Asiam, et portantes secum literas non solum ejus synodi et Liberii, verum etiam episcoporum Italiæ, Africæ, et Galliæ, inciderunt in synodum, quæ tum habebatur Tyanis, episcoporum orthodoxorum et eorum qui Antiochiæ nuper cum Meletio subscripserant fidei Nicænae, (supra, iii. 25.) Ab hac synodo suscepti, et læti ob redditam sibi pacem, instituerunt ampliorem quoque synodum propere convocare ad Tarsum ante exitum veris; qua omnes secum in communionem redirent. Paulo tamen ante diem destinatum huic consessui, triginta quatuor circiter episcopi Asiatici convenerunt in Caria, et decreverunt tollendam esse vocem *ὁμοούσιον*, retinendam vero fidei expositionem Antiochenam et Seleuciensem, quæ fuit Semiarianorum vel Macedonianorum. Tum vero per Eudoxium Valens imperator permotus est ut prohiberet synodum quæ Tarsi habenda erat; et mox adeo ira in orthodoxos exarsit ut juberet iterum pelli ex ecclesiis eos episcopos qui Constantio imperante officio privati erant. Hæc Sozomenus. Synodi Tyanensis meminit quoque Basilius Epist. cccxvi. 3. cccxiv. 7. cclxiii. 3. Et credi quidem posset jam inde primo erupisse Valens ad persequendos revera orthodoxos. Nam etsi illi semper ab Eudoxio vexati fuerint, tamen cum Theodoretus, ut supra notavimus, asserat Valentem non persecutum esse ante initum bellum cum Gothis, tum enim factum esse Arianum, illa morum mutatio non male convenire videtur cum tempore quo synodus Tarsi indicta erat, quod credo fuisse ver anni 367. Hieronymus Theodoro ad stipulatur cum scribat sub anno quarto regni Valentiniani, *Valens ab Eudoxio Arianorum episcopo baptizatus nostros persequitur*, scilicet A. D. 367. Chronic.

Cap. 13. Conf. Sozomen. vi. 12. Philostorg. ix. 4. Cassiod. 229 vii. 26. 27. Niceph. xi. 10. 11.

13, 1. *Περὶ δὲ τούτῳ τοὺς χρόνους*] Hæc quoque quæ Socrates narrat de Eunomio paulo prius evenisse videntur. Nam Philostorgius scribit Aetium mortuum esse Constantinopoli,

adsistente Eunomio et Florentio, paulo post quam insurrexerat Procopius; quod Caveus computavit ad A. D. circiter 366, vid. Hist. Litter.: dein autem narrat quomodo dum Eudoxius cum Valente in Marcianopoli commoraretur (quod fuisse videtur flagrante bello Gothico) clerus Constantinopolitanus decreverit pellendum esse ex urbe Eunomium, Eudoxium vero omnium infestissimum esse in eum; ix. 6, 7. Idem scriptor initium discordiæ hujus retulit ad aliud tempus et aliam causam; nempe quod Aetius et Eunomius Pœmenium episcopum suæ factionis Constantinopoli ordinaverint, regnante Jo-
viano, ut videtur. viii. 2.

13, 2. *περιτοραυτο*] Hoc loco *περιτορασθαι*, idem est ac declinare et aversari, quemadmodum Lucianus usurpat in Her-
motimo [86, p. 831. Conf. Lucian. Solœcist. 5, p. 566. et Græv. ad l.] Abhorreere vertit Langus et Christophorus-
onus. Epiphanius vero cum hanc hujus verbi significationem igno-
raret, ita vertit: *Sed quoniam omnes unanimes illius, eum sectæ
alterius fatebantur.* VALES.

13, 3. *πρόσταγμα ἐπάρχων*] Præceptum præfectorum præto-
rio intelligit. Mos enim erat ut præfectus prætorio, quoties
edictum aliquod emittebat, reliquorum præfectorum prætorio
nomen adjungeret. Cujus rei exemplum occurrit tum in gestis
purgationis Ceciliani, quæ edita sunt post collationem Cartha-
ginensem, tum in Novellis Theodosii et Valentiniani. Illustre
est hujus rei testimonium apud antiquum scriptorem de
quæstionibus Veteris ac Novi Testamenti, cap. 97: *nam si
in unius præfecti prætorio programme, etiam cæteri præfecti
jubere dicuntur, propter auctoritatem unius potestatis; quanto
magis in unius Dei imperio, si locutus unus e tribus fuerit, non
incongrue dicentur tres locuti?* [Augustin. Oper. tom. iii. p. ii.
Append. col. 88.] VALES.

Edictum Valentis adversus episcopos orthodoxos, et fuga
S. Athanasii ad annum 367 pertinent, ideoque Valentis perse-
cutio triennio tardius quam oportuerit, a Baronio consignata.
*Ant. Pagi ad ann. 370. n. iii. Ol. Benedictini ad ann. 367. Vide
et Sozomen. lib. vi. cap. 12. ubi hæc de Athanasio fusius nar-
rantur.* READING.

Hæc de submoto ab Alexandria Athanasio eodem perti-
nent quo illa alia quæ e Sozomeno modo citavimus, scilicet ad
seriem eventuum qui synodum designatam ad Tarsum sub-

secuti sunt. Exinde enim Valens episcopus orthodoxæ fidei in exilium agere cœpit. Tempus autem probabili ratione computatur ab A. D. 367.

Cap. 14. Conf. Sozom. vi. 13. Philostorg. ix. 8. Cassiod. vii. 230 29. Niceph. xi. 15.

14, 1. *πάλιν ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν σπεύδων*] Jam antea imperator Valens Antiochiam contenderat. Verum in itinere audita defectione Procopii, regredi coactus est, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. xxvi. Immerito igitur Baronius Socratem reprehendit. Neque enim Socrates dicit Valentem jam antea venisse Antiochiam, sed tantum eo contendisse, quod certe verissimum est. Sed Christophorsoni versio Baronium videtur fefellisse, quæ sic habet: *Imperator Valens denuo Antiochiam ire maturans*. VALES.

Valens ad Constantinopolim redierat finito bello Gothico A. D. 369: vid. Am. Marcell. xxvii. 5, 10, et Clinton. Fast. Rom. eo anno col. 2.

14, 2. *Εὐδόξιος οὗτος*] Eudoxii obitum memorat Philostorgius, tempus tamen ejus non statuit, ix. 8.

Ibid. *δεκάενα*] Rectius Sozomenus undecim duntaxat episcopatus annos tribuit Eudoxio. Certe Eudoxius episcopatum Constantinopoleos invasit Eusebio et Hypatio consulibus, qui fuit annus Christi 359. Mortuus est autem Valentiniano et Valente tertium consulibus, anno Christi 370. Quare apud Socratem scribendum est *δεκάενα*, quod confirmat Epiphanius Scholasticus. Itaque Baronius hic quoque immerito reprehendit Socratem, cum non Socrates ipse, sed Socratis codices hic falsi sint. Ceterum de obitu Eudoxii videndus est Philostorgius in lib. ix. VALES.

14, 3. *εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ καθιστῶσι Δημόφιλον*] De Eudoxio vide Socratis lib. ii. cap. 42. de Demophilo Philostorgii lib. ix. cap. 10. et 14. READING.

Ibid. *ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας*] Idem quoque refert Sozomenus in lib. vi. utrumque tamen reprehendit Baronius ad annum Christi 370. Eustathium enim Antiochenum diu antea mortuum esse contendit regnante Constantio. Certe Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, Eustathium mortuum esse scribit in exsilio, sepultumque Trajanopoli in Thracia, ubi exulabat. Quod si ita est, Constantii temporibus mortuus fuerit necesse est. Julianus enim, et post illum Jo-

vianus cunctos episcopos ab exilio revocavit. Sane vix credibile est, Eustathium Antiochenum ad hæc usque tempora pervenire potuisse. Cum enim interfuerit concilio Nicæno, quod anno Christi 325 celebratum est, ponamus eum tunc quintum et quadragesimum ætatis annum egisse. Ab hoc anno usque ad tertium consulatum Valentiniani et Valentis, quo Eustathius Evagrium ordinasse dicitur Constantinopoli, anni intersunt quinque et quadraginta. Ita Eustathius nonaginta annos natus fuerit oportet, si hoc anno Evagrium ordinavit episcopum. Porro non omittendum est quod ex Victoris Tununensis Chronico didici, Eustathium Antiochenum non Trajanopoli, ut scribit Hieronymus, sed Philippis sepultum fuisse. Sic enim scribit; *Post consulatum tertium Longini, Calendio Antiochenus episcopus reliquias prædecessoris sui Eustathii episcopi et confessoris ex Philippis Macedonia colligit, et Antiochiam summo cum honore perducit.* Idem tradit Theodorus Lector in libro secundo excerptorum Historiæ Ecclesiasticæ his verbis: *Καλανδίων δὲ αἰτήσας τὸν Ζήνωνα, τὸ λείψανον Εὐσταθίου εἰς Ἀντιόχειαν ἤνεγκεν ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας, ἐνθα καὶ ἐξώριστο καὶ ἀπέθανεν.* Male Baronius hanc translationem reliquiarum Eustathii refert anno Christi 482, cum ex Victoris Tununensis Chronico facta fuerit anno Christi 490. Longino 2 et Fausto consulibus. Sed quod Theodorus Lector ibidem subdit, Eustathianos qui antea seorsum collectas agebant, tunc demum adunatos esse catholicis, post annos centum ab obitu Eustathii, licet Theophanis testimonio confirmetur, falsum existimo. Hoc enim posito Eustathius ad annum Christi trecentessimum ac nonagesimum vitam produxisset. VALES.

Socratis et Sozomeni narrationem de Eustathio in dubium non revocat Le Quien Or. Christ. tom. ii. col. 709.

Cap. 15.

231

15, 3. ἐν Βεζύη τῆς Θράκης] Hæc narratio nequaquam convenit cum iis quæ supra retulimus ex Hieronymo, nec cum iis quæ Theodorus lector et Theophanes in Chronico scribunt. Nam Hieronymus ait Eustathium adhuc sua ætate sepultum fuisse Trajanopoli, quo in exilium pulsus fuerat. Theodorus autem lector ac Theophanes Philippis eum exulasse, atque ibidem conditum esse scribunt. Diversus igitur ab hoc Eustathio Antiocheno fuerit oportet Eustathius iste, qui Bizuam

a Valente relegatus est. Est autem Bizua urbs Thraciæ, olim Astorum Thracum regia, teste Stephano. Ejusdem meminit Eutropius in libro sexto, ubi de L. Lucullo loquens, qui Bessos Thracas subegit: *Inde multas supra Pontum positas civitates adgressus est. Illic Apolloniam evertit. Calatim, Parthenopolim, Tomos, Istrum, Buziam omnem cepit. Lego, Bizuam et Scythiam omnem cepit.* VALES.

Cap. 16. Conf. Sozomen. vi. 14. Theodoret. iv. 24. Cassiod. vii. 30. Niceph. xi. 16.

16, 1. *εἰς τὴν Νικομήθειαν*] Hæc Constantinopoli patrata esse scribit Theodoretus: male; ea enim longe ab Astaceno sinu dissita est.

Ibid. *Μοδέστῳ*] Is Auxonio præfecto præt. successerat anno Dom. 371. Gratiano ii. et Probo Coss. Hunc Modestum intelligit Gregor. Nazianz. in oratione funebri de laudibus Basilii M. ut testatur etiam Theodorus: quem quidem Arianum fuisse, utpote ab Arianis baptizatum, Gregorius refert, et variis blanditiarum artibus Valentem sibi conciliando, præfecturam prætorianam diutius retinuisse. *Valesius in Ann. Marcellin.* lib. xxix. c. 1. [10. Conf. ibid. xxx. 4. 1, 2.] READING.

16, 5. *τοῦ Ἀστακηνοῦ πελάγους*] Astacenus sinus, nunc *le Golfe de Concidia*, teste Gillio, pars est Propontidis in Bithyniam excurrentis ad ortum, versus Nicomediam. Sic dictus ab Astaco urbe Bithyniæ, quæ distat a Nicomedia 15 milliaribus in occasum æstivum, et 50 fere a Constantinopoli in ortum. *Baudrand.* READING.

16, 6. *Δακίδιζος*] Credo rectius scribi *Δακίβυζος* vel *Δακίβιζος*. Nam cum hac forma vocis convenit nomen quod locus iste fertur a recentioribus scriptoribus hodie retinere, *Ghebes* vel *Dchebes*. Vid. Cramer. *Descript. As. Minor.* tom. i. p. 187.

Ibid. *ὄν τοῖς ἀνδράσι ἀναλωθῆναι*] Hujus rei meminit quoque Gregorius Nazianzenus, a quo *πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὶ θαλάττιοι* numerantur inter facinora Valentis. *Orat.* xliii. 46.

16, 7. *λιμὸν γὰρ σύντονον*] De hac fame ita scribitur in *Fastis veteribus*, quos sub Idatii nomine publicavit Sirmondus: *Valentiniano iii. et Valente iii. His consulibus magna fames fuit in partibus Phrygiæ.* VALES.

Ejusdem meminisse videtur Basilium in Epistola ad Eusebium quæ sic incipitur, *Ὄπω ἡμᾶς ὁ λιμὸς ἀνήκε*, xxxi; et Gregorius Nazianzenus in *Orat.* xliii. 34, 35, quo tempore

nondum episcopus erat Basilius, *ibid.* 37: Hieronymus quoque anno Valentiniani septimo, *Magna fames in Phrygia*. *Chronic.*

Cap. 17. Conf. Sozomen. vi. 18. Theodoret. iv. 13. Cassiod. vii. 31. Niceph. xi. 16. 21.

17, 1. ἐπὶ τὴν Συρίαν Ἀντιόχειαν] Valens initio anni 372 Antiochiam ingressus est. Certe Libanius in vita sua se quinquagenarium fuisse Joviano imperante testatur, p. 46. Postea p. 48. annum ætatis octavum et quinquagesimum egisse se dicit, tum cum Valens Antiochiam venit. Jovianus autem Antiochiam profectus est sub finem anni 363, teste Ammiano lib. xxv. Quare si eo anno Libanius quinquagenarius erat, anno 372 quinquagesimum octavum compleverat, ideoque non alio anno Valens Antiochiam adventavit. Quod si jam antea ad eandem urbem is accessisset, prioris illius adventus mentionem Libanius fecisset. Interim obiter observandum, imperatores nonnisi per hyemem in Cilicia iter habuisse, propter immodicos in æstivo tempore solis ardores. *Ant. Pagi ad ann.* 372. n. vi. **READING.**

17, 2. τῶν ἐκκλησιῶν σχεδὸν τῶν ἀνατολικῶν] Similiter quoque Theodoretus, Ὁ δὲ [Βάλης πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐκκλησίαν τοῦ ποιμένος ἐστέρησε. iv. 19. Et Basilius, ὁ γὰρ ἐμπρησμὸς ὁ τὰ πολλὰ τῆς ἀνατολῆς ἐπινειμάμενος ὑφέρει ἤδη καὶ τὴν ἡμετέραν. Ep. cexxii. Atque etiam plenius regiones in quibus Ecclesia vexata fuit recensentur a Gregorio Nysseno contra Eunom. i. p. 315.

17, 3. ἑξαιρέτως δὲ τῷ ποταμῷ] De hoc dubitasse videtur Sozomenus: nam cum Socratis narrationem ex hoc capite breviter conscripserat, continuo subdidit, ὡς καὶ τινὰς ἰσχυρίζεσθαι πολλοὺς αὐτῶν ἀνελεῖν ἄλλοις τε τρόποις καὶ εἰς τὸν Ὀρόντην ποταμὸν ἐμβάλλεσθαι προστάξαντα. l. c.

Cap. 18. Conf. Sozomen. *ibid.* Theodoret. iv. 17. Rufin. xi. 5. 233 Cassiod. vii. 32. Niceph. xi. 22.

18, 1. Θωμᾶ τοῦ Ἀποστόλου μαρτύριον] Hujus ædis mentio facta est in Vita S. Ephræm. Asseman. Biblioth. Orient. tom. i. p. 49.

18, 2. τὸν ὑπαρχόν] Modestum hunc appellant Sozomenus et Theodoretus: qui fuit tunc præfectus prætorio, ut dictum est supra, ad 16, 1, vir immiti ingenio et justitiæ contemptor, teste Ammiano Marcellino xxx. 4.

18, 5. τάγμα τῶν δορυφορούντων] Rufinus, ex quo hæc de-

sumpsit Socrates, in lib. xi. Historiæ Ecclesiasticæ ita dicit: *Infantem quoque parvulum secum trahentem, cursuque rapido, irrupto etiam officii agmine, festinantem.* Porro hoc memorabile factum mulieris Edessenæ contigit anno Christi 371 aut 372, ut mox videbimus. Male Baronius id retulit anno 370. VALES.

18, 6. οὖτος ἀκόσμως] Rufinus lib. ii. cap. 5. ait, mulierculam hanc *ita festinam et properam domo sua prorupisse, ut nec clauderet ostium, nec operire se, ut mulierum habitum decet, diligentius potuisset.* READING.

18, 10. Τοῦτον τὸν τρόπον Ἐδεσηνοί] Chronicon Edessenum memorat turbas sub hoc tempore Edessæ factas sic, *Mense Septembri ejusdem anni (A. D. 373) Edessena ecclesia populus excessit, ab Arianis ejectus.* Quibus mox subdit, orthodoxos reversos esse Decembri A. D. 378. Is autem fuit annus quo Valens obiit. Cum Chronico consentire quoque Dionysium patriarcham ait Assemanus: vid. Biblioth. Orient. tom. i. p. 398. Facinus vero mulieris quod hoc loco a Socrate describitur, refertur quoque ab Anonymo in Vita S. Ephræmi sub regno Juliani, excerptum e poemate quodam quod ferebatur esse sancti Ephræmi. Jure tamen Assemanus de fide ejus carminis dubitat; ib. p. 51. Ephræmum Syrum mortuum esse d. 9 Junii eo ipso A. D. 373 tradit quoque idem Chronicon Edessenum.

Cap. 19. Conf. Sozomen. vi. 35. Philostorg. ix. 15. Cassiod. 234 vii. 35. Niceph. xi. 45. Am. Marcellin. xxix. 1, 29. Zosim. iv. 13.

19, 1. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον] Totam hanc scenam infelicis oraculi quod Gentiles quidam consuluerant, ut quisnam Valenti in imperio successurus esset cognoscerent, fuse refert Ammianus Marcellinus in lib. xxix. Sed quonam anno id contigerit obscurum est. Baronius quidem in Annalibus anno Christi 370 id assignat. Ego vero anno Domini 371, aut 372 ineunte id gestum puto. Valens enim anno Christi 371, finita jam ætate Antiochiam ingressus est, Gratiano secundo et Probo consulibus, ut in annotationibus ad supradictum librum Marcellini demonstravi, partim ex legibus codicis Theodosiani, partim ex Libanii libro de vita sua. Tragedia autem illa et conspiratio maleficorum adversus Valentem, contigit post ejus ingressum in urbem Antiochenam, ut constat ex Marcellino. Anno igitur 371 exeunte, vel certe ineunte 372 contigerit necesse est. Certe Theophanes ac Cedrenus, Va-

lentis ingressum in urbem Antiochenam anno illius octavo assignant. Illam autem impiorum conspirationem, qui oraculum de futuro imperatore consuluerant, anno Valentis nono adscribit idem Theophanes. Quod cum nostra sententia optime congruit, si Valentis annum primum computemus a consulatu Joviani et Varroniani. VALES.

Verum Antonius Pagi non dubitat quin hæc quæstiones de iis qui magos consuluerant, habitæ fuerint anno 373. *Ad ann.* 370. n. xxxi. READING. Hæc anno 372 assignat Clintonus: vide *Fast. Rom.* ejus anni col. 2.

19, 2. γράμματα, θ'] Zosimus perinde hæc exprimit atque codex F, sic, φανῆναι δὲ ἐν τῷ τρίτῳ γεγραμμένα θῆτα καὶ εἰ καὶ οὐ καὶ ἐπὶ τοῦτοις τὸ δέλτα. iv. 13.

19, 6. Θεοδοσιολός τις] Quisnam sit hic Theodosius, incertum est. Neque enim Theodosium illum esse existimo Theodosii imperatoris patrem, de quo Ammianus Marcellinus loquitur passim in suis libris. Hic enim in Occidente versatus est, nec nisi post obitum Valentiniani occisus fuit, per fraudem et insidias malevolorum. Verba tamen illa quæ addit Socrates, ἀνὴρ γενναῖος ἐκ τῶν εὐπατριδῶν τῆς Ἰσπανίας, optime illi conveniunt. In codice Sfortiano legitur Θεοδόσιος ἄλλος τις. Epiphanius quoque Scholasticus Theodosium vocat. VALES.

Cap. 20. Conf. Sozomen. vi. 19 Theodoret. iv. 20. Rufin. xi. 3. Cassiod. vii. 37. Niceph. xi. 26.

20, 2. ἐν ὑπατεῖα Γρατιανοῦ] Hanc Chronologiæ rationem quæ confert mortem Athanasii in annum 371, sat firmitatis non habere, suadent aperta antiquiorum scriptorum testimonia. Hieronymus ad annum Dom. 374, ait Petrum Athanasii sedem excepiisse, qui annus est æræ nostræ 373. Proterius vero, unus ex successoribus Athanasii in sede Alexandria, in Epistola Paschali sic habet: *In octogesimo nono anno ab imperio Diocletiani, superstite patre nostro et episcopo Athanasio, cum xiv luna Paschalis, xxviii die mensis Phaminoth, id est nono Kalendarum Aprilium die procenisset, die Dominico, in subsequenter translatus est hebdomadem, ita ut quinta die mensis Pharmuthi, hoc est pridie Kalendarum Aprilium, celebraretur Pascha Dominicum.* Quæ notæ omnes in annum quadrant 373. Hisce aliud adjicit argumentum vir eruditus Pagius mutuatum ex historia Patriarcharum Coptitarum, Latine versa

et evulgata per Abrahamum Eckellensem, ubi dicitur obiisse sanctus patriarcha *septimo Bescinas die Jovis*, cujus dies septimus cum die secunda Maii concurrit. Quare cum anno 373, dies secunda Maii in feriam quintam incidit, in eundem annum optime confertur mors Athanasii; obiit prope octogenarius. *Cl. Monachi Benedictini in fine vit. Athanas.* READING. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 373. col. 4.

20, 2. Πέτρον] Petrus, ecclesiae Alexandrinæ sub Athanasio 235 archipresbyter, itinerum et peregrinationum ejus comes individuus, quocum varia subiit pericula. Quanti ab omnibus haberetur, exinde constat, quod anno 380 Theodosius imperator eum una cum Damaso papa orthodoxæ veritatis normam lege lata constitueret, eum apostolicæ pietatis virum appellans. Scripsit in carcere detentus *Epistolam Encyclicam* de vi sibi ad episcopatum recens evecto ab Arianis illata, et flagitiosa Lucii sedem Alexandrinam sibi per fas et nefas arripientis ambitione. Exstat fere integra, principio duntaxat et fine truncata, apud Theodorit. lib. iv. cap. 22. Porro alterius cujusdam epistolæ ad episcopos Ægyptios fidei causa exules fragmenta duo nobis conservavit Facundus lib. iv. cap. 2. et lib. ix. cap. 2. *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 206. ad ann. 371. READING.

Aliter tamen de eo testimonium profert Hieronymus sic, *Alexandriæ æs ordinatur episcopus Petrus, qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis hæreticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit*, Chronic. At vero in Theophilo quoque lenitatem non probavit Hieronymus. Conf. infra, ad vi. 7, 29.

Cap. 21. Conf. Sozomen. vi. 19. Theodoret. iv. 21. Gregor. Naz. Or. xxv. 11. seqq. Cassiod. vii. 38. Rufin. xi. 3. Niceph. xi. 26.

21, 2. Λουκίῳ τῷ Ἀρειανῶ] Lucius ille ab Arianis designatus erat episcopus Samosatorum in locum Eunomii, qui inde fugerat cum omnes ejus ministerium aversarentur. Verum ingenti odio ibi exceptus ab orthodoxo populo, quod etiam severitate sua auxerat, Lucius, si vera affirmet Petrus Alexandrinus, emit argento præsulatum Alexandriæ, et illuc se translulit. Theodoret. iv. 15. et 22.

21, 3. Μάγνος] Hic Magnus Comes largitionum Comitaten-

sium dicitur in epistola Petri Alexandrini, quam refert Theodorus in libro 3. Historiæ Ecclesiasticæ. VALES.

21, 4. *πρόσταγμα Παλλαδίου*] Tradit tamen Severus Arabicus, Dadianum, sic enim ille appellat, injussu imperatoris hæc egisse: itaque quam primum res rescita esset, ipsum et Lucium in exilium missos esse. Renaudot. Hist. Patriarch. Alexandr. xxi.

Porro etiam Rufinus scribit *Tatianum* fuisse *presidentem Alexandriæ*, xi. 2, atque auctor Vitæ Athanasii in Phot. Biblioth. cod. 258. Sozomenus præfectum non nominat. Palladium appellat Petri epistola. Tatianum vero præfectum Ægypti fuisse A. D. 367 constat e lege data ad eum in Cod. Theod. Vid. Clinton. Fast. Rom. eo anno.

Ibid. *τὸν μὲν Πέτρον συλλαβόντες*] Tillemontius dubitavit an vere a Socrate dictum esset, Petrum in carcerem missum esse, propterea quod neque Rufinus, neque Theodoretus, neque ipse Petrus in ea epistole suæ parte quæ extat (Theodoret. iv. 22.) hoc diserte tradat. Memoir. Eccles. tom. vi. Les Ariens cxxiv. p. 585. Refert quidem Petrus, alios propter fidem carcere conclusos esse, et multa passos ab Arianis, de se ipso tamen prorsus silet, nisi quod dicat coactum se esse adventu militum ex ecclesia cedere.

Ibid. *Λούκιον ἐνθρονοῦσιν*] Lucius, unde oriundus, incertum. Primo episcopus Samosatenus ab Arianis, fugato Valentis imp. jussu Eusebio, vi ac armis constitutus. De enormi ejus adversus orthodoxos tyrannide, dum sedem Alexandrinam occupavit, lectorem plenius edocebit Petrus Alexandr. in Epistola sua apud Theod. lib. iv. cap. 22. Sub Valentis imperii finem, Petro Alexandriam reverso, ab infensa plebe episcopali sæde ejectus, conscenso navigio Constantinopolim statim perrexit, catholicos (uti credi par est) apud imperatorem criminaturus. Verum Valente paulo post a Gothis occiso, voto suo excidit. Vir inquieti admodum et truculenti ingenii, ut a Gregorio Naz. perhibetur, orat. 23. p. 417. *Guil. Care ubi supra.* READING.

Cap. 22. Conf. Sozomen. vi. 19. Theodoret. iv. 22. Rufin. 236 xi. 3. 4. Cassiod. vii. 37. 38. Niceph. xi. 26. 27.

22, 3. *πρὸς Δάμασον*] De Damaso, vide infra, 29.

22, 6. *κατεπολέμησαν τὰ ἐν ἐρήμῳ μοναστήρια*] Legem tulit

Valens, A. D. 373, quantum videtur, De monachismo, sic : *Quidam ignaviae sectatores, desertis civitatum muneribus, captant solitudines ac secreta, et specie religionis cum caetibus monazonton congregantur. Hos igitur, atque hujus modi, intra Ægyptum deprehensos, per comitem Orientis erui e latebris consulti præceptione mandavimus, atque ad munia patriarum subeunda revocari, aut pro tenore nostræ Sanctionis familiarium carere inlocebris: quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum.* Cod. Theod. xii. Tit. 1. 63. tom. iv. p. 433. De hac lege breviter Chronicon Hieronym., *Valens lege data ut monachi militarent nolentes fustibus jussit interfici.* Atque exinde similia fere Prosper; et Orosius plura, vii. 33. De militia ista animadvertendum est, fuisse *curialem*, non *armatam*: quod vel ex ipsis legis verbis liquet. Fuit enim, scribit Gothofredus, “Militia non tantum armata, sed etiam togata palatina, officialium, advocatorum militia, *λειουρυγία*, tandem omne publicum ministerium, atque adeo municipalia quoque seu curialia officia, muniaque pro patria.” Comment. ad Cod. Theod. l. c. p. 437. Pergit autem Gothofredus ibidem demonstrare, legem hanc non in omnes monachos intentatam fuisse, sed in eos solos qui se a curialibus muniis subduxerant et in monachatum confugerant. Veruntamen si legis executio Lucio et militibus mandata erat, sicut refert Socrates, fatendum est, fieri potuisse ut res paulo ultra jus ageretur, in inquirendis talibus monachis inter solitarios Ægyptiacos.

Cap. 23. Conf. Sozomen. iii. 14. vi. 20. et 28. usque ad 34. Cassiod. viii. 1. Niceph. xi. 27. 34. seqq.

23, 1. Ἐπειδὴ δὲ] Sozomenus, antequam historiam suam monachorum incipiat capite 28, inserit hoc loco multa quæ Socrates non habet: scilicet notitiam provinciarum in quibus fides Nicæna obtinebat; præcipue de Scythia, ubi Vetrano episcopus Tomorum cum ipso Valente præsentem disputavit; quæ ad id tempus referenda sunt quo Valens bellum cum Gothis agebat: tum, quomodo habita sit quæstio de Sancto Spiritu: duas synodos Romanas in quibus damnati sunt Auxentius et Apollinaris: schisma Vitalis Antiocheni: plura de Eunomio: et alia quæ Socrates quoque narravit alio loco.

23, 2. ἐκ μακρῶν τῶν χρόνων] De ortu monachorum consule præ aliis Bingham. Origin. Ecclesiastic. lib. vii.

23, 2. Ἀμμούν] Ammon, sive Ammonius, monachorum Nitriensium pater, claruit sub Constantino, circa ann. 330. inquit *Guil. Cave, Hist.* vol. i. p. 150. **READING.**

Locum hunc citat Suidas in Ἀμοῦς Αἰγύπτῳ col. 247. De Ammone vel Amo hæc habet Synesius, Ὅποιός Ἀμοῦς ὁ Αἰγύπτιος οὐκ ἐξεῦρεν, ἀλλ' ἔκρινε χρεῖαν γραμμάτων τοσοῦτον αὐτῷ τοῦ νοῦ περιῆν, Dion. p. 48. ed. Paris. 1631. Quibus scholion adjecit Petavius in Cod. Med. adscriptum hoc, Ἐρομένου τινὸς αὐτὸν εἰ ἀναγκαῖα τὰ γράμματα, ἔφη, εἰ ὁ νοῦς ἔρρωται, τίς χρεῖα γραμμάτων; τὸ δὲ, οὐκ ἐξεῦρεν, ἀλλ' ἔκρινε χρεῖαν γραμμάτων, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐχρήσατο αὐτὸς γράμμασι, ἀλλ' ἀπεφήνατο τούτους δεῖσθαι γραμμάτων, οἱ τινες οὐ μέγεθος εὐτύχησαν νοῦ, ἵνα τὴν τοῦ νοῦ ἔνδειαν ἐντεῦθεν ἐπανορθῶνται. Annott. ad l. p. 18.

23, 4. ἀπὸ τῆς παστάδος παραλαβών] Idem fere quod Socrates hic tribuit Ammoni, Theodoretus refert factum esse a Pelagio qui postea Laodicæ episcopus fuit: iv. 13. Narratio autem de Ammone sive Amoun excerpta est ex Historia Lausiaca Palladii, qui eam acceperat ex ore Arsisii; vid. c. vi. et vii.

23, 8. τῆς καλουμένης Νιτρίας] Nitria, (*sic dicta a Nitri fo-* 237 *dinis in ea repertis*, ut e Strabone notavit Cellarius) mons est Ægypti prope Scyathim, sive Scetim urbem. Inter illum et Alexandriam Maria, seu Mareotis lacus intercedit. *Baudrand.* **READING.**

Palladius refert, lacum Mariam sive Mareotim septuaginta millia passuum extentum esse; quem ille cum sesquialtero die navigando transmisisset, venit ad montem Nitriam. vi.

23, 9. Οὐ πολλοῦ δὲ παραδραμόντος καιροῦ] Aliter Palladius; qui tradit Amoun octodecim annos egisse cum uxore sua, ζήσας οὖν μετ' αὐτῆς ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ ἔτη δέκα ὀκτώ. *ibid.*

23, 10. τοσοῦτῳ οἰκήματι] Christophorsonus vertit, *in tantillo domicilio*. Sed Græcum vocabulum hanc expositionem admittere non potest. Itaque malim scribere ἐν τῷ σφ' οἰκήματι. Id est, *non decet te, qui continentiam sectaris, videre mulierem in domicilio tuo*. **VALES.** Conf. ἐν τοσοῦτῳ δὲ τούτου κινουμένου τοῦ ζητήματος, infra, 28. 6.

23, 12. τοῦ Ἀμμούν τὴν ψυχὴν] Athanasius in vita S. Antonii, p. 841, edit. Benedict. hæc habet. Καὶ γὰρ ποτε πάλιν καθήμενος ἐν τῷ ὄρει, καὶ ἀναβλέψας, εἶδεν ἐν τῷ ἀέρι ἀναγομένον τινα, πολλήν τε τῶν ἀπαντώντων γιωμένην τὴν χαράν. εἶτα θαν-

μάζων καὶ μακαρίζων τὸν τοιοῦτον χορὸν, ἤρχετο μαθεῖν, ὅτι ἂν εἴη τοῦτο. καὶ εὐθὺς ἦλθεν αὐτῷ φωνή· ταύτην εἶναι τοῦ Ἀμοῦν τὴν ψυχὴν, τοῦ ἐν τῇ Νιτρία μοναχοῦ. ἦν δὲ τὸ διάστημα τὸ ἀπὸ Νιτρίας ἕως τοῦ ὄρους ἔνθα ἦν ὁ Ἀντώνιος ἡμερῶν ἐπὶ δεκατριῶν. οἱ τοίνυν ὄντες μετὰ Ἀντωνίου, βλέποντες τὴν γέροντα θαυμάζοντα, ἠξίωσαν μαθεῖν· καὶ ἤκουσαν ὅτι ἄρτι τετελεύτηκεν ὁ Ἀμοῦν. *Iterum in monte cum sederet Antonius, sublatis oculis, vidit in aëre quendam efferrī, et magnum eorum gaudium qui ipsi irent obviam. Admiratus ille, atque ejusmodi costum beatum prædicans, rogabat ut quid illud esset edisceret. Voxque statim ad illum facta est, esse Amunis in Nitria monachi animam. Atqui a Nitria distat mons in quo erat Antonius, tredecim dierum itineris intervallo. Qui cum Antonio erant, cernentes admirantem senem, rogabant quid id esset, audiereque: Jam obiit Amun. Fratres autem post dies triginta ex Nitria advenientes interrogarunt, atque compererunt ea ipsa die et hora obiisse Amunem, qua ejus animam sursum ferri senex viderat.* READ.

23, 13. Σκίτεως] Hanc regionem Palladius appellat Σκήτην, Hist. Lausiac. xix, Sozomenus Σκήτην, vi. 29; *Scythin* vel *Scythin* Cassianus, Collat. iii. 1. iv. 1, vel *Scythioticam solitudinem*, Coll. xv. 3; τὴν Σκίτων Evagrius, Biblioth. Patr. Galland. t. vii. p. 553; aliter alii; vid. Gazæum ad Coll. i. 1.

Nomen a Scythis deduci, qui hanc regionem aliquando tenuerunt, creditum est a nonnullis: vid. Baronium ad Martyrol. Roman. quem citat Canisius in Thesaur. Monum. Eccles. t. 1. p. 35. ed. Basnag. Conf. Valesium infra, ad § 69: inepte alii ab ἀσκήτης derivarunt, tanquam nomen trisyllabice scriptum esset.

Ibid. ἐκ τοῦ πλήθους] Palladius dicit numerum eorum qui in monte Nitria degebant fuisse quinque millia, vi.

23, 18. Ἀρσίσιος] Palladius scribit Ἀρσίσιος, Hist. Lausiac. 238 vi, et Sozomenus iii. 14; Suidas Ἀρρήσιος, col. 556, ubi hunc locum citat; Kusterus censuit Suidam e Socrate corrigendum esse. *Oresiesis* legitur in Gennad. Cat. Vir. Ill. ix.

23, 29. Πιτηροῦς] Alius videtur esse quem Sozomenus vocat Πιτυρίων, iii. 14. Palladius memorat et Piterum anachoretam in Porphyrite, xlii, et Pityrionem abbatem in Thebaide, lxxiv: hic est de quo dicit Sozomenus, ille de quo Socrates.

23, 32. Αἰγύπτιος Μακάριος] Macarius senior ex Thebaide 239

oriundus, monachus Scetensis, Magni Antonii discipulus, claruit circa an. 373. Vide Sozom. lib. iii. cap. 14. et Theod. lib. iv. cap. 21. Exactis in solitudine annis sexaginta, obiit nonagenarius, anno (ut volunt) 391. Scripsit Homilias spirituales quinquaginta, *de Integritate quæ decet Christianos*: quæ ab aliquo forsân sequioris seculi interpolatæ exstant Gr. Lat. Paris. 1559. 8°. Francofurt. 1594. 8°. denique cum operibus Greg. Thaumaturgi, Paris. 1622. fol. *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 207. **READING.**

Tempus ejus satis certo statui potest. Obiit nonagenarius anno priore quam Palladius solitarios inviserit (*Hist. Laus.* xix.), quod fecit hic A. D. 391 (ibid. i, ii, et vi.); vixerat autem in solitudine sexaginta annos (ib. xix.). Inde conficitur, natum illum esse A. D. 300, ad desertum se contulisse A. D. 330, mortuum esse A. D. 390.

23, 33. Ἀλεξανδρεὺς Μακάριος] Macarius, junior et πολιτικὸς dictus, domo Alexandrinus, ubi ætate prima bellaria vendendo quæstum exercebat; postea Antonii discipulus vitam monasticam amplexus est: dein presbyter et archimandrita Nitriensis. Vide Sozom. lib. iii. cap. 14. et Theod. lib. iv. cap. 21. obiit centenarius, circa an. 404. *Cave ubi supra*: qui ibid. ex MS. edidit *Sermonem de exitu statuque animarum post hanc vitam* sub nomine hujus Macarii Gr. Lat., quem tamen parvi pendet, et recentioris cujusdam Græculi commentum esse censet. **READING.**

Discrimen inter *Ægyptium* atque *Alexandrinum* ita explicat Sozomenus, ὁ μὲν Αἰγύπτιος, ὁ δὲ πολιτικὸς ὡς ἀστὸς ὠνομάζετο, ἦν γὰρ τὸ γένος Ἀλεξανδρεὺς, iii. 14. Eadem res occurrit in Epistola Dionysii Alexandrini de persecutione Deciana, in qua Heron et alii a ceteris martyribus Alexandriæ distinguuntur quod *Ægyptii* fuerunt: Euseb. H. E. vi. 41, 17 et 19. Hic loquendi modus originem proculdubio inde traxit quod Alexandria primo civitas fuit Græcorum. Porro Socratis locum de duobus Macariis citat Suidas in Μακάριος col. 2377.

23, 34. ἅμα αὐτῷ εἰς τὴν Αἰγυπτὸν κατελθὼν] Nescio unde hæc hauserit Socrates. Nam Palladius scribit Gregorium Nyssenum, non Nazianzenum, ordinasse Evagrium, et mox Gregorium (non liquet vero uter fuerit) eum reliquisse apud

Nectarium episcopum Constantinopolis post habitam ibi magnam synodum. Tum vero paulo serius eum a Constantinopoli discessisse et venisse Hierosolimam, inde postremo montem Nitriam. Præterea non constat Gregorium ipsum tunc Ægyptum ivisse. Hist. Laus. lxxxvi. Socratis errorem partim repetit quoque Sozomenus. Conf. Tillemont Mem. t. x. p. 795.

23, 36. τὸ μὲν, Μοναχός] De hujus Evagrii libris quid senserit Hieronymus, vide in epistola ad Ctesiphontem adversus Pelagianos: ubi eum Origenistam fuisse docet. Palladius in Lausiaca, tres ab eo libros scriptos esse dicit. Horum primum vocat *ἱερὸν*, secundum *μοναχὸν*, tertium *ἀντιρρητικὸν* qui est adversus fraudes diaboli: *συντάττει οὖν τρία βιβλία, ἱερὸν, μοναχὸν, ἀντιρρητικὸν*, seqq. Ubi *ἱερὸν* vocat quem Socrates *γνωστικὸν*. VALES.

Conf. supra, iii. 7, 22, ubi Socrates priorem illum librum Evagrii *Monachicum* nominavit. Evagrium hunc Ponto ortum esse, et civem urbis Iberorum, tradit Palladius lxxxvi, et Sozomenus, vi. 30; unde colligi potest eundem esse illum *Evagrium Ponticum* de quo scribit Hieronymus in loco quem modo indicavit Valesius. Plura de eo vide in Fabric. Biblioth. Græc. Harles. t. ix. p. 284.

23, 37. τῶν ὀκτὼ λογισμῶν] Quæ fuerint illæ cogitationes exponit *Narratio abbatis Serapionis*, sic, *Octo sunt principalia vitia quæ humanum infestant genus. Id est, primum, gastrimargia, quod sonat ventris ingluvies. Secundum fornicatio. Tertium philargyria, id est, avaritia, sive amor pecuniæ. Quartum ira. Quintum tristitia. Sextum acedia, id est, anxietas, sive tædium cordis. Septimum cenodoxia, id est, jactantia seu vana gloria. Octavum superbia.* Cassian. Collat. v. 2. Pluribus rem prosequitur Cassianus ipse De Institut. Cænob. v. Conf. Nilus de Octo Vitiis (iisdem) in Coteler. Eccles. Gr. Monum. tom. iii. p. 185. De hoc opere Evagrii dixit Gennadius sic, *Scriptis (Evagrius), Adversus octo principalium vitiorum suggestiones, quas aut primus advertit, aut inter primos didicit*, seqq. Cat. Vir. Ill. xi.

Ibid. κατὰ λέξιν τάδε] Hæc cum aliis Evagrii fragmentis habentur in Cotelerii Eccles. Gr. Monum. t. iii. p. 99.

23, 50. μέρος] In codice Florentino et apud Nicephorum 240 legitur μέρος. Somni enim pars potius erat quam somnus, ille

quem capiebat Macarius, capite ad parietem inclinato. Nam brevi admodum tempore ita dormiebat. Quare somnum illum rapuisse se potius dicit quam cepisse. VALES.

23, 54. *πέραν τῆς λίμνης*] Pro *πέραν* Cotelarius legit *μέρος* Eccl. Gr. Mon. iii. p. 101.

Ibid. *τῆς παρεμβολῆς τῶν γνωστικῶν*] Turpiter hoc loco hallucinati sunt interpretes. Nam Christophorus quidem ita vertit: *In ea monachus ex secta Gnosticorum vir spectatissimus habitavit.* Langus vero interpres Nicephori hunc Evagrii locum ita transtulit: *Habitat in ea monachus Gnosticorum ordinis celeberrimus.* Sed primo quidem Evagrius non dicit, monachum illum habitasse in ea insula trans Mariam paludem: sed tantum dicit juxta illam insulam eum habitasse. Id enim sonat verbum *προσοικεῖ*. Deinde *παραμβολή* non significat sectam neque ordinem: nec Gnostici hoc loco sumuntur pro secta hæreticorum; sed est genus quoddam monachorum, de quibus Evagrius librum scripserat. Parembolē igitur hic vicus est haud procul Alexandria juxta Mareoticum lacum. Hujus meminit Athanasius in apologetico secundo adversus Arianos, [71. p. 188.] ubi indiculum refert clericorum quos Meletius habebat in urbe et in territorio Alexandrino. Post commemoratos igitur presbyteros et diaconos partis suæ, quos habebat Alexandriae, addit postremo: *καὶ Μακάριος πρεσβύτερος τῆς Παραμβολῆς*. Parembolē item memoratur in notitia imperii Romani, in qua sedes erant legionis secundæ Trajanæ sub dispositione comitis rei militaris per Ægyptum. Ptolemæus quoque in Ammoniacā juxta Mareoticam ponit Alexandri Parembolen. Hic igitur habitabat monachus ille inter Gnosticos probatissimus. VALES.

Parembolēs mentio occurrit quoque in exordio epistolæ ejus quæ fertur inter Monumenta Athanasiana sic, *Athanasius presbyteris et diaconibus omnibus ecclesie sanctæ apud Alexandriam et Parembolam catholice dilectissimis fratribus salutem.* Galland. Biblioth. Patr. tom. v. p. 221.

23, 68. *εἰς τὸ βόρειον μέρος*] Origenianum est illud. Ita 241 enim Origenes in Homil. ix. ad Exod. xxvi. 35; *Sed istud candlelabrum lucernarum in austro collocet, ut ad aquilonem respiciat. Accenso enim lumine, id est, vigilantī corde respicere semper debet ad aquilonem, et observare eum qui ab aquilone est. Sicut et propheta videre se dicit succensum lebetem, vel ollam, et*

faciem ejus a facie aquilonis. [Hierem. i. 14.] *Ab aquilone enim accenduntur mala universæ terræ. Vigilans ergo et sollicitus et ardens intueatur semper astutias diaboli, et semper aspiciat unde sit ventura tentatio, unde hostis irruat, unde inimicus obrepat,* seqq. tom. ix. p. 116. ed. Lommatsch. Similiter quoque Hieronymus, *Non enim est ab austro unde Dominus venit, et a meridie in qua sponsus recumbit in floribus; sed possessor aquilonis venti frigidissimi, a quo exardescunt mala super terram.* Epist. ad Fabiolam lxxviii. Mans. 4. Et Augustinus, *Astrum, quamvis mortalibus carnibus gravis sentiatur, non tamen uspiam memini in sanctis libris mali aliquid significare, sicut aquilonem nunquam in bono,* In Job. xxxviii. 24. Conf. etiam In Psalm. xlvii. 3. Eandem figuram usu invaluisse recentioribus quoque sæculis testatur Sermo Gilleberti xxxviii. in Canticum Cantorum, in Appendice ad S. Bernard. Oper. tom. vi. p. 71.

23, 69. Σαραπῶν] De hoc Serapione Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis ita dicit: *Serapio Thmucos Ægypti urbis episcopus, qui ob elegantiam ingenii Scholasticus dictus est,* seqq. Decessit e vita sub Constantio ante Concilium Seleuciense, id est ante annum Christi 359: In Concilio enim Seleuciensi inter episcopos partis Acacianæ recensetur Ptolemæus episcopus Thmucos Augustonicæ. Fuit enim Thmuis urbs Augustonicæ seu Augustanicæ. Neque enim audiendus est Baronius qui in annotationibus ad martyrologium Romanum, Thmuin in Scethi provincia fuisse dicit. Atqui Scethis non fuit nomen provinciæ, sed ipsa potius fuit in provincia Augustanica. Thmuin tamen in Ægypto proprie dicta locat Marcellinus, in libro 22. [xxii. 16, 6.] VALES.

23, 73. φ̄ ὄνομα Ἀμμώνιος] Ammonius ille inter doctissimos 242 monachorum fuit. Discipulus primo Pambi, qui literarum rudis erat, secessit inde in desertum, et monasterium sibi fundavit, cui postea permulti confluerunt: secutus est doctrinam Origenis et discipulorum ejus. Plura habet Palladius Hist. Laus. xii. A Sozomeno numeratur unus inter quatuor fratres illos qui Μακροὶ vocabantur, vi. 30. viii. 12. (conf. Socrat. vi. 9.) Denique mortuus est Constantinopoli A. D. 403, Sozomen. viii. 17, et sepultus in sæde Rufinianis. Hist. Laus. ibid.

23, 74. εἰς ἐπισκοπὴν ἐλκόμενος] Scilicet a plebe civitatis cujusdam; qui Timotheum tunc Alexandriæ episcopum roga-

verunt, ut Ammonium sibi episcopum consecraret. Pallad. ibid.

23, 80. *Εὐάγριος*] Evagrius, presbyteri filius, ex Iberorum urbe quæ ad Euxinum Pontum sita est, oriundus, a S. Basilio ecclesiæ Cæsariensis lector ordinatus, post ejus mortem a Gregorio Nysseno diaconus factus, claruit ab anno 380. A Gregorio Nazianz. S. literarum scientiam hausit, ab eo ad ecclesiæ Constantinopolitanæ archidiaconatum provectus. Qua occasione vitam monasticam amplexus est, docet Sozom. lib. vi. c. 30. Vide *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 227. *et Ant. Pagi ad ann.* 388. n. 16. **READING.** Conf. quæ dicta sunt supra, ad § 34.

Ibid. *Παλλάδιος*] Palladius, gente Galata, natus anno 368, viginti annos natus in exteras regiones peregrinari cœpit. Anno 391 in Nitriam montem secessit; ubi Evagrium præceptorem nactus est, a quo Origenismi amorem hausit. Vide *Cave et Pagi ubi supra, Socrat.* lib. vii. c. 26. *præcipue vero ipsius Palladii Historiam Lausiacam.* **READING.**

Palladius Alexandriam primum profectus est studio vitæ monasticæ A. D. 388, Hist. Laus. i, scripsit vero Historiam eam ad Lausum post triginta tres annos, nempe A. D. 420, ibid. Epist. Præfat. Plura vide in Clinton. Fast. Rom. in iis annis.

Cap. 24. Conf. Rufin. xi. 3, 4. Theodoret. iv. 22. Cassiod. vii. 39. Niceph. xi. 27.

24, 1. *ἐλκομένων εἰς δικαστήρια*] Quomodo id a Magno factum sit enarrat Petrus in epistola sua sic, *Μάγνος—πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τὸν ἀριθμὸν ἐννεακαίδεκα συλλαβόμενος,—ὡς ἐαλόντας ἐπὶ μυσαρῶ τινὶ καὶ νόμφ 'Ρωμαίων ἐχθρῶ, δημοσίων ὄρισας κριτήριον κατηνάγκαζεν—τὴν πατρίαν παρὰ τῶν ἀποστόλων διὰ τῶν πατέρων ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν προδιδόναι πίστιν, ἠδόμενον ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸν φιλανθρωπώτατον Αὔγουστον Βάλεντα διίσχυριζόμενος· πείσθητε τάλανες, λέγων μεγαλῇ τῇ βοῇ, τῷ τῶν 'Αρειανῶν φρονήματι πείσθητε—τῷ 'Αρείου ὑπογράφοντες δόγματι ὃ νῦν κηρύττει, ὀνομαστὶ λέγων, Λούκιος: seqq.* Theodoret. iv. 22.

24, 13. *εἰς νῆσον τινα*] Hæc et quæ sequuntur de miraculo 243 facto in insula habent Rufinus, xi. 4, et Theodoretus iv. 21.

Cap. 25. Conf. Sozomen. iii. 15. Theodoret. iv. 29. Rufin. 244 xi. 7. Cassiod. viii. 8. Niceph. xi. 29.

25, 2. Διδυμος] Didymus, genere Alexandrinus, Scholæ Catecheseων Alexandrinæ præfectus, Hieronymi et Rufini præceptor. Claruit præcipue circa ann. 370, ab ipso Constantii tempore non incelebris. Vide Sozom. lib. iii. c. 15. et Theod. lib. iv. c. 29. In vivis adhuc erat anno 392, quo octogesimum tertium ætatis annum excesserat. *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 205. **READING.**

Conf. Hieronym. De Scriptor. Eccles. cix. Agitur de Didymo in Palladii Hist. Laus. iii. ubi obiisse dicitur annos natus lxxxv: cum Hieronymus dixerit eum excessisse octogesimum tertium annum A. D. 392 (quo tempore Hieronymus Catalogum suum scripsit): hinc eruitur mortuum eum esse A. D. 394: quod non fugit Clintonum F. R. Append. p. 442. Restat tamen nodus qui nondum solutus est: Palladius enim dicit se quater cum eo collocutum esse, decem annorum spatio: συντυχίας ἔσχηκα τέσσαρας, ἐκ διαλημμάτων ἀπερχόμενος πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ δέκα ἔτη. *ibid.*

25, 7. ὑπομνήματά τε ἐκδοὺς] De his Didymi commentariis in Origenis libros περὶ ἀρχῶν, loquitur Hieronymus in libro 1. adversus Rufinum: *Et multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse ut in Græco invenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata et firmiora posuisse.* Et in libro secundo adversus eundem Rufinum, *In primo libro περὶ ἀρχῶν, ubi Origenes lingua sacrilega blasphemavit, quod Filius Patrem non videat, tu etiam causus reddis, quasi ex persona ejus qui scripsit: et Didymi interpretaris σχόλιον, in quo ille casu labore conatur alienum errorem defendere, quod Origenes quidem bene dixerit: sed nos simplices homines et cicures Enniani, nec illius sapientiam, nec tuam, qui interpretatus es, intelligere possumus.* VALES.

25, 9. Τούτῃ λέγετα] Eadem res refertur ab Hieronymo 245 quoque in Epist. ad Castratium lxxviii. 2. Sed non a Palladio: qui memorat tamen Antonium ter ad Didymi cellam ut eum videret venisse: quod ille ab ipso Didymo acceperat.

Ibid. κατὰ τὸν Οὐάλεντος χρόνον] Male Epiphanius Scholasticus et reliqui interpretes hunc locum transtulerunt, quasi Antonius monachus Alexandriam venerit Valentis Augusti temporibus. Atqui constat Antonium monachum ex hac vita migrasse regnante Constantio. Docet id Hieronymus in

Chronico et in vita Hilarionis. Quonam autem Constantii imperatoris anno Antonius relicta solitudine Alexandriam descenderit, incertum est, utrum sub initium imperii Constantii, ante ordinationem Gregorii Ariani; an potius post Concilium Serdicense et secundam restitutionem Athanasii. VALES.

Cap. 26. Conf. Sozomen. vi. 17. Rufin. xi. 9. Theodoret. iv. 30. Cassiod. vii. 36. Niceph. xi. 17. seqq.

26, 6. [Ἱμερίου καὶ Προαιρεσίου] Himerius, Aminii rhetoris filius, ex Prusiade Bithyniæ urbe, sophista, claruit anno 361, sub Juliano imperatore. Obiit grandævus, oculis captus, morbo comitiali correptus. Edidit declamationes varias, quibus, teste Photio, latenter mordentes imitatus canes, Christianos allatrat. Prohæresius, Himerii æmulus, Pancratii filius, Cæsarea Cappadociæ oriundus, Antiochiæ apud Ulpianum disciplinis operam dedit. Athenis docuit paulo ante Libanium. Scripsit declamationes rhetoricas. *Suidas, Eunapius, Photius.* READING.

Extat Epigramma Gregorii Nazianzeni in obitum Prohæresii, in quo laudatur tanquam omnium oratorum princeps fuerat. Vid. Galland. Bibl. vi. p. 355. et Annot. ad l.

Ibid. [Λιβανίῳ συμφοιτήσαντες] Falsum puto quod hic ait 246 Socrates, Basilium atque Gregorium post confectum Athenis studiorum liberalium cursum, Libanium sophistam audiisse Antiochiæ. Refellit hoc Gregorius in carmine de vita sua, ubi scribit se tricesimum ætatis annum egisse cum Athenis digressus est, et amicos ipsum Athenis detinere voluisse, ut professor esset eloquentiæ: id quod etiam Rufinus testatur in libro xi. Historiæ. Se tamen paulo post clanculo inde aufugisse, et in patriam se recepisse. VALES.

Gregorius ipse testatur se juvenem (Ἄχρους παρειὰ, 112.) prius Alexandriæ literas attigisse, quam ad Athenas iret:

Τότ' οὖν Ἀλεξάνδρειαν ἐκλιπὼν ἐγὼ,
Κἀνθένδε γάρ τι τῶν λόγων ἐδρεψάμην,
Ἄρας ἔτεμνον πόντον εὐθὺς Ἑλλάδος.

Carm. De Vit. 128. tom. ii. p. 680.

Idem refert quoque, se primum a fratre suo Cæsario separatum esse, quando hic ad Alexandriam proficisceretur ipse vero in Palæstina propter scholam rhetoricas maneret, Orat. vii. 6: atque insuper, se Athenas reliquisse anno ætatis suæ fere

tricesimo, Carm De Vit. 239, cum paulum ibi post digressum Basili immoratus esset; Basilium autem interea ad Cæsaream reversum esse, atque exinde peregre profectum, Orat. xliii. 25; seipsum denique patriam suam venisse absente Basilio, ut parentes suos aleret, *ibid.* Unde conjici potest Gregorium primo institutum esse in Schola Palæstina, fortasse Beryti, dum Cæsarius Alexandriam pergeret; mox autem ipsum quoque se Cæsario ad Alexandriam adjunxisse, et deinde Athenas petiisse solum. Nusquam vero occurrit Antiochiæ mentio: nam ab Athenis Gregorius ad parentes suos reversus est. Basilius quidem scribit in Epist. i. ad Eustathium, p. 69, se illum ad Asiæ metropolim usque quæsisisse; quam Caveus credidit fuisse Antiochiam (Vit. Basil. p. 474), rectius alii Cæsaream Cappadociæ; at si verum id sit quod Caveus credidit, nihil tamen ad rem facit, nam Basilius iisdem ipsis verbis dicit se in metropoli illa ubicunque ea fuerit, non substituisse, sed continuo perrexisse quærendo: quamobrem non in ea epistola loquitur de secessu ad Antiochiam facto audiendi Libanii causa. Et jure videtur Valesius dubitasse de eo quod Socrates narrat, quamvis Sozomenus quoque idem repetat. Visum est nonnullis, eos deceptos esse simili nomine Basili ejus quæ Joannis Chrysostomi æqualis fuit. Plura vide in Vita S. Basili Benedictinorum, editioni Operum ejus præmissa.

26, 7. ἐπὶ δικανικῆν παρακαλοῦντων] Basilius scribit de seipso, ἡμεῖς οἱ πολὺν χρόνον ἐνεθισθέντες τῇ ἀγορᾷ ἀφειδῶς μὲν ἐχομεν τῶν ῥημάτων seqq. Epist. cl. tom. iii. p. 239: unde collegit Caveus eum diu advocatum fuisse et causas actitasse in foro, Vit. p. 474: quod tamen non liquet; nusquam enim, quod sciam, id aperte de eo traditur. Intelligenda potius videntur ea verba de exercitiis forensibus, quibus usi sunt adolescentes ad oratoricam artem ediscendam.

26, 8. παρὰ τῷ τηρικαῦτα ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ] Falsum hoc est. Nam Basilius postquam ab Athenis ad Cappadociam rediisset, paulisper illac commoratus (Gregor. Orat. xliii. 25.) et jam monasticæ vitæ cupidus, iterum domo discessit in Asiam, Alexandriam, Ægyptum, Palæstinam et alias regiones, (Epist. i. p. 69. et cccxiii. p. 337,) dum Gregorius domi residebat apud parentes suos, se amico suo adeo orbatum esse do-

lens (Orat. xliii. 25). Non igitur una ambo Antiochiæ tunc philosophiæ studuerunt.

26, 11. Βασίλειος] Basilius, *Magnus* dictus, ex illustri et vetusto genere, parentibus sanctissimis Basilio et Emmelia natus; majores habuit qui sub Maximiano confessionis gloria claruerunt. Basili patrem Possevinus, Labbeus, alique episcopum fuisse tradunt, absque levissima, quod sciam, veterum autoritate. Ipse Basilius ortu Cappadox, seu ut pressius loquar, Ponticus, civitate, si conjecturis agendum sit, Neocæsariensis; quod enim aliqui de Helenoponto dicunt, nullo authore fulcitur. Præfuit ecclesiæ Cæsariensi annis octo, mortuus anno 378, postremis his verbis habitis, *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*. Philotheus patriarcha CP. hoc Basili peculiare esse observat, de singulis tanto vigore disserere, ὡς περ τιτὰ ψυχὴν τοῖς ἀψύχοις λόγοις ἐμπνέειν, ut animam quandam sermonibus inanimatis inspirare videatur. Guil. Cave ad ann. 370. Natum fuisse dicit clariss. Dom. Du-Pin circiter ann. Dom. 328, denatum Kalend. Januar. anni 379. READING.

Ibid. ὑπὸ Μελετίου τοῦ Ἀντιοχείας] Philostorgius, iv. 12, sub A. D. 359, tradit Basilium jam tum diaconum fuisse. Hoc verum esse negant, neque Basilium a Meletio ordinatum esse diaconum, Benedictini in Vita Basil. ix. i. p. lxxvi.

Ibid. τῆς αὐτοῦ πατρὸς] Baronius Basilium anno Christi 369, ad episcopatum Cæsareæ promotum esse dicit: idque ex Gregorii Nysseni testimonio demonstrare conatur. Theophanes tamen ac Cedrenus in Chronico, initium episcopatus Basili magni anno Valentis nono consignant, qui fuit annus Christi 371. Anno autem octavo ejusdem Valentis Basilium adhuc presbyterum fuisse scribunt. Sic enim ait Theophanes ad illum Valentis annum: ὁμοίως καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ τὰς ἐκκλησίας παραδοῦναι ἐσπούδαζεν, τῆς ἐναντιώσεως δραζόμενος, ἧς ἔχειν παρ' αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρεσβυτέρου τότε τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Καισαρείας ὑπάρχοντος, καὶ Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον διεγείρουτος εἰς ζῆλον ὀρθοδοξίας, μὴ ὑπέκειν τῇ δυσσεβείᾳ Οὐάλεντος. Eadem habet Cedrenus, nisi quod post vocem Βασιλείου addit Ἰουλιανὸς, quod non probo. Idem confirmat Gregorius Nazianzenus in oratione de laudibus Basili. Ibi enim diserte testatur, tunc cum Valens succinctus hæreticorum antistitum

tricesimo, Carm De Vit. 239, cum paulum ibi post digressum Basili immoratus esset; Basilium autem interea ad Cæsaream reversum esse, atque exinde peregre profectum, Orat. xliii. 25; seipsum denique patriam suam venisse absente Basilio, ut parentes suos aleret, ibid. Unde conjici potest Gregorium primo institutum esse in Schola Palæstina, fortasse Beryti, dum Cæsarius Alexandriam pergeret; mox autem ipsum quoque se Cæsario ad Alexandriam adjunxisse, et deinde Athenas petiisse solum. Nusquam vero occurrit Antiochiæ mentio: nam ab Athenis Gregorius ad parentes suos reversus est. Basilius quidem scribit in Epist. i. ad Eustathium, p. 69, se illum ad Asiæ metropolim usque quæsisisse; quam Caveus credit fuisse Antiochiam (Vit. Basil. p. 474), rectius alii Cæsaream Cappadociæ; at si verum id sit quod Caveus credit, nihil tamen ad rem facit, nam Basilius iisdem ipsis verbis dicit se in metropoli illa ubicunque ea fuerit, non substitisse, sed continuo perrexisse quærendo: quamobrem non in ea epistola loquitur de secessu ad Antiochiam facto audiendi Libanii causa. Et jure videtur Valesius dubitasse de eo quod Socrates narrat, quamvis Sozomenus quoque idem repetat. Visum est nonnullis, eos deceptos esse simili nomine Basili ejus quæ Joannis Chrysostomi æqualis fuit. Plura vide in Vita S. Basili Benedictinorum, editioni Operum ejus præmissa.

26, 7. ἐπὶ δικανικῆν παρακαλούντων] Basilius scribit de seipso, ἡμεῖς οἱ πολλὸν χρόνον ἐνεθισθέντες τῇ ἀγορᾷ ἀφειδῶς μὲν ἔχομεν τῶν ῥημάτων seqq. Epist. cl. tom. iii. p. 239: unde collegit Caveus eum diu advocatum fuisse et causas actitasse in foro, Vit. p. 474: quod tamen non liquet; nusquam enim, quod sciam, id aperte de eo traditur. Intelligenda potius videntur ea verba de exercitiis forensibus, quibus usi sunt adolescentes ad oratoricam artem ediscendam.

26, 8. παρὰ τῷ τηρικαῦτα ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ] Falsum hoc est. Nam Basilius postquam ab Athenis ad Cappadociam rediisset, paulisper illac commoratus (Gregor. Orat. xliii. 25.) et jam monasticæ vitæ cupidus, iterum domo discessit in Asiam, Alexandriam, Ægyptum, Palæstinam et alias regiones, (Epist. i. p. 69. et cccxiii. p. 337,) dum Gregorius domi residebat apud parentes suos, se amico suo adeo orbatum esse do-

lens (Orat. xliii. 25). Non igitur una ambo Antiochiæ tunc philosophiæ studuerunt.

26, 11. Βασίλειος] Basilius, *Magnus* dictus, ex illustri et vetusto genere, parentibus sanctissimis Basilio et Emmelia natus; majores habuit qui sub Maximiano confessionis gloria claruerunt. Basili patrem Possevinus, Labbeus, aliique episcopum fuisse tradunt, absque levissima, quod sciam, veterum autoritate. Ipse Basilius ortu Cappadox, seu ut pressius loquar, Ponticus, civitate, si conjecturis agendum sit, Neocæsariensis; quod enim aliqui de Helenoponto dicunt, nullo authore fulcitur. Præfuit ecclesiæ Cæsariensi annis octo, mortuus anno 378, postremis his verbis habitis, *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*. Philotheus patriarcha CP. hoc Basili peculiare esse observat, de singulis tanto vigore disserere, ὡς περ τιὰ ψυχὴν τοῖς ἀψύχοις λόγοις ἐμπνέειν, ut animam quandam sermonibus inanimatis inspirare videatur. Guil. Cave ad ann. 370. Natum fuisse dicit clariss. Dom. Du-Pin circoiter ann. Dom. 328, denatum Kalend. Januar. anni 379. READING.

Ibid. ὑπὸ Μελετίου τοῦ Ἀντιοχείας] Philostorgius, iv. 12, sub A. D. 359, tradit Basilium jam tum diaconum fuisse. Hoc verum esse negant, neque Basilium a Meletio ordinatum esse diaconum, Benedictini in Vita Basil. ix. i. p. lxvi.

Ibid. τῆς ἐαυτοῦ πατρὶδος] Baronius Basilium anno Christi 369, ad episcopatum Cæsareæ promotum esse dicit: idque ex Gregorii Nysseni testimonio demonstrare conatur. Theophanes tamen ac Cedrenus in Chronico, initium episcopatus Basili magni anno Valentis nono consignant, qui fuit annus Christi 371. Anno autem octavo ejusdem Valentis Basilium adhuc presbyterum fuisse scribunt. Sic enim ait Theophanes ad illum Valentis annum: ὁμοίως καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ τὰς ἐκκλησίας παραδοῦναι ἐσπούδαζεν, τῆς ἐναντιώσεως δραζόμενος, ἧς ἔχειν παρ' αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρεσβυτέρου τότε τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Καισαρείας ὑπάρχοντος, καὶ Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον διεγείροντος εἰς ζῆλον ὀρθοδοξίας, μὴ ὑπέκειν τῇ δυσσεβείᾳ Οὐάλεντος. Eadem habet Cedrenus, nisi quod post vocem Βασιλείου addit Ἰουλιανὸς, quod non probo. Idem confirmat Gregorius Nazianzenus in oratione de laudibus Basili. Ibi enim diserte testatur, tunc cum Valens succinctus hæreticorum antistitum

manu, expeditionem suscepit adversus ecclesias Orientis, quas Arianis tradere festinabat, Basilium adhuc presbyterum fuisse Cæsariensis ecclesiæ. Porro Valens expeditionem illam adversus orthodoxos suscepit tertio suo consulatu, id est anno Christi 370, ut docet Socrates. Idem confirmat Gregorius Nyssenus in libro primo adversus Eunomium, ubi respondens Eunomio, qui Basilio pavorem ac pusillum animum objecerat, Valentis apparatus et expeditionem adversus ecclesias sic describit: ἐξήλαυε μὲν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ τὴν ἔψαν ὁ βασιλεὺς, ἀπὸ τοῖς κατὰ τῶν βαρβάρων αὐτῷ κατορθωθείω ἐπηρμένος τὸ φρόνημα seqq. *Progressus imperator Constantinopoli, cum ingenti apparatu proficisceretur in Orientem, elatus animo ob res paulo ante adversus Barbaros feliciter gestas.* Id est post bellum adversus Gothos, et fœdus cum iisdem percussum. Quod contigit anno Christi 369, ut testatur Ammianus Marcellinus. Quare Valentis illa profectio ad vastandas ecclesias Dei, contigit anno Christi 370, ut jam dixi. Tunc vero Basilium adhuc fuisse presbyterum, ibidem docet frater ejus Gregorius. Ait enim præfectum prætorii, Modestum scilicet, primo quidem blanditiis usum fuisse, ac promisisse Basilio præsulatum et gubernaculum ecclesiæ, si modo imperatori parere vellet. Verba Nysseni hæc sunt, πεισθέντι μὲν τὴν ἐκ βασιλέως τιμὴν, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκκλησίας προτείων. Nondum ergo tunc Basilius episcopus erat Cæsariensis ecclesiæ, cum illum Modestus subvertere conatus est. Porro Modestus præfecturam prætorii primum gessit Gratiano secundo et Probo consulibus, anno Christi 371, ut notavi ad librum 29, Ammiani Marcellini. Alio quoque argumento probari potest, Basilium post annum Christi 370 ad episcopatum Cæsariensis ecclesiæ promotum fuisse. Etenim Nazianzenus in oratione funebri quam in eum conscripsit, ait Basilium adhuc presbyterum fuisse, tunc cum fames illa, omnium quæ unquam fuisse memorantur longe gravissima, contigit in Cappadocia. Hæc autem ipsa est, cujus supra meminit Socrates, quæ accidit Valentiniano tertio et Valente tertium consulibus. VALES.

Locus Gregorii Nysseni est in Contra Eunom. I. p. 312, seqq. ubi Valentis persecutio accurate depingitur. “Quo Basilius anno ordinatus fuerit, non una est criticorum sententia. Baronius et Bollandus anno 369 ordinatum fuisse con-

tendant; anno 370 Petavius et Tillemontius. Nihil moror Pagium qui ordinationem differt usque ad annum 371. Hæc enim opinio stare non potest. Ex duabus autem aliis sententiis longe potior videtur ea quam defendit Tillemontius," seqq. Benedictin. in Vit. Basil. xiii. iv. p. lxxxiii.

26, 12. *δρομαῖος ἐπὶ τὰ ἐκεῖ μέρη*] Gregorius Nazianzenus, cui magis credendum est in his rebus, in oratione funebri de laudibus Basilii testatur, Basilium adhuc presbyterum ad eas partes se contulisse, eo consilio ut Arianorum perfidiæ sese opponeret. VALES.

Longe aliter hæc a Gregorio narrata sunt in eadem Orat. xliii. 27—37. Postquam Basilius ordinatus esset presbyter Cæsareæ, tanta in eum conflata est invidiæ vis, ab Eusebio episcopo et e jurgiis quæ propter turbulentos aliquos monachos excitabantur, ut satius duxerit paulisper secedere et alibi otium quærere, donec sedatæ essent rixæ. Fugit ergo, comite Gregorio, in solitudinem Ponti, atque ibi se monachis adjunxit, et eorum disciplinæ totum se dedit. Cum autem postea Valens Arianorum studio flagrans cœpit orthodoxos vexare, Basilius latebras suas deseruit, et rursum se Cæsaream contulit ut laboranti ecclesiæ subveniret. Conciliato igitur iterum Eusebii favore, ecclesiæ rebus strenuam ei navanti operam intervenit fames illa gravissima, modo memorata supra, 16, quæ et laborem et famam ejus, et civium in eum amorem, magnopere auxit: itaque, quando paulo postea mortem obiisset Eusebius, Basilius summo omnium assensu episcopus in ejus locum electus est. Hæc sunt quæ Gregorius fuse enarrat l. c.

26, 13. *τῆς Ναζιανζοῦ πόλεως*] Hausit hoc Socrates ex Ru- 247 fino, qui in libro secundo Historiæ cap. 9, ita scribit: *Gregorius vero apud Nazianzon oppidum in locum patris episcopus subrogatus, hæreticorum turbinem fideliter tulit.* Constat tamen Gregorium non episcopum, sed coadjutorem duntaxat patris ipsius Gregorii in episcopatu Nazianzeno factum fuisse: verum ea conditione, ne patri in episcopatu succederet, ut ipsemet testatur in oratione 8, et in carmine de vita sua. Prius vero episcopus Sasimorum constitutus est a Basilio magno, qui hunc episcopatum primum instituerat, ut locum illum ecclesiæ suæ assereret, quemadmodum testatur Gregorius in carmine

de vita sua. Hinc ad Constantinopolitanam sedem translatus, paulo post ea relicta, Nazianzum se recepit, et episcopatum ejus loci aliquandiu administravit, donec senio ac morbis defatigatus, successorem sibi ipse delegit. Recte ergo Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis ita scribit: *Gregorius primum Sasimorum, deinde Nazianzenus episcopus* seqq. Mirumque est, cum tres episcopatus gesserit, omnes tamen ambiguos esse atque incertos. Certe ipse in epistolis sæpius negat se episcopatum Sasimorum unquam administrasse, aut sacerdotale munus ullum illic obiisse. Constantinopolitanum autem episcopatum nec Hieronymus ejus discipulus, nec Rufinus ei adscribunt. Nazianzenum denique episcopatum alteri potius tradidit, quam ipse gessit. VALES.

Gregorius Nazianzenus natus est Arianzi in prædio paterno prope Nazianzum, circa Nicæni concilii tempora. Patrem habuit Gregorium, virum optimum, at Hypsistariorum erroribus misere seductum (secta ea fuit ex Judaismo et Gentilismo conflata, quæ tamen summum illum et ἑψιστον Θεόν, unde sectæ nomen, unice colebat) matrem Nonnam, fæminam lectissimam et pietate conspicuam, qua mediante, conjux ab erroribus ad Christianam religionem revocatur, et ad Nazianzenæ urbis episcopatum promovetur, quem 45 annis tenuit, et pene centenarius obiit. Gregorius filius diserte negat, se unquam Nazianzi episcopum factum, sed patris solummodo coadjutorem. A Theodosio M. in Constantinopolitanæ urbis cathedra collocatur filius; in eadem a concilio Œcumenico anno 381 illic coacto confirmatus. Verum orta mox in synodo non levi hac de re contentione, ipse sedi suæ sponte renunciavit. Obiit anno 389, ætatis suæ circiter 65. Vir erat in quovis disciplinarum genere præstantissimus, in Theologia summus; unde *Theologus κατ' ἐξοχὴν* dictus. *Guil. Cave ad ann. 370.* READING.

Socrates ipse testatur Gregorium primo episcopum Sasimorum fuisse, infra, vii. 36, 10. Gregorius de seipso scripsit, *episcopum se primo designatum sive nominatum fuisse Sasimis, (προεβλήθη), renuntiatum vero (ἐπεκηρύχθη) primum Nazianzi, Epist. clxxxii. clxxxiii; et se hujus episcopatum accepisse paulisper, tanquam advenam, rogatu patris et amicorum suorum, Epist. clxxxii.* Scilicet consecratus est invitus episcopus

Sasimis, atque inde profugit ad Pontum: tum vero postea rogatus a patre rediit, et curam ecclesiæ non Sasimorum sed Nazianzi suscepit ad sublevandum patris sui munus. Plura vide in Epist. xlviii. xlix. l. Orat. ix. x. xi. xii. Carm. De Vit. 439, seqq. et Præfat. Benedictin. iv. p. xxxiv. seqq.

26, 15. τῇ Κωνσταντινουπόλει] Hæc quoque Socrates e Rufino: fallitur tamen. Nam Rufinus scribit, *Reddita vero pace Constantinopolim ad ecclesiam docendam venire exhortatus non abnuvit*; quod non dici potuit regnante Valente, sed Theodosio: neque usquam deprendimus Gregorium illo tempore Constantinopoli degisse, quemadmodum hic Socrates narrat.

26, 16. ἀπὸ τῆς Καισαρείας ἀγώγιμον] Hæc non conveniunt cum iis quæ de Basilio narrant Gregorii duo, Nazianzenus scilicet in oratione funebri [xliii.], et Nyssenus in libro primo adversus Eunomium [p. 312. seqq.] Neque enim Antiochiæ exhibitum esse Basilium coram Modesto præfecto prætorio, sed in urbe Cæsarea id gestum esse testantur. Recte ergo Sozomenus errorem Socratis hoc loco correxit in libro sexto, cap. 16; ubi scribit Valentem Antiochia venisse Cæsaream, et jussisse ut Basilius ad tribunal præfecti prætorio traheretur. Porro notandum est, Valentem Augustum bis Cæsaream venisæ, et Basilium expugnare tentasse: primum cum Basilius adhuc esset presbyter; quod anno Christi 370 factum esse supra demonstravimus. Idque plane confirmat Sozomenus in libro sexto. Iterum postea ex urbe Antiochena venit Cæsaream, Basilio jam ad episcopatum promoti. Sed quo anno id factum sit, non satis liquet. Suspicio tamen id anno Christi 371, aut 372 contigisse. Id autem colligo ex Modesti præfectura, quæ in eos annos incidit. Has duas Valentis profeciones distinguit Nazianzenus in oratione xx. p. 346, [xliii. 44, p. 804,] his verbis, ἀλλ' ἦκεν ἡμῖν ἀθθῖς, seqq. VALES.

26, 17. πεύσιν τε προσαγάγοντος αὐτῷ] Sumpsit hæc Socrates ex Rufini libro secundo Historiæ Ecclesiasticæ. Ceterum Gregorius Nyssenus in libro primo adversus Eunomium, Basilium bis ante tribunal Modesti præfecti prætorio stetisse dicit, semel cum esset presbyter: iterum deinde cum esset episcopus: verum prioris illius interrogationis nullam mentionem facit Nazianzenus. VALES. Conf. quæ Valesius modo citavit ex eodem loco Gregorii Nysseni supra, ad § 11.

26, 17. συνίστατο] Conf. ἀνδρείως συνίστατο τούτῳ τῷ δόγματι, Sozomen. vi. 17.

26, 19. λέγεται εἰπεῖν τὸν Βασίλειον] Basilium constanter et animose respondiisse quando primum coram præfecto stetit, refert Nyssenens p. 313. Colloquium, quod habitum est secunda vice inter eum et præfectum, describit Nazianzenus, 48, p. 806 seqq., cujus pars hic a Socrate narratur. Theodoretus, iv. 19 alia quædam commemorat, non facto temporis discrimine. Pauca quoque præter hæc Rufinus.

Ibid. ὀφελόν σου ἐαυτὸν μὴ ἐνήλλαττες] Rufinus habet: *utinam te non mutares*. Quibus verbis objurgat Modestum Basilium, quod se ex catholico Arianum fecisset, ut principi gratificaretur. Modestum certe Arianum fuisse docet Gregorius in oratione funebri. VALES.

Postremum hoc præfecti effatum cum Basilii dicitur non habet Nazianzenus.

26, 20. Οὐκ εἰς μακρὰν] Nazianzenus refert, post habitum 248 Basilii cum præfecto colloquium, adfuisse imperatorem sacræ synaxi Cæsareæ festo Epiphaniæ, nempe Jan. d. 6; quod contigit, ut videtur, A. D. 372. vid. Fast. Roman.; tum etiam iterum eum ecclesiæ sacris interfuisse; mox vero pergit narrare morbum et mortem ejus filii, Or. xliii. 52-54.

Ibid. ὃ ὄνομα ἦν Γαλάτης] Hic alio nomine Valentinianus junior vocabatur, ut supra [c. 10.] observavi. Galates autem cognominatus est, eo quod natus esset in Galatia. Porro cum Socrates eum hic νήπιον appellet, id est, infantem; hinc non mediocriter confirmatur opinio nostra, quam supra retulimus, hæc scilicet gesta esse circa annum Christi 371 aut 372. Valentinianus enim junior natus est anno Christi 366, ut supra notavi, a quo anno ad annum 372, anni sunt sex absoluti. Ita sexennis mortuus fuerit junior Valentinianus, qui et Galates: sexennis autem puer νήπιος recte dicitur. VALES.

Nomen vero illud Galates ab aliis scriptoribus præter Sozomenum non traditur.

26, 25. ὃ Ρουφίνος εἰς τὴν Ῥωμαίων γλῶσσαν] *Ex quibus nos denas ferme singulorum oratiunculas transfudimus in Latinum*, Rufinus in Hist. Eccles. xi. 9. Octo Basilii Homiliæ Latine versæ cum præfatione Rufini extant in Appendice Op. Basil. tom. ii. p. 713. Plura vid. in Præf. Benedictin. p. lxxxvi. Duse

item Orationes Gregorii Nazianzeni sub Rufini nomine versæ, xlix et l. ed. Billii Paris, 1609, p. 717, seqq.

Cap. 27. Conf. Cassiod. viii. 8. Niceph. xi. 19.

27, 1. ὁ Ποντικὸς Γρηγόριος] De Gregorio Thaumaturgo, qui obiit anno 265, vide Euseb. Hist. lib. vi. cap. 30. READING.

Ibid. ἐκ τῆς ἐν Πόντῳ Νεοκαισαρείας] Id testatur Gregorius Nyssenus in Vita Gregorii sive Theodori hujus p. 537. tom. iii. Gregor. Nyss. Op.

27, 3. ἐπὶ τὴν Καισάρειαν παραλύεται] Nyssenus narrat, eum omnem Græcorum scientiam didicisse, nec tamen Athenas nec Berytum nominat; et venisse quoque Alexandriam, ibique aliquamdiu inter studiosos versatum esse; tum postea pertæsum eum externæ sapientiæ Originem adiiisse ut sacras literas edisceret, non dicit tamen hoc Cæsareæ factum esse. Denique prorsus aliter ipse Gregorius referre videtur se cum ad jam Berytum destinatus esset, quo legibus Romanis erudiretur, casu quodam ad Cæsaream Palestinam transvectum esse, atque ibi occurrisse Origeni; cujus disciplina semel imbutum legum institutis valedixisse, atque illi magistro se totum addixisse donec postea a Cæsarea ad patriam suam retractus sit. Gregor. Neocæsar. Panegy. ad Orig. p. 57. 74.

27, 5. πρῶτον μὲν λαϊκὸς ὄν] Nyssenus tamen nullum ejus 249 miraculum memorat antequam ad sacerdotium consecratus esset. Phædimus enim episcopus Amasæe eum invitum et absentem instituit precibus ordinare, εἰπὼν ὁμοίως ἐαυτὸν τε κἀκείνον ἐπὶ τῆς ὥρας ἐκείνης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καθορᾶσθαι, p. 544, unde ministerium sacrum suscepit Gregorius.

27, 6. συστατικὸς λόγος] Musculus vertit, *Liber Gregorii adjungitur, quo Origenem commendavit*. Christophorsonus autem ita interpretatur, *Oratio Gregorii in Origenis commendationem conscripta*. Verum hanc interpretationem probare non possum: neque enim oratio illa a Gregorio Thaumaturgo scripta est ad commendationem Origenis; sed ad agendas gratias præceptoris, cum ex ejus schola discederet. συστατικαὶ quidem dicuntur epistolæ commendaticiæ. Orationes autem συστατικαὶ nullæ unquam fuerunt. Quare non dubito, quin συντακτικὸς scribendum sit, licet Nicephorus vulgatam lectionem confirmet. Est autem συντακτικὸς λόγος, oratio qua vale dicitur, ut monui in Annotationibus Eusebianis, quas studiosus lector consulat. VALES.

Non probo Valesii conjecturam: non enim opus est vim vocis *συστατικὸς* adeo ad epistolas solas constringere. Et cum oratio illa Origenem laude cumulat, jure poterat *συστατικὸς*, sive commendatiois in eum, dici a Pamphilo cum Origenis Defensionem componeret. Legitur inter Opera Gregorii Thaumaturgi, p. 48. ed. Paris. 1622.

Cap. 28. Conf. Sozomen. vi. 24. fin. Cassiod. viii. 9. Niceph. xi. 14.

28, 1. *ὁ ἀκριβὴς τῆς ἐκκλησίας αὐτῶν κανὼν*] Similiter scripsit Socrates de Novatianorum canone, *τὴν ἀκριβείαν τοῦ αὐστηροῦ κανόνος*, supra, i. 10, 3.

28, 2. *Ναύατος*] Sic fere Græci vocant eum qui Novatianus dicebatur. De cujus hæresi consulendus est Eusebius et Epiphanius, et Auctor quæstionum Veteris ac Novi Testamenti, et Theodoritus. VALES.

De Novato et Novatiano, quos duos homines fuisse ex Cypriano observavit Beveregius, annot. in Can. p. 69. vide Euseb. Hist. lib. vi. cap. 43. READING.

Frequens est inter Græcos horum duorum hominum confusio, immo unius eorum ignorantia. Vide Euseb. H. E. vii. 8, cum titulo capituli. Hieronymus vero ambos nominat, et recte distinguit Novatianum Romanum presbyterum a Novato presbytero Cypriani et auctore doctrinæ Novatianorum. Scriptor. Eccles. lxx.

28, 7. *κατ' ἔθος*] Negat Valesius hoc Græcum esse: attamen 250 legitur *κατὰ φύσιν ἢ κατὰ ἔθος*, Platon. Leg. ii. p. 655. Steph.

28, 15. *οὗτος μὲν ὕστερον ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ*] Novatiani auctorem sectæ suæ martyrem fuisse jactabant; qui et librum conscripserunt, cui titulus erat *Martyrium Novatiani*. Sed hunc librum mendacis ac fabulis refertum jampridem confutavit Eulogius episcopus Alexandrinus in libro sexto contra Novatianos, cujus excerpta habentur in Bibliotheca Photii [codd. 182. 208. 280.] Ceterum in actis illis martyrii Novatiani, non martyrium passus esse dicebatur Novatianus, sed tantum fidem Christi confessus. Ex octo enim presbyteris ecclesiæ Romanæ, qui erant sub Macedonio episcopo urbis Romæ, septem quidem idolis sacrificasse dicit auctor Actorum una cum Macedonio, solum vero Novatum egregio confessionis martyrio perfunctum esse. Cum Novatiano autem tres episcopos, solos fere ex Occidentis partibus, martyrium dixisse,

Marcellum scilicet et Alexandrum Aquileiæ episcopos, et Agamemnonem episcopum Portuensem, vel potius Tiburtinum. Qui post illam confessionem separatim degentes, et collectas celebrantes cum Novatiano, communionem eorum fugiebant qui sacrificaverant idolis. Ac paulo post manus imponentes Novatiano, eum episcopum urbis Romæ ordinarunt. VALES. [e Photio.]

28, 16. κατὰ τὴν κοινωλίαν τούτου συνεχωρήθησαν] Illis quæ 251
in margine textus citata sunt, hæc subdit Valesius, “Ante Valentis tempora Novatiani in Phrygia, eodem tempore quo reliqui catholici Pascha celebraverant. Exinde vero communionem ac societatem catholicorum in hac etiam parte fugere cœperunt. Porro, etsi iudicium Socratis valde probo, qui causam reddit, quamobrem præcipue Phryges Novatianam hæresim amplexi sint, alia tamen ratio ejus rei afferri potest. Novatus enim, seu potius Novatianus, ex Phrygum gente ortus fuisse dicitur, ut scribit Philostorgius in libro viii. [15,] καὶ τὸν Ναυάτον ἐκ φυλῆς ὀρμάσθαι τῶν Φρυγῶν. Quare non mirum est si multos in ea provincia dogmatis sui habuit sectatores. VALES.

28, 18. τὸ ἀνὴρ παλαιός] Suspicio hunc esse Auxanonem illum longævum, presbyterum ecclesiæ Novatianorum, cujus testimonio utitur Socrates in lib. i. cap. 10. et 13. Ceterum non omittenda sunt hoc loco Nicephori verba de Socrate nostro. *Hæc sibi renuntiata esse Socrates, qui hoc loco non abhorre se a Novatianorum institutis palam præ se fert, a sensu quodam scribit, seqq.* Ego tamen non assentior Nicephoro. VALES.

Cap. 29. Conf. Rufin. xi. 10. Sozomen. vi. 23. Faustini et Marcellini Libell. Prec. in Biblioth. Patr. Galland. vii. p. 461, seqq. Am. Marcellin. xxvii. 3. Cassiod. viii. 10. Niceph. xi. 30.

29, 1. Δάμασος] Damasus, Antonii cujusdam filius, gente Hispanus, patria ex Mantua Carpetanus, quem tamen alii Tarraconensem, alii ex Lusitanis Igeditanum fuisse volunt: ecclesiæ Romanæ sub Liberio diaconus, deinde presbyter, denique episcopus anno 366 (*sic scribit cum Pagio et Vales. 367,*) constitutus, alia interim factione Ursinum sive Ursinum diaconum Romæ episcopum ordinante. Magna utrinque contentione, et multo sanguine res acta est; adeo ut uno die, notante Ammiano, lib. 27, cxxxvii cives occisi sunt. Victo

demum fugatoque Ursicino, Damasus sedem quietam tenuit. *Guil. Cave ad ann. 366.* READING.

29, 2. Οὐρσίνος] Ita in codice Regio, Valent. et Colb. nominatur. Neque aliter eum appellant Hieronymus et Cassiodorus. Accedunt epistolæ concilii Aquileiensis et concilii Romani a Jac. Sirmundo editæ, in quibus Ursinus dicitur, ut et apud Rufinum. *Valesius not. in Ammian. lib. xxvii. cap. 3. ubi etiam legit Ursinus. Doctiss. tamen Dom. Du-Pin, Caveus, et Pagius Ursicinus malunt.* READING. Οὐρσίκιον appellat Sozomenus.

29, 3. παρασυνάξαι] Verbum elegans ad significandos conventus schismaticorum, qui altare contrarium altari erigere dicuntur. Hinc derivatur παρασυναγωγή, genus schismatis, de quo loquitur Basilius in epistola canonica ad Amphiloichium [Ep. clxxxviii. 1. p. 268.] de baptismo hæreticorum. Verba Basilio hæc sunt: παρασυναγωγὰς δὲ τὰς παρασυνάξεις, τὰς παρὰ τῶν ἀνυπευθύνων πρεσβυτέρων καὶ ἐπισκόπων, ἧ παρὰ τῶν ἀπαιδεύτων λαῶν γινομένας. VALES.

29, 4. βασιλικῆς τῆς ἐπικαλουμένης Σικίνης] *In basilica quæ Sicinini appellatur*, Rufinus, a quo Socrates hæc desumpsit; verum videtur Rufini verba male intellexisse: nam basilica illa ecclesia fuit; Marcellinus scribit, *in basilica Sicinini, ubi ritus Christiani est conventiculum.* Faustinus tamen et Marcellinus in relatione sua ad imperatores, dicunt Ursinum electum esse *in Juli basilica.* Sozomenus non hic sequitur Socratem.

29, 6. τοῦ τότε ἐπάργου Μαξιμίλου] Sumpsit hæc Socrates ex 252 Rufini lib. ii. Historiæ Ecclesiasticæ, qui de Ursini schismate loquens ita dicit: *Quæ res factione Maximini præfecti, sævi hominis, ad invidiam boni et innocentis versa est sacerdotis, ita ut causa ad clericorum usque tormenta duceretur.* Eo quidem anno quo Ursinus suum schisma conflavit, non Maximinus, sed Juventius præfectus urbi fuit, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. xxvii. Sed cum hoc schisma multos annos duraverit, fieri potest ut Maximinus præfectus annonæ de eodem negotio cognoverit, et nonnullos clericorum tormentis affecerit. Fuit autem hic Maximinus præfectus annonæ anno septimo Valentiniani, ut scribit Hieronymus in Chronico. De eodem multa habet Marcellinus. VALES.

Hunc *Maximum* appellat Rufinus. Illum vero quem eo anno

Am. Marcellinus refert fuisse præfectum urbi, nempe Juventium, Libellus Faustini et Marcellini Viventium vocat, additque, Julianum tunc præfectum annonæ fuisse. Maximini crudelitatem dum annonæ præfectura fungebatur commemorant Am. Marcellinus xxviii. 1, et Hieronymus in Chronico: constat tamen ea serius gesta esse, fortasse non ante A. D. 369. Plura vide in Clinton. Fast. Rom. eo anno, Vales. ad Am. Marcell. l. c., Vallars. Annot. ad Hieronym. Chronic.

29, 6. Οὐρόρινον παύσασθαι] Obiit Liberius Septembris d. 24, A. D. 366. Electus est Ursinus in Julii basilica: exinde tumultus; et pulsus in exilium est Ursinus. Postea pugnatum est ad Liberii basilicam Octobris d. 24. Ursinus rediit ad Urbem permissu Valentiniani Septembris d. 15, A. D. 367: relegatus tamen novo ejusdem edicto rursus in exilium abiit Novembris die 16. Faustini et Marcell. Libell. Præfat. p. 462.

Cap. 30. Conf. Rufin. xi. 11. Sozomen. vi. 23, et 24. Theodoret. iv. 6. Niceph. xi. 32.

30, 1. ἐπισκόπου Ἀύξετιλου] Hæc pene ad verbum transcripsit Socrates ex Rufini lib. ii. Historiæ. Eundem enim ordinem servat quem Rufinus, post ordinationem Damasi continuo subjungens Ambrosii promotionem. Verum licet Rufinus ac Socrates has duas ordinationes, velut eodem tempore factas conjunxerint, multum tamen temporis inter utramque ordinationem intercessit. Nam Damasus quidem pontificatum iniit Lupicino et Jovino consulibus, anno Christi 367. Ambrosius vero ad episcopatum Mediolanensem evectus est anno Christi 374. Gratiano tertio ab Equitio consulibus, ut ex Hieronymi Chronico observavit Baronius. VALES.

Damasus electus est episcopus Romæ Gratiano et Daga-laifo Coss. A. D. 366: ut modo diximus, auctore Libello Faustini et Marcell. Præfat. Auxentius damnatus est in synodo Romana A. D., ut videtur, 372. Vide Theodoret. ii. 22. Sozomen. vi. 23. et Mansi Dissertat. in Concil. t. iii. col. 463. Quibus addit Sozomenus, c. 24, Auxentium paulo postea mortuum esse. Initium episcopatus Ambrosii Prosper adsignat anno post consulatum Gratiani iii. et Equitii, qui fuit A. D. 375. Alii computant ad A. D. 374. Plura vide in Clinton. Fast. Rom. A. D. 375. col. 4.

30, 2. Ἀμβρόσιος] Ambrosius, origine Romanus, ortu Gal-lus, nobili et splendida familia natus est anno 333. Patrem

habuit Ambrosium, tunc temporis Galliarum prætorio præfectum; quem Arelate, Galliæ Narbonensis metropoli, domicilium habuisse probabile est. In cunis adhuc vagientis, et aperto ore in area prætorii dormientis pueri subito insedit ori examen apum; quæ cum ingrediendi egrediendique vires frequentassent, in sublime tandem evolarunt. Quo viso pater juxta deambulans, *Si vixerit*, inquit, *infantulus iste, aliquid magni erit*. Puer adhuc cum Romæ ageret, et matrem viduam una cum sorore ejusque comite, episcopi manum osculantem videret, ipse iis dextram obtulit, lepide dicens, *sibi id ab iis fieri oportere*, siquidem episcopum se futurum esse memorabat. Omni sæcularium literarum genere perpolitus, causas in auditorio præfecturæ prætorii tanta eloquentia egit, ut Probus prætorii præfectus eum sibi consiliarium adsciverit; mox etiam insignia consularia ei detulerit, commissis ipsius regimini Liguria et Æmilia provinciis, eique proficiscenti mandata dedit his verbis, *Vade, age, non ut judex, sed ut episcopus*. Provinciam ingressus, Mediolani lares fixit, donec anno 374, mortuo Auxentio ejusdem urbis episcopo, et de novi episcopi electione acriter contendentibus, hinc catholicis, inde Arianis; cum res jam in nervum eruptura esset, adest Ambrosius, ut autoritate sua paci publicæ consuleret; cum subito vox quasi infantis in populo audita est, *Ambrosium episcopum*. Voci acclamarunt, calculisque suis approbarunt episcopi et populus adstantes. *Guil. Cave ad ann. 374*. Vide Sozom. lib. vi. c. 24. Theodorit. Hist. lib. iv. c. 6. Rufin. lib. ii. c. 11. præcipue vero Paulin. Vit. D. Ambrosii. Doctiss. Ant. Pagi et Du Pin Ambrosium existimant natum fuisse ann. 340. De Auxentio vide supra, lib. ii. c. 37. **READING.**

Cap. 31. Conf. Sozomen. vi. 36. Rufin. xi. 12. Cassiod. viii. 253
11. Niceph. xi. 33. Philostorg. ix. 16.

31, 4. τοὺς ἀπλότους Σαρδοματῶν] Non admodum exacte hæc a Socrate narrantur. Jamdudum enim advenerat Sarmatarum legatio: vide Am. Marcellin. xxx. 5: post quam auditam Valentianus Carnuntum profectus est, ubi tres menses æstivos egit, "*peruasurus opportune Quados tumultus atrocis auctores,*" ib. 5, 11. Quadorum vero legatio fuit quæ postea ad eum venit ad Bregitionem. Cetera vide ibid. 6. Zosimus quoque dicit Quadorum eam legationem fuisse, iv. 17.

31, 6. αἴματος ἐκδοθέντος] Eadem fere de causa et modo

mortis Valentiniani tradunt Ammianus, lib. xxx. c. 6. et Zosimus, lib. iv. **READING.**

In multis tamen Socrates a Marcellino discrepat. Hieronymus habet, *Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod Græce apoplexis vocatur, Brigitione moritur*, Chronico: quem sequitur Orosius vii. 32.

Ibid. ἐπτακαίδεκάτην τοῦ Νοεμβρίου] Idacius in Fastis ad annum 375 hæc habet: *Diem functus Valentinianus senior xv Kal. Decemb. in Castello Virgitione. Et levatus est Valentinianus junior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in tribunali, die x Kal. Decemb. in civitate Acinco, aliis Aquinco, quam Cluverius Budam esse autumat, [alii Cepol ad Danubium.]* Ammianus, lib. xxx. c. 6. ait, mortuum esse Valentinianum anno ætatis quinquagesimo quinto, imperii, minus centum dies, secundo et decimo. Ex quo liquet, Ammianum emortualem diem non excludere, scil. xvii Novembris; recteque Socratem lib. iv. c. 1, scripsisse, Valentinianum die vigesima quinta Februarii dictum esse imperatorem; cum a die xvii Novembris anni 375, quo is mortuus est, ad xxv Februarii anni sequentis, dies centum numerentur, die xxv, quo Valentinianus electus, excluso: sequens enim annus bissextilis fuit. *Ant. Pagi ad ann. 375. n. ii. READING.*

Ibid. ἔτη δεκατρία] Imo non totos annos duodecim, ut recte Zosimus, lib. iv. deerant enim tres menses et aliquot dies: imperium scil. auspicatus est Valentinianus Feb. 25. ann. 364, mortuus est Novemb. 17. ann. 375. *W. Lowth. READING.* Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 375. col. 2.

31, 7. Οὐαλεντινιανὸν] Quem tunc quadrimum memorant Marcellinus, Victor in Epitome, et Zonaras: Zosimus certe vix quinquennem fuisse dicit. Verum quidem est, plures annos ei Baronium attribuere, quod existimet eum esse Valentinianum illum, qui anno 366 in lucem prodiit, quique non multo post, Victore collega, consulatum gessit. At hunc errorem refutavit *Ant. Pagi ad ann. 366. n. vi.* ostenditque Valentinianum illum Dominicæ et Valentis filium fuisse, et hoc tempore, ut videtur, jam obiisse: Valentinianum vero qui Valentiniano seniori successit, filium fuisse ejusdem Valentiniani ex Justina secunda ejus uxore. *Vide eund. Pagi ad ann. 375. n. v. et Vales. in Socratis lib. iii. c. 10. READING.*

31, 7. Ἀκίμφη πόλει τῆς Ἰταλίας] Duplex error, alter libra- 254

habuit Ambrosium, tunc temporis Galliarum prætorio præfectum; quem Arelate, Galliæ Narbonensis metropoli, domicilium habuisse probabile est. In cunis adhuc vagientis, et aperto ore in area prætorii dormientis pueri subito incedit ori examen apum; quæ cum ingrediendi egrediendique vices frequentassent, in sublime tandem evolarunt. Quo viso pater juxta deambulans, *Si vixerit*, inquit, *infantulus iste, aliquid magni erit*. Puer adhuc cum Romæ ageret, et matrem viduam una cum sorore ejusque comite, episcopi manum osculantem videret, ipse iis dextram obtulit, lepide dicens, *sibi id ab iis fieri oportere*, siquidem episcopum se futurum esse memorabat. Omni sæcularium literarum genere perpolitus, causas in auditorio præfecturæ prætorii tanta eloquentia egit, ut Probus prætorii præfectus eum sibi consiliarium adsciverit; mox etiam insignia consularia ei detulerit, commissis ipsius regimini Liguria et Æmilia provinciis, eique proficiscenti mandata dedit his verbis, *Vade, age, non ut judex, sed ut episcopus*. Provinciam ingressus, Mediolani lares fixit, donec anno 374, mortuo Auxentio ejusdem urbis episcopo, et de novi episcopi electione acriter contendentibus, hinc catholicis, inde Arianis; cum res jam in nervum eruptura esset, adest Ambrosius, ut autoritate sua paci publicæ consuleret; cum subito vox quasi infantis in populo audita est, *Ambrosium episcopum*. Voci acclamarunt, calculisque suis approbarunt episcopi et populus adstantes. *Guil. Cave ad ann. 374*. Vide Sozom. lib. vi. c. 24. Theodorit. Hist. lib. iv. c. 6. Rufin. lib. ii. c. 11. præcipue vero Paulin. Vit. D. Ambrosii. Doctiss. Ant. Pagi et Du Pin Ambrosium existimant natum fuisse ann. 340. De Auxentio vide supra, lib. ii. c. 37. **READING.**

Cap. 31. Conf. Sozomen. vi. 36. Rufin. xi. 12. Cassiod. viii. 253 11. Niceph. xi. 33. Philostorg. ix. 16.

31, 4. τοὺς ἀπλότους Σαρδοματῶν] Non admodum exacte hæc a Socrate narrantur. Jamdudum enim advenerat Sarmatarum legatio: vide Am. Marcellin. xxx. 5: post quam auditam Valentianus Carnuntum profectus est, ubi tres menses æstivos egit, "*peruasurus opportune Quados tumultus atrocis auctores,*" ib. 5, 11. Quadorum vero legatio fuit quæ postea ad eum venit ad Bregitionem. Cetera vide ibid. 6. Zosimus quoque dicit Quadorum eam legationem fuisse, iv. 17.

31, 6. αἴματος ἐκδοθέντος] Eadem fere de causa et modo

mortis Valentiniani tradunt Ammianus, lib. xxx. c. 6. et Zosimus, lib. iv. **READING.**

In multis tamen Socrates a Marcellino discrepat. Hieronymus habet, *Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod Græce apoplexis vocatur, Brigitione moritur*, Chronico : quem sequitur Orosius vii. 32.

Ibid. ἐπτακαιδεκάτην τοῦ Νοεμβρίου] Idacius in Fastis ad annum 375 hæc habet: *Diem functus Valentinianus senior x Kal. Decemb. in Castello Virgitione. Et levatus est Valentinianus junior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in tribunali, die x Kal. Decemb. in civitate Acinco, aliis Aquinco, quam Cluverius Budam esse autumat, [alii Cepol ad Danubium.]* Ammianus, lib. xxx. c. 6. ait, mortuum esse Valentinianum anno ætatis quinquagesimo quinto, imperii, minus centum dies, secundo et decimo. Ex quo liquet, Ammianum emortualem diem non excludere, scil. xvii Novembris ; recteque Socratem lib. iv. c. 1, scripsisse, Valentinianum die vigesima quinta Februarii dictum esse imperatorem ; cum a die xvii Novembris anni 375, quo is mortuus est, ad xxv Februarii anni sequentis, dies centum numerentur, die xxv, quo Valentinianus electus, excluso : sequens enim annus bissextilis fuit. *Ant. Pagi ad ann. 375. n. ii. READING.*

Ibid. ἔτη δεκαετία] Imo non totos annos duodecim, ut recte Zosimus, lib. iv. deerant enim tres menses et aliquot dies : imperium scil. auspicatus est Valentinianus Feb. 25. ann. 364, mortuus est Novemb. 17. ann. 375. *W. Lowth. READING.* Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 375. col. 2.

31, 7. Οὐαλεντινιανὸν] Quem tunc quadrimum memorant Marcellinus, Victor in Epitome, et Zonaras : Zosimus certe vix quinquennem fuisse dicit. Verum quidem est, plures annos ei Baronium attribuire, quod existimet eum esse Valentinianum illum, qui anno 366 in lucem prodiit, quique non multo post, Victore collega, consulatum gessit. At hunc errorem refutavit *Ant. Pagi ad ann. 366. n. vi.* ostenditque Valentinianum illum Dominicæ et Valentis filium fuisse, et hoc tempore, ut videtur, jam obiisse : Valentinianum vero qui Valentiniano seniori successit, filium fuisse ejusdem Valentiniani ex Justina secunda ejus uxore. *Vide eund. Pagi ad ann. 375. n. v. et Vales. in Socratis lib. iii. c. 10. READING.*

31, 7. Ἀκίμφη πόλει τῆς Ἰταλίας] Duplex error, alter libra- 254

riorum, alter Socratis. Sed errorem quidem librariorum facile sustulimus ex auctoritate codicum nostrorum Florentini ac Sfortiani. Socratis vero errorem hic notasse sufficiet, qui Acincum urbem Italiæ vocat, quæ fuit Pannoniæ. VALES. Ἀκόνκφ legebant Stephan. et Genev.

31, 9. Ὁ νέος Οὐαλεντινιανὸς ἰδρύθη] Gratiano regendæ obtigerunt provinciæ, Celtæ, Hispania, et insula Britannica; Valentiniano autem Italia, Illyricum, et Africa. Zosim. iv. 19.

31, 12. παρθένος οὖσα] Tota hæc de Justina narratio Valesio suspectæ fidei est; nec immerito. Rationibus a Valesio adductis illa etiam adjici potest, Justinam hanc non fuisse virginem, sed Magnentio tyranno prius nuptam, teste Zosimo. [iv. 43]. *W. Lowth.* READING.

31, 16. Νόμον οὖν ὑπαγορεύσας] Hujus legis Valentiniani nulla usquam fit mentio. Sed nec Ammianus Marcellinus, qui res Valentiniani accurate commemoravit, hujus legis meminit in suis libris. Certe hujusmodi lex nequaquam convenire mihi videtur Valentiniano, principi serio et Christiano. Tota igitur hæc narratio de Justinæ conjugio, dubiæ fidei mihi videtur. VALES.

31, 17. Πλακῶλης] Flaccilla dicitur ab Epiphanio Scholastico, rectius. Sic enim nummi veteres eam appellant. Sed mirum est Græcos in hoc nomine fere hallucinari. Supra enim observavimus, Πλάκιτον dici a Socrate non semel pro Flaccillo, qui fuit Antiochensis episcopus. Porro hæc Flaccilla filia fuit Antonii, ejus qui consul fuit cum Siagrio, ut docet Themistius in gratiarum actione ad Theodosium ob pacem factam cum Gothis. VALES.

Cap. 32. Conf. Sozomen. vi. 36. Cassiod. viii. 12. Niceph. xi. 255 45.

32, 2. Δεινῶς ἐπολέμει τοὺς φρονούντας τὸ ὁμοούσιον] Vide Basili Epistolas, ccxxxix, cexl, cexliii, cexvi, cexxiv.

32, 3. τῷ προσφωνητικῷ λόγῳ] Hæc oratio Themistii ad Valentem, hodie exstat Latine edita a Duditio. Nam quod Socrates ait Themistium in ea oratione locutum esse de discrepantia dogmatum philosophicorum, habetur in versione Duditii, p. 507. *Artes quidem quarum magnus in vita usus et delectatio est, nunquam ad tantam sublimitatem et elegantiam pervenissent, nisi artificum inter ipsos discrepantia judiciorum et certamen quoddam extitisset. Quippe ipsa philosophia mater*

omnium laudandarum artium, ab exiguis orta principiis, nonne doctissimorum hominum dissensione ita crevit, ut ad ejus absolutionem nihil desiderari videatur? Jam vero quod ait Socrates in ea oratione dictum a Themistio, Deum velle hanc opinionum de se varietatem, ut homines majestatem sui numinis magis reveantur, eo quod nequaquam obvia nec in promptu sit cognitio numinis sui; idem habetur in Duditiana, p. 508. Quocirca quod a cognitione nostra se longissime removet, neque ad captum ingeniorum nostrorum se demittit, satis argumenti habet, non postulare eum ab omnibus unum idemque jus religionis, sed cuique de [se] sua, non aliena sponte opinandi facultatem relinquere. Ex quo etiam evenit, ut major quædam hominum animis admiratio divini numinis et religiosior æternæ illius majestatis veneratio ingeneretur. Fit enim ut quæ in promptu sunt, et ad omnem intelligentiam objecta, fastidiamus, et pro nihilo ducamus. [Themist. Orat. xii. p. 191. 194. ed. Dindorf.] VALES.

De Themistio vide supra annot. ad fin. cap. 25. lib. iii. READING.

Cap. 33. Conf. Sozomen. vi. 37. Theodoret. iv. 37. Cassiod. viii. 13. Niceph. xi. 48.

33, I. Γόθοι] Historiæ de origine, moribus, et gestis Gothorum per Procopium Cæsariensem, Jornandem, Isidorum Hispalensem, aliosque, videantur in uno volumine 8^o ab Hugone Grotio editæ Amstelodami, apud Lud. Elzevirium, 1665. READ.

Ibid. ἐμφύλιον πρὸς ἑαυτοὺς πόλεμον] Parum compertum habemus de hoc bello civili. Scripsit quidem Jornandes de dissidiis inter Ostrogothos et Visigothos, De Reb. Get. 24. 25, verum utraque earum partium, de quibus Socrates loquitur hoc loco, eadem gens fuit, nempe Visigothi, sive Gothi occidentales: et Jornandes dicit Athanaricum etiam Fritigerno in regnum successisse, 28. Athanaricus, quem Ammianus Marcellinus appellat *Thervingorum judicem*, jamdudum bello victus et ad foedus pangendum compulsus erat a Valente A. D. 369. Ingruentibus Hunnis fertur a majori parte populi sui desertus fuisse, quando hi duce Alarico et Fritigerno in Thraciam a Valente suscepti sunt, ipse vero cum suis in Sarmatiam profugit. Am. Marcellin. xxvii. 5. xxxi. 3. et 4. Postea, A. D. 383, *proximorum factione expulsus* a patria Constantinopolim migravit, atque ibi mortem obiit. Am. Marc. ibid. infra, v. 10. Idat. Chron. Verum ubi in Isidoro Hispalensi legitur, *Athanaricus*

Fridigernum suffragio Valentis superat, Gotth. Hist. 7, locus corrigendus est ex ejusdem Chronico, in quo scribitur, *Fridigernus Athalaricum Valentis Arriani imperatoris auxilio superans*.

33, 4. Χριστιανὸς γενέσθαι] Hæc dicta sunt de ea gente 256 Gothorum de qua nunc scribit Socrates, scilicet de Visi-Gothis ultra Istrum sitis. Nam alii Gothi jamdudum Christi fidem accepisse feruntur. Philostorgius memorat eam primum inter Gothos propagatam esse a Christianis illis qui, regnantibus Valeriano et Gallieno, a barbaris in captivitatem abducti erant, ii. 41. Præterea Gothi conversi esse perhibentur regnante Constantino, supra, i. 18: et Theophilus eorum episcopus synodo Nicænæ interfuisse, supra, ii. 41; ubi Ulphilæ quoque mentio facta est tanquam tunc episcopi, nempe A. D. 359. Conf. Epiphan. Hær. lxx. de Audio episcopo, qui dicitur sectam suam inter Gothos propagasse sub Constantino.

33, 6. γράμματα ἐφεῦρε Γοθικά] Vide eruditissimi viri Georgii Hickesii Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurum, fol. p. 2. ubi antiquo alphabeto exhibitō demonstrat, Ulphilam partim ex Latinis, partim ex Græcis literis alphabetum suum integrum sumpsisse. De Ulphila vide supra, ad fin. c. 41. lib. ii. et Sozom. lib. iv. c. 24. et vi. 37. **READING.**

Pars ea quæ superest quatuor Evangeliorum ab Ulphila versorum edita est, post Benzeliū, ab Edwardo Lye Oxonii A. D. 1750. Quod autem hic scribit Socrates, τότε δὲ καὶ Οὐλφίλας—γράμματα ἐφεῦρε, æquius de tempore accipiendum est. Operæ pretium erit audire Benzeliū judicium, “Hoc intervallo translatione sacri codicis in linguam Gothicam immortaliter de suis meruit Ulphilas;” nempe a tempore Constantini ad Valentem. Præfat. ad Vers. Goth. 7. p. xxv. ed. Lye. Porro Isidorus refert Ulphilam *utrumque Testamentum linguam in propriam transtulisse*, Chronic.

33, 7. τιμωρίας ὑπέβαλλεν] Athanaricum Christianos persecutum esse asserunt, præter Socratem et Sozomenum, Hieronymus in Chronic. A. D. fere 369, Orosius vii. 32, et Isidorus in Gotth. Hist. 7: ad eundem respicere videtur Augustinus cum scribit, *rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili*, De Civit. Dei xviii. 52, et Basilius ubi memorat persecutionem in Scythiæ, Epist. clv, et martyrem passum ultra Istrum, atque illic ἐνοστάσεις ἀθλητικὰς, σώματα ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καταξαινόμενα, Epist. clxiv, et clxv.

Cap. 34. Conf. Sozomen. Cassiod. Niceph. iisdem locis.

34, 1. *Θύννων*] De Hunnorum sedibus et moribus, deque hac Gothorum migratione in Thraciam legatur Ammiani liber xxxi, initio, sub anno 376 juxta Chronologiam Valesianam, cum qua concordat Ant. Pagi, n. v. **READING.**

Ibid. *εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν καταφεύγουσι*] Sozomenus hic longe abit a Socratis narratione. Refert enim ille, dissidium inter Athanaricum et Fritigernum exortum esse postquam utrique per fugium ab Hunnis concessum esset in imperii Romani fines, tum autem postea Fritigernum, grato animo ob acceptum auxilium a Romanis in certamine contra Athanaricum, eorum quoque religionem amplecti voluisse. Jornandes vero etiam aliter, nempe, Gothos ab Hunnis oppressos auxilium a Romanis petiisse, quod ut facilius impetrarent, promississe se Christianos fieri velle, c. 25. Verius tamen videtur esse quod Socrates dicit. Nam illa testimonia quæ modo citata sunt de Athanarici persecutione antè tempus indicant: et certum est Fritigernum Christianos apud se jam antea habuisse; presbyter enim ab eo missus est legatus ad Valentem ante pugnam Hadrianopolitanam: vide Am. Marcellin. xxxi. 12, 8. Neque fieri potest ut Fritigernus religionem amplexus sit, Athanaricus vero persecutus, quemadmodum traditur, post Hunnorum invasionem et fugam Gothorum in Thraciam: nam Hunni Gothos expulerunt A. D. 376, secundum Idatii Chronicon et Orosium: vid. Clinton. F. R. Et Eunapius quoque refert Scythas cum Romanos fines perruperunt, hoc est Gothos, fuisse Christianos, 46. Recte igitur Socrates videtur harum rerum ordinem disposuisse.

34, 5. *ἐξηγγύρισε*] In Florentino codice scriptum est *ἐξηγ- 257*
γυρίσειεν [*ἐξηγγύρισειεν* legitur in F. *ἐξηγγύρησειεν* Steph. Genév.],
rectius ni fallor. Vulgata tamen scriptura proba est, nec im-
mutanda. Sic enim loquitur Joannes Chrysostomus in cap. xxi.
Matthæi, Homilia 67. ubi eleemosynam comparans tributariæ
functioni, his utitur verbis, *οὐκ ἐστὶν ἐν ταῦθα δοῦναι μισθὸν τῆς*
*μετακομιδῆς τῶν εἰσφερομένων οὐκ ἐστὶν ἐν ταῦθα καμῆν ἐφαγγυρί-
ζοντας*, seqq. Glossæ veteres exponunt, *adærat ἐφαγγυρίζεται*.
Porro quod hic notat Socrates, Valentem pro militari supple-
mento aurum deinceps a provincialibus exegisse, idem quoque
narrat Marcellinus in libro xxxi. [4, 4.] p. 441. Quem locum,
quia corruptus est etiam in editione nostra, hic prout restitui

Fridigernum suffragio Valentis superat, Gotth. Hist. 7, locus corrigendus est ex ejusdem Chronico, in quo scribitur, *Fridigernus Athalaricum Valentis Arriani imperatoris auxilio superans*.

33, 4. Χριστιανὸς γενέσθαι] Hæc dicta sunt de ea gente 256 Gothorum de qua nunc scribit Socrates, scilicet de Visi-Gothis ultra Istrum sitis. Nam alii Gothi jamdudum Christi fidem accepisse feruntur. Philostorgius memorat eam primum inter Gothos propagatam esse a Christianis illis qui, regnantibus Valeriano et Gallieno, a barbaris in captivitatem abducti erant, ii. 41. Præterea Gothi conversi esse perhibentur regnante Constantino, supra, i. 18: et Theophilus eorum episcopus synodo Nicænæ interfuisse, supra, ii. 41; ubi Ulphilæ quoque mentio facta est tanquam tunc episcopi, nempe A. D. 359. Conf. Epiphan. Hær. lxx. de Audio episcopo, qui dicitur sectam suam inter Gothos propagasse sub Constantino.

33, 6. γράμματα ἐφεῦρε Γοθικὰ] Vide eruditissimi viri Georgii Hiccesii Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurum, fol. p. 2. ubi antiquo alphabeto exhibitō demonstrat, Ulphilam partim ex Latinis, partim ex Græcis literis alphabetum suum integrum sumpsisse. De Ulphila vide supra, ad fin. c. 41. lib. ii. et Sozom. lib. iv. c. 24. et vi. 37. **READING.**

Pars ea quæ superest quatuor Evangeliorum ab Ulphila versorum edita est, post Benzeliū, ab Edwardo Lye Oxonii A. D. 1750. Quod autem hic scribit Socrates, τότε δὲ καὶ Οὐλφίλας—γράμματα ἐφεῦρε, æquius de tempore accipiendum est. Operæ pretium erit audire Benzeliū judicium, “Hoc intervallo translatione sacri codicis in linguam Gothicam immortaliter de suis meruit Ulphilas;” nempe a tempore Constantini ad Valentem. Præfat. ad Vers. Goth. 7. p. xxv. ed. Lye. Porro Isidorus refert Ulphilam *utrumque Testamentum linguam in propriam transtulisse*, Chronic.

33, 7. τιμωρίαις ὑπέβαλλεν] Athanaricum Christianos persecutum esse asserunt, præter Socratem et Sozomenum, Hieronymus in Chronic. A. D. fere 369, Orosius vii. 32, et Isidorus in Gotth. Hist. 7: ad eundem respicere videtur Augustinus cum scribit, *rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili*, De Civit. Dei xviii. 52, et Basilii ubi memorat persecutionem in Scythiæ, Epist. clv, et martyrem passum ultra Istrum, atque illic ἐνοστάσεις ἀθλητικὰς, σώματα ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καταξαινόμενα, Epist. clxiv, et clxv.

Cap. 34. Conf. Sozomen. Cassiod. Niceph. iisdem locis.

34, 1. *Θύννων*] De Hunnorum sedibus et moribus, deque hac Gothorum migratione in Thraciam legatur Ammiani liber xxxi, initio, sub anno 376 juxta Chronologiam Valesianam, cum qua concordat Ant. Pagi, n. v. **READING.**

Ibid. *εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν καταφεύγουσι*] Sozomenus hic longe abit a Socratis narratione. Refert enim ille, dissidium inter Athanaricum et Fritigernum exortum esse postquam utrique per fugium ab Hunnis concessum esset in imperii Romani fines, tum autem postea Fritigernum, grato animo ob acceptum auxilium a Romanis in certamine contra Athanaricum, eorum quoque religionem amplecti voluisse. Jornandes vero etiam aliter, nempe, Gothos ab Hunnis oppressos auxilium a Romanis petiisse, quod ut facilius impetrarent, promississe se Christianos fieri velle, c. 25. Verius tamen videtur esse quod Socrates dicit. Nam illa testimonia quæ modo citata sunt de Athanarici persecutione antè tempus indicant: et certum est Fritigernum Christianos apud se jam antea habuisse; presbyter enim ab eo missus est legatus ad Valentem ante pugnam Hadrianopolitanam: vide Am. Marcellin. xxxi. 12, 8. Neque fieri potest ut Fritigernus religionem amplexus sit, Athanaricus vero persecutus, quemadmodum traditur, post Hunnorum invasionem et fugam Gothorum in Thraciam: nam Hunni Gothos expulerunt A. D. 376, secundum Idatii Chronicon et Orosium: vid. Clinton. F. R. Et Eunapius quoque refert Scythas cum Romanos fines perruperunt, hoc est Gothos, fuisse Christianos. 46. Recte igitur Socrates videtur harum rerum ordinem disposuisse.

34, 5. *ἐξηγγύρισεν*] In Florentino codice scriptum est *ἐξηγγύρισεν* 257 *γυρίασεν* [*ἐξηγγύρισεν* legitur in F. *ἐξηγγύρησεν* Steph. Genev.], rectius ni fallor. Vulgata tamen scriptura proba est, nec immutanda. Sic enim loquitur Joannes Chrysostomus in cap. xxi. Matthæi, Homilia 67. ubi eleemosynam comparans tributarie functioni, his utitur verbis, *οὐκ ἔστιν ἐν ταῦθα δοῦναι μισθὸν τῆς μετακομιδῆς τῶν εἰσφερομένων οὐκ ἔστιν ἐν ταῦθα καμῆν ἐξαγγυρίζοντας*, seqq. Glossæ veteres exponunt, *adærat ἐξαγγυρίζεται*. Porro quod hic notat Socrates, Valentem pro militari supplemento aurum deinceps a provincialibus exegisse, idem quoque narrat Marcellinus in libro xxxi. [4, 4.] p. 441. Quem locum, quia corruptus est etiam in editione nostra, hic prout restitui

debet apponam : *eruditis adulatoribus in majus fortunam principis extollentibus : quod ex ultimis terris tot tyrocinia trahens, ei nec opinanti offerret, ut collatis in unum suis et alienigenis viribus, invictum haberet exercitum ; et pro militari supplemento quod provinciaticum annuum pendebatur, thesauris accederet auri cumulus magnus.* **READING.**

Nota vox est ἐξαργυρίζω. Conf. οὐδ' ἦν δὲρ τελευταῖοντα τὴν ἐαυτοῦ στρωμνὴν ἐξαργυρίσαι, Thucyd. viii. 81 ; ubi scholiastes habet, Ἐξαργυρίσαι, ἤγουν ἀργυρίου πωλήσαι.

Cap. 35. Conf. Sozomen. vi. 37. Rufin. xi. 13. Cassiod. viii. 13. Niceph. xi. 48.

35, 1. Οἱ γὰρ βάρβαροι] Barbarorum multitudinem in Thraciam receptam, omnem numerum et calculum, etiam Xerxis Græciam invadentis copias superasse, asserit Ammianus. Qualiter autem Thraciam rapinis, cædibus, stupris, incendiisque fœdabant, narrat idem, xxxi. c. 8. **READING.**

Κατὰ τῶν εὐεργετησάντων χωροῦσι] Omisit Socrates, neque Sozomenus omissum supplevit, causam hujus belli dicere. Gothi ad arma capessenda adacti sunt perfidia et immanitate Romanorum ducum, sicut testantur Ammianus Marcellinus, xxxi. 4, Zosimus, iv. 20, et Hieronymus in Chronico. Oroaius ait, *propter intolerabilem avaritiam Maximi ducis, fame et injuriis adacti, in arma surgentes, victo Valentis exercitu per Thraciam sese miscentes, simul omnia cædibus incendiis rapinisque fœdarunt,* vii. 33. Similia tradunt Jornandes, 26, et Isidorus Goth. Hist. 7. Ad mala quæ ab illis patrata sunt in hoc bello respicit Ambrosius, De Fide ii. 16, et Epist. xv. Notandum est aliud quoque quod Socrates omisit, Gothos in hoc bello socios sibi adscivisse aliquos Hunnorum et Alanorum. Am. Marcell. xxxi. 8. 4.

35, 3. Χριστιανικὸς ἐλώφησε πόλεμος] Huc fortasse referendum est id quod tradit Chronicon Edessenum, nempe, *anno Græcorum 689 Decembris d. 27 reversos esse orthodoxos ad ecclesiam Edessenam :* quod cum non nisi post interitum Valentis evenisse crederet Assemani, numerum anni corrigendum esse, et scribendum censuit 690, ut cum A.D. 378 conveniret. Fieri tamen potuit ut reverterentur orthodoxi quam primum Valens mitior factus sit, quemadmodum Socrates dicit. Vid. Asseman. Biblioth. Orient. tom. i. p. 398.

Cap. 36. Conf. Sozomen. vi. 38. Rufin. xi. 6. Theodoret. iv. 23. Niceph. xi. 46.

36, 1. Σαρακηνοί] De Saracenorum origine et moribus videntur Sozomenus, lib. vi. c. 38. Marcellinus, lib. xiv. c. 4. alibi-que. **READING.** Conf. Valesium ad Euseb. Hist. vi. 42. 3.

36, 2. κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπορθεῖτο χρόνον] Nihil habet Hieronymus de vastationibus hisce: quamvis diu his temporibus in Oriente versatus sit, et in ipsa quidem aliquando eremi parte *quæ juxta Syriam Saracenis jungitur*, Epist. v. Conf. xvi. et alibi. Veruntamen Sozomenus quædam de Saracenorum pugnis, præter ea quæ Socrates narrat, acceperat a popularibus suis qui rerum tunc gestarum meminerunt: quamvis tempus non certo statuit. Theodoretus dicit Mosem habitasse in confinio Ægypti et Palestinæ. Fuere quoque Saraceni inter Romanorum auxilia et in Juliani bello contra Persas, et cum Constantinopolis ob Gothos trepidavit: vid. Amm. Marcell. xxiii. 3, 8. et 5, 1. xxxi. 16, 5. Zosim. iv. 22. infra, v. 1. Alios Saracenos postea ad Christi fidem conversos esse A. D. circiter 500 refert Theodorus Lector ii. 35.

36, 3. Μωϋσῆς τις] Saracenorum conversionem ad fidem, ad 258 tempora Valentiniani obitum præcedentia refert Pagi in Critic. ad Baron. Ann. 372. n. x. *W. Lowth.* **READING.**

36, 4. ἐπίσκοπον τοῦ οἰκέλου ἔθους ἦπει λαβεῖν] Hanc narrationem de episcopo Saracenis dato, et de pace cum iisdem facta, desumpsit quidem Socrates ex Rufini libro ii. c. 6. sed non servavit ordinem Rufini: Rufinus enim id retulit sub initium episcopatus Lucii, post Edessenorum persecutionem, non sub Valentis exitum. Atque ego sententiam Rufini sequi malim, quam Socratis atque Sozomeni. Movet me id quod ait Socrates, Maviam reginam, facta cum Romanis pace, despondisse filiam suam Victori magistro militum. Atqui Victor sub exitum imperii Valentis, nimium provecus erat ætate, ut de ducenda uxore adhuc cogitaret. **VALES.**

36, 6. Λούκιον] Lucius hic Georgio sedis Alexandrinæ invasori, ab Arianis subrogatus est, ut scribunt Socrates, lib. iii. c. 4. et Sozomen. lib. v. c. 7. Ea subrogatio anno 373, post Athanasii obitum facta. *Ant. Pagi ad ann. 362. n. xiii.* **READ.**

36, 9. Δούλον γὰρ Κυρίου] Paul. 2 Ep. ad Timoth. ii. 24. Cap. 37. Conf. Sozomen. vi. 39. Cassiod. viii. 14.

37, 1. ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἀναχωρήσαντος] Diu Valens Antiochiæ moratus est, ut insinuant Zosimus, lib. iv. p. 747. Ammianus, lib. xxxi. c. 11. Socrates et Sozomen. ab anno nempe

372, ad ann. 377. nisi quod dum illic moraretur, modo Cæsaream, modo Edessam, modo in alias Orientis urbes sese contulerit. *Ant. Pagi ad ann. 377. n. ii. READING. Valens de Antiochia exire compulsus, sera poenitentia nostros de exilio revocat.* Hieronym. Chronic. e Rufin. xi. 13.

37, 1. οἱ πανταχοῦ ἐλαυνόμενοι] Conf. quæ dicta sunt supra, ad c. 35, 3.

37, 3. Πέτρος δὲ ὀλίγον ἐπιβιὸς χρόνον] Extat epistola ad 259 eum hoc tempore scripta a Basilio : in qua Petrum per amice collaudat, conqueritur vero Melitium et Eusebium injuria inter Arianos a Damaso reputatos esse. Basil. Ep. cclxvi.

Cap. 38. Conf. Sozomen. vi. 39 et 40. Rufin. xi. 13. Theodoret. iv. 36. Cassiod. viii. 15. Niceph. xi. 50.

38, 1. περὶ τὴν τριακάδα] His forte diebus [*scil. in fine mensis Maii anni 378, ut docent Valesius et Pagius*] Valens tandem excitus Antiochia, longitudine viarum emensa venit Constantinopolim : ubi moratus paucissimos dies (*duntaxat duodecim*) seditio neque popularium levi pulsatus, Sebastiano paulo ante ab Italia, ut petierat, misso, vigilantiae notæ ductori, pedestris exercitus cura commissa, quem regebat antea Trajanus ; ipse ad Melanthiada villam Cæsarianam profectus, militem stipendio fovebat, et alimentis, et blanda crebritate sermonum. *Ammian. lib. xxxi. cap. 11. READING.*

38, 5. περὶ τὴν ἐνδεκάτην] Idem porro dies notantur in Fastis Idatii : *Valente vi. et Valentiniano ii. His Coss. ingressus est Valens Aug. ab Oriente Constantinopolim die iii Kaland. Junias. Et ipso anno profectus est Valens Aug. ex urbe ad Fossatum die iii Idus Junias. VALES.*

38, 7. τῇ ἐννάτῃ τοῦ Αὐγούστου] Scribit Idacius in Fastis ad 260 annum 378, *Pugnam magnam fuisse cum Romanis et Gothicis milliario xii ab Adrianopoli, die quinto Idus Augusti. Ex ea die Valens Aug. nunquam apparuit.* In quo consentit cum Socrate, licet non cum Valesii interpretatione, qui τῇ ἐννάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς perperam reddit, *die tertio Idus Augusti. READING.*

Ibid. τέταρτον ἔτος] Rectius foret τρίτον : nam tertius annus ejus Olympiadis inchoabat a media æstate A. D. 378. Verum Socrates sæpe errat in supputandis Olympiadum annis.

38, 8. οἱ μὲν πυρὶ φασὶν ἀπολέσθαι] *Hanc pugnam (quam Cannensi æquiparat Ammianus) nox diremit. Primumque cali-*

gine tenebrarum inter gregarios imperator, ut opinari dabatur, (neque enim vidisse se quisquam, vel præsto fuisse adseveravit) sagitta perniciose saucius ruit: spirituque mox consumpto decessit, nec postea repertus est usquam. Alii dicunt Valentem animam non exhalasse confestim, sed cum candidatis et spadonibus paucis prope ad agrestem casam relatum secunda contignatione fabre munitam dum foctetur manibus imperitis, circumsessum ab hostibus qui esset ignorantibus, dedecore captivitatis exemptum. Flamma enim supposita, ædificium cum hominibus torruerunt. Ammian. lib. xxxi. cap. 13. Priori sententiæ suffragatur Libanius in oratione ad Theodosium de cæde Juliani vindicanda: at cæteri fere omnes historici crematum fuisse consentiunt, ut notavit Valesius in dictum Ammiani locum. **READING.**

In citando hoc loco ex Ammiano Marcellino unam clausulam omisit Reading, in qua ille modum Valentis exitus comparat cum Decii morte, quam operæ pretium erit si suppleam. *Simili clade Cæsarem accepimus Decium, dimicantem cum barbaris acriter, equi lapsu prostratum, quem ferentem retinere non valuit, abjectumque in paludem nec emergere potuisse nec inveniri. Alii dicunt.* seqq.

Procem.

LIB. V.

263

9. αἱ μέγιστα σύνοδοι] Nempe Concilia Generalia, quæ dicuntur; in quibus episcopi totius Ecclesiæ convenire poterant: hi enim, utpote a diversis provinciis et terris longe inter se dissitis profecti, semper imperatoris jussu convocabantur usque a Constantini tempore; donec sequiore ævo, hoc est a sæculo fere duodecimo, episcopi Romani id jus sibi arrogabant in Ecclesiam occidentalem. 264

Cap. 1. Conf. Sozomen. vii. 1. Cassiod. ix. 1. Niceph. xii. 1.

1, 3. Δομνίκα] Valentiniani junioris, qui et Galates dictus est, ex Valente mater. **READING.** Conf. supra, iv. 26, 21.

1, 4. δλίγοι Σαρακηνοί] *Ex Saracenis crinitus quidam, nudus omnia præter pubem, subraucum et lugubre strepens, educto pugione agmini se medio Gothorum inseruit, et interfecti hostis jugulo labra admovit, effusumque cruorem exsuxit. Quo monstroso miraculo barbari territi, postea non ferocientes ex more, cum agendum appeterent aliquid, sed ambiguis gressibus incede-*

bant. *Processu dein audacia fracta, exinde digressi sunt.* Amm. Marcellinus, lib. xxxi. cap. 16. **READING.** Conf. quæ dicta sunt supra, ad iv. 36. 2.

Cap. 2. Conf. Sozomen. vii. 1. Theodoret. v. 1 et 2. Rufin. xi. 13. 14. Cassiod. ix. 2. 4. Niceph. xii. 1.

2, 1. Γρατιανός] Gratianus, Valentiniani 1 ex Severa filius, qui patri simul et Valenti patruo in imperio successit: ingenio, facundia, modestia, castitate, fortitudine, zelo contra hæreticos inclutus. *Principem Christianissimum* vocat eum D. Ambrosius. Pontificatus summi ethnicorum dignitatem, ab antecessoribus haecenus retentam, constanter recusavit. Tandem a Maximo, suo belli duce, per insidias in Galliis interfectus. Præceptorem habuit Ausonium Burdigalensem, quem ad consularem dignitatem Romæ perduxit. *Vide Ammian.* lib. xxvii. *Hieron. Epist.* 3. *Ambros. de obitu Valentis,* [Valentiniani,] *et in Psalm.* 61. *Zosim. Auson. Grat. Act. pro Cos.* **READING.**

Ibid. νόμος τε ἐθέσπισε] Hanc Gratiani legem memorat etiam Sozomenus in lib. vii. cap. 1. et Theodoritus in lib. v. cap. 2. qui Saporem magistrum militum a Gratiano in Orientis partes missum esse dicit, ut eam legem executioni mandaret. Id autem contigit anno Christi 378. Ea lex Gratiani hodie non exstat. Ejus tamen videtur fieri mentio in lege quinta, codice Theodosiano de fide catholica. **VALES.**

At vero videtur Theodoretus de alia lege dicere. Nam cum refert ille Gratianum lege jussisse ut ecclesiæ traderentur illis qui cum Damaso communicabant, respicere videtur ad legem datam a Gratiano, Valentiano secundo, et Theodosio, iii Kal. Mart. A. D. 380, vid. Cod. Theod. xvi. tit. i. l. 2. tom. vi. p. 5. Gothofr., qua statutum est, eam esse rectam fidem quam sequuntur Damasus et Petrus Alexandriæ episcopus. Hanc autem legem quam Socrates commemorat, videtur Gratianus edidisse Sirmii; atque idem videtur esse *rescriptum* illud cujus mentio fit in alia lege, ubi revocatur, sic; *Denique antiquato rescripto quod apud Sirmium nuper emerit, ea tantum super catholica observatione permaneant quæ perennis recordationis pater noster et nos ipsi victura in æternum æque numerosa jussione mandavimus.* Dat. iii. Non. Aug. Med. A. D. 379. Cod. Theod. xvi. tit. v. l. 5. vi. p. 115. Clinton. F. R. 379. col. 2. Obiter notan-

dum est, Gratianum in Mœsiæ et Pannoniæ regionibus versatum esse quando Valens interfectus est; unde Sirmium profectus est; Zosim. iv. 24.

2, 2. Θεοδοσίον] Theodosius Magnus imperator, filius Theodosii, ducis inclyti, et magistri equitum per Gallias, invidia quorundam aulicorum Carthagine occisi anno 377, sed non nisi baptisate prius accepto; Orosius lib. vii. cap. 33. Noster, audita patris cæde, ex Mœsia in Hispaniam sccessit, ut præter Ambrosium docet Theodorit. Hist. lib. v. cap. 5. unde postea evocatus a Gratiano, magister militum, ac mox Augustus creatus est anno 379, Gratiano cædem patris, quam malo consilio ductus admiserat, honore filii compensare cupiente. Hinc nova imperii divisio facta. Theodosio cessit Oriens cum Thracia, ut docet Zosimus lib. iv. Orosius lib. vii. et Miscella, lib. xii. Inter Gratianum vero et Valentinianum fratres divisum imperium occidentale, ita ut Gratiano cesserint Galliæ, Hispaniæ, Britanniæ: Valentiniano Italia, Illyricum, et Africa. Vide Vales. annot. in Marcellin. lib. xxix. cap. 5. Pagi ad ann. 379. n. v. Theodosii egregium encomium habetur apud Victorem in Epitome, ubi imp. Trajano corpore et mente similis, vitiis tantum dissimilis fuisse asseritur. READING.

2, 3. ἐκκαίδεκάτη τοῦ Ἰαννουαρίου] Theodosius non xvii. Kal. Februarii, ut perperam scribit Socrates, et Baronius cum eo, sed xiv. Kal. Feb. seu die xix. Januarii, in consortium imperii adscitus, ut Idacius in Fastis, auctor Chronici Alexandrini, Marcellinus in Chronico, et Farrago Alexandrina testantur. Ant. Pagi ad ann. 379. n. v. READING. His adstipulatur Clintonus F. R. 379.

Cap. 3. Conf. Sozomen. vii. 3. Cassiod. ix. 3. Niceph. xii. 2.

3, 2. Δωρόθεος] Pro Dorotheo Nicephorus hoc loco nominat Theodorum Perinthium, sive Heracleotam. Hunc inter Arianorum duces numerat Theodoretus, v. 7; male tamen nomen hujus cum Dorotheo confunditur. Vide Valesium ad Philostorg. ix. 13. Conf. supra, iv. 35. et Philostorg. ix. 14. 19. x. 1. Dorotheus Heracleæ episcopus fuit post Theodorum, uno interposito.

Cap. 4. Conf. Sozomen. vii. 2. Cassiod. ix. 5. Niceph. xii. 2.

4, 2. Γρατιανοῦ τοῦ βασιλέως νόμος] In Cod. Theodos. xvi. tit. v. indicat ipse Gratianus legem a se post Valentis obitum

editam, cujus meminere Socrates prius, Sozom. lib. vii. cap. 1. Suidas in voce Γραυανός, et Joannes Antiochenus in excerptis Constantinianis, qua cautum fuerat, ut sine fraude vel metu, quam quisque fidem profiteretur, impune sectaretur, exceptis tantum Manichæis, Photinianis, et Eunomianis. **READING.**

Hi duo loci Suidæ et Joannis Antiocheni sunt unus et idem, quem Suidas e Joanne descripsit; Joannes vero pæne totum hausit e Socrate, supra, c. 2. Suid. col. 842. et Kuster. ad l. Excerpt. Constant. Vales. Paris 1634.

4, 3. τῆς Συρίας] Melius est quod ab aliis legitur, in margine, *Kaplas*. Non enim deprendimus Macedonios eo tempore adeo in Antiochia Syriæ prævaluisse, ut hæc egerint quæ narrantur. Caria vero propinqua fuit iis regionibus in quibus numerosos fuisse Macedonios indicant concilia quæ passim habita sunt, nempe Smyrnæ, in Pamphylia, in Isauria, in Lycia; supra, iv. 12, 8. Præterea Sozomenus refert Macedonios jam antea convenisse in Caria, ad ipsam quidem Antiochiam si recte Epiphanius locum interpretatus sit in Cassiodor. H. T. vii. 28, atque ibi statuuisse, non consentiendum esse τῷ ὁμοσυνῳ, Sozomen. vi. 12. Non equidem hinc affirmare ausim Socratis verba αὐθις ἐδογματίσαν ita accipienda esse ac si diceret, *rursum illos in Antiochia Cariæ convenisse et decrevisse*: vix tamen dubium videtur, synodum hanc in Caria habitam fuisse, non autem in Syria. Et sic quidem, si *Kaplas* hic rescribatur, melius secum convenit Socratis narratio; ut huic loco opponantur illa gesta Antiochiæ Syriæ quæ mox describuntur capite proxime sequenti.

Cap. 5. Conf. Sozom. vii. 3. Theodoret. v. 3. Cassiod. ix. 3. Niceph. xii. 3.

5, 1. τὰ κατὰ Ἀντιοχείαν τὴν ἐν Συρίᾳ] De schismate hoc 266 ecclesiæ Antiochenæ multa habet in suis epistolis S. Basilii, qui rerum statum sic depingit, *τέτμηται μὲν ἡ αἵρεσις πρὸς τὴν ὀρθοδοξίαν· τέτμηται δὲ καὶ αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ἢ ὀρθότης*, Epist. cclviii. 3. Cum Meletio sæmp̄ communicabat Basilii: et idem facere voluit quoque Athanasius cum Antiochiam aliquando venit ab Alexandria, malo tamen aliquorum consilio id peragere distulit. Meletium etiam verum Antiochiæ episcopum habuit Basilii, sed eos qui se illuc postea immiserant (scilicet Paulinum) in consortium non recepit; non quod in-

dignos esse judicabat, sed quia pacem ecclesiæ disrumpere noluit: ibid. Suaserat quoque Basilius antea Athanasio, ut his quodammodo temperaretur dum omnes cum Meletio conjungerentur; γενέσθαι τινα̑ οἰκονομίαν τὴν κάκεινοις πρέπουσαν καὶ τὸν λαὸν εἰρηνεύουσαν, Ep. lxvii. Conf. lxviii. Quod quidem consilium Meletius videtur voluisse exequi, cum coram Paulino (sicut Theodoretus narrat) voluntatem suam protulit, sociandos esse utriusque cœtus, et partiendos inter se et curam et honorem episcopatus; fuit enim Meletius ingenio mitissimo. Contra autem Romani Meletium non suscipiebant, sed Paulinum solum episcopum habebant Antiochiæ; quem orientales aversabantur tanquam prævæ Marcelli doctrinæ participem; Basil. Ep. cclxiii. 5. Et valde orientalibus displicuit, quod Paulinus magnopere jactaret auctorem sibi met esse episcopum Romanum; cujus nomine datas literas ad orientales secum deferebat: orientales tamen ejusmodi imperium detrectabant. Basil. Ep. ccxiv. ccxvi. His aliud accessit dissidium de doctrina. Nam Paulinus *Tres Hypostases* affirmare renuit, professus se in hoc sequi velle occidentales: apud quos voces Græcæ quæ ad eam rem spectant non semper satis intellectæ sunt: conf. supra, ad iii. 7, 24. Meletius vero cum doctissimis Græcorum Patrum docebat tres esse Hypostases, sive Personas, Triuni Dei, unam autem Essentiam, sive Οὐσίαν. Vid. Acacii ad Cyril. Alexandr. Epist. p. 64, Cyril. Oper. t. vi. Basil. Ep. cclviii. 3. Hieronym. Ep. xvi. Theodoret. H. E. v. 3. et Vales. ad l.

5, 5. εἰς ὁμόνοιαν ἦλθον] Theodoretus aliter hæc narrat: dicit enim ducem illum, qui videtur fuisse idem Sapor quem Gratianus miserat per Orientem ut exules episcopos restitueret, ecclesiam Antiochenam Meletio tradidisse regendam, cum Paulinus oblatam a Meletio societatem respuisset: silet autem Theodoretus de pacto hoc fœdere inter candidatos qui alterutri episcopo succedere possent, quod Baronius eum reticuisse dicit ob favorem suum in Flavianum. Idem vir doctus, sicut etiam Caveus, opinatus est hæc gesta esse, et candidatos jurejurando ita obligatos, in synodo ea quæ Antiochiæ habita est nono mense post mortem Basili; nempe mense Octobr. 380, sicut probabiliter concludit Clintonus F. R. 380. col. 4. Concilium tamen Constantinopolitanum A. D. 382 Flaviani ordinationem omnino probam et canonicam, et a justa synodo

Antiochiæ peractam fuisse censuit; et nusquam ejus pacti meminit Gregorius Nazianzenus, cum episcopis suasit nequis Melitio mortuo substitueretur, Carm. De Vit. 1620. p. 760. Commemoratur vero in epistola occidentalium ad imperatores sic, *preces nostras quibus juxta partium pactum poposcimus, ut altero decedente, penes superstitem ecclesiæ permanerent, nec aliqua superordinatio attentaretur.* Mans. Conc. t. iii. col. 624.

5, 7. οἱ δὲ Λουκίφερος] Supra, iii. 9. Jam mortem obierat Lucifer Caralis, vide Hieronym. Chron. anno vii Valentis, et Scriptor. Eccles. xcv: Socrates per ejus nomen partem Paulini designat, quos Luciferianos appellatos esse eo tempore, et in ipsa quidem Antiochia, indicat Hieronymi dialogus Adversus Luciferianos.

Cap. 6. Conf. Sozomen. vi. 3, 4. Cassiod. ix. 8. Niceph. xii. 5 fine et 6.

6, 1. Ὅτε κοινῶ δόγματι πολλῶν ἐπισκόπων] Sic quoque Gregorius ipse de se,

Ἐπεμψεν ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος

Πολλῶν καλούντων ποιμένων καὶ θρεμμάτων.

Carm. De Vita Sua 595.

Aliter tamen quam Socrates cetera narrat: nam Constantino-polim advenit non a Nazianzo sed a Seleucia, ubi aliquamdiu post mortem patris habitaverat, vv. 526, 547, 551. Vocatus autem ad Constantinopolim fuit non ut episcopatum ejus susciperet, sed ut succurreret fidei ab Apollinaristis et Arianis periclitanti, vv. 597, 608—651. Et contendit ipse quoque, non legitime sibi collatam esse ibi diœcesim, neque potuisse se tunc præter canones accipere munus episcopale quod olim, cum canonicè oblatum erat, recusasset, vv. 107 1seqq.: postea tamen cessit populari voluntati; atque ita coactus est se in sede collocare, vv. 1371. 1525 seqq.

6, 2. κατὰ βαρβάρων ἤρραντο νίκας] Vide Zosim. lib. iv. Sozom. lib. vii. cap. 4. Orosium lib. vii. cap. 20. Jornandem tam in lib. de regnorum successione, quam in lib. de rebus Geticiis, cap. 26. Marcellinum in Chronico, et Idacium in Fastis, utrumque anno 379. Imo Idacius diem memorat, quo hujus victoriæ nuntium Romam perlatum est. Ausonio enim et Olybrio Coss. anno soil. 379 prodit: *Ipsa anno multa bella Romani cum Gothis commiserunt. Deinde victoriæ nuntiatæ*

sunt adversus Gothos, Alanos, atque Hunnos, die xv. Kal. Decemb. Ant. Pagi ad ann. 380. n. ii. **READING.** Conf. Clinton. F. R. A. D. 379. quo hæc evenerunt. Theodosii morbum periculosum commemorat Zosimus iv. 34.

6, 4. τὸν Θεσσαλονικέων ἐπίσκοπον] Thessalonicam in Illy- 267
rico fuisse sitam, recte mox insinuat Socrates; totius enim Illyrici metropolis erat, ut Theodoritus lib. v. c. 16. ostendit, ideoque non solius Macedoniae, quæ tamen et ipsa in Illyrico fuit. Quare lapsus est Baronius, cum Socratem hac parte erroris arguit, et Thessalonicam non in Illyrico, verum in Macedonia fuisse scribit. Illyricum quippe orientale ex duabus diocesisibus constabat, Macedonia videlicet et Dacia, et Macedoniae diocesis Thessalonica metropolis fuit; episcopus vero Thessalonicensis Illyrici totius primas. Ant. Pagi ad ann. 380. n. iii. **READING.**

De Illyrico vide Le Quien Orient. Christ. t. ii. col. 1. seqq.

6, 5. οὐ παρήλθεν ἡ Ἀρειανῶν δόξα] Integrum fide fuisse Ascholum testantur epistolæ duæ in quibus Basilius eum multo honore prosequitur, cliv. clxiv. De clxv. ambigitur.

6, 6. οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας] Thessalonicæ Theodosius edictum dedit de Fide Catholica iii. Kal. Mart. A. D. 380. Cod. Theod. tom. vi. p. 4: et quidem postquam baptismum acceperat, si Sozomenum audiamus, quod etiam res ipsa credibile facit. Itaque aut Socrates in computo temporis corrigendus est, aut dies illi pauci non a baptismo sed a restaurata valetudine Theodosii numerandi sunt. Conf. Clinton. F. R. Thessalonicam quoque venit Maximus, postquam e Constantinopoli pulsus erat; et Theodosium adiit, sciscitaturus num posset per ejus auctoritatem episcopalem sedem ambire. Rejectus vero ab indignante imperatore Alexandriam rediit; unde edicto præfecti dimissus, postea Romam se contulit. Gregor. Carm. De Vit. 1001. p. 726. Infra, ad 10. 2.

Ibid. τετάρτην καὶ εἰκάδα τοῦ Νοεμβρίου] Idatius ad ann. 380. *His Coss.* (Gratiano nempe et Theodosio) *victoriæ nunciatae sunt amborum Augustorum. Eo ipso anno ingressus est Theodosius Aug. Constantinopolim die xviii. Kal. Decemb.* Verum, ut observat Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani, nota numeralis x. rejicienda, reponendumque viii. Kal. Decemb. Nam xv. vel xvi. Kal. Decemb. Theodosius erat adhuc Thessalonicæ, ut docet lex 15 Cod. Theod. de *Petitionibus*. Præterea

Auctor Chronici Alexandrini Theodosium viii. Kal. Decemb. Constantinopolim ingressum diserte scribit. *Ant. Pagi ad ann.* 380. n. ix. **READING.**

Cap. 7. Conf. Sozomen. vi. 5. Philostorg. ix. 19. Theodoret. v. 8. Cassiod. ix. 9. Niceph. xii. 7.

7, 1. Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ] Credidit scilicet Socrates, Gregorium ab episcopatu Nazianzeno translatum fuisse Constantinopolim. Qua in sententia fuerunt alii quoque complures. Gregorius tamen nunquam episcopus fuit Nazianzi, sed tantum adjutor fuit patris sui Gregorii in episcopatu Nazianzeno, illuc a patre jam grandævo accitus ex solitudine, in quam post susceptum simul ac repudiatum Sasimorum episcopatum sese contulerat, anno Christi 371, ut notavit Baronius. **VALES.**

7, 1. τὰς συναγωγὰς ἐποιεῖτο] Theodreti verba sunt hæc, Ὁ τὴν Ναζιανζὸν τὰ τελευταῖα ποιμάνας Κωνσταντινουπόλει διέτριβε ταῖς Ἀρειαναῖς ἀντιπαττόμενος βλασφημίας, v. 8. Nondum enim electus erat episcopus Constantinopolis. Conf. supra, ad 6, 1. infra, 8, 1: et Gregorius de seipso scribit sub hoc tempore, primo adventu Maximi,

τὸ δ' ἐστὶν ἡμᾶς τῆς καθέδρας ἐκβαλεῖν

τοὺς οὗτ' ἔχοντας οὐθ' ὄλωσ τιμωμένους.

De Vit. Sua, 781.

Interea illa evenerunt quæ Gregorius commemorat in Epistola lxxvii. et Carm. De Vita a v. 651. Populus audita ejus doctrina de Sacrosancta Trinitate, ratus eum tres Deos inferre, in furorem exarsit; ministrantem ad altare pauperes et monachi aggressi sunt et lapidibus impetiverunt: mox ad iudicis tribunal tanquam lege reum rapuerunt: ab eo vero immunis dimissus est. Hæc ab Arianis patrata sunt; atque in ipso quidem festo Paschatis, A. D. 379, quantum videatur; conf. Præfat. Benedictin. ad Epist. lxxvii. tom. ii. p. 66; dum etiam inter suos invidiam in se conflata esse conqueritur Gregorius v. 679. Quæ autem secuta sunt multo his graviora esse aestimavit, quando Maximus ab Ægypto advenit, eo consilio ut se exturbaret, et episcopatum Constantinopolitanum arripere; v. 736 seqq.

Ibid. Ἀναστασίαν ὀνόμασαν] Non assentior Socrati, qui ecclesie illi in qua Gregorius Nazianzenus verbum Dei prædicare solitus erat Constantinopoli, Anastasie vocabulum a subsecutis imperatoribus inditum esse scribit. Immo ætate ipsius

Gregorii jam vocabatur Anastasia, ut patet tum ex oratione ipsius Gregorii, in qua nominatim valedicit Anastasiæ et apostolis; tum ex carmine elegiaco de insomnio Anastasiæ. Vide Baronium ad annum Christi 378. VALES.

Non dicit Socrates nomen Anastasiam inditum esse ecclesie in qua Gregorius prædicabat, quemadmodum affirmat Valesius, sed ei grandi ecclesie quam imperatores eodem loco postea ædificaverunt contiguam ædi Gregorii. Nam ædes illa, qua usus est Gregorius, fuit, secundum Sozomenum, privata domus in ecclesiam conversa: *ἐκκλησίαζε δὲ ἐν οἰκίσκῳ μικρῷ παρ' ὁμοδόξων αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὁμοίως θρησκευουσιν εἰς εὐκτήριον οἶκον κατασκευασθέντι*, vii. 7. Eam tamen ab ipso Gregorio Anastasiam vocatam est constat ex carminibus ejus, in quibus sæpe et ipsam et populum in ea congregatum compellat; nomen vero ideo datum esse indicat quia illac resuscitata est vera fides Christiana, sic:

Ἡ πρώτη λόγον αἰπὺν ἐνὶ προπόδεσσι μένοντα

Ἐγαγεν ἐς κορυφὴν οὐρεος ἀκροτάτην

Τούνεκ' Ἀναστασίαν μιν ἐπέκλησιν καλέουσι

Νηὸν ἐμῆς παλάμης ἔργον ἀριστοπόνου.

Somn. De Anastas. 3. p. 842.

Cum quibus conferri possunt hæc,

Ἀναστασίας ὧ λαὲ τῆς ἐμοὶ φύλης,

Ἡ τὴν πάλαι θανοῦσαν ἐν νεκροῖς λόγοις

Πίστιν παλαιὰν ἐξανέστησεν νέοις.

Ad Popul. Anast. 3. p. 668.

et,

Ἀναστασία, ναῶν ὁ τιμώτατος,

Ἡ πίστιν ἐξήγειρας ἐν γῆι κειμένην.

De Vit. 1079. p. 730. Conf. 1125.

Atque ita rem se habere opinatus est Sozomenus, quamvis insuper fabulam inter populum receptam de ea retulerit. Porro Novatiani quoque idem nomen Anastasiam ecclesie suæ dederant regnante Juliano: supra, ii. 38, 24.

7, 2. *ὡς εἶη ὑπερόριος*] Hoc sibi crimini fuisse non dicit Gregorius, alia vero commemorat, quæ sunt hæc; quod proceres contempserit, quod vita severior fuerit, quod tempori, et populari sententiæ, non obsecutus fuerit, quod plebem ad se prædicationibus suis allexerit, schismaticos vero libere improbaverit. De Vit. 703. p. 710.

Auctor Chronici Alexandrini Theodosium viii. Kal. Decemb. Constantinopolim ingressum diserte scribit. *Ant. Pagi ad ann.* 380. n. ix. **READING.**

Cap. 7. Conf. Sozomen. vi. 5. Philostorg. ix. 19. Theodoret. v. 8. Cassiod. ix. 9. Niceph. xii. 7.

7, 1. Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ] Credidit scilicet Socrates, Gregorium ab episcopatu Nazianzeno translatum fuisse Constantinopolim. Qua in sententia fuerunt alii quoque complures. Gregorius tamen nunquam episcopus fuit Nazianzi, sed tantum adjutor fuit patris sui Gregorii in episcopatu Nazianzeno, illuc a patre jam grandævo accitus ex solitudine, in quam post susceptum simul ac repudiatum Sasimorum episcopatum sese contulerat, anno Christi 371, ut notavit Baronius. **VALES.**

7, 1. τὰς συναγωγὰς ἐποιεῖτο] Theodreti verba sunt hæc, Ὁ τὴν Ναζιανζὸν τὰ τελευταῖα ποιμάνας Κωνσταντινουπόλει διέτριβε ταῖς Ἀριαναῖς ἀπιταττόμενος βλασφημίας, v. 8. Nondum enim electus erat episcopus Constantinopolis. Conf. supra, ad 6, 1. infra, 8, 1: et Gregorius de seipso scribit sub hoc tempus, primo adventu Maximi,

τὸ δ' ἐστὶν ἡμᾶς τῆς καθέδρας ἐκβαλεῖν
τοὺς οὗτ' ἔχοντας οὐθ' ὄλως τιμωμένους.

De Vit. Sua, 781.

Interea illa evenerunt quæ Gregorius commemorat in Epistola lxxvii. et Carm. De Vita a v. 651. Populus audita ejus doctrina de Sacrosancta Trinitate, ratus eum tres Deos inferre, in furorem exarsit; ministrantem ad altare pauperes et monachi aggressi sunt et lapidibus impetiverunt: mox ad judicis tribunal tanquam lege reum rapuerunt: ab eo vero immunis dimissus est. Hæc ab Arianis patrata sunt; atque in ipso quidem festo Paschatis, A. D. 379, quantum videatur; conf. Præfat. Benedictin. ad Epist. lxxvii. tom. ii. p. 66; dum etiam inter suos invidiam in se conflata esse conqueritur Gregorius v. 679. Quæ autem secuta sunt multo his graviora esse aestimavit, quando Maximus ab Ægypto advenit, eo consilio ut se exturbaret, et episcopatum Constantinopolitanum arriperet; v. 736 seqq.

Ibid. Ἀναστασίαν ὀνόμασαν] Non assentior Socrati, qui ecclesiæ illi in qua Gregorius Nazianzenus verbum Dei prædicare solitus erat Constantinopoli, Anastasiæ vocabulum a subsecutis imperatoribus impositum esse scribit. Immo ætate ipsius

Gregorii jam vocabatur Anastasia, ut patet tum ex oratione ipsius Gregorii, in qua nominatim valedicit Anastasiæ et apostolis; tum ex carmine elegiaco de insomnio Anastasiæ. Vide Baronium ad annum Christi 378. VALES.

Non dicit Socrates nomen Anastasiam inditum esse ecclesiæ in qua Gregorius prædicabat, quemadmodum affirmat Valesius, sed ei grandi ecclesiæ quam imperatores eodem loco postea ædificaverunt contiguam ædi Gregorii. Nam ædes illa, qua usus est Gregorius, fuit, secundum Sozomenum, privata domus in ecclesiam conversa: ἐκκλησίαζε δὲ ἐν οἰκίσκῳ μικρῷ παρ' ὁμοδόξων αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὁμοίως θρησκέουσιν εἰς εὐκτήριον οἶκον κατασκευασθέντι, vii. 7. Eam tamen ab ipso Gregorio Anastasiam vocatam est constat ex carminibus ejus, in quibus sæpe et ipsam et populum in ea congregatum compellat; nomen vero ideo datum esse indicat quia illac resuscitata est vera fides Christiana, sic:

* Ἡ πρώτη λόγον αἰπὺν ἐνὶ προπόδεσσι μένοντα

Ἐγαγεν εἰς κορυφὴν σῦρος ἀκροτάτην

Τούνεκ' Ἀναστασίαν μιν ἐπέκλησιν καλέουσι

Νῆον ἐμῆς παλάμης ἔργον ἀριστοπόνου.

Somn. De Anastas. 3. p. 842.

Cum quibus conferri possunt hæc,

Ἀναστασίας ὦ λαὲ τῆς ἐμοὶ φύλης,

* Ἡ τὴν πάλαι θανοῦσαν ἐν νεκροῖς λόγοις

Πίστιν παλαιὰν ἐξανέστησεν νέοις.

Ad Popul. Anast. 3. p. 668.

et,

* Ἀναστασία, ναῶν ὁ τιμώτατος,

* Ἡ πίστιν ἐξήγειρας ἐν γῆ κεκλήνην.

De Vit. 1079. p. 730. Conf. 1125.

Atque ita rem se habere opinatus est Sozomenus, quamvis insuper fabulam inter populum receptam de ea retulerit. Porro Novatiani quoque idem nomen Anastasiam ecclesiæ suæ dederant regnante Juliano: supra, ii. 38, 24.

7, 2. ὡς εἶη ὑπερόριος] Hoc sibi crimini fuisse non dicit Gregorius, alia vero commemorat, quæ sunt hæc; quod proceres contempserit, quod vita severior fuerit, quod tempori, et populari sententiæ, non obsecutus fuerit, quod plebem ad se prædicationibus suis allexerit, schismaticos vero libere improbaverit. De Vit. 703. p. 710.

Ibid. τὴν τοῦ βασιλέως παρουσίαν δεξάμενος] Conf. Gregor. De Vita Sua, 1278. p. 740.

7, 3. τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει διαγωγὴν παρηγήσατο] Qui 268 Gregorium hujus sedis gubernacula per duodecim annos tenuisse scribunt, totum illud tempus ei attribuant, quod ab anno 379, quo Constantinopolim se contulit, usque ad mortem ejus fluxit. Revera enim paucarum hebdomadarum episcopatum gessit, cum eadem synodo et episcopus renunciatus sit, et exactoratus. *Ant. Pagi ad ann. 381. n. x.* READING.

7, 4. τῷ Δημοφίλῳ] Demophilus Arianus in locum Eudoxii Constantinopolitani ejusdem factionis episcopi suffectus, anno 370. De eo legendus Philostorgius, lib. ix. cap. 10, et 14. READING.

7, 7. γέγραπται] Matth. x. 23.

7, 8. τὴν θεωρίαν] Allegoricam vel mysticam interpretationem. Conf. infra, ταῦτα μὲν εἰς θεωρίαν ἄγουσι, 22, 79. et, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος vi. 3, 7.

7, 9. πρότερον ἔφη] Supra, iv. 37.

7, 10. τεσσαράκοντα ἔτη] Ab anno nempe 340, quo Eusebius ex urbe Nicomediensi Constantinopolim fuit translatus. READING. Conf. supra, ii. 7.

Cap. 8. Conf. Sozom. vii. 7. 8. 9. Theodoret. v. 7. 8. Casiod. ix. 12. Niceph. xii. 10.

8, 1. Μηδὲν ὑπερθέμενος] Primo ante habendam synodum Theodosius legem edixit de hæreticis die 4 Jan. hujus anni; qua arcentur hæretici ab illicitis congregationibus et fides Nicæna confirmatur. Cod. Theod. xvi. tit. v. l. 6. tom. vi. p. 130. Clinton. F. R. A. D. 381. col. 2.

Ibid. σύνοδον ἐπισκόπων] Synodus Constantinopolitana 4^{ta}, Œcumenica 2^{da}, a Theodosio M. convocata, ut liquet ex epistola synodica ad Theodosium, qua episcopi se et ejus mandatis ad eam vocatos testantur, et gestorum confirmationem ab ipso petunt. Præterquam quod Sozom. lib. vii. c. 7, Theod. lib. v. cap. 7, et auctor anonymus vitæ S. Pauli Constantinopolitani episcopi apud Photium in bibliotheca, codice 257, Theodosium suæ fidei episcoporum concilium convocasse diserte testantur. Sed tantum ex post facto Œcumenica existit, Damaso totaque ecclesia occidentali assensum suum præbentibus. *Ant. Pagi ad ann. 381. n. 5.* READING.

Animadvertendum est quod dicit de hac re Theodoretus,

nempe Theodosium ad synodum convocasse episcopos solos orientales, *μόνης τῆς οἰκείας βασιλείας τοὺς ἐπισκόπους εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν συναθροισθῆναι προσέταξε*, v. 7; ubi vide Valesium de ejus ratione. Œcumenicam tamen synodum appellat epistola synodi Constantinopolitanæ anni 382. Theodoret. v. 9.

8, 3. *Κύριλλος τότε ἐκ μεταμελείας*] His addit quædam Sozomenus, sic, *μεταμεληθεὶς τότε, ὅτι πρότερον τὰ Μακεδονίου ἐφρόνει*, vii. 7.

8, 4. *Ἀσχόλιος*] Hic est Ascholius, de cujus obitu et virtutibus ac miraculis scribit Beatus Ambrosius in epistola 59 [xv. et xvi. t. ii. col. 819] ad Clerum Thessalonicensem. Ubi et Anysium discipulum ei successisse dicit. VALES.

Ascholius, quem Latini Acholium appellant, non censetur inter episcopos qui huic synodo interfuerunt a Theodoro, neque ejus nomen inter subscriptiones quæ feruntur comparet. Mans. Conc. t. iii. col. 568. Sozomenus tamen æque ac Socrates eum nominat; et ad Constantinopolim evocatum esse testatur epistola occidentalium quæ legitur in Mans. Conc. t. iii. col. 632. Alios nominat Theodoretus, scilicet Helladium Basilii successorem episcopum Cæsareæ, Petrum Basilii fratrem, Amphilochem Iconii, Optimum Pisidiæ, (nempe Antiochiæ Pisidiensis,) Diodorum Tarsi, Pelagium Laodiceæ, Eulogium Edessæ, Acacium (fortasse Berææ), Isidorum Cyri, et Gelasium Cæsareæ Palæstinæ, v. 8. Petrus ille fuit episcopus Sebasteæ: vid. Le Quien Or. Christ. t. i. col. 424: ejus vero nomen non reperitur inter subscriptiones. Gregorium Nyssenum adfuisse constat ex eo quod Socrates dixit supra, iv. 26. 27, ab illo habitam esse funeream orationem in Meletium; nam Meletius mortuus est Constantinopoli sedente concilio.

Ibid. *ἑκατὸν πενήκοντα*] Episcopos centum quinquaginta in hoc concilio congregatos fuisse, pro concessio ab omnibus habetur. *Beværeg. annot. in canones hujus Conc.* p. 90. READ.

8, 6. *Ματῶ μηνί*] Canones præfixam sibi habent notam temporis paulo senioris, *πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Ἰουλίων*, Mans. t. iii. col. 557. quo die fortasse in concilio perlecti et supremum approbati sunt.

8, 7. *πρὸς Λιβέριον πρότερον*] Conf. supra, iv. 12.

8, 8. *οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου*] Vide quæ supra notavit Socrates in capite quarto hujus libri. VALES.

8, 11. *ἐπὶ τὴν Ναζιανζὸν ἀπαίρειν*] Non ad Nazianzum, cujus

nunquam episcopus fuit, sed ad Arianzum in Cappadocia ubi agrum hereditarium possidebat, profectus est Gregorius cum a Constantinopoli discessit: vid. Gregor. Presb. in Vita Gregor. t. i. p. clvii. ed. Bened. Gregor. Op. Abierat ante finem mensis Julii: nam Nectarius episcopus Constantinopolitanæ ecclesiæ nuncupatur in lege de Fide Catholica quæ data est a Theodosio iii Kal. Aug. Vid. Clinton. F. R. A. D. 381. col. 2.

8, 12. *Νεκτάριος*] Nectarius Tarso Ciliciæ oriundus, vir senatorii ordinis dignitate in urbe Constantinopoli perfunctus. Vacante jam sede Constantinopolitana anno 381, cum in patriam reditum adornaret, et Diodorum Tarsensem episcopum conveniret, eequid ille Tarsi factum vellet sciscitaturus; Diodorus canitiem viri, vultumque sacerdotio dignum, et morum gravitatem reveritus, eum sedi præficiendum censuit; ac proinde effecit, ut inter eligendorum nomina imperatori offerenda, ejus quoque nomen, omnium quidem postremum, in charta scriberetur. Perlecto indiculo in Nectario substitit imperator, eumque elegit, quam electionem episcopi suffragio suo comprobant. Obiit anno 398. *Guil. Cave ad ann. 381.* READ.

8, 13. *ὡστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον*] Hoc Canone patres synodi Constantinopolitanæ episcopo Constantinopolitano secundi loci prærogativam tribuerunt post episcopum urbis Romæ, ut recte Zonaras observat in notis ad tertium canonem synodi Constantinopolitanæ. Porro notandum est, patres supradictæ synodi, dicecesim episcopi Constantinopolitani prædicto canone haudquaquam definiisse; sicut nec Nicæni patres dicecesim episcopi Romani definire voluerunt, ob honorem, ut opinor, ac reverentiam. Falluntur tamen qui existimant, tempore Constantinopolitanæ synodi, episcopum urbis illius nullam habuisse dicecesim. Jam enim ante hæc tempora in Hellesponto ac Bithynia episcopos ordinabat præsul Constantinopolitanus, ut superius demonstravi. Quippe Eudoxius Eunomium Cyzici episcopum constituit, et Euphronium Nicææ, ut testatur Philostorgius. VALES. Canon ille fuit tertius hujusce synodi.

8, 14. *πατριάρχας κατέστησαν*] In secundo canone synodi 270 Constantinopolitanæ, quem hic designat Socrates, nulla fit mentio patriarcharum. Eo enim tempore nondum usu receptum erat patriarcharum vocabulum. Nulla item in eo canone divisio fit provinciarum. Quinam ergo sensus est illius cano-

nis? Agitur in eo de diocesibus orientalis ecclesiæ: et interdicit synodus, ne episcopi ex una dicecesi in aliam transiliant ad ordinationes faciendas, aut ad alia negotia ecclesiastica: jubetque ut episcopi ea tantum curent quæ sunt suæ diceceseos. Quare hic canon non ad patriarchas solum pertinet et exarchos, sed ad omnes generaliter episcopos cujusque dicecesis. Constituta porro videtur hæc regula præcipue ob Meletium Antiochenum episcopum, et Gregorium Nazianzenum, et ob Petrum Alexandrinum. Nam Meletius quidem relicta Orientis dicecesi Constantinopolim venerat, ut Gregorium illic ordinaret episcopum. Et Gregorius relicto Sasimorum episcopatu, qui in Pontica erat dicecesi, Constantinopolim migraverat. Petrus vero Alexandrinus septem Ægypti episcopos miserat Constantinopolim, qui Maximum Cynicum illic episcopum ordinarent. Ad hæc igitur reprimenda, hunc canonem sanxerunt patres synodi Constantinopolitanæ. Neque enim audiendus est Socrates noster, qui scribit patres hoc canone comprimere voluisse excursus episcoporum ex una dicecesi in aliam, qui antea ob crebras persecutiones sæpius contingebant. At non hæc fuit causa canonis istius, imo ea quam supra dixi. Ex iis enim quæ supra gesta retulimus in ordinatione Gregorii et Maximi, gravissimi tumultus excitati fuerant in ecclesia Constantinopolitana; ad quos sedandos collecta illic erat synodus jussu imperatoris Theodosii. VALES.

Non adeo rationis expers est quod dicit Socrates, et post eum Sozomenus, episcopos ob persecutionem, scilicet Arianam, alienas ecclesias sæpius adiisse. Confer Suicerum sic disserentem: "In hac Socratis narratione aliquot veniunt observanda. Notatu digna est occasio hujus ordinationis. Durantibus persecutionibus dicecesium distinctio non fuit observata; sed orthodoxi, φιλαδελφίας memores, vicinorum quoque res curabant, eumque in finem, necessitate id postulante, extra suos egrediebantur limites. Ita Amphilocheus, licet esset membrum dicecesis Arianæ, Isauricæ tamen ecclesiæ, quæ ad orientalem pertinebat dicecesin, curam gessit. Testis est Basiliius epist. 406. p. 1192. quando eum ita compellat, Ἀφίως τῆς σεαυτοῦ ἐμμελείας καὶ σπουδῆς ἧς αἰεὶ ἐπανέτης εἰμι ἐγὼ ἐμερβύνησας τὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας Ἰσαύρων [exc. p. 282.] Eusebius episcopus Samosatensis in provincia Euphratensi, curam gessit ecclesiarum in Thracia, Ponto, Asia, et Oriente, ut testatur

nunquam episcopus fuit, sed ad Arianzum in Cappadocia ubi agrum hereditarium possidebat, profectus est Gregorius cum a Constantinopoli discessit: vid. Gregor. Presb. in Vita Gregor. t. i. p. clvii. ed. Bened. Gregor. Op. Abierat ante finem mensis Julii: nam Nectarius episcopus Constantinopolitanæ ecclesiæ nuncupatur in lege de Fide Catholica quæ data est a Theodosio iii Kal. Aug. Vid. Clinton. F. R. A. D. 381. col. 2.

8, 12. Νεκτάριος] Nectarius Tarso Ciliciæ oriundus, vir senatorii ordinis dignitate in urbe Constantinopoli perfunctus. Vacante jam sede Constantinopolitana anno 381, cum in patriam reditum adornaret, et Diodorum Tarsensem episcopum conveniret, ecquid ille Tarsi factum vellet sciscitaturus; Diodorus canitiem viri, vultumque sacerdotio dignum, et morum gravitatem reveritus, eum sedi præficiendum censuit; ac proinde effecit, ut inter eligendorum nomina imperatori offerenda, ejus quoque nomen, omnium quidem postremum, in charta scriberetur. Perlecto indiculo in Nectario substitit imperator, eumque elegit, quam electionem episcopi suffragio suo comprobant. Obiit anno 398. *Guil. Cave ad ann. 381.* READ.

8, 13. ὡστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον] Hoc Canone patres synodi Constantinopolitanæ episcopo Constantinopolitano secundi loci prærogativam tribuerunt post episcopum urbis Romæ, ut recte Zonaras observat in notis ad tertium canonem synodi Constantinopolitanæ. Porro notandum est, patres supradictæ synodi, dicecesim episcopi Constantinopolitani prædicto canone haudquaquam definiisse; sicut nec Nicæni patres dicecesim episcopi Romani definire voluerunt, ob honorem, ut opinor, ac reverentiam. Falluntur tamen qui existimant, tempore Constantinopolitanæ synodi, episcopum urbis illius nullam habuisse dicecesim. Jam enim ante hæc tempora in Hellesponto ac Bithynia episcopos ordinabat præsul Constantinopolitanus, ut superius demonstravi. Quippe Eudoxius Eunomium Cyzici episcopum constituit, et Euphronium Nicææ, ut testatur Philostorgius. VALES. Canon ille fuit tertius hujusce synodi.

8, 14. πατριάρχας κατέστησαν] In secundo canone synodi 270 Constantinopolitanæ, quem hic designat Socrates, nulla fit mentio patriarcharum. Eo enim tempore nondum usu receptum erat patriarcharum vocabulum. Nulla item in eo canone divisio fit provinciarum. Quinam ergo sensus est illius cano-

nis? Agitur in eo de diocesibus orientalis ecclesiæ: et interdicat synodus, ne episcopi ex una diocesi in aliam transiliant ad ordinationes faciendas, aut ad alia negotia ecclesiastica: jubetque ut episcopi ea tantum curent quæ sunt suæ dioceseos. Quare hic canon non ad patriarchas solum pertinet et exarchos, sed ad omnes generaliter episcopos cujusque diocesis. Constituta porro videtur hæc regula præcipue ob Meletium Antiochenum episcopum, et Gregorium Nazianzenum, et ob Petrum Alexandrinum. Nam Meletius quidem relicta Orientis diocesi Constantinopolim venerat, ut Gregorium illic ordinaret episcopum. Et Gregorius relicto Sasimorum episcopatu, qui in Pontica erat diocesi, Constantinopolim migraverat. Petrus vero Alexandrinus septem Ægypti episcopos miserat Constantinopolim, qui Maximum Cynicum illic episcopum ordinent. Ad hæc igitur reprimenda, hunc canonem sanxerunt patres synodi Constantinopolitanæ. Neque enim audiendus est Socrates noster, qui scribit patres hoc canone comprimere voluisse excursus episcoporum ex una diocesi in aliam, qui antea ob crebras persecutiones sæpius contingebant. At non hæc fuit causa canonis istius, imo ea quam supra dixi. Ex iis enim quæ supra gesta retulimus in ordinatione Gregorii et Maximi, gravissimi tumultus excitati fuerant in ecclesia Constantinopolitana; ad quos sedandos collecta illic erat synodus jussu imperatoris Theodosii. VALES.

Non adeo rationis expers est quod dicit Socrates, et post eum Sozomenus, episcopos ob persecutionem, scilicet Arianam, alienas ecclesias sæpius adiisse. Confer Suicerum sic disserentem: "In hac Socratis narratione aliquot veniunt observanda. Notatu digna est occasio hujus ordinationis. Durantibus persecutionibus diocesum distinctio non fuit observata; sed orthodoxi, φιλαδέλφως memores, vicinorum quoque res curabant, eumque in finem, necessitate id postulante, extra suos egrediebantur limites. Ita Amphilocheus, licet esset membrum diocesis Arianæ, Isauricæ tamen ecclesiæ, quæ ad orientalem pertinebat diocesin, curam gessit. Testis est Basiliius *epist.* 406. p. 1192. quando eum ita compellat, Ἀφίως τῆς σεαυτοῦ ἐμμελείας καὶ σπουδῆς ἧς ἀεὶ ἐπανέτης εἰμι ἐγὼ ἐμερβύνησας τὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας Ἰσαύρων [*exc.* p. 282.] Eusebius episcopus Samosatensis in provincia Euphratensi, curam gessit ecclesiarum in Thracia, Ponto, Asia, et Oriente, ut testatur

Theodoretus Hist. Eccles. iv. 12, 13, et v. 4. S Basilius ecclesiarum in Asia: vid. ejus epist. cclxxii. [ccxv.] cccciii. [ccxviii.] in Oriente, ut docet epist. xlvi. [lxvi.] l. [lxvii.] li. [lxxxii.], præcipue vero Iconii, epist. viii [cxxxviii.], Evæsenorum, epist. lxxii. [ccli.] Cum vero hæretici hoc ipso orthodoxorum agendi modo fuissent abusi, indeque ecclesiis plus detrimenti quam emolumenti incumberet, concilium Constantinopolitanum magis e re putabat, si quidem licentia quam necessitas introduxerat restringeretur." Suicer. in Thesaur. v. Πατριάρχης.

8, 14. τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους] Verba sunt secundi canonis Constantinopolitani, quæ sic vertit Dionysius Exiguus: *Qui sunt super diocesim episcopi, nequaquam extra præfixos sibi terminos accedant.* Duplex potest esse sensus horum verborum. Nam ὑπὲρ διοίκησιν ἐπίσκοποι dici possunt, qui sunt supra diocesim, id est qui præsent toti diœcesi; qualis est episcopus Alexandriæ, vel episcopus Antiochiæ, qui non super unam provinciam, sed super diocesim est constitutus, ut loquitur Innocentius papa in epist. ad Alexandrum episcopum Antiochiæ. Aut certe ὑπὲρ διοίκησιν dicuntur, qui sunt extra suam diocesim, seu ὑπὲρ τὴν ἀνήκουσαν αὐτῷ ἐπαρχίαν, ut Zonaras exponit in commentariis ad hunc canonem. Priorem sensum amplexus est Lucas Holstenius. Sic enim ille ad latus codicis sui notaverat hunc Socratis locum exponendum esse: *Ne episcopi suis diocesibus præfecti, ecclesias extra suos limites sitas invaderent.* Sed tamen verior est posterior sensus, quod declarat canon ipse in sequentibus: addunt enim patres, ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ Διοίκησιν μὴ ἐπιβαίνειν. Quare ὑπὲρ διοίκησιν ἐπίσκοποι iidem sunt ac ὑπερόριοι, quomodo Socrates paulo ante vocavit Gregorium Nazianzenum. Porro notandum est diocesim in hoc canone non significare parœciam nec provinciam, ut Græci interpretes Zonaras ac Balsamon crediderunt, sed multas simul junctas provincias, quæ uni rectori subjacent. Unde hic canon περὶ διοικήσεων inscribitur. Sic enim diserte dicit: φυλαττομένου δὲ τοῦ προγεγραμμένου περὶ τῶν διοικήσεων κανόνος, εἶδηλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἢ τῆς ἐπαρχίας συνόδος διοικήσει. Vides quis sit titulus hujus canonis, et quomodo ἐπαρχίαν, id est provinciam, distinguat a diœcesi. Non enim vetitum est hoc canone, ne episcopi ex una provincia ad aliam commeent ad ordinationes celebrandas. Id enim aliter fieri non potest. Verbi gratia in Asiana

diecepsi non prohibent patres, ne ex Lycia in Pamphyliam, neve ex Caria in Lydiam migrent ob negotia ecclesiastica, sed tantum vetant ne ex una dicepsi in aliam transiliant. VALES.

8, 15. Γρηγόριος ὁ Νύσσης] Constitutus est Gregorius Nyssæ in confinio Cappadociæ urbis episcopus, exeunte, ut videtur, anno 370, fidei Nicænæ propugnator acerrimus. Eo nomine mox in exilium Valentis imp. jussu missus. Anno 378 sedi restitutus, a synodo Antiochena una cum aliis quibusdam episcopis ad visitandas Arabiæ ecclesias legatus est, Theodosio imp. currus publici usum ei concedente. In hoc concilio Antiocheno symboli synodici compositionem curæ suæ commissam habuit, teste Nicephoro lib. xii. c. 13, ut quæ in symbolo Nicæno deerant, ipse suppleret, ac perfectiorem fidei confessionem conderet. Vix aliter a Nicæno differt hoc symbolum, quam in articulo de Deitate et processione Spiritus S. Macedonianis opposito; et adversus Marcelli Ancyrani dogma hæc clausula, *cujus regni non erit finis*. Symbolum Nicænum vulgo audit. De obitu ejus nihil liquet: id modo certissime constat, usque ad synodi Constantinopoli anno 394 habitæ, cui præsens aderat, tempora vitam prorogasse. *Cave ad ann. 370. et vol. ii. ad ann. 381.* READING.

Ibid. πατριάρχων] Observet hic studiosus lector singularem usum vocabuli πατριάρχων, quæ non sumitur pro patriarchatu, sed pro regimine ac gubernatione. Eodem sensu Socrates patriarchas paulo ante usurpavit, cum ait: *καὶ πατριάρχας κατέστησαν, διανεμόμενοι τὰς ἐπαρχίας*. Neque enim vult dicere, patriarchas a Constantinopolitana synodo esse constitutos. Quippe jam antea confirmata fuerat patriarcharum potestas canone 6 concilii Nicæni, ut ad illum canonem fusius demonstravi. Intelligit ergo Socrates non veros atque ordinarios patriarchas, sed extraordinarios legatos, qui ad stabiliendam rectam fidem per singulas diceceses fuerant destinati. Nam si veros patriarchas intellexisset, unum duntaxat in unaquaque dicepsi poneret. Nunc vero cum plures in unaquaque nominet, verbi gratia in Pontica dicepsi Helladium et Gregorium; in Asiana Amphiloichium et Optimum; apparet eum non de veris atque ordinariis patriarchis locutum esse. Porro utrum hæc potestas istis episcopis mandata fuerit a synodo, haud satis compertum habeo. Acta enim hujus synodi desi-

derantur. Verius tamen mihi videtur, hanc eis potestatem datam esse ab imperatore Theodosio, speciali lege quæ habetur in codice Theodosii titulo de fide catholica. Idque confirmat Sozomenus in libro vii, cap. 9, qui in ea parte Socratem emendavit, suppresso ejus nomine. VALES.

8, 15. ἐκκληρώσατο] Cum tres illi episcopi Helladius, Gregorius, et Otreius conjunctam potestatem gubernandi in diocesi Pontica accepisse hic tradantur, rescribendum est ἐκκληρώσαντο, ut omnes illi in ea voce includantur. Versio vero Epiphanii Scholastici qui singulos secernit, et Ponticam diocesim, Cæsaream, atque Melitenam separatim datas esse dicit, recta esse non potest: nam Pontica diocesis complexa est Cappadociam in qua sita est Nyssa, et Armeniam Minorem in qua Melitene. Vid. Le Quien Or. Christ. t. i. col. 351. Et Theodosii Lex De Fide Catholica, Cod. Theod. xvi. tit. i. l. 3. t. vi. p. 10, cum textu nostro in hac parte congruit, non autem cum Epiphanio. Denique de Otreio notandum est, mentionem factam esse a Cyrillo Scythopolitano, sic, Ὁτρεῖω τῷ μεγάλῳ τῷ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἀγίῳ συνόδῳ διαλάμψαντι, Vit. Euthym. in Cotelier. Ecol. Gr. Monum. t. iv. p. 8. Unde conjicere possumus eum præclarum aliquid in concilio egisse, quanquam hujus memoria perierit.

8, 18. τὰ πρεσβεῖα τῆ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ] Scilicet secundum 271 canonem sextum Nicænum. Quod decretum fuit in canone Constantinopolitano secundo, in quo etiam illa ordinata sunt quæ Socrates modo retulit clausula 14. Et profecto non abs re erit si totus ille canon hic describatur, ut melius judicent lectores de iis quæ narrat Socrates: sic, Κανὼν β'. Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους, ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγγέειν τὰς ἐκκλησίας· ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας, τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μόνον οἰκονομεῖν, τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους τὴν ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νικαίαν πρεσβεῖων τῆ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ· καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν Ἀσιανὴν μόνον οἰκονομεῖν· καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς τὰ τῆς Ποντικῆς μόνῃ· καὶ τοὺς τῆς Θρακικῆς τὰ τῆς Θρακικῆς μόνον οἰκονομεῖν, ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ ἐπιβαίνειν ἐπὶ χειροτονίᾳ ἢ τισιν ἄλλαις οἰκονομίαις ἐκκλησιαστικαῖς· φυλαττομένου περὶ τῶν διοικητέων κανόνος, εὐδηλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἢ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικήσει κατὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ ὀρισμένα. τὰς δὲ ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἔθνεσι τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας οἰκονομεῖσθαι

χρῆ κατὰ τὴν κρατήσασαν συνήθειαν τῶν πατέρων. Routh. Opuscul. tom. i. p. 390.

8, 20. ὁ βασιλεὺς ἐγένετο σύμφηφος] Vide legem tertiam in codice Theodosiano, titulo de fide catholica : Quæ data est ad Auxonium proconsulem Asiæ, iii. Kal. Aug. Heracleæ, Eucherio et Syagrio Coss. Eam enim legem hic intelligit Socrates. Sed verba ipsius legis operæ pretium fuerit hic apponere : ut ex iis iudicet lector, verumne dixerit Socrates. Sic igitur lex habet. ‘Episcopis tradi omnes ecclesias mox iubemus, qui unius majestatis atque virtutis Patrem et Filium et Spiritum sanctum confitentur, ejusdem gloriæ, claritatis unius : nihil dissonum profana divisione facientes. Quos constabit communioni Nectarii episcopi Constantinopolitanæ ecclesiæ, Timothei necnon intra Ægyptum Alexandrinæ urbis episcopi esse sociatos. Quos etiam in Orientis partibus Pelagio episcopo Laodicensi et Diodoro episcopo Tarsensi ; in Asia necnon proconsulari, atque Asiana diœcesi Amphilochio episcopo Iconiensi, et Optimo episcopo Antiocheno : in Pontica diœcesi Helladio episcopo Cæsariensi, et Otreio Meliteno, et Gregorio episcopo Nysseno : Terentio episcopo Scythiæ, Martyrio episcopo Marcianopolis communicare constiterit. Hos ad obtinendas catholicas ecclesias ex communione et consortio probabiliū sacerdotum oportebit admitti. Omnes autem qui ab eorum, quos commemoratio specialis expressit, fidei communione dissentiunt, ut manifestos hæreticos ab ecclesiis expelli, neque his penitus posthac obtinendarum ecclesiarum pontificium facultatemque permitti. Ut veræ ac Nicænæ fidei sacerdotia casta permaneant : nec post evidentem præcepti nostri formam, malignæ locus detur astutiæ.’ Notabis obiter nullam hic Meletii Antiocheni fieri mentionem, eo quod Meletius, ut opinari datur, jam e vivis abierat, cum hæc lex promulgata est. VALES.

Ibid. ἡ μὲν οὖν σύνοδος] Jure ambigi potest utrum in hoc capite Socrates specialem aliquam regulam a synodo revera statutam de gubernandis tunc per legatos diœcesibus, (ut modo dixit Valesius,) retulerit, cujus regulæ aut apud alios scriptores mentio non facta est aut memoria excidit, an oscitanter res gestas a synodo indagaverit, et ex male confuso canone synodi cum lege Theodosii narrationem suam de patri-

archatibus illis confinxerit. Videtur quidem non admodum diligenter hanc historię partem composuisse; multa enim omittit: pręsertim Maximum Cynicum ne nominat quidem, quamvis ab ipsa synodo abdicatus sit in quarto canone, et ordinatio ejus patrata noctu a factione Alexandrina ingentes tumultus excitaverit Constantinopoli, sicut refert Gregorius Nazianzenus, Carm. de Vit. 887: nihil dicit de epistola illa ab episcopis occidentalibus, quę τόμος τῶν δυτικῶν appellatur in canone quinto, de qua non convenit inter commentatores: neque meminit discordię inter Occidentem et Orientem de episcopatu Antiocheno, ad quam pertinere videtur iste Τόμος: neque mortuo Meletio Gregorium Nazianzenum ceteris synodi episcopis frustra suasisse, ne ei successor constitueretur donec Paulinus quoque mortuus esset, quod tradit Gregorius de seipso, De Vit. 1591 seqq. Porro autem rerum ordinem non servat, cum dicit supra, § 11, Gregorium Nazianzenum a Constantinopoli discessisse; tum vero postea, Meletium synodo interfuisse, § 18, et mox, c. 9, 3, eum mortem obiisse. Constat enim ex ipsius Gregorii verbis loco modo citato et seqq., Meletium obiisse antequam Gregorius aut Constantinopoli aut sedi episcopali, quam ibi invitus tenebat, valedixisset. Imperfecta igitur est Socratis historia in iis quę narrat de synodo Constantinopolitana. Itaque Photius Theodoretum et illi et Sozomeno anteponebat de hac re, sic, οὗτος καὶ πλατύτερον τῶν εἰρημένων τὰ περὶ τῆς δευτέρας συνόδου διέλαβε, σχεδόν τι τῶν ἄλλων ὥσπερ μόνον διὰ τῆς ἐπιδρομῆς ἀφοσιουμένων, ἀλλ' οὐ βουλομένων τι περὶ αὐτῆς εἰπεῖν· πλὴν ἀλλὰ καὶ οὗτος οὐ πάντα λεπτομερῶς λέγει. Biblioth. Cod. 31.

Cap. 9. Conf. Sozomen. vii. 10. 11. Theodoret. v. 8. Casiod. ix. 17. Niceph. xii. 14.

9, 1. πρότερον εἰρηται.] Supra, ii. 26. 6.

9, 3. ἐπικήδειον ἐπ' αὐτῷ λόγον] Hęc Oratio funebris in laudem Meletii Antiocheni, exstat hodie inter opera Gregorii Nysseni. [tom. iii. p. 587. ed. Paris. 1638.] VALES.

9, 4. Φλαβιανὸν] Flavianus, nobili genere natus, patria, ni fallor, Antiochenus; exulante Meletio regis Antiocheni curam egit; primusque psallentium chorum duas in partes divisit, et Davidicos hymnos alternatim canere docuit. Non dissimulandum est, subrogationem ejus in locum Meletii mala

fide factam esse, eo quod juramento olim sese obstrinxisset, se, superstite adhuc Paulino, novi episcopi Meletio subrogandi electioni non consensurum, Theod. lib. v. c. 9. Post mortem demum Paulini, ejusque successoris Evagrii, pro egregia qua pollebat prudentia, ecclesiae Antiochenae, extincto schismate, pristinam concordiam restituit, atque ita populus a longo tempore divisus in unum coaluit. Obiit circa ann. 403. *Guil. Cave ad ann.* 381. **READING.**

9, 4. Φλαβιανὸν προβληθῆναι παρασκευάζουσι] Flavianum legitime electum atque ordinatum fuisse testatur epistola synodi Constantinopolitanæ A. D. 382 his verbis, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Φλαβιανὸν ὃς τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως συνδράμοντες κανονικῶς ἐχειρότησαν, πάσης συμφύφου τῆς ἐκκλησίας ὥσπερ διὰ μᾶς φωνῆς τὸν ἄνδρα τιμησάσης. Theodoret. E. H. v. 9. Eum tamen Damasus non agnovit episcopum: immo ordinatio ejus dicitur a Theodoro ecclesiam Romanam et Ægyptiam maxime offensus; τοῦτο δὲ Ῥωμαίοις καὶ Αἰγυπτίοις δυσμένειαν πρὸς τὴν ἐφ' αὐτὸν μακρότατην εἰργάσατο, v. 23. Conf. ibid. 10, ubi exhibetur Damasi epistola ad Paulinum scripta tanquam Antiochiæ episcopum; cum non solum non scripserit Damasus ad Flavianum, verum etiam eos a quibus ordinatus est a communione sua prohibuerit. Sozomen. vii. 11.

9, 5. ἡ Ἀντιοχέων ἐκκλησία διήρητο] Mirari subit, Socratem prorsus prætermisisse in historia sua Vitalem, per quem præcipue divisa est ecclesia Antiochena. Vitalis enim presbyter fuit Antiochiæ et sectator primo Meletii a quo ordinatus fuerat. Postea Apollinari se conjunxit; a quo cum episcopus factus esset, sectæ ejus dux fuit Antiochiæ. Vid. Sozomen. vi. 25. Theodoret. v. 4. Epiphan. Hæres. lxxvii. 20. Facund. Defens. iii Capit. iv. 2. Gregor. Nazianz. Epist. ii ad Cledonium (cii.). Hieronymus tres illos, Vitalem, Meletium, et Paulinum nominat tanquam duces, quorum dubitabat quem sequi deberet cum in Syria versaretur; Epist. xv. 2, et xvi. 2. Hæ epistolæ scriptæ fuisse creduntur A. D. circiter 376. Et Sozomenus refert sectam dictam Vitalianorum extitisse etiam suo ævo Antiochiæ, ibid. Conf. Tillemont. Memoir. tom. x. p. 509, seqq. 526. Walch Historie d. Ketzereien tom. iii. p. 205, seqq.

Cap. 10. Cf. Sozomen. vii. 12. Cass. ix. 19. Niceph. xii. 15. 272

10, 1. *Ἐγίνοντο δὲ ταραχαί*] Exemplum hujus rei commemorat Theodoretus, qui narrat Eusebium Samosatensem interfectum esse in oppidulo Dolicha, jacta in eum a muliere tegula de tecto, v. 4.

10, 2. *Χρόνου διελεύθοντος*] Hic omisit Socrates synodum Aquileiensem, et multa alia quæ ad occidentalem Ecclesiam pertinent. Synodus occidentalium convocata est jussu Gratiani ad Aquileiam nonis Septembris A. D. 381, in qua damnati sunt Palladius et Secundianus episcopi Ariani e Dacia et Attalus presbyter. Vide Ambros. Ep. ix. col. 786—806. Mans. tom. iii. col. 599. Ad hanc synodum Gratianus non vocavit orientales, quamvis id flagitaret Palladius, sed venire permisit si vellent: vid. Act. Conc. initio. Exinde vel ipsa ea synodus, uti refert Libellus synodicus in Mans. col. 619, vel alibi congregati occidentales cum Damaso papa, epistolam direxerunt ad Theodosium, in qua rogabant ut conveniret synodus generalis occidentalium atque orientalium alicubi in Italia: Theodoret. v. 9. Hæc ipsa epistola esse videtur quæ legitur in Mans. tom. iii. col. 630. Theodosius vero isti rogati morem non gessit, sed orientales Constantinopolim tantummodo ad synodum convocavit; ita enim testatur ejus synodi epistola ad occidentales, *πρὸς μόνην ταύτην τὴν ἀποδημίαν τὴν μέχρι Κωνσταντινουπόλεως παρεσκευασμένοι, καὶ περὶ ταύτης μόνης τῆς συνόδου τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχαῖς μεινάντων ἐπισκόπων συγκατάθεσιν ἐπαγόμενοι, μείζονος δὲ ἀποδημίας μήτε προσδοκῆσαντες χρεῖαν, μήτε προκαούσαντες ὄλωσ πρὶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθεῖν*. Theodoret. v. 9; quæ scripta sunt A. D. 382, et synodus habita est eo anno, sicut eadem epistola testatur, *συνδεδραμήκειμεν γὰρ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμότητος μετὰ τὴν ἐν Ἀκυληῖᾳ σύνοδον πρὸς τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα Θεοδοσίον ἐπισταθέντων*, et paulo infra, *καὶ τῷ πέρυσι ἐν Κωνσταντινουπόλει παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκτεθέντι συνόδου*, de synodo Constantinopolitana anni 381. Quod vero Sozomenus scribit, occidentales et Gratianum imperatorem scriptis literis vocasse orientales episcopos ad synodum in Occidente habendam, vii. 11, credi potest, si conferatur cum eo quod antea jusserat Gratianus de concilio Aquileiensi; scilicet ut venirent orientales si vellent; itaque voluerunt Paulinus et Epiphanius: vid. Hieronym. Epist. cviii. 6. Has vero epistolas

Theodosius videtur non ultra Constantinopolim intra suum imperium permisisse: ibi enim eas deprehenderunt patres synodi adventu suo ad Constantinopolim, de quibus sic scribunt, ἐπειδὴ μέντοι τὴν ἀδελφικὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδεικνύμενοι σύνοδον ἐπὶ τῆς Ῥώμης Θεοῦ βουλήσει συγκροτοῦντες, καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεία μέλη προσεκαλέσασθε διὰ τῶν τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, *ibid.*, quod de Gratiano accipi potest: incognitas vero sibi antea fuisse eas literas scribunt alio loco, qui modo citatus est.

Interea conveniebat synodus illa Romam; cui interfuerunt non soli occidentales verum etiam Paulinus ab Antiochia, et Epiphanius a Cypro: venit quoque Hieronymus ut in chartis ecclesiasticis jvaret Damasum. Hieron. Epist. cviii. 6. cxliii. 10. cxlvii. 7. Præterea Maximus Cynicus post repulsam suam a Constantinopoli et a Thessalonica, (vid. supra, ad 6. 5,) jam Romam confugerat ut causam suam ibi ageret, et a Romanis susceptus est: vide Epistolam in Mans. tom. iii. col. 632, quæ aut synodica est hujus synodi, aut saltem continet occidentalium sententiam de rebus orientalium. In ea enim legimus, censuram quandam synodi Constantinopolitanæ, Flavianum non esse justum episcopum Antiochiæ, Maximum *non ab episcopatus Constantinopolitani petitione removendum*, Gregorium male sibi eum episcopatum vindicasse, Nectarium recte episcopum ordinatum fuisse non posse, sed propter eum fortasse fore ut orientales a communione repellerentur, denique satius videri ut de his rebus expectaretur judicium concilii occidentalium et orientalium in Roma habendi; sane omnia "satis pro imperio." His pleraque adversa habet epistola orientalium synodi Constantinopolitanæ habitæ eodem anno, in Theodoret. v. 9, quæ leniter quidem conscripta est; non tamen alteri disertum responsum fuisse videtur. Utraque synodus absoluta est A. D. 382. Orientales vero illi a Roma domum reversi sunt ineunte vere A. D. 383: vide Hieron. Ep. cviii. 6, et 34, qui narrat, Paulam simul cum illis ex Italia vere navigasse, hieme Antiochiam venisse, ætatem sequentem sacris locis invisendis insumpsisse, tum sedem suam ad Bethlehem fixisse; ubi vixit viginti annos, et demum mortem obiit d. 25. Jan. A. D. 404, hoc est, vicesimo anno inchoato: unde constat Italiam reliquisse A. D. 383.

Cum autem Socrates nihil dixerit de synodis ejus anni 382, hanc vero solam memoraverit quam dicit habitam esse Constantinopoli anno 383, suspicor eum consulto illas præteritisse, sicut etiam pleraque alia de dissidio inter Orientem et Occidentem. Nam quanquam revera ingens ac pæne hostilis discordia illo tempore flagraret inter hasce partes Ecclesiæ, præcipua tamen controversiæ capita Soocrates vel prorsus omisit vel levissime præstrinxit. De episcopatu Antiocheno sic divisos fuisse episcopos tradit, infra, 3. 31; cum Paulino stabant Ægyptii, Arabes, et Cyprii; cum Flaviano autem Syri, Palæstini, et Phœnices; quibus addit Sozomenus hinc Armenios, Cappadocas, Galatas, et Ponticos, illinc Romanos et occidentales stetisse. Sozomen. vii. 11.

10, 2. αὐθις σύνοδον] Concilium CPolitanum v, anno 383, mense Julio habitum, *inquit Guil. Cave*; mense Junio, *inquit Ant. Pagi ad eum ann.* n. xiii. **READING.**

10, 4. Ἀθανάριχος] Athanarichus rex Gothorum ingressus est Constantinopolim Eucherio et Evagrio consulibus, die tertia Idus Januarii. Eodem mense diem functus Athanarichus octavo Kalendas Februarii, ut scribitur in Fastis Idatii, et in Chronico Marcellini. Sequente autem anno, qui fuit Christi 382, Antonio et Syagrio consulibus, universa gens Gothorum sese Theodosio tradidit die v. Nonas Octobris, ut tradit idem Idatius. VALES. Conf. Zosim. iv. 34. Hieronym. Chron. Clinton. Fast. Rom. A. D. 381. et 382.

10, 5. ἐκκαιδεκάτη τοῦ Ἰαννουαρίου] Arcadius a Theodosio patre Augustus renunciatus xiv Kal. Febr. seu die 19 Januarii, ut habent auctor Chronici Alexandrini et Miscella. Quare errant Theodorus Lector in fine libri 2, ubi hoc factum scribit die 17 Januarii, Socrates ac Idacius in Fastis, qui id factum tradunt die 16 Januarii. Dies [leg. Die] 19 electus, quia Theodosius eodem imperium acceperat. Porro eam inaugurationem anno 383 peractam, ex Arcadii nummis, et Themistii oratione 16, quæ est de pace et consulatu Saturnini, hujus anni initio recitata, certum redditur. *Ant. Pagi ad ann.* 383. n. xii. **READING.** Conf. Clinton. F. R. A. D. 383.

10, 9. συστήναι δὲ λόγοις] Conjecturam quæ in margine posita est, legendum esse λόγους, acsi præcederet συστήσαι, cui favere videtur Epiphaniï versio, reddere rationem, nunc reprobo,

collato Sozomeni loco qui hunc explicat, *ἐκάτερος ἀνδρείως συνίστατο τούτῳ τῷ δόγματι πρὸς τοὺς τὰ Ἀρείου φρονούντας*, vi. 17, ubi Valesius verbum *συνίστατο* reddit, *assertabat*; et simili loco, *τῇ δὲ τοῦ ὁμοουσίου πίστει συνίστατο*, supra, iv. 26, 17.

Ibid. *Σισίννιον*] Plura de Sisinnio vide infra, vi. 22.

10, 11. *τὰς ἐκδόσεις*] Christophorsonus vertit *formulas fidei a 273 veteribus traditas*. Epiphanius autem Scholasticus *traditionem veterum* interpretatur. Neutrum probo. Libros enim veterum Ecclesiæ doctorum intelligit Socrates, ac præcipue interpretationes sacræ Scripturæ ab illis editas. Certe quas hic vocavit *ἐκδόσεις*, paulo post vocat *τὰς βιβλους τῶν παλαιῶν*. Quare *expositiones* hoc loco interpretari malui cum Musoulo. Certe Socrates infra vocat *ἀρχαίων ἔκθεσιν*, quas hic dixerat *ἐκδόσεις*. VALES.

10, 16. *τιμῶν αὐτοῦς ὡς καθηγητὰς*] Ipsi Ariani, quanquam apud imperitam plebem se fidem a patribus traditam tenuisse jactitarint, adeoque colorem aliquem obducere potuerint suæ hæresi ex dictis quibusdam patrum nonnullorum perperam intellectis; disputatione tamen pressi, veterum iudicium atque auctoritatem prorsus declinarunt; quod ex hac historia satis patet: cui “addi potest quod Alexander Alexandrinus testetur (in Epistola ad cognominem suum CPolitanum, apud Theod. Hist. lib. i. c. 4.) primos Arianæ hæresis propugnatores nullo in pretio habuisse priscos doctores, atque ad instar fanaticorum et enthusiastarum nostrorum se per revelationem edoctos impudenter jactitasse. *Cl. Bullus in Epilogo Defens. Fid. Nic.* [pp. 801. 803.] **READING.**

10, 24. *Εὐνομιανῶν δὲ αὐτὸς Εὐνόμιος*] Hanc fidei expositionem quam tunc Eunomius obtulit principi Theodosio, manuscriptam penes me habeo, beneficio viri clarissimi ac doctissimi Emerici Bigotii. In Codice quidem Bavarico, et in exemplari Livineii, subjecta erat libris Gregorii Nysseni contra Eunomium, ut testatur Gretserus. Verum in codice Florentino, ex quo Bigotius eam descripsit, præfixa erat iisdem libris. Nec inutile fuerit eam hic apponere. Etsi enim totam Eunomii impietatem complectitur, quædam tamen habet minime spernenda. 274

Εὐνομίου ἔκθεσις.

Τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ δικαίαν κρίσιν

φήσαντος ὁμολογεῖν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοὺς ὁμολο-
 γούντας αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀπαρνεῖσθαι τοὺς
 ἀρνούμενους αὐτόν· καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας προτρεπού-
 σης ἡμᾶς, ἐτοιμοὺς εἶναι πρὸς ἀπολογίαὺν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι
 λόγον· καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐξιζητούντων τὴν
 ὁμολογίαν, προθύμως ὁμολογοῦμεν ἃ φρονοῦμεν, καὶ ὅτι πιστεύομεν
 εἰς τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, κατὰ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν,
 οὐκ ἔψευσμένη φωνῇ τιμώντες· ἐστὶ γὰρ ἀψευδής· ἀλλ' ὅπως ὅντα
 φύσει τε καὶ δόξῃ Θεὸν ἕνα· ἀνάρχως, αἰδίως, ἀτελευτήτως μόνον·
 οὐ τὴν οὐσίαν καθ' ἣν ἐστὶν εἰς χωριζόμενον ἢ μεριζόμενον εἰς
 πλείους· ἢ ἄλλοτε ἄλλον γινόμενον, ἢ τοῦ εἶναι ὃ ἐστὶν μεθιστά-
 μενον. οὔτε ἐκ μᾶς οὐσίας εἰς ὑποστάσεις τρεῖς σχηματιζόμενον·
 πάντῃ γὰρ καθάπαξ ἐστὶν εἰς, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ τε καὶ ὡσαύτως
 διαμένων μόνος· οὐ κοινωνῶν ἔχων τῆς θεότητος, οὐ μεριστὴν τῆς
 δόξης, οὐ σύγκληρον τῆς ἐξουσίας, οὐ σύνθρονον τῆς βασιλείας· εἰς
 γὰρ ἐστὶ καὶ μόνος Θεὸς παντοκράτωρ, Θεὸς Θεῶν, βασιλεὺς τῶν
 βασιλευνόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων· ὑψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν
 γῆν, ὑψιστος ἐν οὐρανοῖς, ὑψιστος ἐν ὑψίστοις τοῖς ἐπουρανοῖς·
 ἀληθινὸς ἐν τῷ εἶναι ὃ ἐστὶν αἰεὶ καὶ διαμένει· ἀληθινὸς ἐν ἔργοις,
 ἀληθινὸς ἐν λόγοις· ἀρχὴ ἀπάσης ὑποταγῆς, ἐξουσίας, βασιλείας·
 ἀνώτερος τροπῆς, καὶ μεταβολῆς ἐλεύθερος, ὡς ἀκέρατος· οὐκ ἐν
 τῷ γεννᾶν τὴν ἰδίαν οὐσίαν μερίζων, καὶ ὁ αὐτὸς γεννῶν καὶ γεννώ-
 μενος, ἢ ὁ αὐτὸς Πατὴρ γινόμενος καὶ Υἱός· ἐστὶ γὰρ ἀφθαρτος· οὐκ
 ἐν τῷ ποιεῖν ἢ μερῶν ἢ φυσικῶν ὀργάνων προσδεόμενος· ἐστὶ γὰρ
 πάντων ἀπροσδεής. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, τὸν
 μονογενῆ Θεὸν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, Χριστὸν ἀληθινὸν
 Θεὸν, οὐκ ἀγέννητον· οὐκ ἄνευ γεννήσεως πρὸ τοῦ εἶναι ὀνομαζό-
 μενον Υἱὸν, πρὸ πάσης κτίσεως γενόμενον· οὐκ ἄκτιστον· ἀρχὴν
 δδῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ἀρχῇ ὄντα λόγον· οὐκ ἄναρχον·
 σοφίαν ζῶσαν, ἀλήθειαν ἐνεργούσαν, δύναμιν ὑφεστῶσαν, ζῶν
 γεννητήν. ὡς Υἱὸν Θεοῦ ζωογονοῦντα τοὺς ζῶντας· καὶ ζωοποι-
 οῦντα τοὺς νεκρούς· φῶς ἀληθινὸν, φωτίζων πάντα ἄνθρωπον εἰς-
 ερχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἀγαθὸν καὶ χορηγὸν ἀγαθῶν· ὡς ἀγαθό-
 τητι καὶ δυνάμει γεννηθέντα τοῦ Πατρὸς. οὐχὶ τῷ μερίσαντι συμ-
 μερισάμενον τὴν ἀξίαν, οὐκ ἄλλῃ τινὶ τὴν πατρικὴν οὐσίαν, οὐ τὴν
 βασιλείαν· ἀλλὰ γενόμενον ἐκ γεννήσεως ἕνδοξον, καὶ τῆς δόξης
 Κύριον· καὶ λαβόντα παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν δόξαν, οὐ τῆς ἐκείνου
 μεταλαβόντα δόξης· ἀμετάδοτος γὰρ ἡ δόξα τοῦ παντοκράτορος,
 καθὼς εἶπε, τὴν δόξαν μου ἐτέρῳ οὐ δώσω· δεδοξασμένον ὑπὸ τοῦ

Πατὴρ πρὸ τῶν αἰῶνων· δεδοξασμένοι ὑπὸ τοῦ Πατρὸς δι' αἰῶνος, καὶ πάσης λογικῆς καὶ γεννητῆς οὐσίας· δορυφορούμενοι ὑπὸ πάσης ἐπουρανοῦ στρατιάς· Κύριος γὰρ ἔστι καὶ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὡς Υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεός· δημιουργὸς ἀθανάτων καὶ θνητῶν, δημιουργὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν· βασιλεὺς καὶ Κύριος πάσης ζωῆς καὶ πνοῆς τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων· πάντα γὰρ αὐτῷ παρεδόθη παρὰ τοῦ Πατρὸς, κατὰ τὴν ἀγίαν αὐτοῦ φωνήν, καὶ πάντα δέδωκεν ὁ Πατὴρ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· ὑπήκοος πρὸς τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν καὶ γένεσιν· ὑπήκοος πρὸς πᾶσαν διοίκησιν· οὐκ ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσλαβὼν τὸ εἶναι Υἱὸς ἢ Θεός· ἀλλ' ἐκ τοῦ Υἱὸς εἶναι καὶ γεννηθῆναι μονογενῆς Θεὸς γενόμενος· ὑπήκοος ἐν ἔργοις· ὑπήκοος ἐν λόγοις· μεσίτης ἐν δόγμασι· μεσίτης ἐν νόμοις· τοῦτον ἴσμεν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ μονογενῆ Θεόν· τοῦτον ὁμοιον τῷ γεννησάντι μόνον καθ' ἐξαιρετον ὁμοιότητα καὶ τὴν ἰδιάζουσαν ἔννοιαν· οὐκ ὡς Πατρί Πατέρα· οὐ γὰρ εἰσὶ δύο Πατέρες· οὐδὲ ὡς Υἱῷ Υἱὸν, οὐκ ὄντων δύο Υἱῶν· οὐδὲ ὡς ἀγέννητον ἀγεννήτῳ· μόνος γὰρ ἔστιν ἀγέννητος ὁ παντοκράτωρ· καὶ μόνος Υἱὸς ὁ μονογενής· ἀλλ' ὡς Υἱὸν Πατρί· ὡς εἰκόνα καὶ ὡς σφραγίδα πάσης τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως· σφραγίδα τῶν τοῦ Πατρὸς ἔργων καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων· τοῦτον ὁμολογοῦμεν ἓνα τὸν ἐν ὕδασι ἐπικεύσαντα τὴν γῆν· τὸν πυρὶ καταφλέξαντα Σοδομίτας· τὸν ἐπιθέντα δίκην Αἴγυπτίσι· τὸν θέμενον τοὺς νόμους κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ· τὸν ἐπὶ τῶν προφητῶν ὁμιλήσαντα τοῖς παλαίοις· τὸν καλέσαντα τοὺς ἀπειθοῦντας· τὸν λαβόντα πᾶσαν τοῦ κρίνειν τὴν ἔξουσίαν· ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα· τὴν γὰρ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ· τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν γενόμενον ἐν σαρκί· γενόμενον ἐκ γυναικός· γενόμενον ἄνθρωπον ἐπὶ ἐλευθερίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν· ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον· τὸν διὰ γλώσσης καὶ στόματος εὐαγγελισάμενον τὴν εἰρήνην τοῖς ἐγγύς καὶ τοῖς μακρὰν· τὸν γενόμενον ὑπήκοον μεχρὶ σταυροῦ καὶ θανάτου· καὶ μὴ ἰδόντα διαφθορὰν, ἀλλ' ἀναστάντα τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν· καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνακεφαλαιωσάμενον τοῖς ἑαυτοῦ τὸ μυστήριον· καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς· τὸν ἐρχόμενον κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ μετὰ τοῦτον πιστεύομεν εἰς τὸν Παράκλητον τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· τὸν καθηγητὴν τῆς εὐσεβείας· γενόμενον ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς, καὶ τοῦ καθάπαξ ὑποτεταγμένου· οὔτε κατὰ τὸν Πατέρα· οὔτε τῷ Πατρί συναριθμούμενον· εἰς γὰρ ἔστι καὶ μόνος Πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· οὔτε τῷ Υἱῷ συνεξισούμενον

μονογενῆς γάρ ἐστιν, οὐδένα ἔχων ἀδελφὸν ὁμογενῆ· οὔτε μὴν ἄλλῃ τιῶν συνασσομένων· ἀπάντων γὰρ ἀναβέβηκε τῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ γενομένων ποιημάτων γενέσει καὶ φύσει, καὶ δόξῃ καὶ γνώσει· ὡς πρῶτον ἔργον καὶ κράτιστον τοῦ μονογενοῦς· μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον· εἰς δὲ καὶ οὗτος ὦν καὶ πρῶτος καὶ μόνος· καὶ πάντων προὔχων τῶν τοῦ Υἱοῦ ποιημάτων κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φυσικὴν ἀξίαν, πᾶσαν ἐνεργεῖαν καὶ διδασκαλίαν ἐξανύει κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Υἱῷ, πεμπόμενον ὑπ' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνων· καὶ ἀναγγέλλων τοῖς παιδευομένοις· καὶ τῆς ἀληθείας καθηγούμενον· ἀγιάζων τοὺς ἁγίους· μυσταγωγῶν τοὺς προσίοντας τῷ μυστηρίῳ· διανέμων πᾶσαν δωρεὰν τῷ πνεύματι τοῦ διδόντος τὴν χάριν· συνεργῶν τοῖς πιστοῖς πρὸς κατανόησιν καὶ θεωρίαν τῶν διατεταγμένων· ὑψηλῶν εὐχομένοις· ὀδηγῶν πρὸς τὸ συμφέρον κρατύνων πρὸς εὐσέβειαν· φωτίζων τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως· καθάρων τοὺς λογισμοὺς· δαίμονας ἀπέργων, καὶ νοσοῦντας θεραπεύων· τοὺς νοσοῦντας ἰώμενος· πλανωμένους ἐπιστρέφων· θλιβομένους παρακαλῶν· ὀκλάζοντας ἀνορθῶν· πονοῦντας ἀνακτώμενος· ἀγωνιζόμενοις ὑποφωνῶν· δειλανδροῦντας θαρσύνων· ἀπάντων κηδεμόνα· πᾶσαν φροντίδα καὶ πρόνοιαν εἰσφερόμενον εἰς προσαγωγὴν τῶν εὐνοουστέρων καὶ φυλακὴν τῶν πιστοτέρων. πιστεύομεν ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν γενησομένην ἀνάστασιν διὰ τοῦ Σωτῆρος, αὐτῶν τῶν διαλυθέντων σωμάτων, μετὰ τῶν οἰκειῶν καὶ μερῶν καὶ μορίων· οὐδενὸς ἐλλείποντος οὔτε ἐνηλλαγμένου τῶν τὸ ἐκάστου σῶμα συμπληρούτων κατὰ τὸν παρόντα βίον· ἔτι μὴν καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις κρίσιν τῶν ἐπὶ κακῶς δοξαζομένων ἢ βεβιωμένων· καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν γενομένων ἔργων καὶ λόγων καὶ ἐνεργειῶν, πράξεων, ἐνθυμημάτων, νοημάτων· μηδενὸς τὸ παράπαν λανθάνοντος τῶν μεγίστων ἢ τῶν ἐλαχίστων· μηδενὸς περιορωμένου τῶν ἐνθέσμως ἢ παρανόμως εἰργασμένων, ἢ πεπραγμένων· τῆς συμμετροῦ καὶ δικαίας ἐπιμετρομένης δίκης· καὶ τοὺς μὲν εἰς τέλος ἀσεβήσαντας ἢ ἁμαρτήσαντας, πρὸς τὴν ἀτελεύτητον κόλασιν παραπεμπούσης· τοὺς δὲ ὁσίως καὶ δικαίως βιώσαντας πρὸς τὴν αἰωνίαν ζωὴν ἀναφερούσης. ταῦτα καὶ φρονούμεν παρὰ τῶν ἁγίων μαθόντες, καὶ φρονοῦντες πιστεύομεν. οὐδὲν ὑπ' αἰσχύνης ἢ δέους παρέντες ὦν ἐμάθομεν· οὔτε μὴν ἐπ' αἰσχύνης ἢ φιλονεικίας προστιθέντες πλείον ἢ διαστρέφοντες· οὐδὲ συνειδότες οὐδὲν ἀπηχῆς ἢ δύσφημον, ὅποια πλάττουσι καθ' ἡμῶν οἱ συκοφαντοῦντες ἢ διαβάλλοντες· ὦν τὸ κρίμα ἔνδικον ἐστίν. Quæ nos in Latinum sermonem transtulimus hoc modo.

Fides exposita ab Eunomio.

Cum Deus ac Servator noster Jesus Christus justissima sententia dixerit, confessurum se coram Deo Patre, eos qui ipsum confiterentur coram hominibus, et negaturum eos qui ipsum negarent: cumque apostolica doctrina hortetur nos ut prompti paratique simus ad reddendam rationem cuilibet eam poscenti: cum denique imperialia præcepta hanc confessionem requirant, alacri animo confitemur ea quæ sentimus, et quod credimus in unum ac solum verum Deum, juxta ipsius doctrinam, neutiquam falsa voce eum honorantes. Est enim expers mendacii. Quippe qui et natura et gloria revera est unus Deus; sine principio, semper et indesinenter solus: substantia secundum quam unus est nequaquam divisus, aut partitus in plures: aut alius atque alius subinde existens, aut ab eo quod est recedens: nec ex una substantia in tres hypostases figuratus. Omnino enim et semel unus est, uno semper atque eodem modo permanens solus: nullum habens socium divinitatis, nullum gloriæ participem, nullum consortem potentiæ, nullum regni assessorem. Unus enim est ac solus Deus omnipotens, Deus deorum, Rex regum, et Dominus dominantium: altissimus super omnem terram: altissimus in cœlis: altissimus in altissimis ac cœlestibus: verus in existendo id quod est et manet semper: verus in operibus, verus in sermonibus: principium omnis subjectionis, potestatis, imperii. Superior conversione, et expers mutationis, utpote illibatus. Propriam substantiam non partiens in generando: nec idem generans et generatus, aut idem Pater existens et Filius. Est enim incorruptus. In faciendo nequaquam indigens materia, aut membris, aut naturalibus instrumentis. Nulla enim re opus habet. Credimus etiam in Filium Dei unigenitum Deum, primogenitum omnis creaturæ, Christum verum Deum, non ingentum: non antequam esset, sine generatione Filium nominatum: genitum ante omnem creaturam: non increatum: principium viarum Dei ad opera, et in principio existentem sermonem: non expertem principii: sapientiam viventem: veritatem operantem: virtutem subsistentem: vitam genitam. Qui, utpote Filius Dei, vivos vivificat, et suscitatur mortuos. Lucem veram quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. Bonum, et suppeditatorem bonorum: quippe qui bonitate ac

virtute Patris est genitus. Qui neque cum eo qui ipsi imperitus est dignitatem, neque cum ullo alio paternam substantiam aut regnum participavit. Sed qui ex generatione factus est gloriosus et Dominus gloriæ. Qui a Patre accepit gloriam, non autem participavit gloriam Patris. Nam gloria Omnipotentis est incommunicabilis, sicut ipse dixit: *gloriam meam alteri non dabo*. Qui a Patre glorificatus est ante sæcula. Qui glorificatur a Patre per sæcula, et per universam rationalem et creatam substantiam. Quem stipat universa cœlestis militia. Est enim Dominus et Rex gloriæ, utpote Dei Filius ac Deus: opifex mortalium atque immortalium: opifex spirituum et universæ carnis. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: Rex et Dominus vitæ omnis ac spiritus eorum quæ per ipsum facta sunt. Omnia enim ei tradita sunt a Patre, juxta sanctissimam ejus vocem, et omnia dedit Pater in manu ejus. Obediens ad officium et creationem omnium rerum. Obediens ad omnem administrationem. Qui non ex obedientia accepit ut esset Filius aut Deus. Sed ex eo quod Filius est, et quod unicus genitus est, factus est Deus. Obediens in operibus, obediens in verbis. Mediator in sententiis, mediator in legibus. Hunc Filium Dei et unigenitum Deum agnoscimus; solum similem Patri ob præcipuam similitudinem et propriam significationem: non ut Patrem Patri. Neque enim duo sunt Patres. Non ut Filium Filio: quippe cum non sint duo Filii: neque ut ingenitum ingenito: unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens; et unus Filius, unigenitus scilicet. Sed similem, ut Filium Patri: quippe qui imago sit et sigillum omnis operationis ac virtutis paternæ; sigillum omnium operum ac sermonum et consiliorum Patris. Hunc confitemur unum esse eorum qui terram inundarunt, eum qui Sodomitas igne exussit. Qui Ægyptios supplicio affecit. Qui leges tulit juxta mandatum æterni Dei. Qui tempore prophetarum locutus est ad priscos. Qui vocavit eos qui parere recusabant. Qui omnem judicandi potestatem accepit. Pater enim non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio. Qui in ultimis diebus factus est in carne, factus ex muliere. Factus est homo ad liberationem et salutem generis nostri. Qui hominem ex anima constantem et corpore adsumpsit.

Qui ore et lingua annuntiavit pacem vicinis simul ac remotis. Qui factus est obediens usque ad crucem et ad mortem: et qui non vidit corruptionem, sed surrexit tertia die. Et post resurrectionem discipulis suis per compendium exposuit mysterium. Qui sedet ad dexteram Patris, qui venturus est ut vivos iudicet ac mortuos. Post hunc credimus in Paracletum, Spiritum veritatis, doctorem pietatis. Qui factus est ab unigenito, et illi semel subjectus: nec post Patrem, nec cum Patre connumeratus. Unus enim ac solus Pater est Deus super omnia. Nec Filio cœquatus; unicus enim est Filius, nullum fratrem habens simul genitum. Nec tamen cum ulla alia re comparatus. Omnia enim quæ per Filium facta sunt opera, transcendit generatione ac natura, et gloria et cognitione; quippe qui primum sit ac præstantissimum, et maximum ac pulcherrimum opus unigeniti. Qui cum unus ac solus sit etiam ipse, primusque et excellentissimus omnium Filii opificiorum, ob substantiam et naturæ dignitatem, operationem omnem ac doctrinam perficit ex arbitrio Filii, missus ab illo et ab eodem accipiens: et renunciens iis qui instituuntur: docens veritatem: sanctos sanctificans: deducens eos qui ad sacramentum accedunt: dividens spiritui omne donum ejus qui dat gratiam. Qui cooperatur fidelibus ad intelligentiam et contemplationem eorum quæ mandata sunt. Qui orantibus subsonat. Qui ad id quod utile est præit viam. Qui ad pietatem corroborat. Qui animas luce cognitionis illustrat. Qui purgat cogitationes. Qui dæmones abigit, ægros curat, sanat languidos. Qui errantes reducit in viam: solatur contritos: titubantes erigit: reficit laborantes. Qui pugnantibus subclamat: timidis addit animos: curator universorum. Qui curam omnem ac sollicitudinem adhibet, ut benevolos promoveat, et fideliores quosque custodiat. Posthæc credimus in eam quæ per Servatorem futura est, resurrectionem corporum, horum scilicet ipsorum quæ dissoluta sunt, una cum propriis membris ac partibus: nullo deficiente aut immutato ex iis quæ uniuscujusque corpus componebant dum viveret. Præterea credimus iudicium quod postea fiet, eorum quæ male cogitata atque acta fuerint in vita, et omnium pariter operum ac verborum et actuum, cogitationum ac sensuum, qui fuerint in hac vita: ita ut nihil omnino lateat, nec maximum quid-

quam, nec minimum: nihil negligatur ex iis quæ illegitime aut injuste gesta sunt ac perpetrata: sed justa et æqua merces rependatur: et ii quidem qui usque ad exitum vitæ impie se gesserint aut peccaverint, sempiterno tradantur supplicio: ii vero qui juste ac pie vixerint, ad æternam vitam perducantur. Hæc sentimus, prout a sanctis accepimus; et sentientes credimus: nihil eorum quæ accepimus, præ pudore aut præ metu omittentes: sed neque per impudentiam aut pervicaciam aliquid amplius addentes aut pervertentes: nec nobis conscii ullius impietatis ac blasphemiz, cujusmodi adversus nos confingunt calumniatores, quorum justa est condemnatio.

Porro hanc esse confessionem fidei, quæ ab Eunomio tradita est Theodosio, mense Junio, Merobande 2. et Saturnino consulibus, constat ex verbis quæ leguntur initio hujus confessionis: καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐπιζητούντων ὁμολογῶν. VALES.

10, 26. μεμψόμενος ἔρρηξε] Finito hoc concilio, Theod²⁷⁵osius duplicem adversus Hæreticos constitutionem emisit. Priorem viii Kal. Aug. qua omnem hæreticis coeundi potestatem abrogat. Posteriorem iii Non. Sept. qua vetat ne in agris etiam et villis cœtus suos celebrarent; domos in quibus conventus suos habuerint, fisco adjudicandas, ordinationes hæreticorum prohibendas; qui alio commigrant docendi, vel mysteriorum suorum exercendorum causa, ad proprias urbes esse remittendos, inflicta damnationis pœna officialibus iudicum, urbiumque magistratibus, qui hujusmodi cœtus non prohiberent. Habentur hæc duæ leges Cod. Theod. [xvi.] Tit. *de Hæret.* l. xi. et xii. [tom. vi. p. 140.] ubi vide quæ notavit Cl. Gothofredus. In priore lege Eunomiani, Ariani, Macedoniani Pneumatomachi, Manichæi, Enekratitæ, Apotactitæ, Saccophori, et Hydroparastatæ nominatim recensentur. *Guil. Cave* vol. ii. *ad ann.* 383. READING.

Ibid. μόνην δὲ τὴν τοῦ ὁμοουσίου ἐπαιρέσας ἐδέξατο] Conventus ille Constantinopolitanus anni 383, quem Socrates hic synodum appellat, non fuit synodus ecclesiastica; continebat enim schismaticos et hæreticos jam ab ecclesia exclusos; sed fuit consultatio, vel, ut recte Epiphanius distinguit, examinatio, *Hist. Trip.* ix. 19, in qua imperator de sectarum dissensionibus consulebat vel examinabat. Cujus quidem inquisi-

tionis fructus conspicitur in legibus illis quas paulo postea edixit; sicut monstrat Caveus in loco quem modo apposuit Reading. Hac vero de causa evenit ut de ipso conventu tam altum sit inter antiquos scriptores silentium: nihil enim de eo compertum habemus, præter hoc quod Socrates narravit et Sozomenus e Socrate exscripsit. Quod autem Socrates refert tanquam a Sisinnio excogitatum, ut provocaretur ad veteres Ecclesiæ patres, qui auctores haberentur in interpretanda doctrina, id maxime notatu dignum est. Ibi enim exemplum habemus ejus disputandi modi qui exinde usu receptus est quoties de doctrina fidei ageretur; scilicet ut interpretatio S. Scripturæ testimonio antiquorum patrum confirmaretur. De quo omnino audiendus est doctissimus Pearsonus, sic disserens, "Nam ut ex Socrate et Sozomeno, Theodoreto, et Leontio, aliisque constat, hæretici qui ad finem ævi quarti antiquorum Patrum consensui acquiescere recusarunt, quinto statim et sequentibus eos Patres tanquam arbitros admiserunt qui ante divisionem, sive exortum cujuslibet hæreseos scripserant: unde tales catalogi, quales apud Theodoretum et Gelasium reperiuntur, confecti sunt." Pearson. Vindic. Ignat. i. c. 2. p. 13.

10, 28. οἱ τῆς] *Lego ai τῆς*. Subauditur enim ἐκκλησίαι. 276
Privilegia autem ecclesiarum sunt, jus asyli, jus legata accipiendi, et similia. VALES.

10, 31. τὰ γὰρ κατὰ Ἀντιόχειαν] Conf. supra, ad § 2. Prætermisit Socrates duas synodos, quæ hoc fere tempore habitæ sunt contra Messalianos sive Euchitas. Una Sidæ fuit viginti quinque episcoporum, cui præfuit Amphilocheus Iconii episcopus; altera Antiochiæ trium episcoporum et triginta clericorum, cui præfuit Flavianus. Damnati sunt Adelphius sectæ dux et socii ejus, Sabæ duo, Eustathius Edessenus, Dadoas, et Symeon, et Hermas quoque secundum Theodoretum: plurimæ item conscriptæ sunt epistolæ super hac quæstione a diversis episcopis. Photius commemorat non tantum ea quæ de Messalianis legerat in duabus istis synodis, verum etiam quæ ab aliis episcopis gesta erant usque ad suum ævum. Biblioth. 52. Plura de Messalianis vide in Epiphan. Hæres. lxxx. scripta aliquot annos ante habitas hasce synodos, in Theodoret. H. E. iv. 11, et Hæret. Fab. iv. 11. Annum synodi Sidensis

computant chronologi ad A. D. 383. Vid. Mans. t. iii. c. 651. Clinton. Fast. Rom. eo anno c. 4.

Cap. 11. Conf. Sozomen. vii. 13. Theodoret. v. 12, 13. Rufin. xi. 14, 15. Cassiod. ix. 21. Philostorg. x. 5. Niceph. xii. 19, 20.

11, 2. Μάξιμος] Τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν τὰ τῶν αὐτοκρατόρων ἦθη διαφθεῖρειν ἐλωθῶσι πειθόμενος seqq. *Gratianus iis obtemperans qui principum mores in aulis corrumpere solent, Alanos quosdam transfugas susceptos, et militum numeris adscriptos, muneribus largis cohonestabat, tantique faciebat, ut eis maximi res momenti crederet, nulla ratione suorum militum habita. Pariebat hoc imperatori apud milites odium: quod paulatim succensum et auctum ad rerum novarum libidinem perpulit cum alios milites, tum vel maxime Britannicis in Insulis constitutos; ut qui magis contumaciæ et iracundiæ, quam ceteri omnes, indulgerent. Incitabat etiam magis eos Maximus, Hispanus natione, qui Theodosii principis in Britannia commilito fuerat. Is permoleste ferens, Theodosium quidem habitum fuisse dignum imperio, se vero nullum ad honorificum magistratum pervenisse, magis etiam milites ad imperatoris odium irritabat. Illi facile ad seditionem impulsus, Maximum imperatorem appellant; ac tradita illi cum diademate purpura, confestimque transmissa navibus Oceano, ad ostia Rheni adpulerunt. Exercitibus autem qui erant in Germania, ceterisque secundum hanc regionibus, summa cum benevolentia designationem hanc approbantibus; objiciebat ei se Gratianus, praelio congressurus, quod non exigua pars exercitus adhuc ab ipso staret. Ubi copias propius ad se invicem accessissent, ad quinque dies inter se velitationibus utebantur. Conspicatus autem Gratianus primo Mauros equites universos discessionem fecisse, ac Maximum Augustum conclamasse, deinde ceteros etiam paulatim ad Maximi partes transire: desperatis rebus, sumtisque secum trecentis equitibus, pleno cursu cum eis versus Alpes aufugit. Eas cum nullo munitas praesidio reperisset, versus Rhaetias et Noricum, et Pannonias, et Mysiam superiorem tendit. Hac illius fuga non neglecta Maximus, magistrum equitum Andragathium oriundum a Ponto Euxino, qui esse peramico in ipsum animo videretur, cum equis laborum tolerantissimis ad eum persequendum mittit. Is impetu continuo Gratianum persequens, quum Sigiduni pontem transiturum adsequutus esset,*

occidit; atque hoc modo stabilis imperium Maximo reddidit. Zosim. Hist. lib. iv. p. 760. In eandem sententiam, sed multo brevius scribit Victor in Epitome. Maximus a Gilda *Germani plantationis Britannicæ*, ab Ausonio *Rutupinus latro* nominatur, non aliam ob causam, quam quod apud Britanniam tyrannidem arripuisset. Optime hunc locum Socratis reddidit Cl. Usserius, de Britann. Eccles. Primordiis, pag. 198. *Maximus ex partibus Britannicæ arma contra imperium Romanum tulit.* READING.

De Maximi indole et moribus vide Sulpicium Severum in Vita S. Martini c. 20. Quod vero ad historiolum illam attinet quam Reading modo exscripsit e Zosimo, animadvertendum est, Zosimum temere locum cladis Gratiani transposuisse a Gallia ad Mœsiam, a Rhodano ad Danubium. Conf. Clinton. F.R. A.D. 383.

11, 2. *κἀμουντι Γρατιανῶ εἰς τὸν κατὰ Ἀλαμανῶν πόλεμον*] Nescio quo auctore Socrates hoc dixerit: alii enim scriptores non memorant Gratianum tunc bellum contra Alamannos gessisse. Refert quidem Zosimus, eum paulo antea a duabus gentibus, quas Germanas vocat, infestatum esse, scilicet ab iis ipsis Gothis quorum primum adventum in Thraciam narravit Socrates supra, iv. 33, quos iterum irrupisse Zosimus indicat iv. 34, ubi vide Reitemeier; nihil vero dixit de Gratiano postea cum Germanis vel Alemannis congregiente. Et prorsus aliter quam Socrates de Gratiano scribit Victor quoque, sic; *Dum exercitum negligeret, et paucos ex Alanis quos ingenti auro ad se transtulerat anteferebat veteri et Romano militi, adeoque barbarorum comitatu et prope amicitia capitur, ut nonnunquam eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitavit.* Hoc tempore cum Maximus apud Britanniam tyrannidem arripuisset et in Galliam transmisisset, ab infensis Gratiano legionibus exceptus Gratianum fugavit, nec mora extinxit. Epitom. 47. Veruntamen cum Jornandes dixerit *Gratianum a Roma in Gallias ob incursionem Vandalorum recessisse* anno supra memorato, nempe 379, fortasse ad hæc respexit Socrates. Jornand. De Reb. Get. 27. Aut per Alemannos intellexerit Francos; quos Sulpicius Alexander tradidit in Germaniam irrupisse eo tempore quo Maximus Aquileiæ sederet, sicut discimus e Gregorio Turonensi Hist. Franc. ii. 9:

nam fieri quidem potest ut illi jam antea huic magnæ irruptioni præluserint per incursiones aliquas factas præviis annis.

II, 5. *ταραχὰς μεγίστας κατὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἀμβροσίου ἐκίνησεν*] Egit Justina cum Divo Ambrosio, ut Basilicam Arianis concederet, ut suos conventus celebrarent. Ambrosius nullis promissis aut minis ad id inflecti potuit. Unde Oratio ejus *de non tradendis Basilicis*. Excitata in eum persecutio anno 385, biennium duravit. *Ant. Pagi ad ann.* 386. n. iii. READ.

Socrates igitur hæc biennio prius refert quam gesta sint: siquidem ante Gratiani cædem incepta esse dicit. Quæ evenerunt descripta sunt in Ambrosii Epistola ad sororem suam, xx. t. ii. col. 852.

II, 9. *βασιλεύσας ἔτη δεκαπέντε*] Imo sedecim annos imperavit, utpote anno 367, Augustus factus. *W. Louth. Imperavit cum patre Valentiniano annos octo, dies octoginta quinque: cum patruo et fratre tres: cum eodem fratre ac Theodosio quatuor: et cum his omnibus accedente Arcadio menses sex.* Victor in Epitome: *Satis accurate*, inquit *Ant. Pagi ad ann.* 383. n. ix. ubi observat Gratianum obiisse viii Kal. Septembris ejus anni. READING.

Ibid. *ζήσας ἔτη εἰκοσιτέσσαρα*] Multa testatur Ambrosius de pietate et virtutibus Gratiani, sicut in De Obitu. Valentin. 74. (ubi alia testimonia citat Benedict. ed.) et in libro De Fide, quem ipsius rogatu conscriptum Gratiano dedicavit, et alibi: una præterea res memoratu digna est quam Zosimus refert, Gratianum primum omnium imperatorum respuisse oblatum a pontificibus Romanis pontificatum maximum, quem ceteri imperatores etiam Christiani acceperant. *Zosim. iv.* 36.

II, 12. *ἐν Θεσσαλονίκῃ*] Hoc loco dubitationem meam lectori proponam. Existimo igitur Thessalonicam, quæ caput fuit Macedoniæ, fuisse sub imperio Theodosii. Movet me, primo quidem quod Theodosius, postquam a Gratiano Augustus renunciatus fuisset Sirmii, Thessalonicam profectus, illic diu sedit, et legationes civitatum Orientis excepit: cumque in morbum incidisset, ab Acholio ejus civitatis episcopo baptizatus est, ut scribunt Zosimus, Prosper, Socrates, et ceteri. Deinde in ea urbe positus multas leges edidit, quæ in codice Theodosiano referuntur, sub titulo de fide catholica, et de hæreticis, datæ Thessalonicæ. Denique in synodo Constanti-

nopolitana, cui solos Orientis episcopos interfuisse constat, recensetur Acholius episcopus Thessalonicæ, ut videre est supra cap. 8. Post tempora quidem Theodosii, quin Thessalonica sub Orientis imperatoribus fuerit, dubitari non potest. Fuit enim caput Illyrici orientalis, quod Macedoniam continebat et Daciam, ut docet notitia imperii Romani. Sed sub initium imperii Theodosii an ita fuerit, dubitari merito potest. Etenim Aurelius Victor et Zonaras diserte testantur, Gratianum Orientem duntaxat et Thracias tradidisse Theodosio. Et Zosimus scribit Valentinianum juniorem diviso cum fratre imperio, Italiam, Africam et Illyricum habuisse. Sed neque Constantius et Valens qui ante Theodosium Orientis imperium rexerant, sub ditione sua Illyricum habuerunt. Certe Valentis temporibus Mamertinus præfectus prætorio, Italiam, Africam et Illyricum simul administravit, teste Ammiano Marcellino. Videtur tamen Valens post mortem fratris Valentiniani, Macedoniam et Daciam imperio suo adjunxisse, ex consensu filiorum fratris sui. Id autem colligo ex libro xxxi. Marcellini in fine; ubi ait, milites ac palatinos Valentis, qui apud Hadrianopolim obsessi fuerant a Gothis, soluta tandem obsidione digressos, alios in Daciam, alios in Macedoniam properasse, Valentem eo se recepisse existimantes. VALES.

Levissimam hanc conjecturam vocat *Ant. Pagi ad ann.* 380. n. vii. et divisionem Illyrici in occidentale et orientale Gratiano Theodosium in imperii consortium adsciscenti attribuit. **READING.**

Conf. Pagi. A. D. 380. num. iv—viii (jam a Reading indicatum), qui luculenter ostendit, Illyricum in orientale et occidentale divisum esse a Gratiano cum Theodosium in imperii consortium adscisceret, et orientale in hujus ditionem cecidisse. Obiter notandum est Valentinianum cum ad Thessalonicam confugeret duxisse secum Justinam matrem et Gallam sororem suam, Zosim. iv. 43.

Cap. 12. Conf. Sozomen. vii. 14. Theodoret. v. 15. Rufin. 278 xi. 16, 17. Cassiod. ix. 21. Niceph. xii. 20, 21.

12, 3. 'Ονώριος] Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni (384) consulibus ait: *Eodem anno natus est Honorius, germanus frater Arcadii Aug. mense Gorpiceo seu Septembri, v Idus Septembres.* Idem habet Idacius in Fastis. Mater ejus fuit

esset a militibus suis imperium accipere, verum etiam, quod religionis vindex et catholicæ fidei defensor esse vellet, Rufin. xi. 16. Sozomen vii. 13, et divino nutu ad id munus vocatus esset, Sulpic. Sev. V. Mart. 20. Itaque, refert ibidem quoque Sulpicius, plures episcopos ad suas partes contraxerat; excepto Martino, qui, semota adulatione atque inconstantia, Maximum imperatorem agnoscere renuit.

12, 11. ἐπὶ τὴν Μεδιόλανον] Aquileiam potius dicere debuerat. Eo enim progressus fuerat Maximus, ut docet Zosimus, et reliqui chronographi. VALES.

Cap. 13. Conf. Sozom. vii. 14. Cassiod. ix. 23. Niceph. xii. 21. 279

13, 1. Ἰπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον] His temporibus actum est de Priscilliano et sectatoribus ejus, sicut memorat Sulpicius in Hist. Sacr. ii. 46-51, de quo tamen silent Socrates, Sozomenus, et Theodoretus. Initium sectæ Prosper consignat A. D. 379. Coss. Ausonio et Olybrio. Priscillianus ab episcopis in synodo Cæsaraugustana (Sulpic.) damnatus ad Damasum papam confugit, a quo non receptus est: mox in synodo Burdegalensi damnandum se intelligens, ad Maximum provocavit A. D. 385, (Prosper. Chron.) cujus jussu gladio peremptus est eodem anno Treveris. Conf. Idacii Chron. Postea autem Ithacius et Ursacius episcopi ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerant, Ecclesiæ communionem privati sunt A. D. 389. Prosper. Chron. Præterea A. D. 387 gravis exorta est seditio populi Antiochiæ, ob tributum quod ultra modum exigi videbatur, in qua eversæ sunt imperatoris statuæ. Testimonia de hac seditione collegit Clintonus in F. R. eo anno.

Cap. 14. Conf. eosdem locos, et Philostorg. x. 8.

14, 1. ἐβδόμη καὶ εἰκάδι τοῦ Αὐγούστου] Fallitur Socrates. Non enim die vicesima quinta Augusti, sed vicesimo octavo mensis Julii occisus est Maximus, ut scribit Idatius in Chronico. Idem quoque traditur in Fastis, quos sub Idatii nomine vulgavit Jacobus Sirmondus. Sic enim in iis scribitur: *Theodosio Aug. ii. et Cynegio Coss. ipso anno occiditur hostis publicus Maximus tyrannus a Theodosio Aug. in milliario iii de Aquileia, v Kalendas Augusti. Sed et filius ejus Victor occiditur post paucos dies in Galliis a comite Theodosii.* Porro hic Victor a patre primum Cæsar, deinde Augustus fuerat renuntiatus, ut docet vetus inscriptio, quam retulit Sigonius in libro ix. de

Occidentali Imperio : DD. NN. MAG. CL. MAXIMO ET FL. VICTORI PIIS FELICIBUS SEMPER AUGUSTIS BONOR. P. NATIS. Ubi vides Maximum duo habere pronomina, Magni Clementis scilicet. Certe Sulpitius Severus in libro ii. Historiæ sacræ, eum Clementem Maximum vocat. Ab Orosio autem Magnus Maximus vocatur. VALES. Conf. Clinton. F. R. A. D. 388.

14, 1. τὸν τύραννον ἐνεχείρισαν] Maximus relicta Gallia, superatisque Alpibus Cottis, ad Julias Alpes sese contulerat, ut testatur Pacatus, cap. 30. tandemque intra Aquileiam, amissa omni spe imperii, quasi amens resedit, quinto tyrannidis anno, teste eodem Pacato, cap. 24. et Philostorgio lib. x. cap. 8. tandem tertio ab Aquileia milliari Theodosius incautum, nec opinantem adoritur. Quumque pars quædam fusi exercitus impetu celerissimo Aquileiam intrasset, Maximus, dum pecuniam in milites suos partitur, solio deturbatur. Mox habitu imperatorio exutus, ad Theodosium deducitur. Is paucis, quæcumque contra rempublicam deliquisset, velut exprobrationis loco recensitis, hominem carnifici tradit; ut scribit Zosimus lib. iv. [46.] p. 770, qui ibidem confirmat ea quæ Socrates de Andragathii exitu narrat. Hæc autem refert Ant. Pagi anno 388. n. vi. READING.

14, 2. τὸν παρακείμενον ποταμόν] Paulo aliter Zosimus, Καθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν τὸ σῶμα, iv. 47.

14, 3. μεταπέμπεται αὐτὸν ὁ πατήρ] Etenim jam mortua erat 280 Flaccilla infantis Honorii mater, uti dictum est supra, ad 12, 3. Num jam tum parturiret ejus noverca Galla, quæ Constantinopolim venit A. D. 386, incertum est: non enim constat, quod sciam, quo anno nata sit Placidia.

14, 4. ἐπιwickίους ἔορτὰς ἐπιτελοῦντες] Pagi in Critic. ad Baron. ad ann. 389. n. iv. contendit Theodosium solum Romæ triumphasse, fretus autoritate panegyrici a Pacato tunc temporis Theodosio dicti. W. Louth. READING. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 389.

Ibid. ἀπὸ τῶν ὑπάτων] Error aut Socratis, aut exemplarium. Symmachus enim, cujus hodie epistolas habemus, eo tempore consul nondum fuerat, sed tertio post anno consulatum gessit cum Tatiano. VALES. A. D. 391. Conf. infra, 18, 14.

14, 5. ὁ Σύμμαχος] Q. Aur. Symmachus, Roma oriundus, ejusdemque urbis senator et præfectus, claruit præcipue anno 384. Consulatum gessit anno 391. Infensum Christianæ reli-

gioni animum ubique prodit, inprimis in *Relatione pro Ara victoriae*, quam imp. Valentiniano obtulit, in qua Gentilium causam strenue et ex professo agit, adversarium nactus D. Ambrosium, qui Symmachi opus eleganter et strenue refellit. Nec causa sua modo excidit Symmachus, sed et paulo post, tanquam reus majestatis, rhedæ impositus, ad centesimum ab urbe lapidem in exilium missus est; mox a Theodosio in gratiam receptus. Exstat hæc Symmachi *Relatio* tum inter Ambrosii opera, tum inter Symmachi epistolas. *Guil. Cave inter Scriptores Gentiles Sac.* iv. READING. Plura de Symmacho vide in Fabricii Biblioth. Latin. iii. 14, tom. ii. p. 129.

Mirari quodammodo subit, Socratem, cum in mentionem Symmachi incidit, nihil dixisse de iis quæ fecit hic ob restituenda gentilium sacra; fuit enim non leve quod molitus est. Petiit, ut ara Victoriæ, quæ de curia Romæ sublata fuerat, loco redderetur, præstareturque ad eam sacramentum more antiquo, et ut facultates quæ a templis ablatæ erant restituerentur. Conf. Ambros. Epist. ad Eugenium lvii. 2. Res tentata primo est A. D. fere 382, cum pauci gentiles e senatu Symmachum hujus rei petendæ causa ad Gratianum, sicut videtur, legaverunt. Illis autem refragati sunt Christiani senatores, et numerosi quidem, misso ad Damasum libello; quem libellum Damasus misit ad Ambrosium; hic vero continuo ad Gratianum direxit; et proinde Symmacho *denegata est audientia*. Ambros. Epist. xvii. 10. tom. ii. col. 826. Relat. Symmach. i. ibid. col. 828. Renovatum est conamen A. D. 384, cum relatio illa ad imperatores Valentinianum, Theodosium, et Arcadium oblata est a Symmacho præfecto urbis, quæ exstat inter Epistolas Ambrosii. Ambrosius quamprimum quid actum esset resciverit, libellum obtulit ad Valentinianum, in qua rogavit, ut res ad Theodosium referretur; atque insuper, ut sibi detur exemplum relationis, quo plenius ei responderet, *et sic de omnibus consultus respondere dignaretur* quoque Theodosius. Epist. xvii. 12. 13. Tum nactus exemplum, alio *sermone relationis adsertioni respondit*, atque alterum illum libellum composuit, obtulitque Valentiniano, qui extat n° xviii. inter Epistolas; in quo Symmachi argumenta convellit. Lectus est uterque libellus in consistorio; et Valentinianus (ut scribit Ambrosius), *nihil fecit aliud, nisi quod*

fidei nostræ ratio posebat. Postea Ambrosius eandem causam egit coram Theodosio quoque, qui *tandem adersionem detulit.* Nondum vero ab incepto destiterunt gentiles. *Iterum enim Valentiniano legatio a senatu missa est intra Gallias; quæ tamen nihil extorquere potuit,* quamvis aberat Ambrosius, nec quidquam tunc ad imperatorem scripserat. Ambros. Ep. lvii. 3-5. Adeo tunc pendebat populus Romanus divisus inter religionem Christi et cultus deorum. Post paulum autem, Coss. Theodosio ii. et Cynegio, A. D. 388, per novum edictum iterum *simulachra gentium eversa sunt,* Idat. Fast. Cons. Quod subsecuta est denique Lex De Paganis anni 391. Conf. infra ad c. 16, 1. ■

Cap. 15. Conf. Sozomen. vii. 15. Theodoret. v. 23. Rufin. xi. 20. Cassiod. ix. 26. Niceph. xii. 24.

15, 1. *χειροτονηθῆναι τοῦ οικελου μέρους Εὐάγριου*] De Evagrio supra, lib. iv. cap. 23. Successit autem in episcopatum Antiochensem, juxta calculum *Ant. Pagi anno 389.* [num. ix.] De Flaviano vid. cap. 5. et 9. hujus lib. **READING.**

Theodoretus asserit Evagrii hujus ordinationem duplici ratione in canones peccasse; cum a solo Paulino designatus atque ordinatus fuerit, canones vero prohibuerint nequis sibi successorem episcopum ordinaret, neuquis episcopus a paucioribus quam tribus episcopis ordinaretur. Nihilo tamen minus a Romanis et Ægyptiis susceptus est, qui Flavianum respuerunt: itaque permansit inter hos et orientales discordia. v. 23.

15, 8. *Τὰ μὲν δὴ κατὰ Ἀντιόχειαν*] Multum inter se diversa sunt quæ traduntur a Socrate, Sozomeno, et Theodoro, de restituta pace ecclesiæ Antiochenæ. Id autem verum esse videtur, sopitam tandem esse discordiam A. D. 398, decimo septimo postquam prima exorsa sit ex ordinatione Flaviani, quæ peracta est A. D. 381; atque hæc quidem effecta esse ope Joannis Chrysostomi, qui Acacium et Isidorum legatos Romanis miserat, usus adjutore Theophilo Alexandrino, ad conciliandam pacem. Sic Valesius recte colligit e Sozomeno, viii. 3, collato cum Theodoro, v. 23. et Palladio in V. Chrysostom. p. 20: quibus adstipulatur Pagi A. D. 398. num. xxii. Quod vero Palladius dicit, loco citato, Flavianum viginti annos separatim fuisse, hoc nonnulli intelligunt ac si tandem

consummata esset vicesimo anno pax, quæ inchoata erat decimo septimo per Acacii legationem: vid. Lowth ad Theodoret. v. 23. Multa tamen interea evenerunt, quæ Soocrates prætermisit. Mortuo, sicut videtur, Paulino A. D. 389, illi qui Flaviano infensi sunt, præsertim Romani et Ægyptii si vera Theodoretus referat, conati sunt causam episcopi Antiocheni ad occidentales trahere dijudicandam. Eodem quoque impulsus est Theodosii animus, qui Flaviano aliquando etiam præcepisse dicitur ut se ad Romam sisteret. Hoc tamen ille facere noluit. Theodoret. v. 23. Exinde videtur synodus Capuæ habita esse: in qua aliud quæsitum est remedium. Namque *ea synodus cognitionis jus Theophilo Alexandria episcopo ceterisque ex Ægypto sacerdotibus commisit*. Ambros. Epist. lvi. 6. Minime tamen his consensit Flavianus, neque passus est se submitti iudicio synodi Italorum, nec eorum delegatis. Animadvertendum est, imperatorem utrinque interpellatum esse: nam Theodoretus, qui Flavianum secutus est, conqueritur Theodosium inique a nonnullis contra Flavianum instigatum esse; Ambrosius vero, qui totam rem ad Romanum episcopum referre voluit, dolet quod Flavianus ad imperialia auxilia confugisset contra decreta synodi Capuensis. Videtur quidem Flavianus in his idem reveritus esse "*supercilium occidentale*," τὴν δυτικὴν ὀφρὸν, de quo conquestus est S. Basilius, Epist. cccxxxix. 2. Nunquam enim episcopi orientalis Ecclesiæ illud *jus cognitionis* in se, quod arripere voluit synodus Capuensis, Romanis concedebant.

15, 9. Κύριλλον τὸν τῶν Ἱεροσολύμων] S. Cyrillus ad Deum 281 migravit anno 386. Joannem ejus successorem Henschenius et Papebrochius primum Hierosolymorum patriarcham faciunt. Verum patriarchatus ille sæculo tantum sequenti post Concilium Ephesinum exortus est. *Ant. Pagi ad ann. 386. n. v.* READING.

De patriarchatu Hierosolymitano vide quæ scripsit Le Quien Or. Christ. tom. iii. col. 109. seqq. De Joanne ibid. col. 161.

Cap. 16. Conf. Sozomen. vii. 15. Theodoret. v. 22. Rufin. xi. 22—30. Cassiod. ix. 27. Niceph. xii. 25.

16, 1. Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τόνδε] Serapidis templum eversum fuit anno 391. Sozomenus enim l. vii. c. 16. [15.] de *Serapio* loquens, ait: *Erat tunc temporis duæ militum in Ægypto Ro-*

manus: Evagrius vero præfectus Augustalis erat Alexandria. Socrates etiam in hoc capite de ejusdem templi eversione disserens inquit: *Præfectus Alexandria, et dux militum Ægypti Theophilo (episcopo Alexandrino) suppetias tulere.* Quare, cum Lex 11. Codicis Theod. *de Paganis, data xv Kalend. Jul. Aquiloia, Tatiano et Symmacho Coss. anno scil. 391, qua per Ægyptum sacrificia aditusque templorum interdicuntur, inscripta sit, Evagrio P. F. Augustali, et Romano comiti Ægypti;* non videtur dubium, quin Serapii excidium ad illum annum revocandum sit. *Ant. Pagi ad ann. 389. n. xii. READING.*

A. D. 389, secundum Marcellini Chronicon. Clintonus vero contendit hæc evenisse A. D. 390. Vid. F. R. eo anno col. 2.

16, 1. τῆ Θεοφίλου φροντῖ] Hæc facta esse studio Theophili indicat quoque Zosimus, quamvis fuisse paulo antea præparata dicat. Narrat enim Zosimus Cynegium in Ægyptum missum a Theodosio portasse mandatam, quo templa claudi juberentur et sacrificia vetarentur, per Ægyptum et Orientem. Zosim. iv. 37: quod factum esse A. D. 388 discimus ex Idat. Fast. Cons. Tum autem paulo infra refert de Theophilo, primum eum incepisse damnum inferre antiquis sacris, ὁ πρῶτος ἀρχάμενος τῆς κατὰ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος πατρῶν ἐπιβουλῆς, v. 23. Theophilus ad episcopatum levatus est A. D. 385, supra, 12, 5. Et fieri quidem potest ut ille jam ab ineunte officio suo imperatorem suaserit ritus paganorum cohibere. Conf. Valesium, et Pagium, infra, ad 10. Verum notandum est Rufinum harum rerum ordinem aliter narrasse quam Socrates narrat: refert enim, episcopum Alexandria, qui Theophilus fuisse videtur, ab imperatore impetrasse vetus templum, quod antea etiam a Constantio episcopis donatum erat, exinde vero neglectum jacuerat. Hoc cum repararetur ut ecclesia fieret, resectæ sunt nefandorum rituum reliquiæ; quo opprobrio irati Gentiles aggressi sunt Christianos, et plurima cædes patrata est. Consultus de his imperator jussit destrui templa et simulachra gentilium: quod peractum est opera civilis potestatis et episcopi; itaque tum eversum esse Serapeum, et alia templa atque simulachra per totam Alexandriam. Cum Rufino in multis convenit quoque Sozomenus; quamvis alia quædam addiderit, quæ ipse narrata audiverat. Porro autem memoratu dignæ sunt duæ illæ leges De Paganis, editæ A. D. 391,

quas prætermisit Socrates, quibus *hostiæ, simulachra, et aditus ad templa* prorsus vetita sunt, et muleta irrogata, xv pondo auri, solvenda, si quis templum intraverit. Cod. Theodos. xvi. Tit. x. 10, et 11. Ubi aliæ quoque leguntur Theodosii de eadem materia Constitutiones.

16, 2. *καταστρέφει τὸ Σεραπίειον*] De subversione Serapis insignem librum nuper composuisse Sophronium memorat Hieronymus in Scriptor. Eccles. cxxxiv; qui tamen hodie non extat. Creditum fuit a nonnullis ruinam istam prædictam fuisse: nam Augustinus scribit, *Cum ergo de divinatione demonum quæreretur, et affirmaretur, prædixisse nescio quem eversionem templi Serapis, quæ in Alexandria facta est*: seqq. De Divinat. Dæmon. tom. vi. 505.

16, 3. *τὰ τοῦ Μιθρῆλου φονικὰ μυστήρια*] Immolatos esse aliquando homines in Mithræ sacris, donec Hadrianus imperator sacrificia humana lege sustulerit, creditur, teste Pallante in Porphyrii De Abstinēt. ii. Exinde etiam simulata esse nunquam hujusmodi sacra innuit Lampridius, cum dicit de Commodō imperatore, *Sacra Mithriaca homicidio vero polluit, quum illic aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat*, Vit. Commod. 9. Et ficta quidem perhibent fuisse multa ad terrendum, inter initiandi ritus, in quibus non raro interibant homines. Vid. quæ conguessit Hofmannus in Lexico in Mithra. Celata vero hæc esse testatur Julius Firmicus, sic: *Hunc Mithram dicunt. Sacra vero ejus in speluncis abditis tradunt; ut semper obscuro tenebrarum squalore demersi gratiam splendidi ac sereni luminis non videant*. De Error. Profan. Relig. 5. Galand. Biblioth. v. p. 24.

16, 9. *Ἑλλάδιος*] Helladii grammatici excerpta quædam 282 habentur in Bibliotheca Photii, c. 279. Verum hic, cujus meminit Photius, alius est ab illo quem hoc loco nominat Socrates. Prior enim ille patriam habuit Antinoum urbem Thebæidis, vixitque temporibus Licinii et Maximiani, ut testis est Photius. Helladius autem noster Alexandrinus fuisse videtur, vixitque temporibus Theodosii. Fuit etiam alter Helladius, qui Lexicon conscripsit, teste Photio in Bibliotheca, c. 145. VALES.

Nihil vero obest quin alter hic Helladius idem fuerit quem Socrates audivit; quemadmodum viris doctis placuit. Vid.

Catalog. Grammaticor. in Fabric. Biblioth. Gr. Harles. tom. vi. p. 368: et p. 419, ubi citatur Suidæ Proœmium, in quo Helladius memoratur.

16, 10. τῆς Ἀλεξανδρείας ἑπαρχος] Hunc Evagrium vocat Sozomenus in lib. vii. c. 15. Comitem autem rei militaris in Ægypto, Romanum dictum esse scribit. Eunapius quoque in vita Ædesii, utrumque simul nominat, et Theophilo Alexandrino antistiti egregiam operam navasse testatur in subvertendo Serapidis templo. Ejus verba, quia emendatione opus habent, hic apponam; καὶ τὰ περὶ τὸν κἀνωβον ἱερὰ ταυτὸ τοῦτο ἑπασχον, Θεοδοσίου μὲν τότε βασιλεύοντος, Θεοφίλου δὲ προστατοῦντος τῶν ἐναγῶν ἀνθρώπων τινὸς Εὐρυμέδοντος· ὃς ποθ' ὑπερθύμοισι γιγάντεσσιν βασιλευεν εὐετίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρχοντος· Ῥωμανοῦ δὲ τοὺς κατ' Αἴγυπτον στρατιώτας πεπιστευμένου. Scribe meo periculo Εὐαγρίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν ἀρχοντος. Id est, *Evagrio res civiles administrante*. Ad hunc Evagrium præfectum Ægypti, et ad Romanum comitem rei militaris per Ægyptum, exstat lex Theodosii in codice Theodosiano, titulo *de Paganis*, data Aquileiæ, Tatiano et Symmacho consulibus. Ex qua colligi videtur, templum Serapidis destructum esse Alexandriæ, anno Christi 391. Reclamat tamen Marcellinus in Chronico, qui id gestum esse scribit Timasio et Promoto consulibus; qui fuit annus Christi 389. Quod quidem verius puto. Etenim Cynegius præfectus prætorio, cum in Ægyptum mitteretur, a Theodosio in mandatis acceperat, ut templa Gentilium everteret, quemadmodum scribit Zosimus in libro primo. Idque executus fuerat, ut tradit Idacius in Fastis. Mortuus est autem in consulatu suo, anno Christi 388. VALES.

Non dubito quin Marcellinus in Chronico, ubi toties in chronologia peccat, hallucinatus hic fuerit. Neque audiendus Valesius in eo quod postea de Cynegio dicit. Nam accidere potuit ut Cynegius, anno 388 demortuus, omnia templa evertere non potuerit, vel seditionem timens a *Serapio* disturbando abstinuerit. Præterquam quod Idacius tantum habet; *Simulacra gentium evertit*, id est, statuas, vel denique multa templa, sed non omnia. Certe si omnia Cynegius disturbasset, Constitutione ii. de *Paganis* opus non fuisset. *Ant. Pagi ad ann. 389. n. xiii.* READING.

16, 13. ὁ εἰς ἀνδριάς] Intelligit Socrates statuam Dei Simii,

quam de industria servari jusserat Theophilus. Atque ita hunc Socratis locum exposuit Epiphanius Scholasticus: recitius omnino quam Christophorsonus, qui hæc Socratis verba τοῦδε τοῦ Θεοῦ, non de Simio intellexit, sed de certo quodam Deo, vel potius incerto. VALES.

Cap. 17. Conf. Sozomen. vii. 15. Rufin. xi. 29. Cassiod. ix. 283 29. Niceph. xii. 26.

17, 1. τῶ καλουμένῳ ἱερογλυφικῶ] Socrates quidem ac Sozomenus hæc hieroglyphicas literas in templo Serapidis repertas esse scribunt, parietibus incisas. Rufinus vero ibi repertas esse non dicit. Immo potius apud Canopum eas servatas atque expositas esse refert. Sic enim ait in libro xi. cap. 26. *Jam vero Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? ubi prætextu sacerdotalium literarum, ita enim appellant antiquas Ægyptiorum literas, magicæ artis erat pene publica schola.* VALES.

Ibid. σταυρῶν ἔχοντες τύπους] Joannes Grævius, mathematicus Oxoniensis, vir integerrimus, qui Ægyptum peragravit, testatur inter hieroglyphica se crucis formam sæpius vidisse: nonnunquam etiam super condita Ægyptiorum more cadavera eandem saxeam aut testaceam occurrisse. *Pyramidographia*, p. 51. edit. 1646. READING.

Hujus loci meminit Suidas in Σταυροί. col. 3398. Signum illud satis bene cognitum est inter Hieroglyphicas figuras, nam ubique reperitur: neque opus fuit ut tunc effossum esset, tanquam novum aliquid, in Serapeo. Qui his rebus interpretandis operam dederunt autumarunt per *crucem ansatam*, id est, crux cujus superiori parti annulus, sive serpens in anulum complexus, tanquam ansa affixus sit, ostendi vitam aut felicitatem aut immortalem. Vid. Kircher. *Œdip. Ægyptiac.* x. 4. tom. iii. p. 399. Champollon *Grammaire Ægypt.* xii. p. 365. 440. Duteil *Dictionnaire-des Hierogl.* p. 10, qui etsi prorsus diverso modo utatur, figuram tamen eam interpretatur *immortalitatem*.

17, 6. δι' ἐτέρων γραμμάτων] Ex Rufini libro secundo capite vigesimo nono hæc mutuatus est Socrates: sed Rufini mentem non assecutus est. Neque enim Rufinus dicit, per alias sacerdotales literas prædictum fuisse paganis, templum Serapidis tunc destruendum esse, cum signum illud crucis apparuisset: sed tantum dicit, Ægyptios ita a majoribus suis traditum

accepisse, quod fana quæ apud ipsos colebantur, tandiu starent, quamdiu signum illud venisset in quo erat vita. Sed quoniam de Serapidis culta, et de literis in ejus templo repertis incidit mentio, quid vetat quominus vetus epigramma de Serapide, quod relatam est ab Eusebio in libris de Demonstratione Evangelica [Præparatione Evang. xi. 6. p. 520.], in gratiam studiosorum hic exponamus? Nam et ritum continet quo is Deus ab Ægyptiis colebatur: nec intelligi potuit a [Josepho] Scaligero in animadversionibus Eusebianis, numero MDCCXXX. [In Chronologica Euseb. p. 122.] Sic igitur habet epigramma

Ἐπτά με φωνήεντα Θεὸν μέγαν ἀφθίτον αἰεὶ
Γράμματα, τὸν πάντων ἀκμάτων πατέρα.

Id est, *Septem me vocales literæ laudant magnum Deum immortalæ, et omnium rerum indefessum patrem.* Sciendum est Ægyptiorum sacerdotes non alio ritu Serapim Deum laudare solitos, quam septem vocales literas subinde recitando. Itaque pro hymnis et canticis, pro tibia et cithara, septem vocalium sonus in templo Serapidis audiebatur. Auctor est Dionysius Halicarnassensis in libro Περὶ Ἑρμηνείας, in capite *De collisione vocalium.* Ubi postquam docuit, collisionem vocalium non adeo refugiendam esse, quippe quæ interdum euphoniæ adferat, hæc addit: ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ τοὺς Θεοὺς ἡμνοῦσι διὰ τῶν ἐπτά φωνηέντων οἱ ἱερεῖς, ἐφεξῆς ἤχουσιν αὐτὰ καὶ ἀντὶ αἰλοῦ καὶ ἀντὶ κίθαρᾶς, τῶν γραμμάτων τούτων ὁ ἦχος ἀκούεται. Elias Vinetus in notis ad Ausonii epistolam xviii. [p. 463. F.] refert veterem inscriptionem ab se visam, quæ reperta est in aurea lamina, pectori cujusdam cadaveris adfixa. Ea septem vocales Græcas continet, septem versibus repetitas, eo ordine quem illic videre licet. Sed non dubito quin septem alii versus fuerint in altera parte ejusdem laminæ, eodem ordine quo in anteriori parte. Ita scilicet ut secundus versus partis aversæ inceperit ab O, quartus ab T, sextus ab Ω. Et Vinetus quidem hoc ænigma explicare non potuit. Ego Serapidis nomen his literis designari puto, qui ex eo ἑπταγράμματος dictus est, teste Hesychio, non solum quod in ejus nomine septem reperiuntur literæ, sed quod septem vocalibus literis laudari solitus sit. Moris autem fuit superstitiosis Gentilibus, ut Serapidis nomen in ærea insculptum lamina, collo appensum gestarent.

Docet id Artemidorus in libro iv. [v. 26.] his verbis: *ἔδοξέ τις τὸ ὄνομα τοῦ Σαράπιδος ἐγγεγραμμένον λεπιδι χαλκῇ περὶ τὸν τράχλον δεδέσθαι, ὡσπερὶ σκνίδα.* VALES.

Veruntamen non certo statuendum est Socratem hic a nullo fonte hausisse præter Rufini librum: immo cum mox addit, 7, *τοιαῦτα ἀκήκοα*, innuere videtur se aliqua aliunde accepisse: quod quidem moris ejus fuit, nam nonnunquam rumusculos Constantinopolitanos colligere videtur.

17, 8. *φησιν ὁ ἀπόστολος*] Paulus in Epist. ad Coloss. i. 26. 284
Conf. Ephes. iii. 9.

17, 10. *πρὸς Ἀθηναίους*] Vid. Act. Apostol. xvii. 22.

Cap. 18. Cassiod. ix. 24. Niceph. xii. 22.

18, 3. *μάγκιπες*] Mancipes dicebantur pistores, qui pistorum collegio et paneficio erant mancipati: eorumque bona ac familia, huic necessitati erant obnoxia. Sic in lege decima octava codice Theodosiano de pistoribus. [xiv. tit. iii. l. 18. tom. v. p. 184.] “ Ut concessa decurialibus privilegia nolumus abrogari, ita lege super mancipibus data nihil jubemus imminui. Nam si qui ob hoc ad decurias illicitè transierunt, ut munus evaderent mancipatus, necesse est erga eos privilegia non posse servari, quos sibimet recte vindicat obnoxios functio memorata. In tantum etiam defensiones diversorum principum largitate concessas erga decurias manere decernimus, et mancipatui obnoxios jubemus addicio; ut si quispiam super absolute mancipatus nostræ majestati preces obtulerit, bonorum amissione plectatur.” Ubi decuriales sunt, qui erant ex decuriis urbis Romæ; de quibus multa olim annotavi in commentariis ad Ammianum Marcellinum. Hi acta omnia et monumenta servabant: præcipue sententias judicum, contractus, adoptiones et similia. Unde, ut ait Cassiodorus in libro quinto epistola xxi. omnium hominum quies ac securitas, et publica fides in eorum scriniis servabatur. Præerat autem his omnibus rector decuriarum; de cujus officio vide Cassiodorum in epistola xxi. et xxii. libri citati [Variarum v. 21, 22] Verum ut ad mancipes redeamus, notandum est in ea lege mancipatum vocari functionem mancipum seu pistorum. Sic in lege unica codice Theodosiano de mancipibus: [xii. tit. xvi. l. 1. tom. iv. p. 649.] “ Qui-
cunque vel rescripti adversus veteres sanctiones subreptiva defensione munitur, vel de minusculis corporibus, aut certe

οσίους νόμους ἀφ' ἑαυτοῦ, functioni mancipatus est addicendum. Quae lex Romae data est a Theodosio. Timasio et Praxodoro consiliis: eodem tempore quo haec gesta esse refert Socrates. Vide glossarium Meursii. Porro illud notandum est, haec quae Romae ordinata esse a Theodosio post victoriam de Maximo tyranno scribit Socrates, Cedrenum referre post victoriam Theodosii de Eugenio tyranno. Sed corrupta sunt Cedreni verba, quae sic emendo. μετὰ δὲ τὴν νίκην τοῦτον εἰσελάτω ἐν Ρώμῃ. ἐκείνους τῷ τῶνδε ἐχρήσατο, καὶ τὰ ἐν τοῖς μαγικαῖς ἀπὸ τῶν ἑπιπέσιτων ζῆνων ἔχε γήρας τοῖς μάλιστα στρατευόμενοις. καὶ ἀλλήλων ἀπετεταγμένους περιελε βαρῆ. Auctor huius emendationis est Theophanes, qui hoc factum Theodosii refert etiam post victoriam de Eugenio. De his mancipibus exstat insignis locus in excerptis Joannis Lydi, de mensibus Graecorum, in mense Martio. αἱ δὲ μάγικες οἰοῦσι τεχνίται τοὺ ἀνθρωπολάδους ἄκων ἔκτερον τοῖς ἐν λόγῳ ῥωμαίους ἀνθρώποις οὕτω δὲ ταῖτας ἐκείλων διὰ τὸ ἀπὸ τὴν ἐνείτην ἔραν ἐπιδιδούσαι πρὸς τοῦ ῥωμαίων τὴν τροφήν τοῖς στρατιώταις. VALES.

18. 10. αὐθιγὰς τε σείεσθαι. Vix crediderim, Romanos ea poe- 285
na afficere mulieres adulteras. Nam Romani post Constantini tempora adulterium capitali supplicio semper punierunt. Docent id leges imperatorum in utroque codice relatae, sub titulo ad legem Juliam de adulteriis. [Cod. Theod. ix. t. vii.] Praeternitto testimonium Ammiani Marcellini in libro xxviii. [1, 28.] Porro etiam suspicari quispiam possit, titinnabula ista, quorum hic meminit Socrates, non ad puniendas adulteras fuisse excogitata: sed communia fuisse cunctis meretricibus, quae in cellis suis prostantes, hujusmodi signo viatores ad se vocabant. De quo more Dio Cassius in fragmentis libri lxxix., quae jampridem publicavi, ita loquitur: καὶ τέλος ἐν τῷ παλατίῳ οἰκῆμά τι ἀποδείξας, ἐνταῦθα ἠσέλαυνε, γυμνὸς ἔπι τῆς θύρας αὐτοῦ ἐστὼς ὡσπερ αἱ πόρνοι, καὶ τὸ συνδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρηγμένον διασειῶν, τοὺς τε παριόντας ἀβρῆ καὶ κεκλασμένη τῇ φωνῇ προσεταιριζόμενος. Denique constituta intra palatium cella, libidinari erat solitus, nudo corpore in vestibulo cellae instar meretricum stans, et linteam aurois suspensum annulis vibrans, mollisque et fracta voce praeferentes invitans. VALES.

Haec de imperatore Heliogabalo scribit D. Cassius. READ.

18, 14. ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπορεύθη] Marcellinus in Chronico ait, Theodosium, postquam Romae triumphasset, ex-

inde egressum *Kal. Septembris* anni 389. Tres igitur menses ibi mansit; nam urbem introivit *die iduum Juniarum*, ut testatur Idacius in *Fastis*. **READING.**

Porro in itinere, cum Thessalonicam venisset Theodosius, rem gessit cum barbaris qui in paludibus Macedonicis latebant; quos non sine labore detexit atque excidit; quemadmodum narrat Zosimus, iv. 48.

18, 14. *ἐν ὑπατείῳ Ταριανοῦ καὶ Συμμάχου*] Leges nonnullas maximi momenti de religione et moribus hoc anno edixit Theodosius antequam ad Constantinopolim reversus sit: quales fuere illæ, De apostatis, cujus hic tenor est, *Hi qui sanctam fidem et sanctum baptismum profanaverint, a consortio omnium segregati, sint a testimoniis alieni*, seqq. De hæreticis, *Hæreticorum polluta contagia pellis urbibus vicinis proturbari ac nullis penitus jubemus patere conventibus*, seqq. De paganis, *Nemo se hostiis polluat, nemo insontem victimam cædat, nemo delubra adeat*, seqq. Plura vide in Clinton. *Fast. Rom.* A. D. 391, qui singulam quamque legem e Codice Theodosiano excerptam in annum et locum proprium digessit.

Cap. 19. Conf. Sozomen. vii. 16. Cassiod. ix. 35. Niceph. xii. 28.

19, 2. 'Αφ' οὗ Ναριαναὶ τῆς ἐκκλησίας διεκρήθησαν] Nullus est locus in *Historia Ecclesiastica*, qui doctorum hominum ingenia magis exercuerit, quam iste de presbytero pœnitentiario Constantinopoli sublato. Atque ut fieri solet, quisque pro cultu ac religione sua, varias ejus loci interpretationes attulit. Nos vero qui notationes duntaxat scribere instituimus, rem omnem paucis absolvemus. Tria sunt igitur potissimum observanda et examinanda in hac controversia. Primum est de presbytero pœnitentiario, cur is, et quando fuerit institutus. Secundum est de matrona illa, quæ crimina sua pœnitentiario presbytero confessa esse dicitur: fueritne publica ejus confessio, an secreta; utrum pœnitentiam publicam egerit, an non. Tertium est de facto Nectarii, utrum confessionem sustulerit, an publicam pœnitentiam; utrum laudem, an reprehensionem mereatur. Quod spectat ad primam partem hujus disputationis, Socrates quidem noster hic affirmat, presbyterum pœnitentiarium institutum fuisse in Ecclesia post Novatiani schisma, et post Decianam persecutionem, eo consilio ut fideles delicta quæ post baptismum commiserant, ei

confiterentur. Eandem causam ejus instituendi affert Sozomenus in libro septimo. Sed tempus quo institutus est in Ecclesia presbyter pœnitentiarius, non adsignat. Socratis tamen nostri sententia mihi videtur admodum probabilis. Etenim ante Decianam persecutionem, cum minor esset numerus Christianorum, nec tam gravia adhuc et crebra delicta, nondum opus erat presbytero pœnitentiario. Solus episcopus ad confessionis et pœnitentiæ negotium exequendum sufficiebat. Verum ubi gentes ac populi confertim in Ecclesiam ingredi cœpere, labente paulatim disciplina, ut fieri solet in tanta hominum multitudine, et crebrescentibus vitiis, opus fuit presbytero pœnitentiario, præcipue in majoribus ecclesiis, qui episcopum multis districtum negotiis sublevaret; et qui quasi censor quidam ac præfectus morum, in crimina multitudinis inquireret. Certe apud veteres, Justinum videlicet ac Irenæum Græcos, et apud Tertullianum ac Cyprianum Latinos, nulla hujus pœnitentiarum presbyteri fit mentio. Quare facile adducor ut credam, presbyterum hunc post Deciana tempora institutum fuisse. Nam cum lapsos ea persecutione in Ecclesiam admitti placuisset, legitima prius pœnitentia purgari eos oportuit. Itaque præficiendus eis necessario fuit presbyter quidam, qui eos seorsum in ecclesia dispositos regeret, et jejuniis, precationibus, ac reliquis exercitationibus probaret, donec impletis omnibus officiis, ab episcopo reconciliarentur.

VALES.

Conferendus hic imprimis est Sozomenus, qui refert, modum istum privatim per presbyterum pœnitentiarium confitendi tunc institutum fuisse, cum inutile Ecclesiæ esse videretur ut delicta peccantium per publicam confessionem vulgarentur: quem modum ille conjecit a primis Ecclesiæ temporibus originem duxisse. Quod vero Socrates dicit, institutum fuisse post Novatiani ævum, ideo confirmatur quia nunquam a Novatiani receptus fuerit; hi enim veterem ritum ejusmodi non tacite sublaturi erant. Certe quidem antiqua illa traditio de Philippo imperatore, coactum eum esse ab episcopo propter multa crimina, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας, inter pœnitentes confiteri ante Pascha A. D. circ. 245, (vera sit, an falsa,) neque pœnitentiarium neque privatam confessionem tunc temporis fuisse agnoscit. Vide Euseb. H. E. vi. 34.

Inter eos qui de hoc loco disputarunt consulendi sunt præsertim Ricardus Hooker in *Ecclesiastica Politia* lib. vi. 4, 8. (qui fertur) ubi multorum sententiæ de quæstione expenduntur, et Binghamus in *Origin. Eccles.* xviii. 4. 12.

19, 2. οἱ ἐπίσκοποι τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι] In codice Sfortiano 286 ita scribitur hic locus: οἱ ἐπίσκοποι τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας προσέθεσαν. Eandem lectionem in suis codicibus reppererunt Epiphanius Scholasticus et Nicephorus. Nam Epiphanius quidem ita vertit, *Ex illo episcopi pro ecclesiastica regula presbyterum super pœnitentes esse constituerunt.* Nicephorus vero hunc Socratis locum ita expressit: οἱ γὰρ τηρικᾶδε ἐπίσκοποι τῷ Ναυάτου ἀντιφερόμενοι δόγματι, τὸν ἐπὶ τῶν μετανοούντων πρεσβύτερον ἐφ' ἐκάστη ἐκκλησίᾳ κατέστησαν, τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι ἐπόμεινοι. Vides utrumque in hoc Socratis loco legisse τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι, uti scriptum est in codice Sfortiano, et canonem sumpsisse pro regula seu decreto ecclesiastico. In qua etiam sententia fuit Dionysius Petavius, vir doctissimus, nec unquam sine honore nominandus, qui in animadversionibus ad Epiphanium, hunc Socratis locum exponens, reprehendit Christophorsonum qui sic verterat: *Ecclesiarum episcopi canoni adjunxerunt, ut in singulis ecclesiis presbyter quidam pœnitentiæ præesset.* Musculus vero ante Christophorsonum ita transtulerat: *Episcopi ecclesiastico canoni presbyterum certum quendam pœnitentibus constitutum ob hoc adjecerant,* seqq. At Petavius alium putat esse sensum horum verborum, hunc scilicet. *Episcopi novo canone edito, presbyterum qui pœnitentibus præesset, adjecerunt.* Porro sententiam suam ipsius Socratis testimonio confirmat. Sic enim subjungit Socrates: οὗτος ὁ κανὼν κρατεῖ μέχρι νῦν ἐν ταῖς ἄλλαις αἰρέσεσι. Ubi canon manifeste pro regula et decreto sumitur. Nihilominus tamen assentiri non possum viro doctissimo. Neque enim Græci sermonis proprietates hunc sensum admittit. Deinde si novus tunc canon de institutione hujus presbyteri sancitus est, quæro ubinam, et quo in concilio fuerit publicatus? Magis igitur placet, ecclesiasticum canonem hic accipere pro matricula ecclesiæ. Ita Socrates noster in lib. i. p. 47, [17, 12,] τὰς παρθένους τὰς ἀναγεγραμμένας ἐν τῷ τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι, nec aliter sumitur ea vox in canone 16 et 17 concilii Nicæni. Sic in canone secundo concilii Chalcedonensis

sumitur ea vox, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ κανόνος quæ verba optime Zonaras interpretatur hoc modo, ἦτοι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ τάγματος. Porro canon latius patet quam clerus: nam clerus eos tantum complectitur qui per manus impositionem ordinantur. Canon vero officia quoque ecclesiastica comprehendit, ut sunt œconomi, defensores, mansionarii, quemadmodum testatur canon Chalcedonensis. Pauperes etiam, virgines ac viduæ in canone ecclesiæ censebantur, ut docet Zonaras in expositione epistolæ canonicæ Basilii ad Amphiloichium. Sic etiam Epiphanius in hæresi Melitianorum, c. 6. τοὺς ἀπὸ τοῦ κανόνος dixit pro clericis. Hinc κανονικοὶ dicuntur ecclesiastici, eo quod canonici seu matriculæ adscripti essent. Ita Cyrillus Hierosolymitanus in præfatione catecheseon: βλέπεις μοι τὸ σεμνὸν τοῦτο τῆς ἐκκλησίας κατάστημα; θεωρεῖς μοι τάξιν καὶ ἐπιστήμην; γραφῶν ἀνάγνωσιν, κακοδικῶν παρουσίαν, seqq. Exstat etiam Epistola Basilii ad Simpliciam canonicam, id est diaconissam. Zonaras quoque in commentariis ad epistolas canonicas, κανονικοὺς usurpat pro clericis seu ecclesiasticis. Eadem ratione κανονικοὶ dicuntur libri sacræ Scripturæ, qui sunt in canone, id est indiculo seu catalogo sacræ Scripturæ. VALES.

Τῶν ἐκκλησιῶν legebatur in edit. Stephan. et Genev., quod Valesius correxit in τῷ ἐκκλησιαστικῷ, et hoc habent codices nostri. Quod autem Valesius disseruit de sensu vocis κανόνι, acute quidem et docte dictum est, dubium tamen videtur. Nam cum Socrates certe mox, infra tres lineas, eandem vocem adhibet ubi dicere vult *regulam*, potest etiam hic pro *regula* accipi. Et presbyter ille jam tum in album sive matriculam ecclesiæ relatus erat cum presbyter ordinatus esset, fueritque idcirco, ex ipsius Valesii verbis, κανονικὸς, antequam ad officium pœnitentiarii constitueretur; neque recte dici posset illum tunc in catalogum ecclesiasticorum inscriptum fuisse. Forma sententiæ similis est illi, ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ λόγον τόνδε. Thucyd. ii. 35.

19, 2. ἐπὶ τοῦ προβληθέντος τούτου πρεσβυτέρου] Ante quam institutus fuisset hic presbyter, fideles peccata quæ post baptismum admiserant, coram episcopo confitebantur; qui pro modo delictorum, pœnitentiam singulis injungebat. Postea vero instituto in singulis ecclesiis pœnitentiario presbytero, lapsus suos coram illo confiteri cœperunt. Notet autem stu-

diosus lector Socratem, etsi de confessione ea loquatur quæ fiebat e pœnitentibus ante publicam pœnitentiam, dicere tamen eam fieri solitam ἐπὶ τοῦ πρεσβυτέρου, non vero ἐπὶ τοῦ λαοῦ. Proinde secreta fuit ista confessio, non publica. Idque plane confirmat Sozomenus in libro septimo. VALES.

19, 3. οὗτος ὁ κανὼν] Paulo ante monuimus, canonem a Socrate positum videri pro matricula. Verum in hoc posteriore loco negari non potest, quin κανὼν sumatur pro regula. Regulæ porro seu canones ecclesiastici, in duplici sunt differentia. Alii enim sunt scripti, ut Nicæni, Antiocheni, et aliorum conciliorum. Alii sine scripto, quos scilicet a majoribus traditos accepimus. Sic Eusebius in libro tertio de vita Constantini, [iii. 62,] ἀποστολικὸν κανόνα et ἀποστολικὴν παράδοσιν appellat, ne episcopi relictis ecclesiis suis in alienas invaderent. VALES.

19, 5. Γυνή τις ἰὼν εὐγενῶν] Veniamus ad alteram partem hujus disputationis, quæ est de matrona Constantinopolitana, quæ ad presbyterum pœnitentiarium accessit confitendi causa. In hac quæstione duo maxime inquirenda sunt, fueritne ejus confessio secreta, an publica; et utrum mulier illa pœnitentiam publicam egerit tunc cum a diacono ecclesiæ vitiata est. Quod ad primam quæstionem attinet, notandum est matronam illam bis confessam esse coram presbytero. Primum quidem cum omnia delicta quæ post baptismum commiserat, ei singillatim exposuit. Ad quorum expiationem, jussa est a presbytero jejuniis et orationibus vacare. Altera ejusdem mulieris confessio fuit, se cum diacono stupri consuetudinem habuisse. Hæ duæ confessiones, et tempore, et modo, diversæ fuere. Prima fuit omnium delictorum, κατὰ μέρος, ut ait Socrates, id est singillatim facta; secunda unius duntaxat criminis. Utramque vero secretam fuisse hinc apparet. Primo quia nunquam ecclesiæ moribus recepta fuit publica confessio, ut recte observavit Dionysius Petavius in animadversionibus ad Epiphanium. Deinde Socrates hoc loco non dicit matronam illam accusasse se coram populo, sed coram presbytero. Idem quoque Sozomenus affirmat. Non igitur publica fuit ista confessio, sed secreta, et qualis hodie a catholicis fieri solet. Quid enim aliud hodie facimus? Nunquid κατὰ μέρος ἐξομολογοῦμεν τὰς ἀμαρτίας, ἃς ἐπράξαμεν μετὰ τὸ βάπτισμα: id

est, omnia delicta nostra singillatim confitemur coram presbytero ?
VALES.

Disputatio Petavii, ad quam respicit Valesius, legitur in Animadversion. ad Epiphan. Hæres. lix. t. ii. Append. p. 240. Ubi vir ille doctissimus nimis quidem argutari videtur, dum nititur sententiam suam de sacramento pœnitentiæ confirmare. Quod autem dixit, *legem nullam in Ecclesia fuisse unquam ejusmodi quæ peccata proferrî publice decreverit*, p. 245, cui assentitur Valesius, id hoc sensu verum est, nempe nunquam Ecclesiæ lege præceptum fuisse ut unusquisque omnia sua delicta singillatim confitendo publice exponeret toti cœtui Christiano. Nec profecto unquam Ecclesiæ lege præceptum est ut unusquisque omnia sua delicta privatim aut secreto confiteretur pœnitentiario, nec alii cuiquam homini. Sed verisimile esse videtur, ministerium reconciliationis per pœnitentiam priscis temporibus magis publice quam privatim Ecclesiæ præstitum fuisse; quamvis proculdubio liceret cuique episcopum vel presbyterum privatim adire, et consilium atque opem ejus quærere, quo gravatam suam conscientiam levaret. Nam quanto magis primi Christiani communiter inter se vivebant, tanto magis credendum est etiam delicta aliquorum pœnitentium celari non potuisse; certe illa de quorum condonatione maxime in Ecclesia antiqua quæsitum est, fuere publica peccata: sicut e. g. scandalum illud inter Corinthios quod S. Paulus commemorat, i Ad Corinth. v, et illi qui in persecutionibus lapsi sunt, de quibus Cyprianus et alii tractaverunt. Porro etiam primis sæculis, purgata adhuc per persecutionem Ecclesia, non adeo revelanda erant inter confitendum graviora peccata, aut flagitia, qualia ob mores publicos abscondi semper debent, quæ postea crescente Christianorum multitudine subinde emergere possent: itaque nihil obstitit quo minus peccantes plerumque etiam palam sua delicta confiterentur, quando ornatu pœnitentium preces fidelium et restitutionem petebant. Cum autem pœnitentiarius iste constitueretur, qui privatim confessiones exciperet, quemadmodum Socrates et Sozomenus referunt, factum est exinde periculum secretæ confessionis; quam ecclesia Constantinopolitana tot annos experta nunc tandem sustulit sub Nectario episcopo.

19, 6. ἐργον τι δευκνέειν ἐχρη] Dubitare quis non immerito 287

possit, utrum hæc matrona publicam egerit pœnitentiam. Ego certe adduci non possum ut id credam. Raro enim mulieres ad publicam pœnitentiam cogebantur, Ecclesia scilicet parcente matronarum pudori. Deinde nihil est hoc loco quod cogat nos, ut hanc matronæ istius pœnitentiam publicam fuisse dicamus. Nam in priore ejus confessione nullum apparet crimen publicum. Denique quod jejunare jussa est, et assiduis orationibus incumbere, de privata satisfactione intelligi potest, quæ domi et secreto peragebatur. Certe si publicam egisset pœnitentiam matrona illa, jussa fuisset stare in ordine pœnitentium. Quod cum nec Socrates, nec Sozomenus dixerit, nihil est quod pœnitentiam illius publicam fuisse convincat. Ceterum in codice Sfortiano hic locus ita legitur; *Ἰνα σὺν τῇ ὁμολογῆ καὶ ἔργον τὶ δεικνύειν*. VALES.

Vera videntur esse quæ Valesius dixit de privata pœnitentia: attamen iis refragatur quodammodo Sozomenus, cum scribit mulierem in ecclesia diutius moratam esse causa explendæ pœnitentiæ suæ, loco quem mox citat Valesius.

19, 7. 'Ἡ δὲ γυνὴ προβαλῶνσα] Christophorsonus hunc locum ita vertit: *mulier longius in confitendo progressa*. Verum hæc interpretatio ferri non potest. Neque enim *προβαλῶν* significat, *ulterius in confitendo progredi*, quæ verba de suo adjecit Christophorsonus. *προβαλῶνσα* idem est ac *προϊούσα*; hoc est, *progressu temporis*, seu *precedente tempore*. Vult enim designare Socrates hanc secundam fuisse confessionem illius mulieris. Idque plane confirmant Sozomenus ac Nicephorus. Nam Nicephorus quidem ita hoc refert: *οὕτω δὲ ἔχουσα, ἔπειτα κατεμήνησεν* seqq. Sozomenus vero scribit, matronam illam confessam esse, se dum in ecclesia diutius moraretur adimplendæ pœnitentiæ suæ causa, a diacono stupratam fuisse. Posset etiam hoc loco non incommode scribi *προσβαλῶνσα*, hoc est, *προσερχομένη*, ut supra locutus est Socrates. *Mulier*, inquit, *ad presbyterum accedens, aliud quoque flagitium suum detulit*. VALES.

Magna lis agitur de voce hac *προβαλῶνσα*, cujus ob interpretationem Petavius quidem Christophorsono admodum iratus est. Certe Sozomenus rem ita narrat ac si crederet mulierem cum diacono rem habuisse ex oblata occasione per pœnitentiam quam in ecclesia agebat. Cum autem Sozome-

nus narrationem suam a nemine præter ipsum Socratem haussisse videatur, non magis ejus interpretationi credendum est quam interpretationibus doctorum illorum virorum recentium; quibus equidem credere non possum. Nam si verba ipsa Socratis expendamus, tota ejus narratio optime in partibus suis coheret, et secum convenit. Fœmina primo confessa est κατὰ μέρος, quod Valesius reddit *singillatim*: certe paraphrastes Vitæ Euthymii vocem habet eo sensu, πάντα καταμέρος αὐτῆ διηγείται, Coteler. Eccles. Gr. Monum. t. ii. p. 246, et alii. Verum scriptores melioris ævi hoc exprimere solebant potius per articulum, τὰς κατὰ μέρος, de qua formula vide Schweighæuser. Lexicon Polybian. in μέρος: sicut etiam genuinus Cyrillus auctor Vitæ Euthymii, πᾶσι μὲν τοῖς καταμέρος ἑτεροσμένοισι, Cotel. ib. t. iv. p. 57. Quamobrem mallet hunc locum sic reddere, fœmina primo confessa est *partim*: mox, ulterius pergens, προβαλυνουσα, aliud quoque confessa est. Quid hoc est nisi, pergens cetera peccata sua ulterius confiteri, quæ jam confiteri exorsa erat? Itaque perrexit sese insuper accusare; hoc est, aliquid antea commissum in memoriam revocare. Nam si vellet Socrates dicere eam tunc temporis a diacono corruptam fuisse, scripsisset diserte εἰς ἄλλο τι ἔπεσεν, aut aliquid ejusmodi; certe quid egisset illa, non solummodo quid confessa esset, commemorasse deberet in his verbis. Præterea quid tunc fuit cum fœmina illa et diacono? Confessa erat presbytero, et ab illo admonita est ut precibus et jejuniis se maceraret, sive in ecclesia, ut temere Sozomenus fortasse innuit, sive domi, ut rectius Valesius modo censuit: nulla autem causa erat cur diaconum adiret: præsertim tempore adeo luctuoso, dum præteritam suam culpam mœreret: nisi si ponamus fuisse ejus poenitentiam prorsus simulatam, et ipsam impudentissimam meretricem; quod absque veterum auctororum testimonio sane nollem affirmare.

19, 8. Τοῦτο λεχθὲν] Id est, *Cum matrona hoc dixisset presbytero, diaconus quidem ob id depositus est: populus vero fremere cœpit*. Hic oritur difficultas, quonam modo hoc facinus ad notitiam vulgi pervenire potuerit, si secreta fuit mulieris confessio. Quomodo item episcopus id rescire potuerit, qui diaconum ob hoc flagitium a gradu suo removet. Equidem existimo poenitentiarium presbyterum, cui mulier hoc flagi-

tium confessa fuerat, primum quidem accersivisse diaconum, et eum coram muliere arguisse, et ad fatendum crimen suum compulsisse: deinde vero rem omnem retulisse ad Nectarium episcopum, a quo præpositus fuerat pœnitentibus, et cujus vices agebat in eo munere. Nam pœnitentiarius confessiones duntaxat audiebat, pœnasque injungebat, idque ex mandato episcopi. Episcopus vero ipse pœnitentes reconciliabat. Nec est quod quis objiciat, confessionis arcana reserari, si hoc admittimus quod dixi. Nego id consequi. Solum enim diaconi flagitium presbyter indicavit episcopo, matronæ vero nomen reticuit. Ceterum depositio diaconi plane confirmat id quod dixi. Neque enim Nectarius episcopus deponere illum potuit, nisi admonitus fuisset a pœnitentiario qui diaconum convicerat de stupro. VALES.

Pro λεχθὲν reposuimus ἐλεγχθὲν, hoc est, *convictum*, quod rem multo commodius exponit. Non enim ob merum dictum mulieris statim ab ecclesia amovendus erat diaconus; sed quamprimum ad aures pœnitentiarum pervenerit suspicio criminis ejus, oportebat inquisitionem factam esse, et tum demum, postquam flagitii convictus esset, puniri hominem.

19, 8. ἀλλ' ὅτι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ βλασφημίαν ἢ πρᾶξις καὶ ὕβριν προῦξένῃσεν] Neque hic Valesius vim verborum recte assecutus est, qui eodem sensu utramque phrasin accipit, et τῷ γενομένῳ et ἡ πρᾶξις, scilicet de facinore patrato in mulierem. Quod perinde facit ac si otiosa esset vel abesset posterior, ἡ πρᾶξις, tanquam interpretaremur hoc modo, *indignabantur non solum ob id quod factum est (τῷ γενομένῳ) verum etiam quod infamiam attulerit id (τὸ γενομένον) ecclesiæ*. Attamen πρᾶξις hoc loco non idem est quod πρᾶγμα *factum*, sed actio, scilicet iste confitendi modus quo usa est fœmina illa ad pœnitentiarium. Nimirum Socrates vult dicere, ni fallor, tunc perspectum esse, praxin istam, sive consuetudinem secretæ confessionis, dedecori fore ecclesiæ, siquidem per illam proderentur arcana peccata Christianorum. Nam officio pœnitentiarum incubuit rimari conscientiæ secreta quamvis probrosa, quæ alioqui silentio contacta et soli Deo cognita esse poterant. Confessionem autem illam tunc satis usitatam fuisse, et multos e populo ad pœnitentiarium eapropter accessuros fuisse, conjici potest ex uno exemplo hujus fœminæ nobilis. Atque his quidem de causis credo

Eudæmonem consilium Nectario dedisse, ut auferretur pœnitentiarii officium, et cum eo ista confessio quæ ad pœnitentiarium fieri solebat.

19, 9. περιελείν μὲν τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον] Tertia nunc occurrit quæstio; de facto scilicet Nectarii: quidnam ab illo actum sit, et utrum confessionem, an vero publicam pœnitentiam sustulerit. Quidam ex recentioribus, confessionem simul ac pœnitentiam e Nectario tunc sublatas esse existimant. Alii, inter quos est Petavius noster, publicam duntaxat pœnitentiam a Nectario abrogatam fuisse censent; confessionem vero salvam atque incolumem remansisse. Ego vero re attentius examinata, neutrum a Nectario penitus sublatum esse affirmo, nec confessionem scilicet, nec pœnitentiam. Quidnam igitur fecit Nectarius? Pœnitentiarium quidem presbyterum sustulit, id est ex albo ecclesiæ delevit. Sed non ideo confessionem ac pœnitentiam una cum pœnitentiarium abolevit. Neque enim interdixit fidelibus, ne quis in posterum aut ipsum, aut alium ex presbyteris adiret, confitendorum criminum causa: neque sibi ipse potestatem ademit, eos qui publicum crimen admisissent, a sacris mysteriis arcendi, et ad publicam pœnitentiam compellendi. Denique dispensativa ac temporaria fuit ea Nectarii constitutio. Non enim lege in perpetuum victura id sanxit, sed ad tempus aliquod presbyterum illum removet, ob populi frementis indignationem. Sane verba Socratis, si quis ea accurate exponere voluerit, plane sonant id quod dixi. Duo enim ab Eudæmone suggesta, et a Nectario facta ait Socrates. Primum est quod pœnitentiarium presbyterum abrogavit; in quo utitur voce περιελείν, quæ tollere atque abolere significat. Alterum est, quod fidelibus permisit, ut pro sua quisque sententia ad mysteriorum perceptionem accederet: συγχωρῆσαι δὲ ἕκαστον, τῷ ἰδίῳ συνειδέσθαι τῶν μυστηρίων μετέχειν. Adverte hic verbum συγχωρῆσαι, quod dispensationem significat et indulgentiam. Eodem verbo utitur Sozomenus in libro septimo, de hoc facto Nectarii loquens: συμβουλευσάντων δὲ τινῶν συγχωρεῖν ἕκαστον, ὡς ἂν ἐαντῷ συνειδέηται καὶ θαρρεῖν δύναιτο, κοινωνεῖν τῶν μυστηρίων seqq. Ex illo igitur tempore Nectarius neminem laicorum ad confessionem et publicam pœnitentiam compulsi; sed in cujusque arbitrio situm esse voluit, ut ante sacram communionem pec-

cata sua confiteretur sacerdoti, utque pro arbitrio suo quisque pœnitentiam ageret. Certe non dubito quin post hanc constitutionem Nectarii, multi ex fidelibus confessionis causa eum adierint. Quid enim? si quis ex laïcis, meticulosam habens conscientiam, nec audens ad sacram mensam accedere, Nectarium convenisset, eique conscientiae suae vulnera aperuisset; dicemusne Nectarium eum repulsurum fuisse: nonne potius auditurum hominis confessionem, ac remedia ei subministratum pœnitentiae? VALES.

Recte dixit Valesius Nectarium non sustulisse revera confessionem nec pœnitentiam, sublato pœnitentiario. Neque enim nulla fuit in ecclesia confessio aut pœnitentia antequam institutus esset, vel sicubi non receptus esset, pœnitentiarius; sed sublato pœnitentiario, eodem res recidit quo fuerat ante institutum. Cum tamen jam per multos annos Constantinopoli cura confessionis et pœnitentiae populi demandata erat presbytero uni præ aliis, ne dicam soli, vix dubitari potest adeo inveterasse usum ejus adeundi, ut eo penitus amoto multum minueretur quoque consuetudo confitendi, dum populus quæreret qui solito de more confessiones suas exciperet: siquid autem auctoritatis solitum erat officio pertinere, ut pœnitentiarius populum ad confitendum hortaretur vel, ut nonnulli loquuntur, compelleret, omne id jam abfuit. Itaque creditum est a quibusdam, quorum opinionem Socrates refert, sublatum esse usum pœnitentiae et confessionis, sublato pœnitentiario.

19, 9. *ἕκαστον τῷ ἰδίῳ συνειδῶτι τῶν μυστηρίων μετέχειν*] Non nova hæc fuit sententia: nam Clemens Alexandrinus testatur idem factum quoque esse suo tempore, *ἢ καὶ τὴν εὐχαριστίαν τινὲς διαλείμαντες ὡς ἔθος αὐτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσιν· ἀρίστη γὰρ πρὸς τὴν ἀκριβῆ ἀρεσίῳ τε καὶ φυγῇ ἢ συνειδήσει.* Stromat. i. 1. 5.

Ibid. *ἔχειν τὴν ἐκκλησίαν τὸ ἀβλασφήμητον*] Pœnitentiarius 288 presbyter curiose inquirebat in crimina singulorum; audiebat testes ac delatores, et coram illis noxios convincebat, et convictis convenientem injungebat pœnitentiam. Ita fiebat ut crimina publicarentur, et ad notitiam vulgi pervenirent. Ex quo probra nascebantur, et Ecclesia Dei non mediocri adspersæbatur infamia, cum gentiles atque hæretici, tot ac tantorum criminum reos inter Christianos reperiri cernerent. Hujus

rei illustre documentum habemus in hac historia. Nam flagitium quod mulier admiserat cum diacono, occultum erat, antequam mulier confessa illud fuisset pœnitentiario. Postea vero quam res delata esset ad pœnitentiarium, per inquisitionem pœnitentiarîi et convictionem diaconi, emanavit in publicum. Unde exorta est indignatio populi adversus clericos, et Gentilium derisio. Nec tamen hujus mali causa adscribenda fuit pœnitentiario, nisi forte nimis diligens et nimis scrupulosus fuerat in disquirendo illo crimine, quod ex occulto publicum reddiderat. VALES.

19, 11. *πρότερον ἔφη*] Quid significet *πρότερον*, non satis video. An vult dicere Socrates, se cum primum convenit Eudæmonem, hæc ei dixisse quæ subjungit, antequam Eudæmon totam rem ipsi narrasset? probabilius tamen est ac verosimilius, hæc a Socrate dicta esse Eudæmoni post Eudæmonis narrationem. VALES.

Fortasse hæc fuit Socratis mens, "et antea dixi Eudæmoni, et nunc dico."

Ibid. *τοῦ μὴ ἐλέγχειν*] Delatio igitur et accusatio instituebatur coram pœnitentiario. Ex quo intelligendus est locus Chrysostomi cum dicit: *ἀμαρτυρόν ἐστι τὸ δικαστήριον*. Sublato enim pœnitentiario, nulli amplius testes noxium coram pœnitentiario arguebant. Porro hujus pœnitentiarîi presbyteri officium designare videtur Origenes in libro iii. contra Celsum, his verbis: *παρ' οἷς εἰσὶ τινὲς τεταγμένοι πρὸς τὸ φιλοπευστεῖν τοὺς βίους, καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιδόντων, ἵνα τοὺς μὲν ἐπύρρητα πρᾶττοντας ἀποκωλύσωσιν ἤκειν ἐπὶ τὸν κοινὸν αὐτῶν σύλλογον*. Id est, *Apud quos, Christianos scilicet, quidam sunt constituti ad inquirendum in vitam ac mores eorum, qui ad sacra ipsorum accedunt: ut eos qui turpia perpetrant facinora, a publicis ipsorum conventibus arceant*. Ceterum ex hoc loco satis apparet, hanc Nectarii constitutionem displicuisse Socrati nostro. Ait enim concessam exinde fuisse licentiam sceleri, cum nemo posthac vereretur, ne quis ipsum coram pœnitentiario accusaret. Unde etiam necessario colligitur, Socratem nostrum non fuisse Novatianum. Nam si Novatianus fuisset, nunquam profecto decretum illud improbasset Nectarii, qui pœnitentiarium abrogaverat; nec de consilio quod Eudæmon Nectario suggesserat, pronuntiare dubitasset,

utrum illud utile, an damnosum esset ecclesiae: quippe Novatiani nec poenitentiam, nec poenitentiarium presbyterum unquam admiserant. Adde quod Socrates hoc loco Ecclesiam simpliciter vocat conventum homousianorum: quod utique nunquam faceret, si Novatianorum sectam secutus fuisset. VALES.

19, 11. τὸ τοῦ ἀποστόλου παράγγελμα] S. Paul. Ep. ad Ephes. v. 11.

Cap. 20. Conf. Sozomen. vii. 17. Cassiod. xi. 36. Niceph. xii. 29.

20, 4. οὐδένα τούτων ἐδίωκε] Lapsus hic Socratem ex eo contendit Baronius, (ad ann. 388. n. 60.) quod multas constitutiones adversus hæreticos ediderit Theodosius, quæ in codice Theodosiano etiamnum occurrunt. Vide eundem etiam ad ann. 391. n. 16. *W. Louth.* READING.

Hæc vox ἐδίωκε reddi potest per, *pœnis affecit*: jam vero Theodosius non pœnis affecit hæreticos, quanquam eorum conventus agi prohibuit. Manichæos quidem, sicut etiam Eunomium, relegari jussit; verum Socrates Manichæos non inter hæreticos hoc loco reputaverit: nominat enim eos qui ab Ecclesia secesserant, Arianos, Novatianos, Macedonianos, et Eunomianos. Eunomii exilium memorat quoque Sozomenus vii. 17, et Philostorgius insuper refert missum eum esse ad Halmyrin, x. 6. Porro obiter notandum est, Socratem, cum hoc loco Novatianos inter sectas numeret, ostendere se Novatianum non fuisse.

20, 5. ἐκάστους συνεχώρει κατὰ τοὺς ἰδίους τόπους συνάγεσθαι] Certe extat lex Valentiniani Theodosii et Arcadii, data Mediolani A. D. 386, qua data est *copia colligendi* iis qui fidem concilii Ariminensis profitebantur, hoc est, genuinis Arianis. Attamen legibus postea datis Theodosius sæpius vetuit ne hæretici uspiam ecclesias haberent, aut congregarentur. Quamobrem non constat qua mente Socrates hæc scripserit, nisi si putemus leges hæc non servatas esse.

20, 6. πρότερον εἴρηται] Conf. supra, 10. 27.

289

Cap. 21. Conf. Sozomen. vii. 18. Cassiod. ix. 37. Niceph. xii. 31.

21, 1. πρότερον ἐμνημόνευσα] Supra, iv. 9, 3. v. 12, 4. quorum in priore loco idem legitur quod hic in textu, Agelium usque a Constantini tempore Novatianorum episcopum fuisse; tamen etsi quadragesimus annus ab A. D. 384 incidat in annum 344.

qui septimus fuit post mortem Constantini magni, quartus vero post caedem Constantini secundi.

21, 2. Τελευτῶν χειροτονεῖ εἰς τὸν τόπον ἑαυτοῦ] Id contra canones Ecclesiae esse asseruit Theodoretus, ubi de Evagrii ordinatione conquestus est: conf. supra, ad 15, 1. Canon 23. Conc. Antioch. A. D. 341. diserte prohibuit his verbis, Ἐπισκόπῳ μὴ ἐξείναι ἄντ' αὐτοῦ καθιστᾶν ἕτερον ἑαυτοῦ διάδοχον κἄν περὶ τῇ τελευτῇ τοῦ βίου τυγχάνῃ: quem canonem, cum aliis similibus, citat Balsamon ad Canonem Apostol. 76, dum per hunc quoque ejusmodi successionem vetitam esse adseveret. Vid. Bevereg. Synod. t. i. pp. 50. 450. et annott.

Ibid. Σισίννιον] De Sisinnio vide supra, 10, 10.

21, 3. Μαρκιανόν] Conf. supra, iv. 9.

21, 7. πρότερον εἶρηται] Supra, iv. 28, 17.

21, 11. Ἀγγάρῳ] *Angariense* seu *Sangariense* concilium, circa 290 annum 391 habitum refert *Guil. Cave Hist.* vol. ii. p. 130. De Sabbatio vide Sozom. lib. vii. c. 18. READING.

Dubitari potest de Valesii emendatione quæ in margine exponitur. Nam quod a nonnullis ita legitur, (et habent quidem εἰς Σάγγαρον Sozomenus et Nicephorus, in *Sangario* Cassiodorus,) id profluxerit fortasse e mentione fontium fluvii Sangarii supra, iv. 28. 17. Hic vero locus in Bithynia fuit, procul a fontibus Sangarii, propior Helenopolim, in littore maris situs secundum Sozomenum. Recentiores autem geographi ferunt locum hodie dictum Angora situm esse ad mare versus occidentem non longe ab Helenopoli. Vid. Cramer. *Asiæ Minor. Tabulam.*

21, 14. τοὺς ἀρχαίους καὶ τοὺς ἐγγὺς τῶν ἀποστόλων] Hæc dicta sunt de dissensione super Paschatis festo quæ exorta est medio secundo sæculo, quando S. Polycarpus ad Romam venit ea de causa. Vid. Euseb. H. E. iv. 14, atque iterum v. 24.

21, 17. ἐνήστευε, καὶ νυκτερεύων] Corruptus est hic locus; nec heri aut nudiustertius invecta est hæc depravatio. Jam enim ætate Epiphanii Scholastici, hoc mendum irrepserat in Socratis codices, ut ex interpretatione Epiphanii colligitur. Sic enim vertit Epiphanius: *Cum hæc ab eis tunc fuisset regula definita, Sabbatius juramenti obstrictus, si quando paschalis festivitas discordaret, ille apud seipsum jejunabat, et noctu solem-*

nem diem paschæ in Sabbato celebrabat: et rursus cum omnibus in ecclesia conveniebat, et mysteriis fruebatur. Eundem sensum in sua versione expressit Christophorus. Nicephorus quoque in lib. duodecimo Historiæ Ecclesiasticæ eundem sensum secutus est. Ait enim Sabbatium, quoties Christiani a Judæis dissentirent in celebratione paschæ, seorsum apud se jejunare solitum, et Sabbato paschali sub vesperam more Judaico pascha celebrasse. Deinde sequenti die Dominico, post solemnes vigiliæ pascha celebrasse cum reliquis Christianis seu potius Novatianis. Verum hæc interpretatio nullo modo placet. Sic enim Sabbatius, quoties pascha Judaicum a Christianorum paschali festo discreparet, primum pascha non celebrasset cum Judæis. Deinde si Sabbatius primum pascha semper celebrabat die Sabbati sub vesperam more Judaico, quomodo fieri poterat ut eodem Sabbati die solemnes vigiliæ in ecclesia celebraret? Id enim de illo diserte testantur Socrates atque Sozomenus. Existimo igitur in hoc Socratis loco verba esse transposita, et in pristinum ordinem hoc modo restituenda: ὁ Σαββάτιος τοῖς ὄρκοις δεθείς, εἶποτε διαπεφωημένη ἐγένετο ἡ τοῦ Πάσχα ἑορτή, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν προλαμβάνων ἐνήστευε, καὶ ἐπετέλει τὸ Πάσχα· καὶ νυκτερεύων τὴν νενομισμένην τοῦ σαββάτου ἡμέραν, πάλιν τῇ ἐξῆς ἅμα πᾶσι κατὰ τὴν ἐκκλησίαν συνήγετο, καὶ τῶν μυστηρίων μετελάμβανεν. Id est, *Sabatius juramento obstrictus, si quando dissensio in celebratione festi paschalis acciderat, ipse domi anticipans jejunabat, et pascha peragebat. Et rursus solemnibus die Sabbati pernoctans, sequenti die una cum reliquis omnibus in ecclesiam conveniebat, et mysteria participabat.* Hanc nostram emendationem plane confirmat Sozomenus in libro septimo, ubi eandem rem multo clarior exponit his verbis: ἐξ ἐκεῖνου δὲ Σαββάτιος τοῖς Ἰουδαίοις ἐπόμνος, εἰ μὴ κατὰ ταυτὸ συνηνέχθη πάντας ἀγειν τὴν ἑορτὴν, φθάνων ὡς ἔθος ἐνήστευε. καὶ καθ' ἑαυτὸν διὰ τῶν νενομισμένων ἐπετέλει τὸ Πάσχα· τῷ δὲ σαββάτῳ ἀφ' ἑσπέρας ἐπὶ τὸν δέοντα καιρὸν ἐν ἀγρυπνίᾳ καὶ ταῖς προσηκούσαις εὐχαῖς διαγιγνώμενος, τῇ ἐξῆς ἡμέρᾳ κοινῇ πᾶσι ἐκκλησίαζε, καὶ τῶν μυστηρίων μετείχε. Id est, *Ex eo tempore Sabbatius Judeos sequens, nisi forte accidisset ut omnes, tam Christiani scilicet quam Judæi, eodem die pascha celebrarent, prævertendo, ut moris est, jejunabat, et apud se domi solemnibus peragens, pascha celebrabat. Die vero Sabbati,*

a vespertino tempore usque ad congruum tempus, in vigiliis atque orationibus perseverans, sequenti die una cum reliquis omnibus in ecclesiam conveniebat et mysteria percipiebat. Bis igitur uno eodemque anno pascha celebrabat Sabbatius: primum cum Judæis, alterum cum Christianis; nisi forte evenerat, ut Christiani cum Judæis in celebratione festi paschalis convenirent. Quod quidem raro admodum contingere poterat. VALES.

Nihil equidem in hoc loco mutare velim; nisi si fortasse dicat aliquis rescribendum esse τὸ Πάσχα, auctore Sozomeno: hic enim, dum Socratem pæne exscribere videtur, locum ita vertit iis verbis quæ Valesius modo citavit. Verumtamen similis forma illi τοῦ Πάσχα occurrit infra, τὸ Σάββατον τῆς ἑορτῆς, 22. 18.

21, 19. προΐοντες δηλώσομεν] Conf. infra, vii. 12.

291

Cap. 22. Conf. Sozomen. vii. 19. Cassiod. ix. 38. Niceph. xii.

32—35.

22, 1. Ὁ δὲ ἡμῖν ὑποπίπτει] Sozomenus quoque hoc loco ab historia digreditur de eadem re qua Socrates, τῶν παρὰ διαφοροῖς ἔθνεσι καὶ ἐκκλησίαις ἔθῶν. Quod tamen notatu dignum est, non eadem repetit quæ Socrates narravit, sed alias consuetudines, tanquam de suo, memorat. Totum Caput transtulit Epiphanius Scholasticus, et in historiam suam Tripertitam inseruit Cassiodorus.

22, 4. Γαλάταις γράφων] Galat. iv. 21.

22, 5. πρὸς Κολοσσαεῖς] Coloss. ii. 16.

22, 6. πρὸς Ἑβραίους] Hebr. vii. 12.

22, 10. Ἱστορικῶς δὲ μόνον πρὸς διαβολὴν Ἰουδαίων] His ver- 292
bis Socrates tacite negare videtur agnum paschalem fuisse typum sacrificii Domini nostri Jesu Christi, nam si typus fuit agnus, aliqua causa fuit cur Antitypus cum typo conveniret: hanc vero causam fuisse cur Christus paschatis tempore immolaretur, omnino negat Socrates: quam sententiam unde ille hauserit, an a Novatianis, an ex illorum schola quibus placebat historica scripturæ interpretatio, non constat: nam Socrates alibi testatur se allegorias amasse, supra, 7, 8, infra, § 47. Suam vero de typis mentem prodit quoque infra, § 73, in his, οἱ φιλοῦντες Ἰουδαίους ἀκολουθεῖν καὶ περὶ τοὺς τύπους ἀκριβολογούμενοι et in § 74, § 78: ubi cum omnem fere corporis actum sub Lege typum sive figuram vocat, vim propheticam

typi proprie dicti prorsus eludit. Ecclesiasticam autem sententiam dilucide exponit Chrysostomus sic, τί οὖν φησὶν ὁ τύπος; λάβετε ἄρνον κατ' οἰκίαν καὶ θύσατε seqq. Hom. xiv. in Joan. 4. tom. viii. p. 82. Et Theodoretus sic, τῇ δὲ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ πρὸς ἐσπέραν τυθῆναι· κατὰ ταύτην γὰρ τὴν ἐσπέραν καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς παρεδόθη τοῖς Ἰουδαίοις, Quæst. in Exod. 24. Similia habet Cyrillus Alexandrinus in Glaphyr. in Exod. ii. Idem argumentum fuse usque ad fastidium prosequitur scriptor anonymus, cujus Sermones in Pascha editi sunt post Opera Chrysostomi tom. viii. p. 251: ubi vide prævium Editoris Monitum de agno Paschali typo Christi. Denique Origenis sententia de universis legis sacrificiis traditur ex Latina interpretatione his verbis, *Igitur sacrificium, pro quo hæc omnia sacrificia in typo et figura præcesserant, unum et perfectum, immolatus est Christus.* In Levit. Hom. iv. 8.

22, 17. ἐπὶ Γορδιανοῦ μαρτυρήσας] Fallitur Socrates. Neque enim imperante Gordiano passus est Polycarpus, sed regnante Marco Antonio, ut ex Eusebio aliisque scriptoribus constat. Certe Irenæus in libro tertio contra hæreses, [iii. 3, 4.] quem librum scripsit Eleutherio Romanam ecclesiam administrante, id est temporibus Marci Antonini, Polycarpum jam tum martyrio perfunctum fuisse scribit. Quare hæc verba, ὁ ἕστερον ἐπὶ Γορδιανοῦ μαρτυρήσας, collocanda potius essent paulo supra, ubi legitur, Εἰρηναῖος ὁ Λουγδύνου τῆς ἐν Γαλλίᾳ ἐπίσκοπος. Melius enim conveniunt Irenæo quam Polycarpo. Verum de hoc prudens lector pro arbitrio suo statuet. Scio quidem in Chronico sancti Benigni Divionensis, martyrium Irenæi Lugdunensis episcopi, poni ante martyrium Polycarpi. Auctor enim illius chronico scribit, Irenæum jam martyrio perfunctum, apparuisse in somnis Polycarpo Smyrnensi episcopo, eique mandasse ut Benignum in Gallias mitteret. Verum hæc sunt nugæ meræ. VALES.

Ægidius Bucherius omnium primus passionem Polycarpi ad annum Marci 9, Domini 169 depressit, teste doctissimo Pearsono de annis priorum Rom. *Episc.* p. 308. Ipse autem Pearsonus censet Polycarpum diu ante, non scilicet Antonini Pii, Domini autem 147 passum fuisse. *ibid.* p. 284. ubi de hac re prolixè disserit. READING.

Polycarpum martyrem factum fuisse A. D. 166 computat Clintonus in *Fast. Roman.* eo anno col. 4.

22, 17. *Εὐσέβιος λέγει]* Vide Euseb. H. E. v. 24.

22, 18. *Τινὲς δὲ περὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη]* Syros, Cilicas et Mesopotamenes videtur intelligere, qui Pascha cum Judæis celebrabant ante concilium Nicænum, ut docet Athanasius in epistola ad Afros. *ἐπειδὴ οἱ κατὰ Συρίαν καὶ Κιλικίαν καὶ Μεσοποταμίαν διεφώνουν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῷ καιρῷ ἐν ᾧ ποιοῦσι οἱ Ἰουδαῖοι, ἐποιοῦν καὶ αὐτοί.* [2. p. 892.] Orientales igitur isti, de quibus loquitur Socrates, Judæos quidem sequebantur, in eo quod decimamquartam lunam primi mensis ante æquinoxium observabant. Verum non eodem die quo Judæi, Pascha celebrabant, sed sequenti Dominico. Quare Athanasius scribit illos eodem tempore quo Judæos Pascha egisse, non autem eodem die, ut male vertit interpres. VALES.

22, 19. *οἱ δὲ μετ' Ἰσημερίαν]* Montanos ut puto intelligit, 293 et Pepusianos, qui Pascha quidem per æquinoctium celebrabant. Sed mense Xanthico seu Aprili, ante diem octavum Idus Apriles illud perpetuo defigebant, quemadmodum testatur Sozomenus in libro vii. VALES.

Sozomeni locus est in vii. 18. Verum insuper notandum est, exinde colligi posse, Novatianos eos fuisse ad quorum morem Socrates modo respexit in his verbis, *οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαίους, καίτοι τὴν ἀκριβείαν μὴ σώζουσι, δεῖν ἐπεσθαι περὶ τῆς ἑορτῆς ἔλεγον.* Nam Sozomenus plane convenientia his refert de Novatianis sic, *οἱ δὲ Ναυατιανοὶ τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν ἐπιτελοῦσιν Ἰουδαίους δὲ καὶ οὗτοι ἔπονται, καὶ εἰς ταυτὸ τοῖς τεσσαρεσκαίδεκάτῃς καταστρέφουσι, πλὴν εἰ μὴ τύχοι τῇ τεσσαρεσκαδέκῃ τῆς σελήνης ἢ πρώτη τοῦ σαββάτου ἡμέρα συμπεσοῦσα, κατόπιν γίνονται τῶν Ἰουδαίων ὅσαις ἀν' ἡμέραις συμβαίη τὴν ἐρχομένην κυριακὴν ὑστερίζειν τεσσαρεσκαδεκατάς τῆς σελήνης.* *ibid.*

22, 20. *καὶ Ἰωσήφ]* Locus, ad quem respicit Socrates, sic se habet: *Τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὸν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἔστιν ἀρχή, τεσσαρεσκαδέκῃ κατὰ σελήνην, ἐν κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος, τούτῳ γὰρ τῷ μηνὶ τῆς ὑπ' Αἰγυπτίους δουλείας ἠλευθερώθημεν, καὶ τὴν θυσίαν ἣν τότε ἐξιώντας Αἰγύπτου θύσαι προείπον ἡμᾶς Πάσχα λεγομένην, δι' ἔτους ἐκάστου θύειν*

ἐνόμωε. Mense autem Xanthico, qui nostris Nisan vocatur, et annum exorditur, lunæ quartadecima, sole Arietem obtinente, quandoquidem hoc mense ab Ægyptiaca servitute liberati sumus, sacrificium quod tunc exeuntes fecisse diximus, pascha nominatum, quotannis instaurare lege jubemur. Josephus Antiq. lib. iiii. c. 10. p. 93. [iii. 10, 5. Richter.] READING.

22, 22. καὶ οὐχ ὡς τινες ἐπεθύλησαν] Audiani scilicet. Hi enim aiebant synodum Nicænam Paschale festum primum immutasse, ut testatur Epiphanius p. 822. [821.] VALES.

22, 32. οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ] Baronius ad annum Christi 57, 294 et 391, Socratem duplicis erroris arguit, tum quod dixerit Romanos tres tantum hebdomadas ante pascha jejunasse in quadragesima; tum quod ait in tribus illis hebdomadis exceptos fuisse dies Sabbati, quibus Romani non jejunabant. Quod ad primum attinet, Socratis sententiam adversus Baronium defendit Halloixius in notationibus ad caput 11. vitæ Irenæi, p. 678. Movet me præcipue auctoritas Cassiodori, qui in historia tripertita hunc Socratis locum posuit his verbis: *Romani enim tres ante pascha septimanas, præter Sabbatum et Dominicam, sub continuatione jejunant.* An pôtuit ignorare Cassiodorus morem ecclesiæ Romanæ in observatione jejunii quadragesimalis, ipse qui senator et consul et præfectus prætorio fuit in urbe Roma? Quis credat illum in historia sua hæc Socratis verba positurum fuisse, si rem se aliter habuisse scivisset? Certe Cassiodorus, si id falsum esse scisset, hæc Socratis verbo consulto omisisset, ne lectorem in fraudem induceret. Quod cum Cassiodorus non fecerit, sed Socratis testimonium de quadragesimali Romanorum jejunio, in historia quæ ipsius nomen præfert, legi voluerit, ex eo apparet, vera esse quæ Socrates dixit de jejunio Romanorum. Certe in Ecclesia catholica, etsi quadragesimæ jejunium ab omnibus fuit semper observatum, non tamen uno atque eodem modo jejunatum est, ut docet Irenæus in Epistola ad Victorem papam. Proinde immerito Baronius Socrati opponit testimonium Gregorii Magni. Aliter enim Socratis ætate, aliter Gregorii Magni temporibus, Romani per quadragesimam jejunabant. Temporibus Leonis papæ, quibus fere æqualis fuit Socrates, Romani tribus duntaxat diebus hebdomadis jejunabant in quadragesima, secunda scilicet, quarta et sexta feria,

ut patet ex Sermonibus ejusdem papæ de Quadragesima. In ordine Romano vestigium quoddam vetusti moris quem hic refert Socrates, videor mihi deprehendisse. Nam Dominica quadragesimæ, quæ vulgo Dominica de passione Domini dicitur, vocatur Dominica mediana; idque nomen ex præcepto sedis apostolicæ ei inditum esse perhibetur. Causam autem cur ita dicta sit, non aliam video, quam quod ex tribus hebdomadis quibus Romani in quadragesima jejunabant, hæc erat secunda Dominica. Beda in libro de æquinoctio vernali, scribit in Italia alios jejunasse dies viginti, alios septem. Jam vero quod ait Socrates de Sabbato, recte defendi potest. Nam ætate Leonis papæ, Romani in quadragesima non jejunabant die Sabbati. Docet id sermo quartus ejusdem papæ de quadragesima, in cujus calce ita legitur: *Secunda igitur et quarta et sexta feria jejunemus: Sabbato autem apud beatum Petrum apostolum vigiliis celebremus* seqq. Accedit Beda in libro de officiis, ubi scribit quinta et septima feria plerosque non jejunasse in quadragesima. VALES.

Istum locum quem Valesius citavit e Sermone Leonis, Quesnellus tanquam interpolatum ejicit: qui multis quoque argumentis contendit, falsum fuisse Socratem in illis quæ dixit de jejunio quadragesimali Romæ; quippe quod servatum fuit (ait ille,) etiam eo ævo per quadraginta dies, sicut aperte sæpius testatur Leo in Sermonibus suis. Certe Socrates in multis erravit, cum res occidentalium describere vellet: neque ei in hujusmodi narratione fides adhibenda est contra alios auctores. Vide Quesnell. Dissert. vi. De Jejunio Sabbati, ad finem Leonis Operum. Conf. Bingham. Origin. Ecoles. xxi. 1. 14, ubi veterum ritus in quadragesima usitatos examinat.

22, 32. πλὴν Σαββάτου] Hic Socrates non modo D. Augustino contradicit, qui cum multis aliis Romanos Sabbato jejunasse asserit, verum et sibimet ipsi: mox enim sui oblitus ait, ἐν Ῥώμῃ πᾶν Σάββατον νηστεύουσιν. *Guil. Beveregius de Jejunio Quadragesimali*, cap. 3. § 3. READING. Conf. infra, § 58.

22, 33. πρὸ ἑβδομάδων ἕξ] Idem testatur Sozomenus vii. 19. Porro Alexandrini jejunium quadragesimæ inchoabant, non a Dominica sextæ hebdomadis ante Pascha, ut putavit Joannes Filesacus in libro de Quadragesima, capite septimo [fol. 35, 2], sed a feria secunda quæ sequebatur illam Dominicam. Itaque

prima Dominica quadragesimæ Alexandrinorum, erat quinta Dominica ante pascha. Atque id manifeste docent Theophilus [inter Epistolas Hieronym. xevi, xcvi, c.] et Cyrillus [t. vi.] in Homiliis seu Epistolis Paschalibus. Quod quidem miror Filesacum non animadvertisse, qui Theophili testimonium contra se adducit. VALES.

Sozomeni verba hæc sunt, οἱ μὲν εἰς ἕξ ἑβδομάδας ἡμέρων λογίζονται, ὡς Ἰαλλυριοὶ καὶ οἱ πρὸς δύσιν, Λιβύη τε πᾶσα καὶ Αἴγυπτος σὺν τοῖς Παλαιστινοῖς· οἱ δὲ ἑπτὰ, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ τοῖς πέριξ ἔθνεσι μέχρι Φοινίκων. Ubi cum numerat τοὺς πρὸς δύσιν inter eos qui sex septimanas jejunio imputabant, adversatur illis quæ Socrates modo dixit de Romanorum consuetudine abstinendi per tres tantum septimanas.

22, 34. ἄλλοι πρὸ ἑπτὰ] Constantinopolitani scilicet, et circumsiti populi usque ad Phœnicen, ut testatur Sozomenus. VALES.

Postremam hanc vocem ἄλλοι delendam esse censuit W. Lowth.

22, 35. τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι] Hinc necessario con- 295
sequitur, Socratem in nostra fuisse sententia, quæ jejunium antepaschale τεσσαρακοστὴν *quadragesimam* propterea dictam fuisse judicat, quod *quadragesima* esset dierum. Alioquin enim mirari non potuit, ut pauciorum dierum jejunia istoc nomine indigitarentur. *Beveregius ubi supra.* Dies illi jejunii antepaschalis *quadragesima* ab Origene nuncupantur: *Habemus quadragesimæ dies jejuniis consecratos*, Homil. x. in Levit. D. Hieronymus in Epistola [xli. 3.] ad Marcellam adversus Montanum, hoc jejunium ad apostolicam traditionem refert: *Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum jejunamus.* Vide Bevereg. in Canonem Apostolicum lxi. *Εἴ τις ἐπίσκοπος — τὴν ἄγλαν τοῦ πάσχα τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύει —*
READING.

22, 39. ἄχρις ἐννάτης ὥρας] Paucos admodum ita jejunasse puto in quadragesima. Jejunium enim quadragesimæ producebatur ad vesperam. Missa enim celebrabatur hora nona, in qua sermo fiebat ad populum. Deinde sub vesperam populus dimittebatur, et solvebat jejunium. Sane Cæsarius Arelatensis, missarum solemniam duarum circiter horarum spatio durasse tradit in homiliis quæ exstant. [Hom. viii. Galland. Biblioth. tom. xi. p. 13.] Epiphanius in expositione fidei ca-

sibile (præstitu) *in lege* : alludit scil. ad Rom. viii. 3. *W. Lowth.*
READING.

22, 49. ὑποβολεῖς] Pessime Musculus et Christophorsonus veterunt *interpretes*. Optime vero Epiphanius exposuit psalmi pronunciatores. Horum munus videtur fuisse, prima psalmi verba præcinere. Populus deinde reliqua succinebat. ὑποβολεῖς dicebantur olim monitores qui in scena monebant histriones, ut docet Festus. Hi suggerebant actoribus, quoties memoria eos deficiebat. Modos etiam dabant actoribus, ut docet Plutarchus in præceptis gerendæ reipublicæ, ita scribens : ἀλλὰ μμείσθαι τοὺς ὑποκριτὰς πάθος μὲν ἴδιον καὶ ἦθος καὶ ἀξίωμα τῷ ἀγῶνι προσθέοντας, τοῦ δὲ ὑποβολεῶς ἀκούοντας, καὶ μὴ παρεκβαλνοντας τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ μέτρα. Unde in comædiis Terentii prænotatum invenimus : *modos dedit Flaccus*. Sic igitur in ecclesia is qui modos canentibus dabat, et versus psalmorum suggerebat, dicebatur ὑποβολεὺς et κανονάρχης, ut censet Jacobus Goar in notis [21] ad Euchologium p. 30. Sane lectores prædicantibus episcopis sæpe locum sacræ Scripturæ suggerebant, ut docet Augustin. in Psal. xxxii. *Non dixit, in cithara decem chordarum, neque in hoc psalmo, neque, si non fallor, alicubi. Legant et considerent melius et otiosius filii nostri lectores. tamen quantum mihi videor meminisse, multis locis invenimus psalterium decem chordarum; citharam decem chordarum nusquam mihi lectum occurrit.* Erant et monitores in precationibus, quorum meminit Tertullianus in Apologetico [30], ubi dicit Christianos sine monitore orasse, quia de pectore orabant. Verum Nicephorus hoc loco pro ὑποβολεῖς legit ὑπογραφεῖς, id est notarios. Quod profecto non displicet. Habebant enim episcopi, suos notarios, adolescentes eruditos. Sic Proclus notarius fuisse dicitur Attici, teste Socrate lib. vii. [41.] Et diu ante Athanasius notarius fuit Alexandri episcopi, ut scribit Sozomenus in lib. ii. In decretis Gelasii papæ cap. 2. inter primos gradus ecclesiasticos recensentur, lectores, notarii et defensores. In Vita Cæsarii Arelatensis capite 22. *lector aut notarius coram illo non cessabat clamare seqq.* In actione prima synodi Ephesinæ, Epaphroditus dicitur lector et notarius Hellanici episcopi Rhodiorum. Ex quibus patet, idem fere officium fuisse notarii, quod lectoris, ut scilicet psalmos, aut alios sacræ Scripturæ libros, vel in ecclesia, vel coram episcopo legeret. Idque confirmat Simeon Metaphra-

qui septimus fuit post mortem Constantini magni, quartus vero post cædem Constantini secundi.

21, 2. Τελευτῶν χειροτονεῖ εἰς τὸν τόπον ἑαυτοῦ] Id contra canones Ecclesie esse asseruit Theodoretus, ubi de Evagrii ordinatione conquestus est: conf. supra, ad 15, 1. Canon 23. Conc. Antioch. A. D. 341. diserte prohibuit his verbis, Ἐπισκόπῳ μὴ ἐξείναι ἀντ' αὐτοῦ καθιστῆν ἕτερον ἑαυτοῦ διάδοχον κἂν περὶ τῇ τελευτῇ τοῦ βίου τυγχάνῃ: quem canonem, cum aliis similibus, citat Balsamon ad Canonem Apostol. 76, dum per hunc quoque ejusmodi successionem vetitam esse adseveret. Vid. Bevereg. Synod. t. i. pp. 50. 450. et annott.

Ibid. Σισίννιον] De Sisinnio vide supra, 10, 10.

21, 3. Μαρκιανὸν] Conf. supra, iv. 9.

21, 7. πρότερον εἴρηται] Supra, iv. 28, 17.

21, 11. Ἀγγάρῳ] *Angariense* seu *Sangariense* concilium, circa 290 annum 391 habitum refert *Guil. Cave Hist.* vol. ii. p. 130. De Sabbatio vide Sozom. lib. vii. c. 18. READING.

Dubitari potest de Valesii emendatione quæ in margine exponitur. Nam quod a nonnullis ita legitur, (et habent quidem eis Σάγγαρον Sozomenus et Nicephorus, in *Sangario* Cassiodorus,) id profluxerit fortasse e mentione fontium fluvii Sangarii supra, iv. 28. 17. Hic vero locus in Bithynia fuit, procul a fontibus Sangarii, propior Helenopolim, in littore maris situs secundum Sozomenum. Recentiores autem geographi ferunt locum hodie dictum Angora situm esse ad mare versus occidentem non longe ab Helenopoli. Vid. Cramer. *Asiæ Minor. Tabulam.*

21, 14. τοὺς ἀρχαίους καὶ τοὺς ἐγγὺς τῶν ἀποστόλων] Hæc dicta sunt de dissensione super Paschatis festo quæ exorta est medio secundo sæculo, quando S. Polycarpus ad Romam venit ea de causa. Vid. Euseb. H. E. iv. 14, atque iterum v. 24.

21, 17. ἐνήστευε, καὶ νυκτερεύω] Corruptus est hic locus; nec heri aut nudiustertius invecta est hæc depravatio. Jam enim ætate Epiphanii Scholastici, hoc mendum irrepserat in Socratis codices, ut ex interpretatione Epiphanii colligitur. Sic enim vertit Epiphanius: *Cum hæc ab eis tunc fuisset regula definita, Sabbatius juramentis obstrictus, si quando paschalis festivitas discordaret, ille apud seipsum jejunabat, et noctu solem-*

nem diem paschæ in Sabbato celebrabat: et rursus cum omnibus in ecclesia conveniebat, et mysteriis fruebatur. Eundem sensum in sua versione expressit Christophorus. Nicephorus quoque in lib. duodecimo Historiæ Ecclesiasticæ eundem sensum secutus est. Ait enim Sabbatium, quoties Christiani a Judæis dissentirent in celebratione paschæ, seorsum apud se jejunare solitum, et Sabbato paschali sub vesperam more Judaico pascha celebrasse. Deinde sequenti die Dominico, post solemnes vigiliis pascha celebrasse cum reliquis Christianis seu potius Novatianis. Verum hæc interpretatio nullo modo placet. Sic enim Sabbatius, quoties pascha Judaicum a Christianorum paschali festo discreparet, primum pascha non celebrasset cum Judæis. Deinde si Sabbatius primum pascha semper celebrabat die Sabbati sub vesperam more Judaico, quomodo fieri poterat ut eodem Sabbati die solemnes vigiliis in ecclesia celebraret? Id enim de illo disertè testantur Socrates atque Sozomenus. Existimo igitur in hoc Socratis loco verba esse transposita, et in pristinum ordinem hoc modo restituenda: ὁ Σαββάτιος τοῖς ὄρκοις δεθείς, εἶποτε διαπεφωνημένη ἐγένετο ἡ τοῦ Πάσχα ἑορτὴ, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν προλαμβάνων ἐνήστευε, καὶ ἐπετέλει τὸ Πάσχα· καὶ νυκτερεύων τὴν νενομισμένην τοῦ σαββάτου ἡμέραν, πάλιν τῇ ἐξῆς ἅμα πᾶσι κατὰ τὴν ἐκκλησίαν συνήγετο, καὶ τῶν μυστηρίων μετελάμβανε. Id est, *Sabbatius juramento obstrictus, si quando dissensio in celebratione festi paschalis acciderat, ipse domi anticipans jejunabat, et pascha peragebat. Et rursus solemnè die Sabbati pernoctans, sequenti die una cum reliquis omnibus in ecclesiam conveniebat, et mysteria participabat.* Hanc nostram emendationem plane confirmat Sozomenus in libro septimo, ubi eandem rem multo clarius exponit his verbis: ἐξ ἐκείνου δὲ Σαββάτιος τοῖς Ἰουδαίοις ἐπόμενος, εἰ μὴ κατὰ ταυτὸ συνηρέθη πάντας ἄγειν τὴν ἑορτὴν, φθάνων ὡς ἔθος ἐνήστευε. καὶ καθ' ἑαυτὸν διὰ τῶν νενομισμένων ἐπετέλει τὸ Πάσχα· τῷ δὲ σαββάτῳ ἀφ' ἑσπέρας ἐπὶ τὸν δέοντα καιρὸν ἐν ἀγρυπνίᾳ καὶ ταῖς προσηκούσαις εὐχαῖς διαγιγνώμενος, τῇ ἐξῆς ἡμέρᾳ κοινῇ πᾶσιν ἐκκλησίαζε, καὶ τῶν μυστηρίων μετείχε. Id est, *Ex eo tempore Sabbatius Judeos sequens, nisi forte accidisset ut omnes, tam Christiani scilicet quam Judæi, eodem die pascha celebrarent, prævertendo, ut moris est, jejunabat, et apud se domi solemnè peragens, pascha celebrabat. Die vero Sabbati,*

a vespertino tempore usque ad congruum tempus, in vigiliis atque orationibus perseverans, sequenti die una cum reliquis omnibus in ecclesiam conveniebat et mysteria percipiebat. Bis igitur uno eodemque anno pascha celebrabat Sabbatius: primum cum Judæis, alterum cum Christianis; nisi forte evenerat, ut Christiani cum Judæis in celebratione festi paschalis convenirent. Quod quidem raro admodum contingere poterat. VALES.

Nihil equidem in hoc loco mutare velim; nisi si fortasse dicat aliquis rescribendum esse τὸ Πάσχα, auctore Sozomeno: hic enim, dum Socratem pæne exscribere videtur, locum ita vertit iis verbis quæ Valesius modo citavit. Verumtamen similis forma illi τοῦ Πάσχα occurrit infra, τὸ Σάββατον τῆς ἑορτῆς, 22. 18.

21, 19. προΐόντες δηλώσομεν] Conf. infra, vii. 12.

291

Cap. 22. Conf. Sozomen. vii. 19. Cassiod. ix. 38. Niceph. xii. 32—35.

22, 1. Ὁ δὲ ἡμῖν ὑποπίπτει] Sozomenus quoque hoc loco ab historia digreditur de eadem re qua Socrates, τῶν παρὰ διαφοροῖς ἔθνεσι καὶ ἐκκλησίαις ἔθων. Quod tamen notatu dignum est, non eadem repetit quæ Socrates narravit, sed alias consuetudines, tanquam de suo, memorat. Totum Caput transtulit Epiphanius Scholasticus, et in historiam suam Tripertitam inseruit Cassiodorus.

22, 4. Γαλάταις γράφων] Galat. iv. 21.

22, 5. πρὸς Κολοσσαεῖς] Coloss. ii. 16.

22, 6. πρὸς Ἑβραίους] Hebr. vii. 12.

22, 10. Ἱστορικῶς δὲ μόνον πρὸς διαβολὴν Ἰουδαίων] His ver- 292
bis Socrates tacite negare videtur agnum paschalem fuisse typum sacrificii Domini nostri Jesu Christi, nam si typus fuit agnus, aliqua causa fuit cur Antitypus cum typo conveniret: hanc vero causam fuisse cur Christus paschatis tempore immolaretur, omnino negat Socrates: quam sententiam unde ille hauserit, an a Novatianis, an ex illorum schola quibus placebat historica scripturæ interpretatio, non constat: nam Socrates alibi testatur se allegorias amasse, supra, 7, 8, infra, § 47. Suam vero de typis mentem prodit quoque infra, § 73, in his, οἱ φιλοῦντες Ἰουδαίους ἀκολουθεῖν καὶ περὶ τοὺς τύπους ἀκριβολογούμενοι et in § 74, § 78: ubi cum omnem fere corporis actum sub Lege typum sive figuram vocat, vim propheticam

typi proprie dicti prorsus eludit. Ecclesiasticam autem sententiam dilucide exponit Chrysostomus sic, *τί οὖν φησὶν ὁ τύπος; λάβετε ἄρνον κατ' οἰκίαν καὶ θύσατε* seqq. Hom. xiv. in Joan. 4. tom. viii. p. 82. Et Theodoretus sic, *τῇ δὲ τεσσαρεσκαυδεκάτῃ πρὸς ἐσπέραν τυθῆναι· κατὰ ταύτην γὰρ τὴν ἐσπέραν καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς παρεδόθη τοῖς Ἰουδαίοις*, Quæst. in Exod. 24. Similia habet Cyrillus Alexandrinus in Glaphyr. in Exod. ii. Idem argumentum fuse usque ad fastidium prosequitur scriptor anonymus, cujus Sermones in Pascha editi sunt post Opera Chrysostomi tom. viii. p. 251: ubi vide prævium Editoris Monitum de agno Paschali typo Christi. Denique Origenis sententia de universis legis sacrificiis traditur ex Latina interpretatione his verbis, *Igitur sacrificium, pro quo hæc omnia sacrificia in typo et figura præcesserant, unum et perfectum, immolatus est Christus*. In Levit. Hom. iv. 8.

22, 17. ἐπὶ Γορδιανοῦ μαρτυρήσας] Fallitur Socrates. Neque enim imperante Gordiano passus est Polycarpus, sed regnante Marco Antonio, ut ex Eusebio aliisque scriptoribus constat. Certe Irenæus in libro tertio contra hæreses, [iii. 3, 4.] quem librum scripsit Eleutherio Romanam ecclesiam administrante, id est temporibus Marci Antonini, Polycarpum jam tum martyrio perfunctum fuisse scribit. Quare hæc verba, *ὁ ὕστερον ἐπὶ Γορδιανοῦ μαρτυρήσας*, collocanda potius essent paulo supra, ubi legitur, *Εὐρηναῖος ὁ Λουγδοῦνου τῆς ἐν Γαλλίᾳ ἐπίσκοπος*. Melius enim conveniunt Irenæo quam Polycarpo. Verum de hoc prudens lector pro arbitrio suo statuet. Scio quidem in Chronico sancti Benigni Divionensis, martyrium Irenæi Lugdunensis episcopi, poni ante martyrium Polycarpi. Auctor enim illius chronico scribit, Irenæum jam martyrio perfunctum, apparuisse in somnis Polycarpo Smyrnensi episcopo, eique mandasse ut Benignum in Gallias mitteret. Verum hæc sunt nugæ meræ. VALES.

Ægidius Bucherius omnium primus passionem Polycarpi ad annum Marci 9, Domini 169 depressit, teste doctissimo Pearsono *de annis priorum Rom. Episc.* p. 308. Ipse autem Pearsonus censet Polycarpum diu ante, nono scilicet Antonini Pii, Domini autem 147 passum fuisse. *ibid.* p. 284. ubi de hac re prolixè disserit. READING.

Polycarpum martyrem factum fuisse A. D. 166 computat Clintonus in *Fast. Roman.* eo anno col. 4.

22, 17. Εὐσέβιος λέγει] Vide Euseb. H. E. v. 24.

22, 18. Τινὲς δὲ περὶ τὰ ἀνατολικά μέρη] Syros, Cilicas et Mesopotamēnos videtur intelligere, qui Pascha cum Judæis celebrabant ante concilium Nicænum, ut docet Athanasius in epistola ad Afros. ἐπειδὴ οἱ κατὰ Συρίαν καὶ Κιλικίαν καὶ Μεσοποταμίαν διεφώνουν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῷ καιρῷ ἐν ᾧ ποιοῦσι οἱ Ἰουδαῖοι, ἐποιοῦν καὶ αὐτοί. [2. p. 892.] Orientales igitur isti, de quibus loquitur Socrates, Judæos quidem sequebantur, in eo quod decimamquartam lunam primi mensis ante æquinoxium observabant. Verum non eodem die quo Judæi, Pascha celebrabant, sed sequenti Dominico. Quare Athanasius scribit illos eodem tempore quo Judæos Pascha egisse, non autem eodem die, ut male vertit interpres. VALES.

22, 19. οἱ δὲ μετ' ἰσημερίαν] Montanos ut puto intelligit, 293 et Pepusianos, qui Pascha quidem per æquinoctium celebrabant. Sed mense Xanthico seu Aprili, ante diem octavum Idus Apriles illud perpetuo defigebant, quemadmodum testatur Sozomenus in libro vii. VALES.

Sozomeni locus est in vii. 18. Verum insuper notandum est, exinde colligi posse, Novatianos eos fuisse ad quorum morem Socrates modo respexit in his verbis, οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι, καίτοι τὴν ἀκρίβειαν μὴ σώζουσι, δεῖν ἐπεσθαι περὶ τῆς ἑορτῆς ἔλεγον. Nam Sozomenus plane convenientia his refert de Novatianis sic, οἱ δὲ Ναυατιανοὶ τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν ἐπιτελοῦσιν· Ἰουδαῖοις δὲ καὶ οὗτοι ἐπονται, καὶ εἰς ταυτὸ τοῖς τεσσαρεσκαυδεκάταις καταστρέφουσι, πλὴν εἰ μὴ τύχοι τῇ τεσσαρεσκαυδεκάτῃ τῆς σελήνης ἢ πρώτη τοῦ σαββάτου ἡμέρα συμπεσοῦσα, κατόπι γίνονται τῶν Ἰουδαίων ὅσαις ἀν' ἡμέραις συμβαίη τὴν ἐρχομένην κυριακὴν ὑστερίζειν τεσσαρεσκαυδεκατάς τῆς σελήνης. *ibid.*

22, 20. καὶ Ἰωσήφ] Locus, ad quem respicit Socrates, sic se habet: Τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὴν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχή, τεσσαρεσκαυδεκάτῃ κατὰ σελήνην, ἐν κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος, τούτῳ γὰρ τῷ μηνὶ τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας ἠλευθερώθημεν, καὶ τὴν θυσίαν ἣν τότε ἐξιώντας Αἰγύπτου θῦσαι προείπον ἡμᾶς Πάσχα λεγομένην, δι' ἔτους ἐκάστου θύειν

ἐνόμισε. *Mense autem Xanthico, qui nostris Nisan vocatur, et annum exorditur, lunæ quartadecima, sole Aristem obtinente, quandoquidem hoc mense ab Ægyptiaca servitute liberati sumus, sacrificium quod tunc exequentes fecisse dicimus, pascha nominatum, quotannis instaurare lege jubemur.* Josephus Antiq. lib. iii. c. 10. p. 93. [iii. 10, 5. Richter.] **READING.**

22, 22. καὶ οὐχ ὡς τινες ἐπεθρύλησαν] Audiani scilicet. Hi enim aiebant synodum Nicænam Paschale festum primum immutasse, ut testatur Epiphanius p. 822. [821.] **VALES.**

22, 32. οἱ μὲν γὰρ ἐν 'Ρώμῃ] Baronius ad annum Christi 57, 294 et 391, Socratem duplicis erroris arguit, tum quod dixerit Romanos tres tantum hebdomadas ante pascha jejunasse in quadragesima; tum quod ait in tribus illis hebdomadis exceptos fuisse dies Sabbati, quibus Romani non jejunabant. Quod ad primum attinet, Socratis sententiam adversus Baronium defendit Halloixius in notationibus ad caput 11. vitæ Irenæi, p. 678. Movet me præcipue auctoritas Cassiodori, qui in historia tripertita hunc Socratis locum posuit his verbis: *Romani enim tres ante pascha septimanas, præter Sabbatum et Dominicam, sub continuatione jejunant.* An potuit ignorare Cassiodorus morem ecclesiæ Romanæ in observatione jejunii quadragesimalis, ipse qui senator et consul et præfectus prætorio fuit in urbe Roma? Quis credat illum in historia sua hæc Socratis verba positurum fuisse, si rem se aliter habuisse scivisset? Certe Cassiodorus, si id falsum esse scisset, hæc Socratis verbo consulto omisisset, ne lectorem in fraudem induceret. Quod cum Cassiodorus non fecerit, sed Socratis testimonium de quadragesimali Romanorum jejunio, in historia quæ ipsius nomen præfert, legi voluerit, ex eo apparet, vera esse quæ Socrates dixit de jejunio Romanorum. Certe in Ecclesia catholica, etsi quadragesimæ jejunium ab omnibus fuit semper observatum, non tamen uno atque eodem modo jejunatum est, ut docet Irenæus in Epistola ad Victorem papam. Proinde immerito Baronius Socrati opponit testimonium Gregorii Magni. Aliter enim Socratis ætate, aliter Gregorii Magni temporibus, Romani per quadragesimam jejunabant. Temporibus Leonis papæ, quibus fere æqualis fuit Socrates, Romani tribus duntaxat diebus hebdomadis jejunabant in quadragesima, secunda scilicet, quarta et sexta feria,

ut patet ex Sermonibus ejusdem papæ de Quadragesima. In ordine Romano vestigium quoddam vetusti moris quem hic refert Socrates, videor mihi deprehendisse. Nam Dominica quadragesimæ, quæ vulgo Dominica de passione Domini dicitur, vocatur Dominica mediana; idque nomen ex præcepto sedis apostolicæ ei inditum esse perhibetur. Causam autem cur ita dicta sit, non aliam video, quam quod ex tribus hebdomadis quibus Romani in quadragesima jejunabant, hæc erat secunda Dominica. Beda in libro de æquinocio vernali, scribit in Italia alios jejunasse dies viginti, alios septem. Jam vero quod ait Socrates de Sabbato, recte defendi potest. Nam ætate Leonis papæ, Romani in quadragesima non jejunabant die Sabbati. Docet id sermo quartus ejusdem papæ de quadragesima, in cujus calce ita legitur: *Secunda igitur et quarta et sexta feria jejunemus: Sabbato autem apud beatum Petrum apostolum vigiliis celebremus* seqq. Accedit Beda in libro de officiis, ubi scribit quinta et septima feria plerosque non jejunasse in quadragesima. VALES.

Istum locum quem Valesius citavit e Sermone Leonis, Quesnellus tanquam interpolatum ejicit: qui multis quoque argumentis contendit, falsum fuisse Socratem in illis quæ dixit de jejunio quadragesimali Romæ; quippe quod servatum fuit (ait ille,) etiam eo ævo per quadraginta dies, sicut aperte sæpius testatur Leo in Sermonibus suis. Certe Socrates in multis erravit, cum res occidentalium describere vellet: neque ei in hujusmodi narratione fides adhibenda est contra alios auctores. Vide Quesnell. Dissert. vi. De Jejunio Sabbati, ad finem Leonis Operum. Conf. Bingham. Origin. Eccles. xxi. 1. 14, ubi veterum ritus in quadragesima usitatos examinat.

22, 32. πλὴν Σαββάτου] Hic Socrates non modo D. Augustino contradicit, qui cum multis aliis Romanos Sabbato jejunasse asserit, verum et sibimet ipsi: mox enim sui oblitus ait, ἐν Ῥώμῃ πᾶν Σάββατον νηστεύουσιν. *Guil. Beveregius de Jejunio Quadragesimali*, cap. 3. § 3. READING. Conf. infra, § 58.

22, 33. πρὸ ἑβδομάδων ἔξ] Idem testatur Sozomenus vii. 19. Porro Alexandrini jejunium quadragesimæ inchoabant, non a Dominica sextæ hebdomadis ante Pascha, ut putavit Joannes Filesacus in libro de Quadragesima, capite septimo [fol. 35, 2], sed a feria secunda quæ sequebatur illam Dominicam. Itaque

prima Dominica quadragesimæ Alexandrinorum, erat quinta Dominica ante pascha. Atque id manifeste docent Theophilus [inter Epistolas Hieronym. xevi, xviii, c.] et Cyrillus [t. vi.] in Homiliis seu Epistolis Paschalibus. Quod quidem miror Filesacum non animadvertisse, qui Theophili testimonium contra se adducit. VALES.

Sozomeni verba hæc sunt, οἱ μὲν εἰς ἕξ ἑβδομάδας ἡμέρων λογίζονται, ὡς Ἰλλυριοὶ καὶ οἱ πρὸς δύσιω, Λιβύη τε πᾶσα καὶ Αἴγυπτος σὺν τοῖς Παλαιστινοῖς· οἱ δὲ ἑπτὰ, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ τοῖς πέριξ ἔθνεσι μέχρι Φοινίκων. Ubi cum numerat τοὺς πρὸς δύσιω inter eos qui sex septimanas jejunio imputabant, adversatur illis quæ Socrates modo dixit de Romanorum consuetudine abstinendi per tres tantum septimanas.

22, 34. ἄλλοι πρὸ ἑπτὰ] Constantinopolitani scilicet, et circumsiti populi usque ad Phœnicen, ut testatur Sozomenus. VALES.

Postremam hanc vocem ἄλλοι delendam esse censuit W. Lowth.

22, 35. τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι] Hinc necessario con- 295
sequitur, Socratem in nostra fuisse sententia, quæ jejunium antepaschale τεσσαρακοστὴν quadragesimam propterea dictam fuisse judicat, quod quadragesima esset dierum. Alioquin enim mirari non potuit, ut pauciorum dierum jejunia istoc nomine indigitarentur. Beveregius ubi supra. Dies illi jejunii antepaschalis quadragesima ab Origene nuncupantur: *Habemus quadragesimæ dies jejuniis consecratos*, Homil. x. in Levit. D. Hieronymus in Epistola [xli. 3.] ad Marcellam adversus Montanum, hoc jejunium ad apostolicam traditionem refert: *Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum jejunamus*. Vide Bevereg. in Canonem Apostolicum lxix. *Εἰ τις ἐπίσκοπος — τὴν ἄγλαν τοῦ πάσχα τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύει —*.
READING.

22, 39. ἄχρις ἐννάτης ὥρας] Paucos admodum ita jejunasse puto in quadragesima. Jejunium enim quadragesimæ producebatur ad vesperam. Missa enim celebrabatur hora nona, in qua sermo fiebat ad populum. Deinde sub vesperam populus dimittebatur, et solvebat jejunium. Sane Cæsarius Arelatensis, missarum solemnia duarum circiter horarum spatio durasse tradit in homiliis quæ exstant. [Hom. viii. Galland. Biblioth. tom. xi. p. 13.] Epiphanius in expositione fidei ca-

tholicæ: πάλω δὲ συνάξεις ἐπιτελοῦσι τὰς αἰτὰς ἕξ, καὶ ὄλην τεσσαρακοστὴν ἀπὸ ἐννάτης ἕως ἑσπέρας. [22. tom. i. p. 1105. ed. Petav.] Idem tradit Amalarius in libro de officiis, [*Cavendus quoque est usus multorum. Solent enim plures qui se jejünare putant, mox ut signum audierint ad horam nonam manducare; qui nullatenus jejünasse credendi sunt, si ante manducaverint quam vespertinum celebretur officium.* Amalarius De Observatione Quadragesimæ in Dacher. Spicileg. tom. iii. p. 333.] et concilia Anglicana. [Et Spelman. p. 614. citat Canonem Anglicum, quo vetitum est, ne quis in jejünio ante peractum vespertinum officium comederet, ii vero qui solebant jejünium solvere ad nonam, pariter inculpati sunt.] VALES.

22, 39. παρ' ἄλλοις φύλοις] Post hæc verba Savilius in suo codice subdistinctionem apposuerat. Ego vero mediam distinctionem malim adscribere. Idque confirmat Nicophorus, qui hunc Socratis locum ita expressit: καὶ ἄλλα παρ' ἄλλοις γένεσι καὶ φύλοις ἐν οἷς καὶ μυρίαί αἰτίαι τῶν τοιούτων εἰσίν. VALES.

22, 45. τῇ τετράδι] Canon Apostolicus lxi modo citatus: Εἴ τις ἐπίσκοπος—οὐ νηστεύει τετράδα ἢ παρασκευὴν, καθαιρεσθῶ. Ubi per *quartam* et *parasceuen*, duas illas in singulis septimanis ferias, quos *Mercurii* ac *Veneris* dies vulgo nuncupamus, intelligendas esse, nemo unquam dubitavit. Et quidem *quartæ* jejünium, etiamsi ab hodierna ecclesia Romana ut plurimum abrogetur, antiquitus tamen eadem atque *sextæ*, religione observatum fuit. Hæc enim duo hebdomadica, ut ita loquar, jejünia, in antiquis Ecclesiæ commentariis perpetuo conjunguntur, et simul nominantur: adeo ut unum absque altero in omni, quantum memini, antiquitate nusquam occurrat. Utrumque autem per singulas anni cujusque hebdomadas ab Ecclesia primitiva celebratum fuisse, nullo negotio conficiatur. *Boeteregius de jejünio quartæ ac sextæ feriæ.* Gratianus ex dictis Apollonii: *Jejünia sane legitima, id est, quarta et sexta feria, non sunt solvenda, nisi grandis aliqua necessitas adfuerit; quia quarta feria Judas de traditione Domini cogitavit, et sexta feria crucifixus est Salvator.* De Consecrat. dist. 3. cap. 16. et 11. [Gratian. Decret. i. part. iii. tit. xi. rubr. iv. p. 154, ed. Rom. 1726.] READING.

22, 47. τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου] Vertendum, quod erat impos- 296

sibile (præstitū) in lege : alludit scil. ad Rom. viii. 3. *W. Lowth.*
READING.

22, 49. ὑποβολεῖς] Pessime Musculus et Christophorsonus veterunt *interpretes*. Optime vero Epiphanius exposuit psalmi pronunciatores. Horum munus videtur fuisse, prima psalmi verba præcinere. Populus deinde reliqua succinebat. ὑποβολεῖς dicebantur olim monitores qui in scena monebant histriones, ut docet Festus. Hi suggerebant actoribus, quoties memoria eos deficiebat. Modos etiam dabant actoribus, ut docet Plutarchus in præceptis gerendæ reipublicæ, ita scribens : ἀλλὰ μμείσθαι τοὺς ὑποκριτὰς πάθος μὲν ἴδιον καὶ ἦθος καὶ ἀξίωμα τῷ ἀγῶνι προστιθέντας, τοῦ δὲ ὑποβολέως ἀκούοντας, καὶ μὴ παρεκβαίνοντας τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ μέτρα. Unde in comœdiis Terentii prænotatum invenimus : *modos dedit Flaccus*. Sic igitur in ecclesia is qui modos canentibus dabat, et versus psalmodum suggerebat, dicebatur ὑποβολεὺς et *καυονάρχης*, ut censet Jacobus Goar in notis [21] ad Euchologium p. 30. Sane lectores prædicantibus episcopis sæpe locum sacræ Scripturæ suggerebant, ut docet Augustin. in Psal. xxxii. *Non dixit, in cithara decem chordarum, neque in hoc psalmo, neque, si non fallor, alicubi. Legant et considerent melius et otiosius filii nostri lectores. tamen quantum mihi videor meminisse, multis locis invenimus psalterium decem chordarum ; citharam decem chordarum nusquam mihi lectum occurrit.* Erant et monitores in precationibus, quorum meminit Tertullianus in Apologetico [30], ubi dicit Christianos sine monitore orasse, quia de pectore orabant. Verum Nicephorus hoc loco pro ὑποβολεῖς legit ὑπογραφεῖς, id est notarios. Quod profecto non displicet. Habebant enim episcopi, suos notarios, adolescentes eruditos. Sic Proclus notarius fuisse dicitur Attici, teste Socrate lib. vii. [41.] Et diu ante Athanasius notarius fuit Alexandri episcopi, ut scribit Sozomenus in lib. ii. In decretis Gelasii papæ cap. 2. inter primos gradus ecclesiasticos recensentur, lectores, notarii et defensores. In Vita Cæsarii Arelatensis capite 22. *lector aut notarius coram illo non cessabat clamare* seqq. In actione prima synodi Ephesinæ, Epaphroditus dicitur lector et notarius Hellanici episcopi Rhodiorum. Ex quibus patet, idem fere officium fuisse notarii, quod lectoris, ut scilicet psalmos, aut alios sacræ Scripturæ libros, vel in ecclesia, vel coram episcopo legeret. Idque confirmat Simeon Metaphra-

stes in actis Marciani et Martyrii notariorum quæ habentur apud Surium die vicesimo quinto Octob. [Sanct. Hist. t. v. p. 955.] *Apud divinum ergo Paulum commorantes, cum scribæ essent eorum quæ ab illo fiebant, et populo divinos libros legerent* seqq. Excipiebant autem notarii illi acta quæ fiebant in ecclesia. Ex quo illis hoc nomen inditum videtur. Sic in gestis collationis inter catholicos ac Donatistas hunc titulum legimus: *Excipientibus quoque Januario et Vitale notariis ecclesiæ catholicæ, Victore et Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum* seqq. [Gest. Primæ Cognit. Post Optati Oper. p. 29.] Præerat autem illis primicerius notariorum, qui fere ex presbyterorum ordine eligebatur, ut discimus ex actione prima concilii Ephesini, in qua Petrus presbyter Alexandriæ, et primicerius notariorum, recitat edictum imperatoris Theodosii ad Cyrillum et reliquos metropolitanos. Quare notarii isti scrinium servabant, ut docet Gregorius Magnus in lib. i. dialogorum, c. 8. *Anastasius sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui Deo authore deservio, notarius fuit. Qui soli Deo vacare desiderans, scrinium deseruit, monasterium elegit* seqq. Præcipuum tamen fuit munus notariorum, ut virgam seu baculum coram episcopo portarent, quemadmodum scribitur in libro secundo de vita et miraculis beati Cæsarii Arelatensis. *Cum ergo vir Dei Cæsarius per eadem loca ad eandem pergeret ecclesiam, clericus, cui cura erat baculum illius portare, quod notariorum officium erat, oblitus est; in quo ministerio inutilis ego serviebam.* [Vide Bolland. Act. Sanct. Aug. tom. vi. p. 79.] Vide quæ notavi ad librum quartum Sozomeni, capite iii. VALES.

Hanc vocem a Suicero omissam habent Ducang. in Glossar. Med. et Inf. Græcit., et Stephan. Lexicon novum ex edit. Hase. et Dindorf; qui non alio sensu explicant quam Valesius. Unus locus, quem citat Haseus, præ ceteris ad rem facit, sic, *Ὁ δέξις ἦν αὐτὸς ᾄδειν ὁ Πίνδαρος, ἀλλ' ὑποβολέα οἶον εἶχεν ἕτερον τοῦ τοιοῦτου ἔργου,* Eustath. Opusc. p. 60. 1.

22, 50. *ἐν Θεσσαλίᾳ γενόμενος κληρικὸς ἐκεῖ.* [Ita Stephan.] Si hæc distinctio recta esset, sequeretur Socratem clericum fuisse in Thessalia. Sed hoc nequaquam probabile est, cum Socrates passim se scholasticum appellet, id est advocatum. Quare non dubito, quin hic locus aliter sit distinguendus, hoc scilicet modo: *ἐγγων δὲ ἐγὼ καὶ ἕτερον ἔθος ἐν Θεσσαλίᾳ γενόμενος κληρικὸς ἐκεῖ ἦν νόμφ γαμήσας πρὶν κληρικὸς γένηται.* Aliam tamen

distinctionem secuti videntur interpretes, Musculus et Christophorus, hanc videlicet: *ἐγνων δὲ ἐγὼ καὶ ἕτερον ἔθος ἐν Θεσσαλίᾳ γενόμενος κληρικὸς ἐκεῖ*. Quam tamen distinctionem probare non possum. Superfluum enim esset verbum *γενόμενος*, ac nimis frequenter in eadem periodo repeteretur τὸ *γινεσθαι*. Porro Socratem in Thessalia versatum fuisse, ex sequentibus apparet. Sic enim paulo post subdit Socrates: *καὶ ἄλλο δὲ ἔθος ἐν Θεσσαλίᾳ οἶδα γινόμενον*. Quanquam vox *οἶδα* ambigua est, et tam de absente, quam de præsente intelligi potest. VALES.

22, 50. ἀποκήρυκτος γίνεται.] Apud Nicephorum [xii. 34.] ἀποκληρος legitur, quod non displicet. Id est, *ordine movetur*, ut vertit Langus. Vocabulum tamen ἀποκήρυκτος aliquid gravius videtur designare, excommunicatum scilicet. VALES.

Ibid. ἐν ἀνατολῇ γνωρίμων πάντων] [Sic in Stephan. et Genev.] Hujus loci emendatio debetur codici Florentino, in quo diserte ita scriptus est: *τῶν ἐν ἀνατολῇ πάντων γνώμη ἀπεχομένων*. Quam emendationem confirmat Nicephorus. Is enim hunc Socratis locum pene ad verbum ita expressit: *τῶν ἀνὰ τὴν ξω πάντων γνώμη ἀπεχομένων*, et reliqua. VALES.

Ibid. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς] Eadem habet Nicephorus de filiis episcoporum. Certum est tamen Socratem hoc loco veri limites transcendere. Nam si qui forte in episcopatu rem habuerunt cum uxore quam ante episcopatum duxerant, ii certe et paucissimi fuerunt, et contra receptam ecclesiæ consuetudinem id gesserunt, et factum suum postea planxerunt, quemadmodum episcopus ille apud Gregorium Turonensem. [Hist. Franc. 1. 39.] Sane sacerdotes sua ætate, ut plurimum virgines fuisse aut monachos, testatur Epiphanius in expositione fidei; sin minus, certe continentes. Idque aperte convincitur exemplo Synesii Cyrenarum episcopi. VALES.

Cum his quæ Socrates dixit conferri potest locus notissimus S. Athanasii, Πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων οὐδὲ γεγαμήκασι, μοναχοὶ δὲ πατέρες τέκνων γεγόνασιν ὥσπερ καὶ ἐπισκόπους πατέρας τέκνων, καὶ μοναχοὺς ἐξ ὀλοκλήρου ἀγένους τυγχάνοντας, καὶ πάλιν οἶδαμεν κληρικοὺς πεινῶντας, μοναχοὺς δὲ νηστεύοντας. "Ἐφεστι γὰρ καὶ οὕτως, καὶ ἐκείως οὐ κεκάλυται. Epist. ad Dracont. 9. p. 268. Et sic consuetudo invaluit, usque ad synodum

Constantinopolitanam in Trullo, A. D. 680; hæc enim prima synodus fuit quæ sancivit ut uxoribus suis episcopi renuntiarent. Vide Bevereg. ad Can. 12. Concil. Trullan. t. ii. p. 130. (Append.) Conf. quoque de hoc Socratis loco Bingham. Origin. Eccl. Christ. iv. 5. 8.

22, 51. [Ἡλιόδωρος Τρίκκης τῆς ἐκεῖ γενόμενος] De Heliodoro 297 episcopo quod scribit Socrates, eum fuisse auctorem libri de amoribus Charicleæ, vereor ne falsus sit. Auctor libri de amoribus Charicleæ ortus fuit ex Phœnice, ut testatur Photius in Bibliotheca, cap. 94. VALES.

De hoc Heliodoro certi fere nihil est, nisi quod certissimum est, eum ipsum esse, ad quem D. Hieronymi Epistolæ. Floruit sub Theodosio et Arcadio. Nicephorus lib. xii. cap. 34, eum in provinciali synodo depositum scribit, quod librum hio memoratum abdicare nollet. Sed nec Socrates, nec Photius hujus rei meminerunt. Alius fuit Heliodorus, Sophista, imperatori Adriano familiaris; de quo Philostratus *περὶ σοφιστῶν*. Huic *Historiam Æthiopicam* nonnulli ascribunt. Liber ille etiam nunc exstat, et plurium doctorum laudibus ornatur, Photii imprimis, qui Biblioth. cod. 73, de eo sic scribit. *Heliodori Æthiopica opus est dramaticum, ea phrasi quæ argumentum conscriptum deceat. Multa etenim est in eo sine affectatione simplicitas atque jucunditas. Affectibus præterea rerum partim præsentium, partim speratarum, aut insperatarum, temperata narratio est, salute sæpenumero præter opinionem in mediis calamitatibus allata. Verba quoque adhibentur significantia et pura; quæ si interdum, ut par est, in figuram deflectantur, perspicua tamen sunt, evidenterque propositam rem exhibent. Periodi etiam, pro subjecta re, aptæ, quippe aliquanto breviores contractionesque. Compositio denique, ut cætera omnia, narrationi ipsi accommodata, qua viri quidem fœminæque refertur amor, sed qui castitatis præferat desiderium, custodiamque accuratam.* READING.

Frustra his argutatur Valesius: nam Socrates non vult dicere Heliodorum Tricæ natum esse, sed ejus episcopum factum fuisse; repetito sensu e præviis vocibus ἐπισκόπων, et πολλοὶ αὐτῶν, atque ipso quidem vocabulo γενόμενος perinde intellecto atque nuper in, γενόμενος κληρικός. Itaque Clintonus, ubi hanc paragrammā e Socrate citat in Fast. Roman.

inter Auctor. Græc. 302, Append. p. 313, vocem ἐπίσκοπος uncinis inclusam inseruit post γενόμενος. Codex vero C. simili ratione inseruit κληρικός. Photii locus de Heliodori libro extat in Biblioth. cod. 73, cujus in fine testatur, vulgo dictum esse, Heliodorum postea episcopatum gessisse. Conf. ib. cod. 94.

22, 51. ἀ νέος ἄν συνέταξε] Quod addit Nicephorus, Heliodorum jussum fuisse in synodo libros illos amatorios comburere, aut episcopatu sese abdicare; id fabulosum mihi videtur. Neque enim satis constat, utrum libri illi de amoribus Theagenis et Claricleæ ab Heliodoro episcopo scripti sint, an ab alio quopiam. VALES.

22, 53. πρὸς δύσιν ὄρᾳ] Quod attinet ad situm, templa ita erant disposita, ut ad ortum solis æquinoctialem verterentur. Tertullianus testis est in Apologetico, cap. 16. *Inde suspicio innotuerit, nos ad orientis regionem precari.* Paulinus tamen Nolanus Epist. 12, asserit, se in basilica quam ædicavit, hunc morem neglexisse: *Prospectus, inquit, basilicæ, non ut usitator mos est, orientem spectat; sed ad Domini mei b. Felicis basilicam pertinet, memoriam ejus aspiciens.* Et Walafriidus Strabo, cap. 4. *Cognoscimus non errasse illos vel errare, qui templis vel noviter Deo constructis, vel ab idolorum squalore mundatis, propter aliquam locorum opportunitatem in diversas plagas altaria statuerunt, quia non est, ubi non sit Deus.* Hæc ex eminentiss. Card. Bona de rebus Liturgicis citat cl. vir *Josephus Bingham in Originibus Ecclesiasticis* vol. iii. part. i. p. 151. ubi et ex Usserii Epistola 49. notat, S. Patricium in Hibernia ecclesiæ cujusdam situm posuisse *ab aquilonari parte versus meridianam plagam.* READING. Vide Bingham. Origin. Eccles. viii. 3. 2.

Ecclesia hæc Antiochiæ, a Constantino constructa, forma fuit octagona. Euseb. Vit. Const. iii. 50. Verum præter hanc aliæ fuere ejus ævi simili situ: nam ecclesia Tyri ostium habuit ad orientem, *θυσιαστήριον* autem, quod mensam sacram continebat, ad occidentem positum, Euseb. Hist. Eccl. x. 4: et simili modo collocata fuit ecclesia sancti sepulchri Hierosolymis. Vit. Constant. iii. 37.

22, 54. τὰς ἐν ταῖς λυχναψλαῖς εὐχὰς] Id officium Græci vocant *λυχνικόν*, Latini vero lucernarium, ut in notis ad Ennodium observavit Jacobus Sirmondus. Vide Meursii glossa-

riam Græcobarbarum, in voce *Λυχνικόν*, et annot.
Cassianum in voce *Lucernaris hora*. [De Institut.
P. 50. VALES.

Λυχνικόν, *Lucernarium*, *Lucernaris procer*, Prim.
pertini Officii, cum scilicet accenduntur lucernæ
Glossar. Med. et Inf. Græcit.

22, 56. τῆ κρατούσῃ ἐκκλησίᾳ] Nec Musculus
phoronus intellexit quid esset ἡ κρατούσα ἐκκ
erates appellare solet ecclesiam catholicam,
temporis summam potentiam atque auctorit
Sic supra in capite 9. hujus libri, Novatianis
ταύτας τῶν ἐκκλησιῶν, id est, catholicos. N
οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τὴν προσθήκην ταύτην ἐδέξαν
ἐκκλησιῶν κρατούστες seqq. VALES.

22, 57. τῶν εἰχῶν] Id est, περὶ τῶν εἰ
Atque ita hunc locum intellexerunt omnes
Nicephorus, qui pro εἰχῶν habet ἐν εἰχναῖς.

22, 58. Πρεσβύτερος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ] (C
noster, adeo proprium fuisse in Africa
tionari, ut presbyter quivis, presente ep
ret. Donec S. Augustino presbytero V
potestatem dedit coram se in ecclesia ecan
frequentissime tractandi, contra usum qu
Africanarum ecclesiarum. Unde etiam
trahebant. Ille in orientalibus ecclesiis
obtrectantium non curabat linguas.—
exemplo, accepta ab episcopis potestate,
episcopis populo tractare cœperunt
Possidius in vita S. Augustini cap.
nibus *Ecclesiasticis* vol. i. p. 79. [ii.]

Ibid. ἀφ' οὗ Ἀρειος τὴν ἐκκλησίαν
ex iis quæ Socrates in hoc capite
verum paulo cautius; inserit enim
εὐθεὶς ἐπιγενέσθαι ἀφ' οὗ Ἀρειος, &

respicens. Ἡ ῥώμη πᾶν Σάββατον v
Ibid. Ἐν ῥώμῃ πᾶν Σάββατον v
tis quadragesimæ, et quatuor tem
enim Romani non jejunabant d
Sermone Leonis
vi ex

neque in jejunio quatuor temporum, jejunabant Romani die Sabbati: verum quarta duntaxat et sexta feria jejunabant: Sabbato autem vigilabant ad basilicam sancti Petri, ut docet idem Leo in Sermonibus de Jejunio Decimi Mensis, et de Jejunio Pentecostes, et de Jejunio Septimi Mensis. Proinde immerito Baronius, Petavius et Halloixius Socratem nostrum reprehenderunt, quod dixerit Romanos non jejunasse diebus Sabbati in quadragesima. VALES.

Verum hoc esse quod Socrates dicit, contra id quod modo ipse scripsit supra, § 31, et contra Valesium, evincit unus locus ex Augustino, sic, *Sequitur Sabbatum, quo die caro Christi in monumento requievit, sicut in primis operibus mundi requievit Deus die illo ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in reginæ illius veste [in Ecclesia] varietas, ut alii, sicut maxime populi Orientis, propter requiem significandam mallet relaxare jejunium, alii propter humilitatem mortis Domini jejunare, sicut Romana et nonnullæ Occidentis ecclesiæ. Quod quidem uno die, quo Pascha celebratur, propter renovandam rei gestæ memoriam, qua discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus jejunatur, ut etiam illi Sabbati jejunium devotissime celebrent qui ceteris per totum annum prandent.* Ad Casulan. Ep. xxxvi. 31. Conf. ejusd. Epist. 3. seqq. Epist. liv. 3, 27, et lxxxii. 14. Unde constat, Romanos et paucos alios occidentales jejunasse omni Sabbato, orientales et reliquam Ecclesiam nullo Sabbato præterquam paschali.

22, 59. Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας] Petavius in animadversionibus ad Epiphanium in hæresi Quartadecimanorum, Socratem hic falli affirmat: et canones penitentiales Basilii agni sufficere ait ad hunc errorem confutandum. Sed responderi potest, post obitum Basilii alium fortasse morem in ecclesia Cæsariensi observatum fuisse. Loquitur enim Socrates de ritu qui tunc temporis obtinebat cum ista scriberet. VALES.

illa quibus respondit Valesius non comperta sunt a Petavio 299
ta in novissima editione Epiphanii. Vid. p. 86. Animadver-
num.

22, 75. Ἐν πλοίῳ] Ante hæc verba distinctionem finalem Josui, secutus Nicephorum, qui hunc Socratis locum ita vertit: Ἐν πλοίῳ γὰρ εἰσελθὼν seqq. VALES.

2, 78. τὰ συμβαίοντα] Scribendum existimo τὰ σύμβολα.

rium Græcobarbarum, in voce *λυχνικόν*, et annotationes ad Cassianum in voce *Lucernaris hora*. [De Institut. Cœnob. iii. p. 50. VALES.

Λυχνικόν, *Lucernarium*, *Lucernariæ preces*, Prima pars Vespertini Officii, cum scilicet accenduntur lucernæ. Ducang. Glossar. Med. et Inf. Græcit.

22, 56. τῇ κρατούσῃ ἐκκλησίᾳ] Nec Musculus nec Christophorus intellexit quid esset ἡ κρατοῦσα ἐκκλησία. Ita Socrates appellare solet ecclesiam catholicam, eo quod tunc temporis summam potentiam atque auctoritatem obtineret. Sic supra in capite 9. hujus libri, Novatianis opponit τοὺς κρατοῦντας τῶν ἐκκλησιῶν, id est, catholicos. *Ναυατιανοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τὴν προσθήκην ταύτην ἐδέξαντο· οἱ δὲ νῦν τῶν ἐκκλησιῶν κρατοῦντες* seqq. VALES.

22, 57. τῶν εὐχῶν] Id est, *περὶ τῶν εὐχῶν συμφωνούσας*. Atque ita hunc locum intellexerunt omnes interpretes, et ipse Nicephorus, qui pro εὐχῶν habet ἐν εὐχαΐς. VALES.

22, 58. Πρεσβύτερος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ] Observat *Binghamus* noster, adeo proprium fuisse in Africa episcopi munus concionari, ut presbyter quivis, præsentē episcopo, omnino taceret. Donec *S. Augustino presbytero Valerius episcopus suus potestatem dedit coram se in ecclesia evangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, contra usum quidem ac consuetudinem Africanarum ecclesiarum. Unde etiam ei nonnulli episcopi detrahebant. Ille in orientalibus ecclesiis id ex more fieri sciens, obtrectantium non curabat linguas.—Postea bono præcedente exemplo, accepta ab episcopis potestate, presbyteri nonnulli coram episcopis populo tractare cœperunt Verbum Dei: ut testatur Possidius in vita S. Augustini cap. 5. Jos. Bingham in Originibus Ecclesiasticis vol. i. p. 79. [ii. iii. s. 4.]* READING.

Ibid. ἀφ' οὗ Ἀρειος τὴν ἐκκλησίαν ἐτάραξε] Hoc inter pauca 298 ex iis quæ Socrates in hoc capite narrat, repetit Sozomenus; verum paulo cautius; inserit enim, *φασὶ δὲ τοῦτο οὐ πρότερον εὐθὺς ἐπιγενέσθαι ἀφ' οὗ Ἀρειος*, seqq., Socratem, ut opinor, respiciens.

Ibid. Ἐν Ῥώμῃ πᾶν Σάββατον νηστεύουσιν] Exceptis Sabbatis quadragesimæ, et quatuor temporum. Per quadragesimam enim Romani non jejunabant diebus Sabbati, uti superius demonstravi ex Sermone Leonis papæ de Quadragesima. Sed

neque in jejunio quatuor temporum, jejunabant Romani die Sabbati: verum quarta duntaxat et sexta feria jejunabant: Sabbato autem vigilabant ad basilicam sancti Petri, ut docet idem Leo in Sermonibus de Jejuniis Decimi Mensis, et de Jejuniis Pentecostes, et de Jejuniis Septimi Mensis. Proinde immerito Baronius, Petavius et Halloixius Socratem nostrum reprehenderunt, quod dixerit Romanos non jejunasse diebus Sabbati in quadragesima. VALES.

Verum hoc esse quod Socrates dicit, contra id quod modo ipse scripsit supra, § 32, et contra Valesium, evincit unus locus ex Augustino, sic, *Sequitur Sabbatum, quo die caro Christi in monumento requievit, sicut in primis operibus mundi requievit Deus die illo ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in reginæ illius veste [in Ecclesia] varietas, ut alii, sicut maxime populi Orientis, propter requiem significandam mallent relaxare jejunium, alii propter humilitatem mortis Domini jejunare, sicut Romana et nonnullæ Occidentis ecclesiæ. Quod quidem uno die, quo Pascha celebratur, propter renovandam rei gestæ memoriam, qua discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus jejunatur, ut etiam illi Sabbati jejunium devotissime celebrent qui ceteris per totum annum prædent*, Ad Casulan. Ep. xxxvi. 31. Conf. ejusd. Epist. 3. seqq. Epist. liv. 3, 27, et lxxxii. 14. Unde constat, Romanos et paucos alios occidentales jejunasse omni Sabbato, orientales et reliquam Ecclesiam nullo Sabbato præterquam paschali.

22, 59. 'Εν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας] Petavius in animadversionibus ad Epiphanium in hæresi Quartadecimanorum, Socratem hic falli affirmat: et canones penitentiales Basilii magni sufficere ait ad hunc errorem confutandum. Sed responderi potest, post obitum Basilii alium fortasse morem in ecclesia Cæsariensi observatum fuisse. Loquitur enim Socrates de ritu qui tunc temporis obtinebat cum ista scriberet. VALES.

Illa quibus respondit Valesius non comperta sunt a Petavio 299 dicta in novissima editione Epiphanii. Vid. p. 86. Animadversionum.

22, 75. 'Εν πλοῖφ] Ante hæc verba distinctionem finalem apposui, secutus Nicephorum, qui hunc Socratis locum ita refert: 'Εν πλοῖφ γὰρ εἰσελθὼν seqq. VALES.

22, 78. τὰ συμβαίνοντα] Scribendum existimo τὰ σύμβολα.

Qua voce usus est Socrates paulo supra, cum dicit *ἴνα τὰ σύμβολα πληρωθῆ*. Symbola vocat Socrates legales ceremonias et præcepta: verbi gratia circumcisionem, quam Judæi in corpore quidem custodiebant, sed non in corde. At in vulgata scriptura, qui sensus esse possit non video. Nicephorus hunc Socratis locum ita expressit: *καὶ γὰρ Ἰουδαῖοι τὰ συμβαλόντα μᾶλλον τοῖς σώμασιν ἢ ταῖς ψυχαῖς σώζουσιν σπουδάζουσι*. Quæ Langus ita vertit: *Siquidem et Judæi ea quæ sic in corporibus accidunt, majore studio, quam si animabus eveniant, observare contendunt*. Vides nec Nicephorum, nec ejus interpretem, mentem Socratis assecutos esse. Loquitur enim Socrates de Judæis qui legem factorum, in corporibus potius quam in corde observabant, quos Apostolus vocat in manifesto Judæos. VALES.

Satis facilis est interpretatio. *Συμβαλόντα* sunt quæ logici dicunt *accidentia*; qualia Socrates reputavit esse res corporeas, ut ab illis distingueret quæ animæ contingunt, quæ sunt veræ res, sive *essentia*.

22, 79. *εἰς θεωρίαν*] Vid. Valesium ad lib. vi. c. 3. *W. Lovth.*

READING.

Cap. 23. Conf. Sozomen. vii. 17. Cassiod. ix. 40. Niceph. xii. 30. Theodoret. Hær. Fab. iv. 4.

23, 2. *ζήτημα ἐπέπεσεν εἰς αὐτούς*] Non nunc primo mota est ³⁰⁰ hæc quæstio, sed antea inciderat. Nam Athanasius inde argumentum petiit contra Arianos; nempe eos, si negarent Filium æternum esse, coactos fore ut negarent quoque Patrem semper fuisse Patrem, *πατὴρ δὲ οὐκ ἂν λεχθείη οὐδ' ἂν εἴη μὴ ὑπάρχοντος υἱοῦ*. Orat. i. c. Arian. 29. p. 433. Videntur quoque nonnulli eo nodo nonnihil constricti fuisse: nam ut hujusmodi difficultatem levaret, Constantinus illam suggessit expositionem quam Eusebius refert, de Christo, *ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργεῖα γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ Πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ, καὶ σωτῆρος ἀεὶ, δυνάμει πάντα ὄντος*. Epist. ad Cæsar. Athan. De Decret. Nic. Syn. p. 241. Veruntamen nondum, quod sciam, usu receptum fuit inter Arianos ut dicerent Patrem non semper Patrem fuisse.

23, 7. *οἱτοί*] Nempe hi qui asserebant Patrem semper Patrem fuisse, sicut refert Theodoretus, Hær. Fab. Comp. iv. 4. Quod vero ille dicit, hos novam sectam fuisse Arianorum, πάλιν ἕτερον ἀπερράγη τμήμα, id ita explicandum esse videtur;

nempe, quod cum primum ceteri Ariani in novam sententiam ire cœperint negando Patrem semper Patrem fuisse, tum hi ab illis secesserint.

23, 8. Σεληνῶς] Sozomenus tradit Selenam primo Ulphilæ notarium fuisse, mox autem ei in episcopatu successisse, vii. 17.

23, 12. ἐπὶ τριακονταπέντε ἔτη] Scribendum est ἐπὶ εἰκοσι 301 πέντε quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Nam a consulatu Arcadii tertio et Honorii secundo, quo hæc gesta sunt quæ hic narrantur a Socrate, usque ad consulatum Monaxii et Plintæ, anni sunt viginti quinque. VALES.

Scilicet ab anno 394 ad annum 419. Quæ autem in hoc capite continentur, fusius a Sozomeno explicantur, lib. vii. cap. 27 [17]. READING.

Attamen Epiphanius Scholasticus cum Socrate consentit secundum editionem Benedictin. 1679, habet enim non *viginti quinque*, ut Valesius affirmat, sed *triginta quinque annis*, Hist. Trip. ix. 40. Et rectius annos colligit Clintonus: nam Socrates supra, 12, 7, Marinum ab Arianis episcopum electum fuisse memoravit sub A. D. 386; a quo anno trigesimus quartus incidit in consulatum Monaxii et Plintæ A. D. 419. Aut igitur schisma inter Arianos paulo prius exortum erat, aut Socrates annos rotunde, quod aiunt, numeravit. Conf. Clinton. Fast. Rom. 419. c. 2. Parem numerum annorum schismati imputat quoque Sozomenus, vii. 17.

Ibid. τῆς Ψαθυριανῶν ὄντος αἰρέσεως] Valesius perinde locum interpretatur ac si legeretur ὄντες, vel οἱ ὄντες: quod quidem ipsum male ferri posset; revera tamen editiones nullam ejusmodi vocem habent. Meliorem autem sensum efficit id quod in M. legitur, ὄντος, quod etiam in F. latere videtur in corrupto ὄντες. Non enim de solis Psathyrianis hic dicitur, sed de Arianis utriusque partis; Ἀρειανοὶ—χωρισθέντες ἀλλήλων—πεισθέντες—ἠνώθησαν. Plintam vero Psathyrianum fuisse discimus e Sozomeno, et Nicephoro; quorum alter id vel ex aliis auctoribus compererat, vel in Socrate ipso legerat.

Cap. 24. Conf. Sozomen. vi. 26. et vii. 17.

24, 1. ἤδη πρότερον] De Eunomio confer supra, iv. 7, et 13.

24, 6. οὐ γὰρ εἰς τὴν Τριάδα] Eunomiani sæpius *Anomæi* audebant, quod *dissimilem per omnia Patri Filium, et Filio*

stes in actis Marciani et Martyrii notariorum quæ habentur apud Surium die vicesimo quinto Octob. [Sanct. Hist. t. v. p. 955.] *Apud divinum ergo Paulum commorantes, cum scribæ essent eorum quæ ab illo fiebant, et populo divinos libros legerent* seqq. Excipiebant autem notarii illi acta quæ fiebant in ecclesia. Ex quo illis hoc nomen inditum videtur. Sic in gestis collationis inter catholicos ac Donatistas hunc titulum legimus: *Excipientibus quoque Januario et Vitale notariis ecclesiæ catholicæ, Victore et Cresconio notariis ecclesiæ Donatistarum* seqq. [Gest. Primæ Cognit. Post Optati Oper. p. 29.] Præerat autem illis primicerius notariorum, qui fere ex presbyterorum ordine eligebatur, ut discimus ex actione prima concilii Ephesini, in qua Petrus presbyter Alexandriæ, et primicerius notariorum, recitat edictum imperatoris Theodosii ad Cyrillum et reliquos metropolitanos. Quare notarii isti scrinium servabant, ut docet Gregorius Magnus in lib. i. dialogorum, c. 8. *Anastasius sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui Deo authore deservio, notarius fuit. Qui soli Deo vacare desiderans, scrinium deseruit, monasterium elegit* seqq. Præcipuum tamen fuit munus notariorum, ut virgam seu baculum coram episcopo portarent, quemadmodum scribitur in libro secundo de vita et miraculis beati Cæsarii Arelatensis. *Cum ergo vir Dei Cæsarius per eadem loca ad eandem pergeret ecclesiam, clericus, cui cura erat baculum illius portare, quod notariorum officium erat, oblitus est; in quo ministerio inutilis ego serviebam.* [Vide Bolland. Act. Sanct. Aug. tom. vi. p. 79.] Vide quæ notavi ad librum quartum Sozomeni, capite iii. VALES.

Hanc vocem a Suicero omissam habent Ducang. in Glossar. Med. et Inf. Græcit., et Stephan. Lexicon novum ex edit. Hase. et Dindorf; qui non alio sensu explicant quam Valesius. Unus locus, quem citat Haseus, præ ceteris ad rem facit, sic, *Ὁ δέξιός ἦν αὐτὸς ᾄδειν ὁ Πίνδαρος, ἀλλ' ὑποβολέα οἶον εἶχεν ἕτερον τοῦ τοιοῦτου ἔργου*, Eustath. Opusc. p. 60. 1.

22, 50. *ἐν Θεσσαλίᾳ γενόμενος κληρικὸς ἐκεῖ.* [Ita Stephan.] Si hæc distinctio recta esset, sequeretur Socratem clericum fuisse in Thessalia. Sed hoc nequaquam probabile est, cum Socrates passim se scholasticum appellet, id est advocatum. Quare non dubito, quin hic locus aliter sit distinguendus, hoc scilicet modo: *ἔγνω δὲ ἐγὼ καὶ ἕτερον ἔθος ἐν Θεσσαλίᾳ γενόμενος κληρικὸς ἐκεῖ ἦν νόμφ γαμήσας πρὶν κληρικὸς γένηται.* Aliam tamen

distinctionem secuti videntur interpretes, Musculus et Christophorus, hanc videlicet: *ἐγνων δὲ ἐγὼ καὶ ἕτερον ἔθος ἐν Θεσσαλίᾳ γενόμενος κληρικὸς ἐκεῖ*. Quam tamen distinctionem probare non possum. Superfluum enim esset verbum *γενόμενος*, ac nimis frequenter in eadem periodo repeteretur τὸ *γίνεσθαι*. Porro Socratem in Thessalia versatum fuisse, ex sequentibus apparet. Sic enim paulo post subdit Socrates: *καὶ ἄλλο δὲ ἔθος ἐν Θεσσαλίᾳ οἶδα γινόμενον*. Quanquam vox *οἶδα* ambigua est, et tam de absente, quam de præsente intelligi potest. VALES.

22, 50. ἀποκλήρυκτος γίνεται] Apud Nicephorum [xii. 34.] ἀπόκληρος legitur, quod non displicet. Id est, *ordine movetur*, ut vertit Langus. Vocabulum tamen ἀποκλήρυκτος aliquid gravius videtur designare, excommunicatum scilicet. VALES.

Ibid. ἐν ἀνατολῇ γνωρίμων πάντων] [Sic in Stephan. et Genev.] Hujus loci emendatio debetur codici Florentino, in quo diserte ita scriptus est: *τῶν ἐν ἀνατολῇ πάντων γνώμη ἀπεχομένων*. Quam emendationem confirmat Nicephorus. Is enim hunc Socratis locum pene ad verbum ita expressit: *τῶν ἀνὰ τὴν ἑὼ πάντων γνώμη ἀπεχομένων*, et reliqua. VALES.

Ibid. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς] Eadem habet Nicephorus de filiis episcoporum. Certum est tamen Socratem hoc loco veri limites transcendere. Nam si qui forte in episcopatu rem habuerunt cum uxore quam ante episcopatum duxerant, ii certe et paucissimi fuerunt, et contra receptam ecclesiae consuetudinem id gesserunt, et factum suum postea planxerunt, quemadmodum episcopus ille apud Gregorium Turonensem. [Hist. Franc. 1. 39.] Sane sacerdotes sua ætate, ut plurimum virgines fuisse aut monachos, testatur Epiphanius in expositione fidei; sin minus, certe continentes. Idque aperte convincitur exemplo Synesii Cyrenarum episcopi. VALES.

Cum his quæ Socrates dixit conferri potest locus notissimus S. Athanasii, Πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων οὐδὲ γεγαμήκασι, μοναχοὶ δὲ πατέρες τέκνων γεγόνασιν ὥσπερ καὶ ἐπισκόπους πατέρας τέκνων, καὶ μοναχοὺς ἐξ ὀλοκλήρου ἀγένους τυγχάνοντας, καὶ πάλιν οἶδαμεν κληρικοὺς πεινῶντας, μοναχοὺς δὲ νηστεύοντας. Ἐφεστι γὰρ καὶ οὕτως, καὶ ἐκείνως οὐ κεκώλυται. Epist. ad Dracont. 9. p. 268. Et sic consuetudo invaluit, usque ad synodum

Constantinopolitanam in Trullo, A. D. 680; hæc enim prima synodus fuit quæ sancivit ut uxoribus suis episcopi renuntiarent. Vide Bevereg. ad Can. 12. Concil. Trullan. t. ii. p. 130. (Append.) Conf. quoque de hoc Socratis loco Bingham. Origin. Eccl. Christ. iv. 5. 8.

22, 51. 'Ἡλιόδωρος Τρίκκης τῆς ἐκεῖ γυνόμενος] De Heliodoro 297 episcopo quod scribit Socrates, eum fuisse auctorem libri de amoribus Charicleæ, vereor ne falsus sit. Auctor libri de amoribus Charicleæ ortus fuit ex Phœnice, ut testatur Photius in Bibliotheca, cap. 94. VALES.

De hoc Heliodoro certi fere nihil est, nisi quod certissimum est, eum ipsum esse, ad quem D. Hieronymi Epistolæ. Floruit sub Theodosio et Arcadio. Nicephorus lib. xii. cap. 34, eum in provinciali synodo depositum scribit, quod librum hio memoratum abdicare nollet. Sed nec Socrates, nec Photius hujus rei meminerunt. Alius fuit Heliodorus, Sophista, imperatori Adriano familiaris; de quo Philostratus *περὶ σοφιστῶν*. Huic *Historiam Æthiopicam* nonnulli ascribunt. Liber ille etiam nunc exstat, et plurium doctorum laudibus ornatur, Photii imprimis, qui Biblioth. cod. 73, de eo sic scribit. *Heliodori Æthiopica opus est dramaticum, ea phrasi quæ argumentum conscriptum deceat. Multa etenim est in eo sine affectatione simplicitas atque jucunditas. Affectibus præterea rerum partim præsentium, partim speratarum, aut insperatarum, temperata narratio est, salute sæpenumero præter opinionem in mediis calamitatibus allata. Verba quoque adhibentur significantia et pura; quæ si interdum, ut par est, in figuram deflectantur, perspicua tamen sunt, evidenterque propositam rem exhibent. Periodi etiam, pro subjecta re, aptæ, quippe aliquanto breviores contractionesque. Compositio denique, ut cætera omnia, narrationi ipsi accommodata, qua viri quidem fœminæque refertur amor, sed qui castitatis præferat desiderium, custodiamque accuratam.* READING.

Frustra his argutatur Valesius: nam Socrates non vult dicere Heliodorum Tricæ natum esse, sed ejus episcopum factum fuisse; repetito sensu e præviis vocibus *ἐπισκόπων*, et πολλοὶ αὐτῶν, atque ipso quidem vocabulo *γυνόμενος* perinde intellecto atque nuper in, *γυνόμενος κληρικός*. Itaque Clintonus, ubi hanc paragrammā e Socrate citat in *Fast. Roman.*

inter Auctor. Græc. 302, Append. p. 313, vocem ἐπίσκοπος uncinis inclusam inseruit post γενόμενος. Codex vero C. simili ratione inseruit κληρικός. Photii locus de Heliodori libro extat in Biblioth. cod. 73, cujus in fine testatur, vulgo dictum esse, Heliodorum postea episcopatum gessisse. Conf. ib. cod. 94.

22, 51. ἀ νέος ὦν συνέταξε] Quod addit Nicephorus, Heliodorum jussum fuisse in synodo libros illos amatorios comburere, aut episcopatu sese abdicare; id fabulosum mihi videtur. Neque enim satis constat, utrum libri illi de amoribus Theagenis et Clarioleæ ab Heliodoro episcopo scripti sint, an ab alio quopiam. VALES.

22, 53. πρὸς δύσιν ὀρᾶ] Quod attinet ad situm, templa ita erant disposita, ut ad ortum solis æquinoctialem verterentur. Tertullianus testis est in Apologetico, cap. 16. *Inde suspicio innouerit, nos ad orientis regionem precari.* Paulinus tamen Nolanus Epist. 12, asserit, se in basilica quam ædicavit, hunc morem neglexisse: *Prospectus, inquit, basilicæ, non ut usitatiores mos est, orientem spectat; sed ad Domini mei b. Felicis basilicam pertinet, memoriam ejus aspiciens.* Et Walafridus Strabo, cap. 4. *Cognoscimus non errasse illos vel errare, qui templis vel noviter Deo constructis, vel ab idolorum squalore mundatis, propter aliquam locorum opportunitatem in diversas plagas altaria statuerunt, quia non est, ubi non sit Deus.* Hæc ex eminentiss. Card. Bona de rebus Liturgicis citat cl. vir *Josephus Bingham in Originibus Ecclesiasticis* vol. iii. part. i. p. 151. ubi et ex Usserii Epistola 49. notat, S. Patricium in Hibernia ecclesiæ cujusdam situm posuisse *ab aquilonari parte versus meridianam plagam.* READING. Vide Bingham. Origin. Eccles. viii. 3. 2.

Ecclesia hæc Antiochiæ, a Constantino constructa, forma fuit octagona. Euseb. Vit. Const. iii. 50. Verum præter hanc aliæ fuere ejus ævi simili situ: nam ecclesia Tyri ostium habuit ad orientem, *θυσιαστήριον* autem, quod mensam sacram continebat, ad occidentem positum, Euseb. Hist. Eccl. x. 4: et simili modo collocata fuit ecclesia sancti sepulchri Hierosolymis. Vit. Constant. iii. 37.

22, 54. τὰς ἐν ταῖς λυχναφλαῖς εἰχὰς] Id officium Græci vocant *λυχνικόν*, Latini vero lucernarium, ut in notis ad Ennodium observavit Jacobus Sirmundus. Vide Meursii glossa-

rium Græcobarbarum, in voce *λυχνικόν*, et annotationes ad Cassianum in voce *Lucernaris hora*. [De Institut. Cœnob. iii. p. 50. VALES.

Λυχνικόν, *Lucernarium*, *Lucernariæ preces*, Prima pars Vespertini Officii, cum scilicet accenduntur lucernæ. Ducang. Glossar. Med. et Inf. Græcit.

22, 56. τῇ κρατούσῃ ἐκκλησίᾳ] Nec Musculus nec Christophorus intellexit quid esset ἡ κρατούσα ἐκκλησία. Ita Socrates appellare solet ecclesiam catholicam, eo quod tunc temporis summam potentiam atque auctoritatem obtineret. Sic supra in capite 9. hujus libri, Novatianis opponit τοὺς κρατούντας τῶν ἐκκλησιῶν, id est, catholicos. *Ναυατιανοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τὴν προσθήκην ταύτην ἐδέξαντο· οἱ δὲ νῦν τῶν ἐκκλησιῶν κρατοῦντες* seqq. VALES.

22, 57. τῶν εὐχῶν] Id est, *περὶ τῶν εὐχῶν συμφωνούσας*. Atque ita hunc locum intellexerunt omnes interpretes, et ipse Nicephorus, qui pro *εὐχῶν* habet *ἐν εὐχαῖς*. VALES.

22, 58. Πρεσβύτερος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ] Observat *Binghamus* noster, adeo proprium fuisse in Africa episcopi munus concionari, ut presbyter quivis, præsentē episcopo, omnino taceret. Donec *S. Augustino presbytero Valerius episcopus suus potestatem dedit coram se in ecclesia evangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, contra usum quidem ac consuetudinem Africanarum ecclesiarum. Unde etiam ei nonnulli episcopi detrahebant. Ille in orientalibus ecclesiis id ex more fieri sciens, obtrectantium non curabat linguas.—Postea bono præcedente exemplo, accepta ab episcopis potestate, presbyteri nonnulli coram episcopis populo tractare cœperunt Verbum Dei: ut testatur Possidius in vita S. Augustini cap. 5. Jos. Bingham in Originibus Ecclesiasticis vol. i. p. 79. [ii. iii. s. 4.]* READING.

Ibid. ἀφ' οὗ Ἀρειος τὴν ἐκκλησίαν ἐτάραξε] Hoc inter pauca 298 ex iis quæ Socrates in hoc capite narrat, repetit Sozomenus; verum paulo cautius; inserit enim, *φασὶ δὲ τοῦτο οὐ πρότερον εἰωθὸς ἐπιγενέσθαι ἀφ' οὗ Ἀρειος*, seqq., Socratem, ut opinor, respiciens.

Ibid. Ἐν Ῥώμῃ πᾶν Σάββατον νηστεύουσιν] Exceptis Sabbatis quadragesimæ, et quatuor temporum. Per quadragesimam enim Romani non jejunabant diebus Sabbati, uti superius demonstravi ex Sermone Leonis papæ de Quadragesima. Sed

neque in jejunio quatuor temporum, jejunabant Romani die Sabbati: verum quarta duntaxat et sexta feria jejunabant: Sabbato autem vigilabant ad basilicam sancti Petri, ut docet idem Leo in Sermonibus de Jejunio Decimi Mensis, et de Jejunio Pentecostes, et de Jejunio Septimi Mensis. Proinde immerito Baronius, Petavius et Halloixius Socratem nostrum reprehenderunt, quod dixerit Romanos non jejunasse diebus Sabbati in quadagesima. VALES.

Verum hoc esse quod Socrates dicit, contra id quod modo ipse scripsit supra, § 32, et contra Valesium, evincit unus locus ex Augustino, sic, *Sequitur Sabbatum, quo die caro Christi in monumento requievit, sicut in primis operibus mundi requievit Deus die illo ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in reginæ illius veste [in Ecclesia] varietas, ut alii, sicut maxime populi Orientis, propter requiem significandam mallent relaxare jejunium, alii propter humilitatem mortis Domini jejunare, sicut Romana et nonnullæ Occidentis ecclesiæ. Quod quidem uno die, quo Pascha celebratur, propter renovandam rei gestæ memoriam, qua discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus jejunatur, ut etiam illi Sabbati jejunium devotissime celebrent qui ceteris per totum annum prandent, Ad Casulan. Ep. xxxvi. 31. Conf. ejusd. Epist. 3. seqq. Epist. liv. 3, 27, et lxxxii. 14. Unde constat, Romanos et paucos alios occidentales jejunasse omni Sabbato, orientales et reliquam Ecclesiam nullo Sabbato præterquam paschali.*

22, 59. *Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας*] Petavius in animadversionibus ad Epiphanium in hæresi Quartadecimanorum, Socratem hic falli affirmat: et canones pœnitentiales Basilii magni sufficere ait ad hunc errorem confutandum. Sed responderi potest, post obitum Basilii alium fortasse morem in ecclesia Cæsariensi observatum fuisse. Loquitur enim Socrates de ritu qui tunc temporis obtinebat cum ista scriberet. VALES.

Illa quibus respondit Valesius non comperta sunt a Petavio 299 dicta in novissima editione Epiphanii. Vid. p. 86. Animadversionum.

22, 75. *Ἐν πλοίῳ*] Ante hæc verba distinctionem finalem apposui, secutus Nicephorum, qui hunc Socratis locum ita refert: *Ἐν πλοίῳ γὰρ εἰσελθὼν* seqq. VALES.

22, 78. *τὰ συμβαινόντα*] Scribendum existimo τὰ σύμβολα.

Qua voce usus est Socrates paulo supra, cum dicit *ἕνα τὰ σύμβολα πληρωθῆ*. Symbola vocat Socrates legales ceremonias et præcepta: verbi gratia circumcoisionem, quam Judæi in corpore quidem custodiebant, sed non in corde. At in vulgata scriptura, qui sensus esse possit non video. Nicephorus hunc Socratis locum ita expressit: *καὶ γὰρ Ἰουδαῖοι τὰ συμβαλόντα μᾶλλον τοῖς σώμασιν ἢ ταῖς ψυχαῖς σώζειν σπουδάουσι*. Quæ Langus ita vertit: *Siquidem et Judæi ea quæ sic in corporibus accidunt, majore studio, quam si animabus eveniant, observare contendunt*. Vides nec Nicephorum, nec ejus interpretem, mentem Socratis assecutus esse. Loquitur enim Socrates de Judæis qui legem factorum, in corporibus potius quam in corde observabant, quos Apostolus vocat in manifesto Judæos. VALES.

Satis facilis est interpretatio. *Συμβαλόντα* sunt quæ logici dicunt *accidentia*; qualia Socrates reputavit esse res corporeas, ut ab illis distingueret quæ animæ contingunt, quæ sunt veræ res, sive *essentia*.

22, 79. *εἰς θεωρίαν*] Vid. Valesium ad lib. vi. c. 3. *W. Lovth.*

READING.

Cap. 23. Conf. Sozomen. vii. 17. Cassiod. ix. 40. Niceph. xii. 30. Theodoret. Hær. Fab. iv. 4.

23, 2. *ζήτημα ἐπέπεσεν εἰς αὐτούς*] Non nunc primo mota est ³⁰⁰ hæc quæstio, sed antea incoiderat. Nam Athanasius inde argumentum petiit contra Arianos; nempe eos, si negarent Filium æternum esse, coactos fore ut negarent quoque Patrem semper fuisse Patrem, *πατὴρ δὲ οὐκ ἂν λεχθεῖη οὐδ' ἂν εἴη μὴ ὑπάρχοντος υἱοῦ*. Orat. i. c. Arian. 29. p. 433. Videntur quoque nonnulli eo nodo nonnihil constricti fuisse: nam ut hujusmodi difficultatem levaret, Constantinus illam suggestit expositionem quam Eusebius refert, de Christo, *ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργεῖα γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ Πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ, καὶ σωτῆρος ἀεὶ, δυνάμει πάντα ὄντος*. Epist. ad Cæsar. Athan. De Decret. Nic. Syn. p. 241. Veruntamen nondum, quod sciam, usu receptum fuit inter Arianos ut dicerent Patrem non semper Patrem fuisse.

23, 7. *οἱτοί*] Nempe hi qui asserebant Patrem semper Patrem fuisse, sicut refert Theodoretus, Hæret. Fab. Comp. iv. 4. Quod vero ille dicit, hos novam sectam fuisse Arianorum, *πάλιν ἕτερον ἀπερράγη τμήμα*, id ita explicandum esse videtur;

nempe, quod cum primum ceteri Ariani in novam sententiam ire cœperint negando Patrem semper Patrem fuisse, tum hi ab illis secesserint.

23, 8. Σεληνάς] Sozomenus tradit Selenam primo Ulphilæ notarium fuisse, mox autem ei in episcopatu successisse, vii. 17.

23, 12. ἐπὶ τριακονταπέντε ἔτη] Scribendum est ἐπὶ εἴκοσι 301 πέντε quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Nam a consulatu Arcadii tertio et Honorii secundo, quo hæc gesta sunt quæ hic narrantur a Socrate, usque ad consulatum Monaxii et Plintæ, anni sunt viginti quinque. VALES.

Scilicet ab anno 394 ad annum 419. Quæ autem in hoc capite continentur, fusius a Sozomeno explicantur, lib. vii. cap. 27 [17]. READING.

Attamen Epiphanius Scholasticus cum Socrate consentit secundum editionem Benedictin. 1679, habet enim non *viginti quinque*, ut Valesius affirmat, sed *triginta quinque annis*, Hist. Trip. ix. 40. Et rectius annos colligit Clintonus: nam Socrates supra, 12, 7, Marinum ab Arianis episcopum electum fuisse memoravit sub A. D. 386; a quo anno trigesimus quartus incidit in consulatum Monaxii et Plintæ A. D. 419. Aut igitur schisma inter Arianos paulo prius exortum erat, aut Socrates annos rotunde, quod aiunt, numeravit. Conf. Clinton. Fast. Rom. 419. c. 2. Parem numerum annorum schismati imputat quoque Sozomenus, vii. 17.

Ibid. τῆς Ψαθυριανῶν ὄντος ἀπέσεως] Valesius perinde locum interpretatur ac si legeretur ὄντες, vel οἱ ὄντες: quod quidem ipsum male ferri posset; revera tamen editiones nullam ejusmodi vocem habent. Meliorem autem sensum efficit id quod in M. legitur, ὄντος, quod etiam in F. latere videtur in corrupto ὄντες. Non enim de solis Psathyrianis hic dicitur, sed de Arianis utriusque partis; Ἀρειανοὶ—χωρισθέντες ἀλλήλων—πεισθέντες—ἠνώθησαν. Plintam vero Psathyrianum fuisse discimus e Sozomeno, et Nicephoro; quorum alter id vel ex aliis auctoribus compererat, vel in Socrate ipso legerat.

Cap. 24. Conf. Sozomen. vi. 26. et vii. 17.

24, 1. ἤδη πρότερον] De Eunomio confer supra, iv. 7, et 13.

24, 6. οὐ γὰρ εἰς τὴν Τριάδα] Eunomiani sæpius *Anomæi* audebant, quod *dissimilem per omnia Patri Filium, et Filio*

Qua voce usus est Socrates paulo supra, cum dicit *ἴνα τὰ σύμβολα πληρωθῆ*. Symbola vocat Socrates legales ceremonias et praecepta: verbi gratia circumcisionem, quam Judæi in corpore quidem custodiebant, sed non in corde. At in vulgata scriptura, qui sensus esse possit non video. Nicephorus hunc Socratis locum ita expressit: *καὶ γὰρ Ἰουδαῖοι τὰ συμβαίνοντα μᾶλλον τοῖς σώμασιν ἢ ταῖς ψυχαῖς σέζουσι σπουδάζουσι*. Quæ Langus ita vertit: *Siquidem et Judæi ea quæ sic in corporibus accidunt, majore studio, quam si animabus eveniant, observare contendunt*. Vides nec Nicephorum, nec ejus interpretem, mentem Socratis assecutos esse. Loquitur enim Socrates de Judæis qui legem factorum, in corporibus potius quam in corde observabant, quos Apostolus vocat in manifesto Judæos. VALES.

Satis facilis est interpretatio. *Συμβαίνοντα* sunt quæ logici dicunt *accidentia*; qualia Socrates reputavit esse res corporeas, ut ab illis distingueret quæ animæ contingunt, quæ sunt veræ res, sive *essentia*.

22, 79. *εἰς θεωρίαν*] Vid. Valesium ad lib. vi. c. 3. *W. Lowth*.
READING.

Cap. 23. Conf. Sozomen. vii. 17. Cassiod. ix. 40. Niceph. xii. 30. Theodoret. Hær. Fab. iv. 4.

23, 2. *ζήτημα ἐπέπεσεν εἰς αὐτούς*] Non nunc primo mota est hæc quæstio, sed antea inciderat. Nam Athanasius inde argumentum petiit contra Arianos; nempe eos, si negarent Filium æternum esse, coactos fore ut negarent quoque Patrem semper fuisse Patrem, *πατὴρ δὲ οὐκ ἂν λεχθείη οὐδ' ἂν εἴη μὴ ὑπάρχοντος υἱοῦ*. Orat. i. c. Arian. 29. p. 433. Videntur quoque nonnulli eo nodo nonnihil constricti fuisse: nam ut hujusmodi difficultatem levaret, Constantinus illam suggestit expositionem quam Eusebius refert, de Cl. καὶ πρὶν γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ Πατρὶ ὅντος τοῦ πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ, καὶ δυνάμει Nic. Syn. os. Epist. ad Cæsar. Athan. eruntamen nondum, quod so eptum fuit os ut dicerent Patrem non semper fuisse. Nempe hi qui assero. Comp. iv. 4. Quid dicit, hos novan. Arianorum, πάλιν ἰσχυρὰ τμήματα, ἵνα

nempe, quod cum primum ceteri Ariani in novam sententiam ire cœperint negando Patrem semper Patrem fuisse, tum hi ab illis secesserint.

23, 8. Σεληνῶς] Sozomenus tradit Selenam primo Ulphilæ notarium fuisse, mox autem ei in episcopatu successisse, vii. 17.

23, 12. ἐπὶ τριακονταπέντε ἔτη] Scribendum est ἐπὶ εἰκοσι 301 πέντε quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Nam a consulatu Arcadii tertio et Honorii secundo, quo hæc gesta sunt quæ hic narrantur a Socrate, usque ad consulatum Monaxii et Plintæ, anni sunt viginti quinque. VALES.

Silicet ab anno 394 ad annum 419. Quæ autem in hoc capite continentur, fusius a Sozomeno explicantur, lib. vii. cap. 27 [17]. READING.

Attamen Epiphanius Scholasticus cum Socrate consentit secundum editionem Benedictin. 1679, habet enim non *viginti quinque*, ut Valesius affirmat, sed *triginta quinque annis*, Hist. Trip. ix. 40. Et rectius annos colligit Clintonus: nam Socrates supra, 12, 7, Marinum ab Arianis episcopum electum fuisse memoravit sub A. D. 386; a quo anno trigesimus quartus incidit in consulatum Monaxii et Plintæ A. D. 419. Aut igitur schisma inter Arianos paulo prius exortum erat, aut Socrates annos rotunde, quod aiunt, numeravit. Conf. Clinton. Fast. Rom. 419. c. 2. Parem numerum annorum schismati imputat quoque Sozomenus, vii. 17.

Ibid. τῆς Ψαθυριανῶν ὄντος αἰρέσεως] Valesius perinde locum interpretatur ac si legeretur *ὄντες*, vel *οἱ ὄντες*: quod quidem ipsum male ferri posset; revera tamen editiones nullam ejusmodi vocem habent. Meliorem autem sensum efficit id quod in M. legitur, *ὄντος*, quod etiam in F. latere videtur in corrupto *ὄντες*. Non enim de solis Psathyrianis hic dicitur, sed de Arianis utriusque partis; Ἀρειανολ—χωρισθέντες ἀλλήλων—πεισθέντες—ἠνθώθησαν. Plintam vero Psathyrianum fuisse discimus e Sozomeno, et Nicephoro; quorum alter id vel ex aliis auctoribus compererat, vel in Socrate ipso legerat.

Cap. 24. Conf. Sozomen. vi. 26. et vii. 17.

24, 1. ἡδὴ πρότερον] De Eunomio confer supra, iv. 7, et 13.

24, 6. ἡδὴ τὴν Τριάδα] Eunomiani sæpius *Ἀνομῶι* assimilē per omnia *Patri Filium, et Filio*

Spiritus S. asserebant. *August. Hær. 54. Harmonopolus de Sect. 13.* Ideoque eos qui in nomine Patris, Filii, et Spiritus S. baptizati sunt, quasi seductos denuo baptizarunt, idque tantum una mersione in mortem Christi; ut tradit Balsamon in can. i. synodi Constantinopolitanæ œcumenicæ secundæ, p. 85. *edit. Bevereg. et Sozom. lib. vi. cap. 26.* De Eunomii baptismate Theodoritus sic scribit, *Hæret. Fab. lib. iv. cap. 3.* αὐτὸς καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀνέτρεψε τὸν ἀνέκαθεν παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ ἀποστόλων παραδοθέντα θεσμὸν, καὶ ἄντικρυς ἀνενομοθέτησε, μὴ χρῆναι λέγων τρις καταδύειν τὸν βαπτιζόμενον, μηδὲ ποιέσθαι τὴν τῆς τριάδος ἐπέκλησιν. *Idem sancti etiam baptismatis legem olim a Domino et Apostolis traditam evertit, et contrariam aperte auxit, non oportere dicens ter illum immergere qui baptizatur, nec invocare Trinitatem, sed semel baptizare in Christi mortem.* **READING.**

24, 10. Ἀγκυρωτῶ βιβλίῳ] Cum Socrates Ancoratum tan-³⁰² tum Epiphaniî nominet, non autem librum ejus de Hæresibus, in quo non solum nomina verum etiam res Hæresium memorantur, conjicere possumus hoc opus nondum ad Socratis notitiam pervenisse; quamvis utrumque diu ante compositum esset quam Socrates historiam suam exegerit. Nam Ancoratum scriptum esse A. D. 374 testatur ipsius Operis caput 60; et Præfatio affixa. Illud vero De Hæresibus scriptum fuit A. D. 378. Vide ejus Hær. lxvi. 20, xlviii. 2, et Clinton. *Fast. Rom. annis 375. c. 4. 376. c. 4.* Photius Ancoratum appellat *synopsim* alterius Operis. *Biblioth. 123.*

Cap. 25. Conf. *Sozomen. vii. 22. 24. Theodoret. H. E. iv. 24. Rufin. xi. 31. Zosim. iv. 53. Philostorg. xi. 1. Cassiod. ix. 45. Niceph. xii. 39.*

25, 1. Εὐγένιος] Occurrit hæc historia de Eugenio et Arbogaste apud Zosimum lib. iv. p. 775. **READING.**

Ibid. ἀντιγραφεὺς] Magistrum scriniorum verti: ἀντιγραφεὺς enim Græci vocant, quos Latini magistros scriniorum, ut recte notavit Cujacius. At Salmasius in notis ad Vopiscum pagina 481, ἀντιγραφεὺς affirmat esse proximos sacrorum scriniorum, non magistros. Unum enim duntaxat vult fuisse magistrum omnium scriniorum, qui sub se quatuor habebat Antigrapheos seu Proximos, unum scilicet in singulis scriniis. Sed refellunt Salmasium, primum Codex Theodosii, deinde

Notitia Imperii Romani. Nam in Notitia quidem Imperii Romani quatuor magistri scriniorum recensentur: magister memoriæ, magister epistolarum, magister libellorum, et magister epistolarum Græcarum. Jam vero in Codice Theodosiano, in libro vi. titulus specialis [xi] est de magistris sacrorum scriniorum, quos imperatores vicariis præferri volunt. De proximis vero longo post intervallo sequitur alius titulus [xxvi]: in quo imperatores jubent tantum, ut proximi transacto biennio e scriniis discedentes, vicariis exequerentur. Ex quo patet proximos scriniorum distingui a magistris: nam magistri oodicillo principis eligebantur, ut reliqua officia palatii. Proximi vero gradatim promotionis ordine ad eum locum perveniebant: erantque plures in unoquoque scrinio, cum tamen unus esset magister in singulis scriniis. Proximi igitur non sunt ἀντιγραφείς; cum ἀντιγραφείς tantum quatuor fuerint, ut docent glossæ Juliani antecessoris. Petrus Patricius in excerptis legationum; Γαλέριος καὶ Διοκλητιανὸς εἰς Νίσιβιν συνήθον ἔνθα κοινῇ βουλευσάμενοι, στέλλουσιν εἰς Περσίδα πρεσβευτὴν Σικόριον Πρόβον, ἀντιγραφέα τῆς μνήμης. [3. p. 134. ed. Niebuhr.] Sane Philostorgius Eugenium magistri dignitate præditum fuisse scribit, antequam tyrannidem arriperet. VALES. Conf. Gothofred. ad Cod. Theod. vi. xi. tom. ii. p. 93.

25, 3. συνεργὸν λαβὼν Ἀρβογάστην] Falsus est de his Socrates. Nam quomodo res acta sit narrat Orosius his verbis; *Arbogastes Eugenium tyrannum mox creare ausus est, legitque hominem cui titulum imperatoris imponeret, ipse acturus imperium*, vii. 35. sicut etiam Philostorgius et Zosimus referunt, et Idacius atque Marcellinus in Chronicis suis. Consentit quoque Rufinus.

Ibid. Γαλατίας] [Γαλλίας Steph. Genev.] Rectius in codice Florentino scriptum est Γαλατίας. Quanquam Arbogastes non ex Gallia oriundus fuit, sed ex Francia, ut historici omnes consentiunt. VALES.

Arbogastem Francum fuisse dicit Zosimus. Eugenius vero paganus fuit. Philostorg. l. c.

25, 5. καθέδοντα τὸν βασιλέα ἀπέπιξεν] Alio modo Valentinianum interiisse narrat Zosimus loco citato. Τῷ βασιλεὶ ἐν Βιέννῃ Κελτικῇ πόλει τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, καὶ περὶ τὸ ταύτης τείχος ἅμα τισὶ τῶν στρατιωτῶν παιδιαῖς ἐνασχολουμένῳ, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντι κατὰ νοῦν, ἐμπροσθὼν παῖει καιρίαν, καὶ διαφθείρει.

Arbogastes imperatorem, qui apud oppidum Gallia Viennam commorabatur, et propter muros ejus ludicra cum quibusdam militibus exercebat, nihil tale cogitantem adortus, lethaliter vulnerat et interficit. READING.

25, 5. Valentinianus junior Viennæ interfectus est, Arcadio 303 secundo et Rufino consulibus, ut tradit Idatius in Fastis. Marcellinus autem id factum refert consulatu Tatiani et Symmachi, Idibus Martiis. Sed id falsum esse apparet ex lege 4 et 5 codicis Theod. de Apostatis. [xvi. tit. vii. tom. vi. p. 229.] VALES.

25, 8. καταλιπὼν ἀμφοτέρους υἱούς] Zosimus in libro quarto solum Arcadium a Theodosio relictum esse scribit Constantinopoli; Honorium vero patrem secutum esse in expeditione adversus Eugenium. Idem scribit Marcellinus in Chronico, *Arcadio tertium et Honorio iterum consulibus, Theodosius Aug. assumpto Honorio Cæsare, eodemque filio, contra Arbogastem qui Eugenium tyrannum imperatorem facere ausus est, iterum prope-ravit.* Socrati tamen adstipulatur Philostorgius. VALES.

Theodosius M. verno tempore anni 394 adversus Eugenium movit, relicto Constantinopoli utroque filio, ut Claudianus in tertio Honorii consulatu testatur. Claudiano Rufinus lib. xi. cap. ult. Socrates et Sozomenus suffragantur. Quare non videntur audiendi Marcellinus in Chronico, et Zosimus lib. iv, qui aiunt Theodosium secum Honorium duxisse. *Ant. Pagi ad an. 394.* READING.

25, 11. ὁς ἀπέχει] Locus mutilus est, ut apparet. Quem supplevi [in versione] ex Itinerario Antonini, et ex Sigonio in libro nono de Imperio Occidentali. VALES.

25, 13. Βακούριος] Ἐλκων μὲν ἐξ Ἀρμενίας τὸ γένος, ἔξω δὲ πάσης κακοηθείας ἀνὴρ, μετὰ τοῦ καὶ τὰ πολεμικὰ πεπαιδευθῆαι. *Bacurius oriundus ex Armenia, vir omnis expertus improbitatis, et rebus præterea bellicis exercitus.* Zosim. loc. cit. READING.

Ibid. τρέπει δὲ εἰς φυγὴν] Contra refert Zosimus, primo die acriter pugnatum, et interfectos esse plurimos Theodosii milites barbaros atque ipsum Bacurium; ita ut Eugenius se viciisse crederet: postridie vero primo mane Theodosium in Eugenii milites necopinantes impetum fecisse, et prorsus profligasse, iv. 58. Falsum tamen est quod Zosimus addit, solem defecisse primo die: nam astronomorum tabulæ nullam eclipsim memorant eo anno, nisi in mense Aprili.

25, 14. ἀνεμος γὰρ σφοδρός] De hac clade ita scribit b. Augustinus, de Civitate Dei, lib. v. c. 26. *Milites nobis qui aderant retulerunt, extorta sibi esse de manibus quæcunque jaculabantur: cum a Theodosii partibus in adversarios vehemens ventus irret, et non solum quæcunque in eos jaciebantur, concitatissime raperet; verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. Unde et poeta Claudianus, quamvis a Christi nomine alienus, in ejus tamen laudibus dixit:*

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,

Et conjurati veniunt ad classica venti.

W. Lowth.

Narrat Zosimus, ipso prælii tempore talem defectum solis accidisse, ut majore temporis spatio nox esse potius quam dies existimaretur. **READING.**

Cap. 26. Conf. Sozomen. vii. 25. Theodoret. v. 25. Rufin. 304 xi. 34. Philostorg. xi. 2. Cassiod. ix. 50. Niceph. xii. 50.

26, 2. Μεταπέμπεται οὖν ἢ τάχος] Sozomenus male hic inserit narrationem de excluso ex ecclesia Theodosio propter cædem factam Thessalonicæ; de quibus vide Clinton. Fast. Rom. A. D. 390. Zosimus autem refert, eum ad Romam ivisse et ibi convocato senatu monuisse paganis senatoribus, ut deorum cultum abjicerent atque Christianis se jungerent. Quod fortasse non magis verum est quam quod his ille subdit, Theodosium tum Constantinopolim profectum, et ibi mortem obiisse 59.

26, 4. τοῦ Ἰαννουαρίου] Vertendum: xvi Calendas Februarias. W. Lowth. **READING.**

26, 5. πρῶτον ἔτος] Olympiadas Socrates male hic computavit, ut solet: fuit enim secundus annus, Olympiadis ducentesimæ nonagesimæ tertiæ, a solstitio A. D. 394 ad solstitium 395.

26, 6. ἑτη ἑξήκοντα] Sexaginta eum annos vixisse tradunt etiam Sozomenus, Theophanes, Cedrenus, et alii: licet auctor Chronici Alexandrini annos ei lxx. attribuat; et Aurelius Victor scribat, Theodosium annum agentem quinquagesimum apud Mediolanum excessisse; corpusque ejus eodem anno Constantinopolim translatum atque sepultum: quod etiam Zosimus testatur. *Hæc Ant. Pagi refert ad ann. 395. quo mortuus est Theodosius.* **READING.**

Discrepant auctorum testimonia de ætate Theodosii. Ambigitur inter quinquaginta et sexaginta annos. Probabiliorem

vero minorem esse numerum colligitur e duobus locis, uno scilicet Ammiani, xxix. 6, 15, ubi appellatur, *prima etiam tum lanugine juvenis*, A. D. 375, altero Victoris, Epit. xlvii, ubi dicitur imperium ei commissum fuisse *degenti annum a tricesimo tertium*, A. D. 379. Plura vide in Clinton. Fast. Rom. a quo hi loci indicati sunt.

LIB. VI.

307

Procem.

1. Θεόδωρε] Vide infra, ad vii. 48, 7.

6. ἡ ὅτι κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ ἀληθές ἐστι πικρὸν] Tota hæc pericope delenda mihi videtur, quippe quæ sensum turbat. Aut si hic locum habet, rejicienda est ad calcem periodi, post vocem *μεγαλύνομεν*. Si cui tamen hoc displicet, sufficit expungere particulam ἡ, et ad sequentis pericopæ caput apponere. VALES.

9. ὁ δούλος παρ' αὐτοῖς] In comædiis scilicet Menandri et aliorum. Idem etiam videre est in comædiis Latinis Plauti æ Terentii, in quibus servi dominos suos nominatim appellare solent. VALES.

Ibid. παρ' οὐδὲν τὸ ἀξίωμα θέμενος] Male Musculus et Christophoronus verbum *θέμενος* retulerunt ad ἐγώ, quod præcessit. Atqui refertur potius ad vocem δούλος. Alioqui oratio non satis cohæreret. VALES.

Cap. 1. Conf. Sozomen. viii. 1. Theodoret. v. 26. Philostorg. xi. 3. Cassiod. x. 1. Niceph. xiii. 1.

1, 1. Ὀνώριος δὲ τῶν ἐσπερίων] In imperio Occidentis Illyricum quoque, occidentale sc. continebatur, teste Olympiodoro; Italia item, Galliæ, Hispaniæ, Britannia et Africa. READING. Conf. Zosim. iv. 59. Arcadius tunc annum agebat decimum octavum, vid. infra, 23, 7. Honorius vero undecimum, vid. supra, v. 12, 3; qui regiam suam constituit ad Ravennam: Placidia autem filia Gratiani residebat Romæ. Georg. Cedren. p. 573.

1, 2. Δάμασος] Damasum *sub Theodosio principe mortuum esse* testatur Hieronymus, Script. Eccles. ciii, et alii quidem ante plus decem annos quam Theodosius obierit: vide Clinton. F. R. A. D. 384. c. 4. Quamobrem Sozomenus Socratem hic corrigit, cum memorat Siricium jam papam fuisse. Siricius ad eum episcopatum evectus est A. D. 384.

Ibid. Φλαβιανὸς δὲ τὴν Ἀντιοχέων εἶχε] Conf. supra, v. 15. et

quæ ibi annotata sunt. Evagrius jam mortuus esse videtur; paulisper enim ordinationi suæ superfuit. Itaque solus nunc fuit Flavianus.

1, 2. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Θεόφιλος] Ab A.D. 385. Supra, v. 12, 5.

Ibid. ἐν τῷ προλάβοντι βιβλίῳ] Supra, v. 8, 12.

1, 3. ὁ υἱὸς ἐτίμα Ἀρκάδιος] Honorium non deduxisse patris sui corpus ad Constantinopolim testatur Ambrosius, sic, *Fles etiam, imperator auguste, quod non usque Constantinopolim reverendas reliquias ipse prosequeris.* De Obit. Theodos. 55. tom. ii. p. 1214.

1, 5. Ῥουφῖνον] Arcadius Rufini, Honorius vero Stilichonis arbitrio regebatur; et inter duos administros magna dissensio erat. De iis Suidas in voce Ῥουφῖνος ait: *Rufinus et Stilicho erant tutores filiorum Theodosii. Ambo omnia rapiébant, in divitiis imperium ponentes. Nec quisquam quidquam habebat proprium, nisi his placuisset. Omnesque causæ apud hos judicabantur, magnaque multitudo circumversantium erat, si forte alicui prædium aliquod fuisset locuples et fertile. Nam ejus dominus confestim corripiebatur, accusatione speciosa et probabili adversus ipsum conficta per quorundam emissariorum subornatorum insidias.* **READING.**

Vide Suid. c. 3225 Gaisford, et annot. ad l.; et Eunapii Fragm. 18. Confer quæ Eunapius alibi dixit de eodem; Οἱ παῖδες Θεοδοσίου ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔστησαν. Εἰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, ὅπερ ἔστι σκόπος ἱστορίας, προστιθέναι δεῖ τοῖς γεγενημένοις, τὸ μὲν ὄνομα ἦν τῶν βασιλέων, τὸ δὲ ἔργον τῶν μὲν κατὰ τὴν ἐφάν Ῥουφίνου, τὰ δὲ ἐσπέρια Στελίχωνος εἰς ἅπασαν ἐξουσίαν. Οὕτω γοῦν οἱ μὲν βασιλεῖς ἐπετάττοντο παρὰ τῶν ἐπιτροπεύοντων τὰς ἀρχὰς, οἱ δὲ ἐπιτροπεύοντες αἰεὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμουν ὥσπερ βασιλεύοντες, φανερώς μὲν οὐκ ἐναντίας χεῖρας καὶ ὄπλα ἀράμενοι, κρύφα δὲ ἀπάτης καὶ δόλου μηδὲν ὑπολείποντες. Eunap. Excerpt. 52. p. 86. Script. Hist. Byz. Niebuhr. Bonn. 1829. Similia his narrat Zosimus de Rufini ambitione, v. 1 seqq., addit quoque, ejus cædem consilio Stilichonis per Gainam ducem et milites patratam esse; interempto autem ipso Rufino, uxorem et filiam ejus ad ecclesiam asylum quæsisisse; unde data est illis ab Eutropio Stilichonis ministro venia abeundi ad Hierosolimam, ibid. 7. 8. Rufino commissa erat cura orientalis aulæ; occidentalis Stiliconi, Oros. vii. 37, Philostorg. xi. 3,

Constantinopolitanam in Trullo, A. D. 680; hæc enim prima synodus fuit quæ sancivit ut uxoribus suis episcopi renuntiant. Vide Bevereg. ad Can. 12. Concil. Trullan. t. ii. p. 130. (Append.) Conf. quoque de hoc Socratis loco Bingham. Origin. Eccl. Christ. iv. 5. 8.

22, 51. Ἡλιόδωρος Τρίκκης τῆς ἐκεῖ γενόμενος] De Heliodoro 297 episcopo quod scribit Socrates, eum fuisse auctorem libri de amoribus Charicleæ, vereor ne falsus sit. Auctor libri de amoribus Charicleæ ortus fuit ex Phœnice, ut testatur Photius in Bibliotheca, cap. 94. VALES.

De hoc Heliodoro certi fere nihil est, nisi quod certissimum est, eum ipsum esse, ad quem D. Hieronymi Epistolæ. Floruit sub Theodosio et Arcadio. Nicephorus lib. xii. cap. 34, eum in provinciali synodo depositum scribit, quod librum hic memoratum abdicare nollet. Sed nec Socrates, nec Photius hujus rei meminerunt. Alius fuit Heliodorus, Sophista, imperatori Adriano familiaris; de quo Philostratus *περὶ σοφιστῶν*. Huic *Historiam Æthiopicam* nonnulli ascribunt. Liber ille etiam nunc exstat, et plurimum doctorum laudibus ornatur, Photii imprimis, qui Biblioth. cod. 73, de eo sic scribit. *Heliodori Æthiopica opus est dramaticum, ea phrasi quæ argumentum conscriptum deceat. Multa etenim est in eo sine affectatione simplicitas atque jucunditas. Affectibus præterea rerum partim præsentium, partim speratarum, aut insperatarum, temperata narratio est, salute sæpenumero præter opinionem in mediis calamitatibus allata. Verba quoque adhibentur significantia et pura; quæ si interdum, ut par est, in figuram deflectantur, perspicua tamen sunt, evidenterque propositam rem exhibent. Periodi etiam, pro subjecta re, aptæ, quippe aliquanto breviores contractionesque. Compositio denique, ut cætera omnia, narrationi ipsi accommodata, qua viri quidem fœminæque refertur amor, sed qui castitatis præferat desiderium, custodiamque accuratam.* READING.

Frustra his argutatur Valesius: nam Socrates non vult dicere Heliodorum Tricæ natum esse, sed ejus episcopum factum fuisse; repetito sensu e præviis vocibus ἐπισκόπων, et πολλοὶ αὐτῶν, atque ipso quidem vocabulo γενόμενος perinde intellecto atque nuper in, γενόμενος κληρικός. Itaque Clintonus, ubi hanc paragrapham e Socrate citat in Fast. Roman.

inter Auctor. Græc. 302, Append. p. 313, vocem ἐπίσκοπος uncinis inclusam inseruit post γενόμενος. Codex vero C. simili ratione inseruit κληρικός. Photii locus de Heliodori libro extat in Biblioth. cod. 73, cujus in fine testatur, vulgo dictum esse, Heliodorum postea episcopatum gessisse. Conf. ib. cod. 94.

22, 51. ἀ νέος ἄν συνέταξε] Quod addit Nicephorus, Heliodorum jussum fuisse in synodo libros illos amatorios comburere, aut episcopatu sese abdicare; id fabulosum mihi videtur. Neque enim satis constat, utrum libri illi de amoribus Theagenis et Clariclae ab Heliodoro episcopo scripti sint, an ab alio quopiam. VALES.

22, 53. πρὸς δύσιν ὁρᾶ] Quod attinet ad situm, templa ita erant disposita, ut ad ortum solis æquinoctialem verterentur. Tertullianus testis est in Apologetico, cap. 16. *Inde suspicio innotuerit, nos ad orientis regionem precari.* Paulinus tamen Nolanus Epist. 12, asserit, se in basilica quam ædicavit, hunc morem neglexisse: *Prospectus, inquit, basilicæ, non ut usitator nos est, orientem spectat; sed ad Domini mei b. Felicis basilicam pertinet, memoriam ejus aspiciens.* Et Walafridus Strabo, cap. 4. *Cognoscimus non errasse illos vel errare, qui templis vel noviter Deo constructis, vel ab idolorum squalore mundatis, propter aliquam locorum opportunitatem in diversas plagas altaria statuerunt, quia non est, ubi non sit Deus.* Hæc ex eminentiss. Card. Bona de rebus Liturgicis citat cl. vir *Josephus Bingham in Originibus Ecclesiasticis* vol. iii. part. i. p. 151. ubi et ex Usserii Epistola 49. notat, S. Patricium in Hibernia ecclesie cujusdam situm posuisse *ab aquilonari parte versus meridianam plagam.* READING. Vide Bingham. Origin. Eccles. viii. 3. 2.

Ecclesia hæc Antiochiæ, a Constantino constructa, forma fuit octagona. Euseb. Vit. Const. iii. 50. Verum præter hanc aliæ fuere ejus ævi simili situ: nam ecclesia Tyri ostium habuit ad orientem, *θυσιαστήριον* autem, quod mensam sacram continebat, ad occidentem positum, Euseb. Hist. Eccl. x. 4: et simili modo collocata fuit ecclesia sancti sepulchri Hierosolymis. Vit. Constant. iii. 37.

22, 54. τὰς ἐν ταῖς λυχναῖσις εὐχὰς] Id officium Græci vocant *λυχνικόν*, Latini vero lucernarium, ut in notis ad Ennodium observavit Jacobus Sirmondus. Vide Meursii glossa-

rium Græcobarbarum, in voce *λυχνικόν*, et annotationes ad Cassianum in voce *Lucernaris hora*. [De Institut. Cœnob. iii. p. 50. VALES.

Λυχνικόν, *Lucernarium*, *Lucernariæ preces*, Prima pars Vespertini Officii, cum scilicet accenduntur lucernæ. Ducang. Glossar. Med. et Inf. Græcit.

22, 56. *τῇ κρατούσῃ ἐκκλησίᾳ*] Neo Musculus nec Christophorus intellexit quid esset ἡ *κρατούσα ἐκκλησία*. Ita Socrates appellare solet ecclesiam catholicam, eo quod tunc temporis summam potentiam atque auctoritatem obtineret. Sic supra in capite 9. hujus libri, Novatianis opponit *τοὺς κρατοῦντας τῶν ἐκκλησιῶν*, id est, catholicos. *Ναυατιανοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τὴν προσθήκην ταύτην ἐδέξαντο· οἱ δὲ νῦν τῶν ἐκκλησιῶν κρατοῦντες* seqq. VALES.

22, 57. *τῶν εὐχῶν*] Id est, *περὶ τῶν εὐχῶν συμφωνούσας*. Atque ita hunc locum intellexerunt omnes interpretes, et ipse Nicephorus, qui pro *εὐχῶν* habet *ἐν εὐχαῖς*. VALES.

22, 58. *Πρεσβύτερος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ*] Observat *Binghamus* noster, adeo proprium fuisse in Africa episcopi munus concionari, ut presbyter quivis, præsentē episcopo, omnino taceret. Donec *S. Augustino presbytero Valerius episcopus suus potestatem dedit coram se in ecclesia evangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, contra usum quidem ac consuetudinem Africanarum ecclesiarum. Unde etiam ei nonnulli episcopi detrahebant. Ille in orientalibus ecclesiis id ex more fieri sciens, obtrectantium non curabat linguas.—Postea bono præcedente exemplo, accepta ab episcopis potestate, presbyteri nonnulli coram episcopis populo tractare cœperunt Verbum Dei: ut testatur Possidius in vita S. Augustini cap. 5. Jos. Bingham in Originibus Ecclesiasticis vol. i. p. 79. [ii. iii. s. 4.]* READING.

Ibid. *ἀφ' οὗ Ἀρειος τὴν ἐκκλησίαν ἐτάραξε*] Hoc inter pauca 298 ex iis quæ Socrates in hoc capite narrat, repetit Sozomenus; verum paulo cautius; inserit enim, *φασὶ δὲ τοῦτο οὐ πρότερον εἰωθὸς ἐπιγενέσθαι ἀφ' οὗ Ἀρειος*, seqq., Socratem, ut opinor, respiciens.

Ibid. *Ἐν Ῥώμῃ πᾶν Σάββατον νηστεύουσιν*] Exceptis Sabbatis quadragesimæ, et quatuor temporum. Per quadragesimam enim Romani non jejunabant diebus Sabbati, uti superius demonstravi ex Sermone Leonis papæ de Quadragesima. Sed

neque in jejunio quatuor temporum, jejunabant Romani die Sabbati: verum quarta duntaxat et sexta feria jejunabant: Sabbato autem vigilabant ad basilicam sancti Petri, ut docet idem Leo in Sermonibus de Jejuniis Decimi Mensis, et de Jejuniis Pentecostes, et de Jejuniis Septimi Mensis. Proinde immerito Baronius, Petavius et Halloixius Socratem nostrum reprehenderunt, quod dixerit Romanos non jejunasse diebus Sabbati in quadragesima. VALES.

Verum hoc esse quod Socrates dicit, contra id quod modo ipse scripsit supra, § 32, et contra Valesium, evincit unus locus ex Augustino, sic, *Sequitur Sabbatum, quo die caro Christi in monumento requievit, sicut in primis operibus mundi requievit Deus die illo ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in reginæ illius veste [in Ecclesia] varietas, ut alii, sicut maxime populi Orientis, propter requiem significandam mallent relaxare jejunium, alii propter humilitatem mortis Domini jejunare, sicut Romana et nonnullæ Occidentis ecclesiæ. Quod quidem uno die, quo Pascha celebratur, propter renovandam rei gestæ memoriam, qua discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus jejunatur, ut etiam illi Sabbati jejunium devotissime celebrent qui ceteris per totum annum prædent, Ad Casulan. Ep. xxxvi. 31. Conf. ejusd. Epist. 3. seqq. Epist. liv. 3, 27, et lxxxii. 14. Unde constat, Romanos et paucos alios occidentales jejunasse omni Sabbato, orientales et reliquam Ecclesiam nullo Sabbato præterquam paschali.*

22, 59. 'Εν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας] Petavius in animadversionibus ad Epiphanium in hæresi Quartadecimanorum, Socratem hic falli affirmat: et canones pœnitentiales Basilii magni sufficere ait ad hunc errorem confutandum. Sed responderi potest, post obitum Basilii alium fortasse morem in ecclesia Cæsariensi observatum fuisse. Loquitur enim Socrates de ritu qui tunc temporis obtinebat cum ista scriberet. VALES.

Illa quibus respondit Valesius non comperta sunt a Petavio 299 dieta in novissima editione Epiphanii. Vid. p. 86. Animadversionum.

22, 75. 'Εν πλοίῳ] Ante hæc verba distinctionem finalem apposui, secutus Nicephorum, qui hunc Socratis locum ita refert: 'Εν πλοίῳ γὰρ εἰσελθὼν seqq. VALES.

22, 78. τὰ συμβαίνοντα] Scribendum existimo τὰ σύμβολα.

Qua voce usus est Socrates paulo supra, cum dicit *ἴνα τὰ σύμβολα πληρωθῆ*. Symbola vocat Socrates legales ceremonias et præcepta: verbi gratia circumcisionem, quam Judæi in corpore quidem custodiebant, sed non in corde. At in vulgata scriptura, qui sensus esse possit non video. Nicephorus hunc Socratis locum ita expressit: *καὶ γὰρ Ἰουδαῖοι τὰ συμβαίνοντα μᾶλλον τοῖς σώμασιν ἢ ταῖς ψυχαῖς σώζειν σπουδάζουσι*. Quæ Langus ita vertit: *Siquidem et Judæi ea quæ sic in corporibus accidunt, majore studio, quam si animabus eveniant, observare contendunt*. Vides nec Nicephorum, nec ejus interpretem, mentem Socratis assecutos esse. Loquitur enim Socrates de Judæis qui legem factorum, in corporibus potius quam in corde observabant, quos Apostolus vocat in manifesto Judæos. VALES.

Satis facilis est interpretatio. *Συμβαίνοντα* sunt quæ logici dicunt *accidentia*; qualia Socrates reputavit esse res corporeas, ut ab illis distingueret quæ animæ contingunt, quæ sunt veræ res, sive *essentia*.

22, 79. *εἰς θεωρίαν*] Vid. Valesium ad lib. vi. c. 3. *W. Lovth.*

READING.

Cap. 23. Conf. Sozomen. vii. 17. Cassiod. ix. 40. Niceph. xii. 30. Theodoret. Hær. Fab. iv. 4.

23, 2. *ζήτημα ἐπέπεσεν εἰς αὐτούς*] Non nunc primo mota est ³⁰⁰ hæc quæstio, sed antea inciderat. Nam Athanasius inde argumentum petiit contra Arianos; nempe eos, si negarent Filium æternum esse, coactos fore ut negarent quoque Patrem semper fuisse Patrem, *πατήρ δὲ οὐκ ἂν λεχθείη οὐδ' ἂν εἴη μὴ ὑπάρχοντος υἱοῦ*. Orat. i. c. Arian. 29. p. 433. Videntur quoque nonnulli eo nodo nonnihil constricti fuisse: nam ut hujusmodi difficultatem levaret, Constantinus illam suggessit expositionem quam Eusebius refert, de Christo, *ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργεῖα γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ Πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ, καὶ σωτῆρος ἀεὶ, δυνάμει πάντα ὄντος*. Epist. ad Cæsar. Athan. De Decret. Nic. Syn. p. 241. Veruntamen nondum, quod sciam, usu receptum fuit inter Arianos ut dicerent Patrem non semper Patrem fuisse.

23, 7. *οἱτοί*] Nempe hi qui asserebant Patrem semper Patrem fuisse, sicut refert Theodoretus, Hæret. Fab. Comp. iv. 4. Quod vero ille dicit, hos novam sectam fuisse Arianorum, *πάλιν ἕτερον ἀπερράγη τμήμα*, id ita explicandum esse videtur;

nempe, quod cum primum ceteri Ariani in novam sententiam ire cœperint negando Patrem semper Patrem fuisse, tum hi ab illis secesserint.

23, 8. Σεληνᾶς] Sozomenus tradit Selenam primo Ulphilæ notarium fuisse, mox autem ei in episcopatu successisse, vii. 17.

23, 12. ἐπὶ τριακονταπέντε ἔτη] Scribendum est ἐπὶ εἰκοσι 301 πέντε quemadmodum legit Epiphanius Scholasticus. Nam a consulatu Arcadii tertio et Honorii secundo, quo hæc gesta sunt quæ hic narrantur a Socrate, usque ad consulatum Monaxii et Plintæ, anni sunt viginti quinque. VALES.

Scilicet ab anno 394 ad annum 419. Quæ autem in hoc capite continentur, fusius a Sozomeno explicantur, lib. vii. cap. 27 [17]. READING.

Attamen Epiphanius Scholasticus cum Socrate consentit secundum editionem Benedictin. 1679, habet enim non *viginti quinque*, ut Valesius affirmat, sed *triginta quinque annis*, Hist. Trip. ix. 40. Et rectius annos colligit Clintonus: nam Socrates supra, 12, 7, Marinum ab Arianis episcopum electum fuisse memoravit sub A. D. 386; a quo anno trigesimus quartus incidit in consulatum Monaxii et Plintæ A. D. 419. Aut igitur schisma inter Arianos paulo prius exortum erat, aut Socrates annos rotunde, quod aiunt, numeravit. Conf. Clinton. Fast. Rom. 419. c. 2. Parem numerum annorum schismati imputat quoque Sozomenus, vii. 17.

Ibid. τῆς Ψαθυριανῶν ὄντος ἀπέσεως] Valesius perinde locum interpretatur ac si legeretur ὄντες, vel οἱ ὄντες: quod quidem ipsum male ferri posset; revera tamen editiones nullam ejusmodi vocem habent. Meliorem autem sensum efficit id quod in M. legitur, ὄντος, quod etiam in F. latere videtur in corrupto ὄντες. Non enim de solis Psathyrianis hic dicitur, sed de Arianis utriusque partis; Ἀρειανοὶ—χωρισθέντες ἀλλήλων—πεισθέντες—ἠνώθησαν. Plintam vero Psathyrianum fuisse discimus e Sozomeno, et Nicephoro; quorum alter id vel ex aliis auctoribus compererat, vel in Socrate ipso legerat.

Cap. 24. Conf. Sozomen. vi. 26. et vii. 17.

24, 1. ἤδη πρότερον] De Eunomio confer supra, iv. 7, et 13.

24, 6. οὐ γὰρ εἰς τὴν Τριάδα] Eunomiani sæpius *Ἀνομαῖ* audiebant, quod *dissimilem per omnia Patri Filium, et Filio*

Spiritum S. asserebant. August. Hær. 54. Harmonopolus de Sect. 13. Ideoque eos qui in nomine Patris, Filii, et Spiritus S. baptizati sunt, quasi seductos denuo baptizarunt, idque tantum una mersione in mortem Christi; ut tradit Balsamon in can. i. synodi Constantinopolitanæ œcumenicæ secundæ, p. 85. edit. Bevereg. et Sozom. lib. vi. cap. 26. De Eunomii baptismate Theodoritus sic scribit, Hæret. Fab. lib. iv. cap. 3. αὐτὸς καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀνέτρεψε τὸν ἀνέκαθεν παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ ἀποστόλων παραδοθέντα θεσμόν, καὶ ἀντικρὺς ἀνενομοθέτησε, μὴ χρῆναι λέγων τρίς καταδύειν τὸν βαπτιζόμενον, μηδὲ ποιεῖσθαι τὴν τῆς τριάδος ἐπίκλησιν. Idem sancti etiam baptismatis legem olim a Domino et Apostolis traditam evertit, et contrariam aperte ausit, non oportere dicens ter illum immergere qui baptizatur, nec invocare Trinitatem, sed semel baptizare in Christi mortem. READING.

24, 10. Ἀγκυρωτῶ βιβλίῳ] Cum Socrates Ancoratum tan-³⁰² tum Epiphanii nominet, non autem librum ejus de Hæresibus, in quo non solum nomina verum etiam res Hæresium memorantur, conjicere possumus hoc opus nondum ad Socratis notitiam pervenisse; quamvis utrumque diu ante compositum esset quam Socrates historiam suam exegerit. Nam Ancoratum scriptum esse A. D. 374 testatur ipsius Operis caput 60; et Præfatio affixa. Illud vero De Hæresibus scriptum fuit A. D. 374. Vide ejus Hær. lxvi. 20, xlviii. 2, et Clinton. Fast. Rom. annis 375. c. 4. 376. c. 4. Photius Ancoratum appellat *synopsisim* alterius Operis. Biblioth. 123.

Cap. 25. Conf. Sozomen. vii. 22. 24. Theodoret. H. E. iv. 24. Rufin. xi. 31. Zosim. iv. 53. Philostorg. xi. 1. Cassiod. ix. 45. Niceph. xii. 39.

25, 1. Εὐγένιος] Occurrit hæc historia de Eugenio et Arbogaste apud Zosimum lib. iv. p. 775. READING.

Ibid. ἀντιγραφεῖς] Magistrum scriniorum verti: ἀντιγραφεῖς enim Græci vocant, quos Latini magistros scriniorum, ut recte notavit Cujacius. At Salmasius in notis ad Vopiscum pagina 481, ἀντιγραφεῖς affirmat esse proximos sacrorum scriniorum, non magistros. Unum enim duntaxat vult fuisse magistrum omnium scriniorum, qui sub se quatuor habebat Antigrapheos seu Proximos, unum scilicet in singulis scriniis. Sed refellunt Salmasium, primum Codex Theodosii, deinde

Notitia Imperii Romani. Nam in Notitia quidem Imperii Romani quatuor magistri scriniorum recensentur: magister memoriæ, magister epistolarum, magister libellorum, et magister epistolarum Græcarum. Jam vero in Codice Theodosiano, in libro vi. titulus specialis [xi] est de magistris sacrorum scriniorum, quos imperatores vicariis præferri volunt. De proximis vero longo post intervallo sequitur alius titulus [xxvi]: in quo imperatores jubent tantum, ut proximi transacto biennio e scriniis discedentes, vicariis exequerentur. Ex quo patet proximos scriniorum distingui a magistris: nam magistri codicillo principis eligebantur, ut reliqua officia palatii. Proximi vero gradatim promotionis ordine ad eum locum perveniebant: erantque plures in unoquoque scrinio, cum tamen unus esset magister in singulis scriniis. Proximi igitur non sunt ἀντιγραφείς; cum ἀντιγραφείς tantum quatuor fuerint, ut docent glossæ Juliani antecessoris. Petrus Patricius in excerptis legationum; Γαλέριος καὶ Διοκλητιανὸς εἰς Νίσιβιν συνήλθον ἐνθα κοιῆ βουλευσάμενοι, στέλλουσιν εἰς Περσίδα πρεσβευτὴν Σικόριον Πρόβον, ἀντιγραφεὰ τῆς μνήμης. [3. p. 134. ed. Niebuhr.] Sane Philostorgius Eugenium magistri dignitate præditum fuisse scribit, antequam tyrannidem arriperet. VALES. Conf. Gothofred. ad Cod. Theod. vi. xi. tom. ii. p. 93.

25, 3. συνεργὸν λαβὼν Ἀρβογάστην] Falsus est de his Socrates. Nam quomodo res acta sit narrat Orosius his verbis; *Arbogastes Eugenium tyrannum mox creare ausus est, legitque hominem cui titulum imperatoris imponeret, ipse acturus imperium*, vii. 35. sicut etiam Philostorgius et Zosimus referunt, et Idacius atque Marcellinus in Chronicis suis. Consentit quoque Rufinus.

Ibid. Γαλατίας] [Γαλλίας Steph. Genev.] Rectius in codice Florentino scriptum est Γαλατίας. Quanquam Arbogastes non ex Gallia oriundus fuit, sed ex Francia, ut historici omnes consentiunt. VALES.

Arbogastem Francum fuisse dicit Zosimus. Eugenius vero paganus fuit. Philostorg. l. c.

25, 5. καθέδοντα τὸν βασιλέα ἀπέπνιξαν] Alio modo Valentinianum interiisse narrat Zosimus loco citato. Τῷ βασιλεὶ ἐν Βιέννῃ Κελτικῇ πόλει τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, καὶ περὶ τὸ ταύτης τεῖχος ἅμα τισὶ τῶν στρατιωτῶν παιδιαῖς ἐνασχολουμένῳ, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντι κατὰ νοῦν, ἐμπροσθὼν παίει καιρίαν, καὶ διαφθείρει.

Arbogastes imperatorem, qui apud oppidum Gallia Viennam commorabatur, et propter muros ejus ludicra cum quibusdam militibus exercebat, nihil tale cogitantem adortus, lethaliter vulnerat et interficit. READING.

25, 5. Valentinianus junior Viennæ interfectus est, Arcadio 303 secundo et Rufino consulibus, ut tradit Idatius in Fastis. Marcellinus autem id factum refert consulatu Tatiani et Symmachi, Idibus Martiis. Sed id falsum esse apparet ex lege 4 et 5 codicis Theod. de Apostatis. [xvi. tit. vii. tom. vi. p. 229.] VALES.

25, 8. καταλιπὼν ἀμφοτέρους υἱούς] Zosimus in libro quarto solum Arcadium a Theodosio relictum esse scribit Constantinopoli; Honorium vero patrem secutum esse in expeditione adversus Eugenium. Idem scribit Marcellinus in Chronico, Arcadio tertium et Honorio iterum consulibus, Theodosius Aug. assumpto Honorio Cæsare, eodemque filio, contra Arbogastem qui Eugenium tyrannum imperatorem facere ausus est, iterum propevit. Socrati tamen adstipulatur Philostorgius. VALES.

Theodosius M. verno tempore anni 394 adversus Eugenium movit, relicto Constantinopoli utroque filio, ut Claudianus in tertio Honorii consulatu testatur. Claudiano Rufinus lib. xi. cap. ult. Socrates et Sozomenus suffragantur. Quare non videntur audiendi Marcellinus in Chronico, et Zosimus lib. iv, qui aiunt Theodosium secum Honorium duxisse. *Ant. Pagi ad an. 394.* READING.

25, 11. ὁς ἀπέχει] Locus mutilus est, ut apparet. Quem supplevi [in versione] ex Itinerario Antonini, et ex Sigonio in libro nono de Imperio Occidentali. VALES.

25, 13. Βακούριος] Ἐλκων μὲν ἐξ Ἀρμενίας τὸ γένος, ἔξω δὲ πάσης κακοηθείας ἀνὴρ, μετὰ τοῦ καὶ τὰ πολεμικὰ πεπαιδευθαὶ Bacurius oriundus ex Armenia, vir omnis expertus improbitatis, et rebus præterea bellicis exercitus. Zosim. loc. cit. READING.

Ibid. τρέπει δὲ εἰς φυγὴν] Contra refert Zosimus, primo die acriter pugnatum, et interfectos esse plurimos Theodosii milites barbaros atque ipsum Bacurium; ita ut Eugenius se visisse crederet: postridie vero primo mane Theodosium in Eugenii milites necopinantes impetum fecisse, et prorsus profligasse, iv. 58. Falsum tamen est quod Zosimus addit, solem defecisse primo die: nam astronomorum tabulæ nullam eclipsim memorant eo anno, nisi in mense Aprili.

25, 14. ἀνεμος γὰρ σφοδρός] De hac clade ita scribit b. Augustinus, de Civitate Dei, lib. v. c. 26. *Milites nobis qui aderant retulerunt, extorta sibi esse de manibus quæcunque jaculabantur: cum a Theodosii partibus in adversarios vehemens ventus iret, et non solum quæcunque in eos jaciabantur, concitatissime raperet; verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. Unde et poeta Claudianus, quamvis a Christi nomine alienus, in ejus tamen laudibus dixit:*

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,

Et conjurati veniunt ad classica venti.

W. Lowth.

Narrat Zosimus, ipso prælii tempore talem defectum solis accidisse, ut majore temporis spatio nox esse potius quam dies existimaretur. **READING.**

Cap. 26. Conf. Sozomen. vii. 25. Theodoret. v. 25. Rufin. 304 xi. 34. Philostorg. xi. 2. Cassiod. ix. 50. Niceph. xii. 50.

26, 2. Μεταπέπεται οὖν ἢ τάχος] Sozomenus male hic inserit narrationem de excluso ex ecclesia Theodosio propter cædem factam Thessalonice; de quibus vide Clinton. Fast. Rom. A. D. 390. Zosimus autem refert, eum ad Romam ivisse et ibi convocato senatu monuisse paganis senatoribus, ut deorum cultum abjicerent atque Christianis se jungerent. Quod fortasse non magis verum est quam quod his ille subdit, Theodosium tum Constantinopolim profectum, et ibi mortem obiisse 59.

26, 4. τοῦ Ἰαννουαρίου] Vertendum: xvi *Calendas Februarias*. W. Lowth. **READING.**

26, 5. πρῶτον ἔτος] Olympiadas Socrates male hic computavit, ut solet: fuit enim secundus annus, Olympiadis ducentesimæ nonagesimæ tertix, a solstitio A. D. 394 ad solstitium 395.

26, 6. ἕτη ἑξήκοντα] Sexaginta eum annos vixisse tradunt etiam Sozomenus, Theophanes, Cedrenus, et alii: licet auctor Chronici Alexandrini annos ei lxx. attribuat; et Aurelius Victor scribat, Theodosium annum agentem quinquagesimum apud Mediolanum excessisse; corpusque ejus eodem anno Constantinopolim translatum atque sepultum: quod etiam Zosimus testatur. *Hæc Ant. Pagi refert ad ann. 395.* quo mortuus est Theodosius. **READING.**

Discrepant auctorum testimonia de ætate Theodosii. Ambigitur inter quinquaginta et sexaginta annos. Probabiliorem

vero minorem esse numerum colligitur e duobus locis, uno scilicet Ammiani, xxix. 6, 15, ubi appellatur, *prima etiam tum lanugine juvenis*, A. D. 375, altero Victoris, Epit. xlvii, ubi dicitur imperium ei commissum fuisse *degenti annum a tricesimo tertium*, A. D. 379. Plura vide in Clinton. Fast. Rom. a quo hi loci indicati sunt.

LIB. VI.

307

PROÆM.

1. Θεόδωρε] Vide infra, ad vii. 48, 7.

6. ἡ δτι κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ ἀληθές ἐστι πικρόν] Tota hæc pericope delenda mihi videtur, quippe quæ sensum turbat. Aut si hic locum habet, rejicienda est ad calcem periodi, post vocem *μεγαλύνομεν*. Si cui tamen hoc displicet, sufficit expungere particulam ἡ, et ad sequentis pericopæ caput apponere. VALES.

9. ὁ δούλος παρ' αὐτοῖς] In comædiis scilicet Menandri et aliorum. Idem etiam videre est in comædiis Latinis Plauti ac Terentii, in quibus servi dominos suos nominatim appellare solent. VALES.

Ibid. παρ' οὐδὲν τὸ ἀξίωμα θέμενος] Male Musculus et Christophorsonus verbum *θέμενος* retulerunt ad ἐγώ, quod præcessit. Atqui refertur potius ad vocem δούλος. Alioqui oratio non satis cohæreret. VALES.

Cap. 1. Conf. Sozomen. viii. 1. Theodoret. v. 26. Philostorg. xi. 3. Cassiod. x. 1. Niceph. xiii. 1.

1, 1. Ὀνώριος δὲ τῶν ἐσπερίων] In imperio Occidentis Illyricum quoque, occidentale sc. continebatur, teste Olympiodoro; Italia item, Galliæ, Hispaniæ, Britannia et Africa. READING. Conf. Zosim. iv. 59. Arcadius tunc annum agebat decimum octavum, vid. infra, 23, 7. Honorius vero undecimum, vid. supra, v. 12, 3; qui regiam suam constituit ad Ravennam: Placidia autem filia Gratiani residebat Romæ. Georg. Cedren. p. 573.

1, 2. Δάμασος] Damasum *sub Theodosio principe mortuum esse* testatur Hieronymus, Script. Eccles. ciii, et alii quidem ante plus decem annos quam Theodosius obierit: vide Clinton. F. R. A. D. 384. c. 4. Quamobrem Sozomenus Socratem hic corrigit, cum memorat Siricium jam papam fuisse. Siricius ad eum episcopatum evectus est A. D. 384.

Ibid. Φλαβιανὸς δὲ τὴν Ἀντιοχείων εἶχε] Conf. supra, v. 15. et

quæ ibi annotata sunt. Evagrius jam mortuus esse videtur; paulisper enim ordinationi suæ superfuit. Itaque solus nunc fuit Flavianus.

1, 2. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Θεόφιλος] Ab A.D. 385. Supra, v. 12, 5.

Ibid. ἐν τῷ προλάβοντι βιβλίῳ] Supra, v. 8, 12.

1, 3. ὁ υἱὸς ἐτίμα Ἀρκάδιος] Honorium non deduxisse patris sui corpus ad Constantinopolim testatur Ambrosius, sic, *Fles etiam, imperator auguste, quod non usque Constantinopolim reverendas reliquias ipse prosequeris.* De Obit. Theodos. 55. tom. ii. p. 1214.

1, 5. Ῥουφίνου] Arcadius Rufini, Honorius vero Stilichonis arbitrio regebatur; et inter duos administros magna dissensio erat. De iis Suidas in voce Ῥουφίνος ait: *Rufinus et Stilicho erant tutores filiorum Theodosii. Ambo omnia rapiabant, in divitiis imperium ponentes. Nec quisquam quidquam habebat proprium, nisi his placuisset. Omnesque causæ apud hos iudicabantur, magnaque multitudo circumversantium erat, si forte alicui prædium aliquod fuisset locuples et fertile. Nam ejus dominus confestim corripiebatur, accusatione speciosa et probabili adversus ipsum conficta per quorundam emissariorum subornatorum insidias.* **READING.**

Vide Suid. c. 3225 Gaisford, et annot. ad l.; et Eunapii Fragm. 18. Confer quæ Eunapius alibi dixit de eodem; Οἱ παῖδες Θεοδοσίου ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔστησαν. Εἰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, ὅπερ ἐστὶ σκόπος ἱστορίας, προστιθέναι δεῖ τοῖς γεγενημένοις, τὸ μὲν ὄνομα ἦν τῶν βασιλέων, τὸ δὲ ἔργον τῶν μὲν κατὰ τὴν ἐφ᾽ ἂν Ῥουφίνου, τὰ δὲ ἐσπέρια Στελίχωνος εἰς ἅπασαν ἐξουσίαν. Οὕτω γοῦν οἱ μὲν βασιλεῖς ἐπετάττοντο παρὰ τῶν ἐπιτροπεύοντων τὰς ἀρχὰς, οἱ δὲ ἐπιτροπεύοντες ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμουν ὥσπερ βασιλεύοντες, φανερώς μὲν οὐκ ἐναντίας χεῖρας καὶ ὄπλα ἀράμενοι, κρύφα δὲ ἀπάτης καὶ δόλου μηδὲν ὑπολείποντες. Eunap. Excerpt. 52. p. 86. Script. Hist. Byz. Niebuhr. Bonn. 1829. Similia his narrat Zosimus de Rufini ambitione, v. 1 seqq., addit quoque, ejus cædem consilio Stilichonis per Gainam ducem et milites patratam esse; interempto autem ipso Rufino, uxorem et filiam ejus ad ecclesiam asylum quæsisivisse; unde data est illis ab Eutropio Stilichonis ministro venia abeundi ad Hierosolymam, ibid. 7. 8. Rufino commissæ erat cura orientalis aulæ; occidentalis Stiliconi, Oros. vii. 37, Philostorg. xi. 3,

cujus etiam filias, Mariam et post ejus mortem Thermantiam, e Serena patrueli Theodosii imperatoris natas, duxit Honorius. Olympiodor. Excerpt. p. 448. Script. Hist. Byz. Zosim. v. 4, 12, et 28.

1, 6. τοὺς Οὐννοὺς] Zosimus in libro v. [5.] non Hunnos a 309 Rufino sollicitatos esse scribit, sed Gothos et Alaricum. Idem quoque scribit Marcellinus in Chronico. *Olybrio et Probino consulibus, Rufinus patricius Arcadio principi insidias tendens, Alaricum Gothorum regem, missis ei clam pecuniis, infestum reipubl. fecit, et in Græciam misit.* Socrati tamen suffragatur Sozomenus. Nec ulla est inter suprascriptos auctores dissensio. Utrasque enim gentes Rufinus contra Romanos evocavit: Gothos primum duce Alarico: deinde fuis per Stiliconem Gothis, Hunnos quasi in Gothorum auxilium excivit, ut docet Claudianus in libro primo [316] adversus Rufinum. Et in libro ii. [25] idem clarius dicit his versibus.

—*cladem divisit in orbem,*

*Disposuitque nefas. Alii per terga ferocis
Danubii solidata ruunt, expertaque remos
Frangunt stagna rotis. Alii per Caspia claustra,
Armeniasque nives inopino tramite ducti,
Invadunt Orientis opes. Jam pascua fumant
Cappadocum seqq.*

At Sigonius in libro decimo de Occidentali Imperio, ubi totam hanc Historiam diligenter exponit, de hac Hunnorum irruptione nihil dicit: quæ quidem ejus negligentia excusari non potest. VALES.

1, 7. τινὰ μέρη τῆς ἐφ' ἧς κατατρέχουτες] Hieronymus incurSIONEM Hunnorum descripsit his verbis: *Ecce subito discurrentibus nunciis Oriens totus intremuit, ab ultima Maotide inter glaciale Tanain et Massagetarum immanes populos, ubi Caspasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ pernicipibus equis huc illucque volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus, et bellis civilibus in Italia tenebatur. Hanc gentem Herodotus refert sub Dario rege Medorum viginti annis Orientem tenuisse captivum, et ab Ægyptiis atque Æthiopicibus annum exegisse vectigal. Avertat Jesus ab orbe Romano tales ultra bestias. Insuperati ubique aderant, et famam celeritate vin-*

*centes, non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non vagientis miserabantur infantia. Cogebantur mori qui nondum vivere cœperant; et nescientes malum suum, inter hostium manus ac tela ridebant. Consonus inter omnes rumor, petere eos Jerusalem, et ob nimiam auri cupiditatem ad hanc urbem percurrere. Muri neglecti pacis incuria sarciebantur. Antiochia obsidebatur. Tyrus se volens a terra abrumpere, insulam quærebat antiquam. Tunc et nos compulsus sumus parare naves, esse in littore, adventum hostium præcavere. Epist. ad Ocean. lxxvii. 8. Et de iisdem alia quoque, sic; Ecce tibi anno præterito ex ultimis Caucasii rupibus immissi in nos non jam Arabiæ sed Septentri-
onis lupi, tantas brevi provincias percurrerunt. Quot monasteria capta? Quantæ fluviorum aquæ humano cruore mutatae sunt? Obsessa Antiochia, et urbes reliquæ, quas Halis, Cydnus, Orontes, Euphratesque præterfluunt. Tracti greges captivorum. Arabia, Phœnice, Palæstina, Ægyptus timore captivæ. Epist. ad Heliodor. lx. 16, ubi etiam, paulo antea, stragem Rufini memoraverat. De Hunnis vide quoque Philostorgium xi. 8.*

1, 8. ἀνωτέρω] Supra, v. 10, 10.

Cap. 2. Conf. Sozomen. viii. 2. Theodoret. v. 27. Cassiod. x. 3. Niceph. xiii. 2.

2, 1. Νεκτάριος ἐτελεύτησεν] Nectarius obiit A. D. 397. quippe eo anno consules fuere Cæsarius et Atticus, ut scribit Ant. Pagi. Consulatu et anno sequenti ordinatus est S. Chrysostomus. **READING.**

2, 2. ἐκ τῆς Ἀντιοχείας μεταπέμπεσθαι Ἰωάννην] Palladius refert multos fuisse qui sedem vacantem ambibant, Johannem vero quæsitum esse præcipue opera Eutropii, qui eum antea in Oriente cognoverat. Fuerat quidem Johannes duodecim annos presbyter Antiochiæ: late autem increbruerat fama ejus cum ob alia tum præsertim ob Sermones illos De Statuis, quibus animos populi post seditionem anni 387 emollivit. Pallad. Vit. Chrysost. p. 17. Chrysostom. Homil. Clinton. F. R. A. D. 387.

2, 4. Θεόφιλος] Theophilus, patria forsan Alexandrinus, post mortem Timothei, anno 385, Alexandriæ episcopus. Vide Theodorit. lib. v. c. 22. contra Anthropomorphitarum hæresin foventes fortiter dimicavit, Origenis librorum patrocinio subnixus. Mox vero, ut Dioscuro ejusque fratribus, paria qui-

dem secum de incorporea Dei forma sentientibus, sed lites gravissimas agitantibus invidiam apud monachos conflaret, Anthropomorphitam se repente professus est, et Origenis libros ab omnibus damnari jussit. Anno 403 Constantinopolim profectus, coacta synodo Chrysostomum deposuit. Obiit anno 412. *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 231. **READING.**

2, 5. 'Ισιδώρον] Conf. infra, c. 9.

Ibid. τί δὲ τοῦτό ἐστιν, λεκτέον] Hanc narrationem e Socrate hausisse videtur Sozomenus, his verbis, Οἱ δὲ φασὶ Θεοφίλω τοῦτον γενέσθαι φίλον, ὡς κοινῶν καὶ συνίστορα πράγματος ἐπικινδύνου γενόμενον· λέγουσι γὰρ, seqq. Apud alios vero auctores æquales non reperitur. Isidorum octagenarium fuisse refert Palladius, p. 20.

2, 10. Εὐτρόπιος] Eutropius eunuchus, *procurator Theodosii* 310 *imp.* ut ait Eunapius: *Potestatem Rufini adeptus adeo omnia concussit, et tonitruis terruit, ut non solum esset ipse Rufinus, sed etiam ille fabulis celebris Salmoneus cum ipso collatus parva quædam res esset*, inquit Suidas. [in Εὐτρόπιος, c. 1532. Conf. c. 1533, et annott.] **READING.**

Plura de Eutropio habet Zosimus, v. 3, 8, 10, 17, 18. Eunap. Excerpt. Fragm. 53. 56. p. 89, seqq.

2, 11. Χειροτονηθεὶς οὖν] Hunc locum ita malim distinguere: *χειροτονηθεὶς οὖν, πρὸς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἱερωσύνην ἐνθρονίζεται.* Id est, *Ordinatus igitur, ad episcopatus functionem in solio collocatur.* VALES.

Ibid. ἢ ἐπετέλουν] Leve mendum, sed quod ab interpretibus non animadversum, eos in gravissimum errorem conjecit. Sic enim verterunt: *Sequenti consulatu quo Romæ Honorius imperator, et Constantinopoli Eutychanus rempubl. administrarunt.* Verum ἐπιτελεῖν ὑπατείας, est consulatum dare, seu edere ludos Circenses ob auspicia magistratus. VALES.

Ibid. τῶν βασιλέων ὑπαρχος] Male Christophorsonus præfectum imperatorum vertit; cum vertere potius debuisset præfectum prætorii. Scribendum enim est τῶν βασιλείων. Similem errorem jam supra notavi in eadem voce. Fuit igitur Eutychanus eodem anno consul ac præfectus prætorii; qui fere mos fuit illorum temporum, ut patet ex Codice Theodosiano. VALES.

Cap. 3. Conf. eosdem locos, et Pallad. V. Chrysost. p. 16.

3, 1. *Ἰωάννης*] Ab insigni qua pollebat facundia, Chrysostomus dictus: sed quando ita cognominari cœpit, vivusne an mortuus, incertum relinquit clariss. *Dom. L. E. Du-Pin*. Natum ait *Guil. Cave* circa ann. 354. Hujus vitam multi scripsere, sed optime omnium Palladius. READING.

3, 2. *τὸν ἐν τοῖς δικαστηρίοις*] Joannem Chrysostomum Socrates quidem et Sozomenus causidicinam non exercuisse scribunt. Aiunt enim eum e Libanii schola digressum, cum jam in foro causas acturus esse crederetur, repente ad tranquilliores vitam se contulisse. Sunt tamen qui affirmant, eum causas actitasse aliquamdiu. Idque innuere videtur epistola Libanii, quam refert Isidorus Pelusiota in lib. ii. epistol. [42.] Sed hæc epistola Libanii, vereor ne ad alterum quempiam Joannem scripta sit, qui tum Constantinopoli causas agebat, et qui panegyricum illic dixit Theodosio ob filios ad consortium regni assumptos. Noster autem Chrysostomus, qui circa Valentis imperii initium e schola Libanii egressus est, nec Antiochia excessit, ut Libanius qui Antiochiæ rhetoricam profitebatur, ad illum absentem literas daret: nec Theodosium laudare potuit, qui eo tempore nondum erat imperator. Neque enim de alio imperatore verba Libanii accipi possunt, quam de Theodosio, qui filios suos in consortium imperii adscivit. Chrysostomum tamen inter causidicos aliquandiu militasse apparet ex initio libri primi de sacerdotio. *οὐ γὰρ ἦν τὸν δικαστηρίῳ προσεδρεύοντα, καὶ περὶ τὰς ἐν τῇ σκηνῇ τέρφεις ἐπισημένον, συγγίνεσθαι πολλάκις τῷ βιβλίῳ προσηλωμένῳ*. VALES.

Palladius refert eum sophistas, hoc est rhetores, deseruisse anno decimo octavo ætatis suæ: *ἐκεῖθεν ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἄγων τὴν σώματος ἡλικίαν ἀφηνίασε τοὺς σοφιστὰς τῶν λεξειδρίων ἀνδρῶνθεῖς δὲ τὴν φρένα ἤρα τῶν ἱερῶν μαθημάτων*, p. 16: ubi Clintonus, post Savilium, numerum annorum corrigat ex ipso Chrysostomo, nempe fuisse eum tunc non minus viginti annos natum, cum Libanium reliquit. *Fast. Rom. A. D. 369. c. 4*. Potuit fortasse eo usque artem forensem didicisse.

Ibid. Εὐάγριον] Quisnam sit hic Evagrius, qui diu ante ³¹¹ Chrysostomum relicto Libanii auditorio, pium ac religiosum vivendi genus amplexus fuerat, obscurum est. Neque enim Evagrium Ponticum esse existimo, qui postea sub Gregorio Nazianzeno et sub Nectario, diaconus fuit Constantinopoli,

atque inde in Ægypti solitudinem migravit. Baronius ad annum Christi 382, Evagrium hunc condiscipulum Chrysostomi, vocat juniorem Evagrium, filium Evagrii nobilissimi civis Antiocheni; eumque ante Chrysostomum ait in eremum concessisse, et sub Diodoro atque Carterio monasticam vitam egisse. Sed nescio unde Baronius hæc hauserit, nec cur hunc Evagrium juniorem nominet. Nisi forte Evagrium hunc juniorem cognominavit, ad distinctionem senioris Evagrii Antiochensis, cujus supra mentionem fecerat ad annum Christi 372, ex epistola Basilii magni ad Eusebium Samosatensem, cujus hæc sunt verba: ὁ πρεσβύτερος Εὐάγριος ὁ υἱὸς Πομπη-
 ανοῦ τοῦ Ἀντιοχείως, ὁ συναπάρας ποτὲ ἐπὶ τὴν δύσιν τῶ μακαρίῳ
 Εὐσεβίῳ. Interpres Latinus ita vertit: *Senior Evagrius filius Pompeiani Antiochensis*, cum vertere debuisset, *Evagrius presbyter*; de quo Hieronymus in Chronico Eusebii ita scribit. *Zenobia apud Immas, haud longe ab Antiochia vincitur; in qua pugna strenuissime adversus eam dimicavit Pompeianus dux, cognomento Francus: cujus familia hodieque apud Antiochiam perseverat; ex cujus Evagrius presbyter carissimus nobis, stirpe descendit.* Ejusdem mentionem facit Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Atque ego hunc ipsum esse existimo condiscipulum Chrysostomi, cujus hic meminit Socrates. Nam quod de juniore Evagrio scribit Baronius, nullo auctore nititur. VALES.

3. 3. συνεχεῖς ἐποιεῖτο τὰς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν σπουδὰς] Pessime hunc locum transtulerunt interpretes; nam Musculus quidem ita vertit: *ac irremissam ecclesiarum curam gerebat.* Christophorus vero hoc modo: *operamque navavit assiduo, ut Ecclesiae Christi prodesset.* Magis probo versionem Epiphanii Scholastici, quæ sic habet: *Et frequentius ad sanctam concurrebat ecclesiam.* VALES.

3. 4. πείθει δὲ καὶ Θεόδωρον] Sozomenus dicit, poenituisse Theodorum propositi sui, et rediisse eum ad vitam sæcularem, rursum autem suasu Johannis revocatum esse ad monasticam.

3. 6. ἀσκητήριον προέτασαν] Hæc Diodori et Carterii ἀσκητήρια, Baronius quidem Græcos scriptores secutus, extra urbem sita fuisse existimat. Sed vir doctus, qui vitam Joannis Chrysostomi Gallico sermone nuper edidit [Godefroy Her-

mant, l. i. c. vii. t. i. p. 30. Vide Fabric. Bibl. Gr. t. viii. p. 460. Harles.], in urbe Antiochia fuisse contendit: cui tamen assentiri non possum. Probabilius est in suburbanis posita fuisse hæc domicilia, ut viri pii ac religiosi qui contemplationi et sacrorum librorum lectioni assidue vacabant, ab omni turba ac tumultu procul abessent. Quod autem idem vir doctus objicit ex Theodorito, Diodorum perpetuo versatum esse Antiochiæ, et grassantibus Arianis fortiter restitisse, nostram sententiam nullatenus labefactat. Ex suburbano enim monasterio facile potuit Diodorus, quoties vellet, in urbem venire. VALES.

3, 7. τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος] Idem de Diodoro Tarsensi ait Sozomenus, eum sacras literas πρὸς τὸ ῥητὸν, id est ad literam exposuisse; abstrusiolem vero et mysticum sensum refugisse. Idem etiam de illo scribit Hieronymus in libro de Scripturibus Ecclesiasticis: *Exstant ejus in Apostolum Commentarii, et multa alia, ad Eusebii magis Emiseni characterem pertinentia: cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam secularium literarum.* Ait Hieronymus Diodorum secutum esse sensum Eusebii Emiseni, id est, methodum in explanandis Scripturis. Videamus igitur quem sensum secutus sit Eusebius Emisenus. Ipse nos docebat Hieronymus, de Eusebio Emiseno ita scribens: *Magisque Historiam secutus, ab iis qui declamare volunt, studiosissime legitur.* Ex quibus apparet Eusebium in exponendis Scripturis præcipue secutum esse sensum historicum et literalem: mysticum vero et allegoricum non attigisse. Hos enim sensus complectitur ἡ θεωρία. Differt itaque allegoria a theoria, ut species a genere. Sane Diodorus Tarsensis episcopus, de quo nunc loquimur, librum scripserat hoc titulo, τῆς διαφορᾶς θεωρίας καὶ ἀλληγορίας, teste Suida in voce Διόδωρος, hoc est, *Quoddam discrimen sit inter theoriam et allegoriam.* Ceterum miror Hieronymum, qui Diodorum nec eloquentia, nec secularium literarum scientia instructum fuisse dicat. Theodoritus tamen in lib. iv. [25] Historiæ, ejus eloquentiam limpissimo amni comparat: et Photius in Bibliotheca, eum in dicendo purum ac perspicuum fuisse testatur. VALES.

Vid. Photii Bibl. cod. 223 ad finem. Plura de Diodoro habet Suidas c. 1006: quæ edita sunt a Valesio inter Frag-

menta Theodori Lectoris, p. 586. *Θεωρίας* nominavit Socrates supra, v. 7, 8, et 22, 79. Verum hunc interpretandi modum non eundem reputatum esse cum allegorico, constat e titulo libri Diodori in Suida, l. c. Conf. Vales. supra.

3, 8. *Βασιλεῖω*] Basilium Magnum a Meletio Antiochensi episcopo factum esse diaconum, scribit etiam Amphilochius in ejus Vita. Verum liber ille totus refertus est fabulis ac mendaciis. Sane cum Basilius Magnus lector ac presbyter per legitimos gradus promotus sit Cæsareæ, ut testatur Gregorius Nazianzenus in oratione funebri de laudibus ejusdem Basili, vix credibile est, eum alibi quam Cæsareæ factum esse diaconum. VALES.

Ibid. *τὰ πολλὰ συνδιάγοντα*] Chrysostomum familiariter vixisse cum Basilio constat ex libris Chrysostomi de sacerdotio. Sed quisnam fuerit Basilius ille, de quo in iis libris loquitur Chrysostomus, incertum est. Socrates quidem hoc loco affirmat esse Basilium Magnum. Photius vero in bibliotheca Basilium Seleuciensem episcopum. Utriusque sententiam merito refellit Baronius ad annum Christi 382. Certe Chrysostomus initio ejus libri testatur, se et Basilium illum de quo ibi loquitur, eosdem semper præceptores habuisse. Atqui Basilius quidem Magnus Athenis rhetoricam didicit: Chrysostomus vero diu postea Libanium audivit Antiochiæ. Quod si Basilius Magnus is esset quem Chrysostomus inter sodales atque amicos suos principem locum obtinuisse dicit, exstarent hodie aliqua indicia ejus amicitiae in epistolis Basili. Atqui ex tot ejus epistolis quæ ad nos pervenerunt, nulla legitur ad nostrum Joannem data. Proinde assentior Baronio, qui Basilium illum sodalem Chrysostomi, ait fuisse Basilium episcopum Raphanæ, vel certe Basilium episcopum Bybli. Hi enim ambo fuerunt æquales Chrysostomi, quippe qui subscripserint concilio Constantinopolitano. VALES.

Si audiamus breviatorem Palladii Vitæ Chrysostomi, natus fuit Chrysostomus A. D. 355. Verisimile est, sicut aliis placet, id paulo prius evenisse; fortasse A. D. circiter 352. Non dum autem ille scholam rhetoricam reliquerat, cum Basilius episcopus Cæsareæ factus est A. D. 371; vide Clinton. F. R. a. 369; et antequam ad diaconatum accesserit, mortuus est Basilius A. D. 380. Non constat quidem quot annos vixerit

Basilii; grandævum vero se fuisse sæpius testatur ipse, (Caveus in Vita Basil.) ut credi non possit eum cum Chrysostomo una juventutem aut adolescentiam egisse. Denique si Chrysostomus diaconus librum suum de Sacerdotio composuerit, ut tradunt Socrates, et Georgius in Vita, scilicet post obitum Basilii, fieri non potest ut sic scripserit de defuncto *μακαρίτην*, quemadmodum ille Basilium suum colloquentem inducit. Conf. Tillemont. Mem. tom. xi. p. 12.

3, 8. Ζήνων ὁ ἐπίσκοπος] Nicephorus nescio quem auctorem ³¹² secutus, Zenonem hunc episcopum facit Gazæ seu Maiumæ. Sed cum Zeno episcopus Maiumæ creatus fuerit regnante Theodosio, ut scribit Sozomenus in libro quinto cap. 8; alius ait oportet ab illo Zenone qui Chrysostomum lectorem ordinavit, cum Chrysostomus lector factus sit principatu Valentis Augusti, anno Domini circiter 370. Baronius vero in Annalibus Ecclesiasticis, ad annum Christi 382, Zenonem hunc a quo Chrysostomus lector Antiochiæ est ordinatus, scribit episcopum fuisse Tyri, eum qui interfuit concilio Constantino-politano; et tunc absente Meletio vicarium ejus fuisse in ecclesia Antiochena. Qua quidem in re facile assentior Baronio. Sed quod Socratem ibidem reprehendit, qui Zenonem illum fuisse dixerit episcopum Hierosolymorum, in eo perspicue fallitur. Neque enim Socrates Zenonem facit episcopum Hierosolymorum; sed tantum ait, Zenonem episcopum Hierosolymis redeuntem, ordinasse Chrysostomum lectorem Antiochiæ. Profectus autem fuerat Zeno Hierosolyma, vel orationis causa, ut mos fuit illorum temporum, vel ob aliquam ecclesiasticam necessitatem. Verum hoc loco nascitur difficultas. Si enim Zeno Hierosolymis rediens, lectorem Antiochiæ ordinavit Chrysostomum, necessario civitas cujus fuit episcopus, longius remota fuerit oportet ab Hierosolymis quam Antiochia, aut certe ad latus Antiochiæ sita. Quod de urbibus Tyro et Gaza dici non potest. Ambæ enim longe viciniores sunt Hierosolymis quam Antiochia. Alterius igitur civitatis episcopus fuit Zeno iste, qui lectorem Antiochiæ constituit Chrysostomum. Zenonis cujusdam episcopi qui concilio Antiocheno interfuit sub Meletio, mentio fit in epistola 69 [al. xcii] Basilii Magni: sed sedis nomen non adscribitur. Scio Palladium in vita Chrysostomi scribere, eum a Meletio lectorem esse ordinatum. Verum hoc ita intelli-

gendum puto, ut a Meletio id factum esse dicatur, quod a Zenone factum est, ejus vices agenta. VALES.

3, 9. τὸν κατὰ Ἰουδαίων λόγον] Adversus Judæos 6 libros conscripsit. Anonymus vero Βιόγραφος rectius orationes hæc ab eo presbytero habitas esse refert. Primam in orationum contra Judæos numerum referendam non esse contendit Savilius. READING.

3, 10. παρὰ Μελετίου τυχών] Idem asserit quoque Palladius. Cum tamen Meletius ad Constantinopolim profectus sit, et ibi mortuus, A. D. 381, Johannes vero eodem fere anno diaconus ordinatus sit, (nam fuit duodecim annos presbyter et quinque diaconus, ante A. D. 398,) necesse est ut hæc ordinatio inter ultima acta fuerit Meletii, antequam Antiochiæ excesserit.

Ibid. τοὺς περὶ ἱερωσύνης λόγους] De Sacerdotio libros vi, dum adhuc in eremo hæreret, maximam partem elaboratos, postea diaconus factus ad umbilicum perduxit; inquit *Guil. Cave*. His primum locum τῷ τε ἔψει, καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι, καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων jure merito Suidas tribuit. READING.

3, 12. ὑπὸ Εὐαγρίου] Hic est Evagrius de quo supra locuti sumus. Sed quod ait Socrates, Chrysostomum ab Evagrio ordinatum esse presbyterum, parum probabile est. Nam si verum est quod ait Socrates, Chrysostomum mortuo Meletio a communione Paulini abstinuisse, quomodo Evagrii qui successor Paulini fuit, ordinationem suscepisset? Præstat igitur sequi Palladium, Simeonem Metaphrasten, et reliquos, qui Chrysostomum a Flaviano episcopo ad presbyterii gradum evectum esse scribunt. VALES. Vid. Pallad. p. 17.

3, 13. ἦν δὲ ἄνθρωπος, ὧς φασί] Cum Socratis judicio conferenda est sententia Palladii: qui Chrysostomi acta et mores sedulo describit, et crimina quæ in eum a vulgo congesta sunt examinat; qualia non pauca compilavit Socrates, dum virtutes ejus pæne prætermisit.

Cap. 4. Conf. Sozomen. viii. 3. et 9. Theodoret. v. 28. Cas- 313
siod. x. 3. Niceph. xiii. 3.

4, 1. διορθοῦν τοὺς βίους] Dum in gulam eorum et avaritiam, et inverecondam illam vitam, quam cum mulieribus illis quæ dicuntur *subintroducæ*, agebant, inveheretur: dumque hortaretur viros, ut in nocturnis precibus assidui essent, eo quod

interdiu non vacarent. Hoc autem angebat negligentiores e Clero, noctem totam dormire solitos. *Palladius in vita S. Chrysostomi*, p. 45. seqq. edit. *Emerici Bigotii*. READING.

4, 2. τοῖς τῆς ἐκκλησίας τραχὺς] Omisit vero hoc loco Socrates præclarum Chrysostomi facinus, quod Sozomenus supplavit: nempe per eum reconciliatam esse ecclesiam Romanam cum Antiochensi. Videtur ille primo Flavianum cum Theophilo reduxisse in communionem; quæ per viginta annos disrupta fuerat, inde a synodo Antiochiæ A. D. 378 qua Flavianus ordinatus est; (Theodoret. H. E. v. 9;) tum autem missa est legatio communis ab Antiochia, Alexandria, et Constantinopoli, ad Romam. Palladius dicit, legatos portasse ad Romam τὴν Φλαβιανοῦ πρὸς Θεόφιλον κοινωλίαν, εἴκοσι ἔτεσι ἀπεσχουρισμένην, p. 20; Sozomenus vero, eos reportasse in Syriam ad Flavianum literas pacificas ab Occidentalibus et Ægyptiis, viii. 3. Itaque reddita tandem est pax inter Orientem et Occidentem per Chrysostomum. Legati illi fuere Isidorus Alexandrinus et Acacius episcopus Bercæ: refert quoque Sozomenus hæc acta fuisse initio episcopatus Chrysostomi, αὐτῶν γοῦν ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν παρελθῶν, seqq.

Ibid. Σαραπῶν] Hujus meminit quoque Sozomenus viii. 9. Confer tamen infra, c. 23. Append. 5, ubi quæ in eo laudanda fuere commemorantur. Ægyptium fuisse, et Chrysostomi archidiaconum, ait Sozomenus.

4, 6. συνεσθλειν οὐδενὶ προήρητο] Αὐτὸς ἦσθιεν μόνος, ὡς ἐκ μέρους γινώσκω, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας——. *Ipsæ solus edebat, ut ex parte novi, hæc ob causas. Primum quidem vinum non bibebat ob capitis calorem; nisi forte per æstum rosaceo uteretur. Secundo, quia stomachus ejus ob quandam infirmitatem inordinatus erat, ita ut edulia bene præparata ipsi injucunda viderentur; et requireret alia quæ non adessent. Deinde aliquando edere obliviscebatur, ad vesperam usque differens; partim curis ecclesiasticis occupatus, partim divinis contemplationibus abstractus. Contendebat enim ut nihil divinarum scripturarum sibi imperivium esset. Talia autem aut in ediam, aut levem cibum amant. Ad summam autem, ut puto, et verissime, valde parcus erat erga convivas luxuriosos; sacrilegium ratus sumptus qui in tales fierent; simul et œconomis furandi occasiones præcedens, ne decuplarent pretia opsoniorum in brevi-*

gendum puto, ut a Meletio id factum esse dicatur, quod a Zenone factum est, ejus vices agenta. VALES.

3, 9. τὸν κατὰ Ἰουδαίων λόγον] Adversus Judæos 6 libros conscripsit. Anonymus vero Βιογραφος rectius orationes hæc ab eo presbytero habitas esse refert. Primam in orationum contra Judæos numerum referendam non esse contendit Savilius. READING.

3, 10. παρὰ Μελετίου τυχών] Idem asserit quoque Palladius. Cum tamen Meletius ad Constantinopolim profectus sit, et ibi mortuus, A. D. 381, Johannes vero eodem fere anno diaconus ordinatus sit, (nam fuit duodecim annos presbyter et quinque diaconus, ante A. D. 398,) necesse est ut hæc ordinatio inter ultima acta fuerit Meletii, antequam Antiochiæ excesserit.

Ibid. τοὺς περὶ ἱερωσύνης λόγους] De Sacerdotio libros vi, dum adhuc in eremo hæreret, maximam partem elaboratos, postea diaconus factus ad umbilicum perduxit; *inquit Guil. Casse.* His primum locum τῷ τε ἔψει, καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι, καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων jure merito Suidas tribuit. READING.

3, 12. ὑπὸ Εὐαγρίου] Hic est Evagrius de quo supra locuti sumus. Sed quod ait Socrates, Chrysostomum ab Evagrío ordinatum esse presbyterum, parum probabile est. Nam si verum est quod ait Socrates, Chrysostomum mortuo Meletio a communione Paulini abstinuisse, quomodo Evagrii qui successor Paulini fuit, ordinationem suscepisset? Præstat igitur sequi Palladium, Simeonem Metaphrasten, et reliquos, qui Chrysostomum a Flaviano episcopo ad presbyterii gradum evectum esse scribunt. VALES. Vid. Pallad. p. 17.

3, 13. ἦν δὲ ἄνθρωπος, ὡς φασι] Cum Socratis judicio conferenda est sententia Palladii: qui Chrysostomi acta et mores sedulo describit, et crimina quæ in eum a vulgo congesta sunt examinat; qualia non pauca compilavit Socrates, dum virtutes ejus pæne prætermisit.

Cap. 4. Conf. Sozomen. viii. 3. et 9. Theodoret. v. 28. Cas- 313
siod. x. 3. Niceph. xiii. 3.

4, 1. διορθοῦν τοὺς βίους] Dum in gulam eorum et avaritiam, et inverecundam illam vitam, quam cum mulieribus illis quæ dicuntur *subintroducæ*, agebant, inveheretur: dumque hortaretur viros, ut in nocturnis precibus assidui essent, eo quod

interdiu non vacarent. Hoc autem angebat negligentiores e Clero, noctem totam dormire solitos. *Palladius in vita S. Chrysostomi*, p. 45. seqq. edit. *Emerici Bigotii*. READING.

4, 2. τοῖς τῆς ἐκκλησίας τραχὺς] Omisit vero hoc loco Socrates præclarum Chrysostomi facinus, quod Sozomenus supplevit: nempe per eum reconciliatam esse ecclesiam Romanam cum Antiochensi. Videtur ille primo Flavianum cum Theophilo reduxisse in communionem; quæ per viginta annos disrupta fuerat, inde a synodo Antiochiæ A. D. 378 qua Flavianus ordinatus est; (Theodoret. H. E. v. 9;) tum autem missa est legatio communis ab Antiochia, Alexandria, et Constantinopoli, ad Romam. Palladius dicit, legatos portasse ad Romam τὴν Φλαβιανοῦ πρὸς Θεόφιλον κοινωλίαν, εἴκοσι ἔτεσιν ἀπεσχονισμένην, p. 20; Sozomenus vero, eos reportasse in Syriam ad Flavianum literas pacificas ab Occidentalibus et Ægyptiis, viii. 3. Itaque reddita tandem est pax inter Orientem et Occidentem per Chrysostomum. Legati illi fuere Isidorus Alexandrinus et Acacius episcopus Bercæ: refert quoque Sozomenus hæc acta fuisse initio episcopatus Chrysostomi, αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν παρελθὼν, seqq.

Ibid. *Σαραπίων*] Hujus meminit quoque Sozomenus viii. 9. Confer tamen infra, c. 23. Append. 5, ubi quæ in eo laudanda fuere commemorantur. Ægyptium fuisse, et Chrysostomi archidiaconum, ait Sozomenus.

4, 6. συνεσθλειν οὐδενὶ προήρητο] Αὐτὸς ἦσθιεν μόνος, ὡς ἐκ μέρους γινώσκω, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας——. *Ipse solus edebat, ut ex parte novi, has ob causas. Primum quidem vinum non bibe-
bat ob capitis calorem; nisi forte per æstum rosaceo uteretur. Secundo, quia stomachus ejus ob quandam infirmitatem inordinatus erat, ita ut edulia bene præparata ipsi injucunda viderentur; et requireret alia quæ non adessent. Deinde aliquando edere obliviscebatur, ad vesperam usque differens; partim curis ecclesiasticis occupatus, partim divinis contemplationibus abstractus. Contendebat enim ut nihil divinarum scripturarum sibi imperivium esset. Talia autem aut inedia, aut levem cibum amant. Ad summam autem, ut puto, et verissime, valde parcus erat erga convivas luxuriosos; sacrilegium ratus sumptus qui in tales fierent; simul et œconomis furandi occasiones præcidens, ne decuplarent pretia opsoniorum in brevi-*

bus, necessitates pauperum sibi vendicantes. Palladius p. 102. [40.]
READING.

4. 6. δυσφόρως τὰ σιτία προσφέρουτο] Epiphanius Scholasticus vertit, *quod turpiter manducaret.* Quam interpretationem nemo, ut opinor, probaverit. Melius Nicephorus, καὶ τὸ δυσφόρως ἔχειω τὸν στόμαχον, ἀσθενῶς περὶ τὸ πέττειν ἔχοντα τὰ σιτία. Id est, *et quod ægrum haberet stomachum, haud satis firmum ad coquendos cibos.* Ego morosum ac difficilem in capiendo cibo interpretari malim, propter ægritudinem stomachi. VALES.

Palladius fere perinde hæc verba explicat atque Valesius, sic, τάξιν ὁ στόμαχος αὐτοῦ οὐκ εἶχεν ἀπὸ τινος ἀσθενείας· ὡς πολλάκις τὰ εὐτρεπισθέντα ἀηδῆ φανῆναι, καὶ ἐπιζητεῖν τὰ μὴ παρόντα. p. 41.

Cap. 5. Conf. Sozomen. viii. 7. Cassiod. x. 4. Niceph. xiii. 4.

5. 1. Ἔως μὲν οὖν τῷ κλήρῳ μόνῳ προσέκρουεν] Duces adversariorum Chrysostomi ita enumerat Palladius: fuere, Acacius, Antiochus, Theophilus, Severianus episcopi, (conf. ibid. p. 26, et 29,) duo presbyteri, quinque diaconi, duo vel tres homines e palatio imperatoris, Marsa vidua Promoti, (Zosim. iv. 51,) Castricia Saturnini, et Eugraphia: p. 14. Mox autem pergit Palladius ejus concionandi morem describere, et seriatim singulas res percenset de quibus disserere in sermonibus suis solebat; nempe, primo illas clericorum mulieres dictas *συνεισάκτους*, tum *avaritiam*, luxuriam, sumptusim modicos, hospitia quæ ipse fundaverat et in quæ sumptus illos potius erogare suadebat, viduas, vigiliis ecclesiasticas, et superbiam divitum. Hortando atque increpando super his Chrysostomus, dum populum delectabat, multos e clero adversum ac concitabat: ἐκ τούτου προκαταλαμβάνει φθόνος τὰς διανοίας τῶν μισθωτῶν ποιμένων ἐλεγχομένων ἐκ τοῦ παραλλήλου: p. 18, 19. Veruntamen hæc ad tempus paulo posterius referenda sunt, post consulatum Eutropii; cum ob alia, tum quia Severianus primo Chrysostomi amicus fuit: infra, 11, 7. Sozomen. viii. 10.

5. 3. νόμον παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων προτεθῆναι] Sozomenus, qui eadem fusius narrat, addit, legem hanc cito abolitam esse, ἄρδην ἐκ τῶν δημοσίων ὑπομνημάτων ἠφανίσθη, viii. 7. Lata est A. D. 398: vide Cod. Theodos. ix. Tit. xlv. Gothofred. t. iii. p. 390: abolita vero A. D. 431: vid. ibid. p. 392. Quod au-

tem Sozomenus dixit, videtur Gothofredo in Commentario, "nimis liberaliter scriptum esse; quandoquidem et hæc lex, et cæteræ illæ constitutionis Arcadianæ partes, ab ejus filio Theodosio jun. in hunc Codicem relatæ extant." p. 392. Ejusdem legis meminit Chrysostomus in Orat. in Eutropium, ubi dicit ipsum primum legem quam fecerat, irritam reddidisse, ἀπετείχισε τὴν ἐνταῦθα καταφυγὴν γράμμασι καὶ νόμοις διαφόροις, ἀλλὰ—τὸν νόμον ἔλυσε πρῶτος αὐτὸς, 3. t. iii. p. 383. Quamobrem non recte videtur Zosimus innuere, Eutropium contra legem ex ecclesia abstractum esse, παρὰ τὸν ἐπὶ τῷ ἀσύλῳ τῶν ἐκκλησιῶν τεθέντα νόμον ἐξαρπάσαντες αὐτὸν, v. 18; jam enim sublata erat illa lex.

5. 5. ἐπὶ τοῦ ἀμβωνος] Ex hoc loco apparet, episcopus olim solitos non esse ex ambone seu pulpito concionem ad populum habere. Id enim tanquam singulare quidpiam in Chrysostomo notat Socrates, quod verba facturus conscendere in ambonem consuevisset, ut a populo facilius exaudiretur. Ut plurimum autem episcopi in gradibus altaris concionabantur. Id docet Childeberti regis constitutio, quam Sirmondus retulit in tomo primo Conciliorum Galliæ, pagina 300, sed mutilam. Nos ex vetustissimo codice Corbeiensi lacunam ita supplemus. *Qualiter in sacrilegos Dei injuria vindicetur, nostrum est pertractandum. Et quia fides nostra ut verba de altario sacerdote faciente quæcunque de evangelio, prophetis vel apostolo fuerit admuntiatum, in quantum Deus dat intellectum: ad nos querimonia processit* seqq. Sensus horum verborum, quæ corruptissima sunt, hic est: *Quoniam questi sunt sacerdotes, dum sermones faciunt ad populum, bansatrices per agros ambulare, et populum ab ecclesia revocare, idcirco jubemus* seqq. Vide Baronium ad annum Christi 407, numero 17. VALES.

Ambon est vox Græcæ originis, significans quicquid eminent ac protuberat, forma rotunda vel κωνοειδεῖ, ἀπὸ τοῦ ἀμβάλειν, sive ἀναβαλννν. Denotat ergo *pulpitum, suggestum, cathedram* in mediis templis. *Suicer*. Vide etiam eruditiss. *Jos. Bingham* in Originibus Ecclesiasticis vol. iii. part. i. pag. 165. [Origin. Eccles. viii. 5. 4.] Porro hæc Chrysostomi oratio exstat in tomo viii. p. 67. *ed. Savil.* [tom. iii. p. 381. *ed. Benedict.*] **READING.**

Pro *ambone* Sozomenus scribit, ἐπὶ τοῦ βήματος τῶν ἀναγνώστων, viii. 5. Illa Constitutio Childeberti legitur in Mansi Con-

cil. t. ix. c. 738, et eodem quidem tenore, quatenus a Valesio hic citatur, nisi quod pro, *verba de altario*, legatur, *verbum de altario*, et pro corrupto *bansatrices, dansatrices*, nempe saltatrices. Hæc tamen referuntur ad ævum papæ Pelagii primi, post A. D. 555.

5, 6. ἐδόκει προσκρούειν τισίν] Immeritam hanc fuisse censuram animadvertit Clintonus, Fast. Rom. A. D. 399: veniam enim et misericordiam pro Eutropio magnopere deprecatum esse Chrysostomum: quod in ipsa oratione legi potest.

5, 7. Εὐτροπίου μὲν οὖν] Tribigildus, qui militibus in Phrygia præerat, verno tempore anni 398, magnos motus in Phrygia excitavit, adeo ut multæ gentes ab Arcadio deficere cœperint. Gainēs, qui ibidem militabat, scripsit ad imperatorem, non aliter Tribigildum ad officium reduci posse, nisi malorum omnium maximus auctor Eutropius ei dederetur, in quem ipse statueret quidquid vellet. His auditis Arcadius Eutropium omnibus dignitatibus exutum, et ex ecclesia extractum in Cyprum relegavit, die xvi Kalend. Febr. anni 399. ut ex lege cod. Theod. 17 *de pœnis*, ea die data constat. Non multo post inde abductus, et capite mulctatus est, sive Gaina hoc agente, ut scribit Zosimus lib. v. p. 793. sive aliis multis id petentibus, ut Claudianus innuere videtur. **READING.**

Ibid. τοῦ συνυπατεύσαντος Θεοδώρου] Hinc est quod in fastis Prosperi, Idatii, et Cassiodori, hic annus Manlium Theodorum solum habet consulem, expuncto Eutropii nomine. Porro de Eutropii nece consulendus est Zosimus. **VALES.** Fuit A. D. 399. Zosimi locus est a v. 13, ad 18.

5, 8. ὅτε μὲν ἐκκλησίαν] Eadem narrant Sozomenus iv. 8, 315 et Theodoretus v. 32, fusius quidem uterque, sed nonnihil diverse alter ab altero.

5, 10. Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας] Quicquid fuerit inprimis causa odii quo Theophilus in Joannem commotus est, certe alia quædam postea ipse causatus est præter ea quæ Socrates refert. Scripsit enim *innormem librum, non solum contumeliis, sed ipsa quoque sæpe repetita maledictorum recapitulatione, nimis horribilem, ab Hieronymo presbytero translatum*, in quo dixit Joannem actum fuisse *immundo spiritu, contaminatum, et in ecclesia primitivorum impium, pestilentem, vesanum, et tyrannicæ mentis insaniam furibundum; similem Satanæ, et immundum demonem*; atque insuper in Christum blasphemasse more Judæ-

orum, et Arianos et Eunomianos ejus blasphemii delectatos fuisse. Hæc et plura hujusmodi e libro illo Theophili in Joannem citat Facundus, Defens. Trium Capit. vi. 5. p. 93, et subinde suum profert judicium, dignum quidem quod legatur, his verbis; *Nos autem in illo libro, non qualis Joannes, qui nihil horum merebatur, nec qualis Theophilus, cujus virtus in multis probata, non ex isto accedenti morbo judicanda est, sed potius qualis sit miserabilis humana vita cognoscimus, de qua scriptum est, Quia tentatio est super terram. Nam si talia talibus acciderunt, quid nobis metuendum non sit, nostrique similibus?* ibid. Verum illa omnia, ut modo diximus, paulo serius a Theophilo composita sunt, et contra ea quæ Joannes egit postquam lis exorta esset. Ejus libri in Chrysostomum meminit quoque Hieronymus, qui eum e Græco in Latinum verterat. Epist. cxiv. Suspicio tamen etiam antea nonnihil veteris simultatis contra Antiochenos in animis Alexandrinorum latuisse, quæ facile in Joannem exardescere poterat, data quavis offensa.

Cap. 6. Conf. Sozomen. viii. 4. Philostorg. xi. 8. Theodoret. v. 32. Cassiod. x. 6. Niceph. xiii. 5.

6, 4. τῶν στρατιωτικῶν ἀριθμῶν τοῦτους] Emendationem nostram plane confirmat Sozomenus, [vid. margin.] quem si consulissent interpretes, felicius hæc Socratis verba interpretati essent. Valesius.

Nisi hæc verba corrupta sint, possumus etiam alio modo interpretari, *illos e numeris militaribus*, scilicet illa agmina Gothica quæ accersiverat Gainas. Fuere enim in exercitu Romano agmina et Romanorum militum et barbarorum. Tribigildus vero præfectus fuit barbaris, qui in Phrygia militabant, ut Zosimus docet, v. 13, non autem Romanis: et illorum opera usus est Gainas in proditione sua. Fortasse igitur Socrates dicit, solis illis Gainam amicos suos præficiendos curasse.

6, 9. οὗς ὑπερβεί ἐκκόψει] Ex his Aurelianus quidem hoc 316 anno consulatum gerebat cum Stilichone: Saturninus vero jampridem consul fuerat cum Merobaude, temporibus Theodosii senioris. De cujus laudibus multa Themistius dicit in gratiarum actione ad Theodosium ob pacem factam cum Gothicis, et ob consulatum eidem Saturnino datum. VALES. Saturninus consul fuit A. D. 383, supra, v. 10. 5.

6, 11. οὐδὲν φαῦλον ὑπέμειναν] Paulo aliter Zosimus, Γαῖνης

δὲ τοὺς ἄνδρας παραλαβὼν, καὶ τὸ ξίφος αὐτοῖς ἔχρι ψαῦσαι μόνον τοῦ σώματος ἐπιθεῖς, ἠρέσθη τοῦτους ζημιωθῆναι φυγῇ, v. 18.

6, 11. ἀπήντα δὲ ἐκείσε καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος] Zosimus refert, Gainam hoc postulasse, cum nemine enim illum colloqui voluisset præter ipsum imperatorem, *ibid.*

6, 12. τῆς μάρτυρος Εὐφημίας] Theophylactus lib. viii. cap. 14. prodit, in urbe Chalcedonensi ex adverso Byzantii sita, esse templum S. Euphemiae martyris, ubi ejusdem sacratissimum corpus asservatur. Hujus templi situm amcenissimum, egregiaque aedificia pluribus extollit Evagrius Scholasticus Hist. Eccles. lib. ii. cap. 3. Passa est Euphemia in persecutione Diocletiana. Colitur in Martyrologio Romano, aliisque, die xvi Septembris. Acta ejus martyrii habentur apud Combesium in Auctuario, tomo i. **READING.**

Ejusdem Euphemiae martyrii meminit quoque Zosimus. *ibid.*

6, 15. κομήτην μέγιστον] Hunc cometem ensiformem fuisse, et supra Constantinopolim reluxisse, tradit Nicephorus, lib. xiii. cap. 6. **READING.**

6, 18. ἀγγέλων πλήθος ὄφθη] Visionem angelorum, præter Sozomenum, refert quoque Philostorgius. Res aliter narrat Zosimus, nempe Gainam, postquam milites suos commode disposuisset, atque præcepisset illis ut dato signo Constantinopolim invaderent, tum exiisse urbe, valetudinem suam causatum, et in suburbano aliquo quadraginta stadiis dissito consilii sui eventum expectasse: milites tamen postmodo facto præpropere impetu omnia frustravisse; repulsos enim a civibus esse illos qui mcenia aggressi erant, et continuo ceteros qui in urbe erant interfectos. v. 18. 19.

6, 23. μαρτύριον τοῦ ἀποστόλου] In septimo duæ fuerunt ³¹⁷ ecclesiae Sancti Joannis: altera soil. Joannis Baptistæ, quam Theodosius M. extruxit, cum sacrum præcursoris caput illic deposuisset, ut scribit Sozomenus, lib. vii. c. 21. altera Sancti Joannis Evangelistæ, cujus hic meminit Socrates. Utriusque mentionem facit *Constantinus Porphyrogennetus in vita Basilii Imp.* pag. 162. *Editionis Allatii: et Codinus in Orig.* pag. 53. **VALES.**

Rectius Sozomenus ædem Joanni Baptistæ sacratam inteligit, lib. iv. cap. 8, eandem scilicet quam Theodosius in sub-

urbio Constantinopolitano extruxerat. Vide eundem lib. vii. cap. 21. *W. Loveth.* **READING.**

6, 29. *αὐτὴν μὲν ἐμπιπρῶσω*] Hæc narrat quoque Zosimus, quibus insuper addit, fuisse plus septem millia militum Gothorum, qui hoc modo interfecti sunt.

6, 30. *καταλαμβάνειν τὴν Λάμψακον*] Lampsacum et circumjacentia loca primo obtinuerat Tribigildus, sicuti refert Zosimus, ὁ μὲν (*Gainas*) *τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβεν ὁ δὲ (Tribigildus) τὰ περὶ τὴν Λάμψακον εἶχε*, v. 18. Verum postea Gainas jussit eum se in Thraciam sequi, *περαιωθείς δὲ ἐπὶ τὴν Θράκην, ἀκολουθήσαι οἱ Τριβιγίλδω κελεύσας, ἀπέλιπε τὴν Ἀσίαν*, *ibid.* Tum denique postquam iter fecerat a Constantinopoli per Thraciam in Chersonesum, perrupto illac muro, et exercitum suum in stationibus locaverat littore Thracio, quod extendit se contra Parium et Lampsacum, in animo habuit ut Asiam repeteret: quod ne faceret a Fravito impeditus est. *ibid.* 19. 20.

6, 32. *στρατιωτικὰ νῆες*] Liburnæ hæc fuere Zosim. v. 20. Cura autem hujus belli ab Arcadio et senatu commissa erat Fravito, quem Socrates hoc loco ne nominat quidem. Gothus ille fuit, quod Socrates dicit infra, § 39. et paganus, et ob bellicas virtutes multum a Zosimo laudatur: quanquam postea male audierit quia Gainam fugientem non insecutus sit, acsi gentili suo parcere vellet.

6, 34. *ἑτέρα δύναμις Ῥωμαίων*] Non Romanus exercitus, sed 318 Hulses Hunnorum regulus fuit, secundum Zosimum, qui Gainam post multa prælia tandem debellavit atque occidit. Occisi vero caput ad Arcadium misit Hulses; pro quo muneribus donatus et in fœdus cum Romanis receptus fuit. Zosim. v. 22. et Philostorg. xi. 8.

Ibid. *ἀναρπείται*] Postquam Gaina se in Thraciam receperat, eo consilio ut, transmissis Istro, se in ulteriorem Scythiam referret; Hudin, Hunnorum qui trans Istrum erant princeps, parum utilem rebus suis fore adventum ejus ratus, ac gratiam initurus ab Arcadio, eum a traiectione coercuit, prælioque memorabili edito, vita exiit, ac caput ejus ad Arcadium misit: atque eo beneficio fœdere in societatem acceptus est. *Zosim.* lib. v. p. 798. Hæc autem *Ant. Pagi* refert anno 400. **READING.**

6, 36. τοῦ σχολαστικοῦ Εὐσεβίου] Scholastici olim dicebantur advocati, ut docet Novella 74 et 76 Justiniani. Macarius in Homilia 15. [§ 42] ὁ θέλων μαθεῖν πράγματα, ἀπέρχεται καὶ μαθάνει τὰ σημεῖα· καὶ ὅταν γένηται ἐκεῖ πρῶτος, ἀπέρχεται εἰς τὴν σχολὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν, καὶ ἐστὶν ὄλων ἔσχατος· πάλιν ὅταν ἐκεῖ γένηται πρῶτος, ἀπέρχεται πρὸς τὴν σχολὴν τῶν πραγματικῶν, καὶ ἐστὶ πάλιν ἐκεῖ ὄλων ἔσχατος, ἀρχάριος· εἶτα ὅταν γένηται σχολαστικὸς, ὄλων τῶν δικολόγων ἀρχάριος καὶ ἔσχατος ἐστὶ· πάλιν ὅταν ἐκεῖ γένηται πρῶτος, τότε γίνεται ἡγεμών· καὶ ὅταν γίνεται ἀρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸν συγκάθεδρον. Id est, qui vult causas forenses addiscere, abit et discit notas seu signa. Cumque ibi fuerit primus, abit ad scholam Romanorum seu Latinorum, et est omnium postremus. Deinde postquam ibi fuerit primus, transit ad scholam pragmaticorum, in qua fit omnium postremus, et archarius. Deinde cum factus fuerit scholasticus, omnium causidicorum archarius fit et ultimus. Rursus postquam ibi fuerit primus, praeses fit seu rector provinciae. Cumque praeses factus fuerit, adiutorem sibi sumit consiliarium sive assessorem. Plura vide in glossario Francisci Pithoei ad Novellas Juliani antecessoris, et in glossario Meursii. Porro hujus Eusebii scholastici meminit Basilius in libro de miraculis sanctæ Theclæ, cap. 15. ubi eum Tharsensem fuisse dicit, et tum ob nobilitatem generis, tum ob pietatem valde commendat. Eundem quoque poetam non ignobilem fuisse declarat his verbis; οὐ πολὺ κλέος ἐπὶ τε εὐγενείᾳ καὶ εὐμουσίᾳ. VALES.

Ibid. Τρωτλφ] De Troilo conf. infra, vii. cc. 1, 27, et 37.

6, 40. ὁ ἀγαθὸς Θεοδοσίος] Anno Chr. 401. imperatori Arcadio natus est Theodosius, Junior vulgo dictus, tertio Idus Aprilis, ut scribit Marcellinus in Chronico; sed Auctor Chronici Alexandrini cum Socrate de die consentit. Ant. Pagi ad ann. 401. n. xxiii. READING.

Cap. 7. Conf. Sozomen. viii. 11. Cassiod. x. 7. Niceph. xiii. 10. 319

7, 1. πότερον ὁ Θεὸς σῶμα ἐστὶ] Primus Anthropomorphita, ut docet Epiphanius, fuit Audius seu Audæus quidam, sub Arii tempora, e Mesopotamia oriundus; qui cum episcopus ac presbyteros coram increpare ac redarguere non verebatur, ab iis male mulctatus, seipsum ab ecclesia cum pluribus sibi consentientibus segregavit: postea ab episcopo quodam, qui

et ipse schismaticus erat, episcopus ordinatus est. Hujus sectatores duriore quodam et imperitiore modo Scripturas interpretantur. Nam quod ad imaginem Dei creatus Adam dicitur, præfraacte illi referendum ad corpus existimant. *Vide Eriphan. in Hæresi Audianorum.* Αὐδαῖος δέ τις, ἐκ τῆς πέραν Εὐφράτου Συρίας ὀρμώμενος, ἀνθρωπόμορφον ἔφησε τὸν Θεόν, καὶ τὰ τοῦ σώματος αὐτῷ περιτέθεικε μόρια, τὰ συγκαταβατικῶς παρὰ τῆς θείας εἰρημένα γραφῆς ἀνοήτως νενοηκῶς. *Audæus autem quidam ex Syria trans Euphratem ortus, Deum humana forma esse docuit, et corporis illi membra tribuit, stulte intelligens quæ per accommodationem in divina Scriptura dicta sunt.* Theodorit. Hæret. Fab. lib. iv. cap. 10. **READING.**

De Audianis et Anthropomorphitis conf. Tillemont. Mem. tom. vi. p. 691. Walch Histor. der Ketzereien, tom. iii. p. 300.

7, 8. ἐξ αὐτῶν γὰρ τινες διαλεγόμενοι] Locus Origenis in quo disputat adversus eos qui Deum humana forma præditum esse affirmabant, exstat apud Theodoritum in quæstionibus in Genesim capite xx. ex commentariis Origenis in Genesim. **VALES.**

7, 9. ἀπεχθῶς ἔχω πρὸς τὰ Ὀριγένους βιβλία] Mota fuit quæstio de Origene ante A. D. 398, quo anno Anastasius ad episcopatum Romæ accessit: et videtur quidem in Ægypto exorsa esse; ita enim tradit Epiphanius, Ἡ δὲ ἐξ αὐτοῦ φύσα αἵρεσις πρῶτον μὲν ἐν τῇ Αἰγυπτίων χώρα ὑπάρχουσα seqq. Hæer. lxiv. 4, et Hieronymus dicit, *Hæc impia et scelerata doctrina olim in Ægypto et Orientis partibus versabatur.* Epist. cxxx. 17. Tum refert hic, quomodo opiniones istæ ad Romam allatæ sint ante episcopatum Anastasii, Epist. cxvii. 9 et 10, mox autem controversæ, refutatæ, et demum damnatæ fuerint ab Anastasio, Epist. cxvii. 9, 10, cxxx. 16.

7, 10. Καὶ Ἰσως δ' ἂν ἡ περὶ τούτου ζήτησις] Hic confer Sozomen viii. 12, qui novum Caput his verbis incipit.

7, 11. Τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἀσκητηρίων] Scilicet in Sceti, quem admodum refert Sozomenus de quatuor hisce fratribus proceris, vi. 30, et viii. 12: et Socrates ipse indicat infra, § 29.

7, 13. Ἐρμουπόλεως] Hermopolis illa est quæ *parva* voca- 320 batur, in Ægypto inferiore sita; itaque ab altera Hermopoli distinguenda, quæ in Thebaide fuit. Vide Le Quien Orient. Christ. tom. ii. col. 513 seqq.

7, 13. τῆ τῶν κληρικῶν ἀξία τιμήσας] Joannes Launoius in libro de recta interpretatione sexti canonis Nicæni, hunc Socratis locum adducit, ut probet episcopum Alexandriæ omnes per Ægyptum episcopos ac presbyteros et diaconos ordinasse. Duo enim hic observat fecisse Theophilum. Primo Dioscorum Hermopolis episcopum constituisse, deinde duos ejus fratres clericos ordinasse, eidemque Dioscoro adjunxisse. Creditur scilicet Launoius, Ammonium et ejus fratrem a Theophilo factos esse clericos ecclesiæ Hermopolitanæ. In qua etiam sententia fuisse video auctorem Geographiæ sacræ. Verum uterque hallucinatus est. Non enim ecclesiæ Hermopolitanæ clericos eos fecit Theophilus, sed secum eos retinuit, et clericos ecclesiæ suæ, id est Alexandrinæ ordinavit. Testatur id Socrates hi sverbis: δύο δὲ ἐξ αὐτῶν παρεκάλεισε συνείναι αὐτῷ. Id est, *duos autem ex illis hortatus est ut secum degerent.* Sed quæ sequuntur apud Socratem, longe clarius id evincunt; subdit enim Socrates, eos œconomos ecclesiæ a Theophilo factos, primo quidem ægre tulisse, quod a solitudine abstracti, non amplius vacarent philosophiæ monasticæ. Tandem vero cum incredibilem Theophili avaritiam et opum cupiditatem cernerent, ejusque consuetudine sese maculari animadvertent, commeatum ab eo petivisse. Ex quibus verbis satis colligitur, eos versatos esse una cum Theophilo, et tanquam ejus contubernales ac domesticos, vitia ejus ac rapinas introspexisse, quippe qui œkonomi, id est, dispensatores essent pecuniæ ecclesiasticæ. Porro imposuit viris doctis versio Epiphanii Scholastici, qui hunc locum sic interpretatur: *Quamobrem Dioscorum vigilanter tractum, Hermopoleos fecit episcopum. Duos autem eorum rogavit ut habitarent cum eo, et vix ut episcopus imperavit: factos clericos, ecclesiæ œconomos instituit.*

VALES.

7, 29. ἐξοπλίζει τοὺς μοναχοὺς κατὰ τε Διοσκόρου] Veram 321 causam cur fratres Longi ex monasteriis Nitriæ pulsi sint a Theophilo, reticet Socrates. Pulsi enim sunt, eo quod essent Origenis defensores, quem cum erroribus suis damnarat Theophilus in synodo Alexandrina. Porro Socrates deceptus fuisse videtur a quodam Origenista, qui favens Ammonio ejusque fratribus, rem ipsi, non ut revera se habebat, narraverat. Ac Baronius quidem Socratem nostrum Origenistam palam ap-

pellat, non contentus Novatiani hæresim ei impingere. Nos vero id tantum dicimus, Socratem narrationem suam hausisse ab aliquo ex amicis Ammonii. Certe non dubito, quin Theophilus simultati et inimicitii adversus Ammonium et ejus fratres, errores Origenis et crimen hæreseos prætexerit: sicut postea adversus Joannem Chrysostomum eandem struxit calumniam. VALES.

Socrates hæc ita narrat ac si de nulla alia Origenis opinione quæstio nunc mota sit, præterquam de Deo incorporeo: cum revera tamen in multis ejus doctrina male tunc audiit, singulæ autem sententiæ e scriptis ejus expensæ, et haud paucæ damnatæ sunt, præcipue e libro illo Περὶ Ἀρχῶν, ut testatur Theophilus in Epistola, inter Hieronym. Epist. xcii. 2. Præterea credendum non est controversiam hanc de Origene ortam esse e Theophili odio in quatuor illos monachos: nam Origenis scripta jam antea suspecta fuerant, et opiniones ejus aliquæ improbatæ non tantum in Ægypto, verum etiam ab ipso Theophilo. Hieronymus refert, Theophilum diu errores hosce tolerasse, quamobrem visum esse nonnullis nimis lenem: *Libere enim reverentiæ tuæ loquor. Dolebamus te nimium esse patientem, et ignorantes magistri gubernacula, gestiebamus in interitum perditorum. Sed, ut video, exaltasti manum diu, et suspendisti plagam, ut ferires fortius.* Epist. lxxxvi. Confer etiam quæ dicta sunt supra ad §. 9. Palladius vero, qui licet Theophilo admodum infensus, plenius tamen de his rebus edoctus erat quam Socrates, Theophili animum impulsum esse dicit odio imprimis in Isidorum; cum autem hic ad Nitriam confugisset, cœpisse illum monachos ibi versantes persequi; et mox, convocatis ad Alexandriam episcopis quibusdam, tres patres illos damnasse tanquam Origenistas; atque post paulum, ope Augustalis, Dioscorum cum illis expulisse. Vid. Vit. Joan. Chrys. p. 21, 22, 23. Altior igitur fuit quæstio de Origene, et alias habuit causas, præter ea quæ Socrates narrat: qui profecto paulo propensior videtur ad exaggerandam Theophilo culpam; sive inscitia, sive studio Origenis, ut Baronio visum est. Veruntamen minime negandum est id quod omnes fatentur, Theophilum controversia ista abusum esse ad splendendam suam iram in monachos; et Origenis hæresim prætexuisse, postquam invidiam in animo conceperat, quo melius

se in inimicos suos ulcisceretur. Denique Palladius refert Theophilum, expulso Dioscoro, dioecesim ejus arripuisse, p. 23. Quid de seipso narraverit Theophilus, vide l. c. in Hieronym. Epist. xcii., et lxxxvii. lxxxix. xc.

7, 27. *μολὴς δελφύγον*] Vide Valesii annot. ult. ad Sozomeni lib. viii. cap. 12. Hæc autem acta censet Ant. Pag. anno 401. **READING.**

Cap. 8.

Conf. Sozomen. viii. 8. Cassiod. x. 8, 9. Niceph. xiii. 8.

8, 2. *αὶ συνάξεις κατὰ τὰς ἐκκλησίας εἰώθασι γίνεσθαι.* Confer supra, v. 22, 42.

8, 11. *Ἰγνώτιος ὁ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας*] Nescio unde hæc 322 hauserit Soocrates. Constat enim primos omnium Flavianum ac Diodorum, regnante Constantio, psallentium choros Antiochiæ bifariam divisisse, et psalmos Davidicos alternis canendos eis tradidisse. eamque rem primum Antiochiæ institutam, postea ad reliquas totius orbis ecclesias dimanasse. Testatur id Theodoritus in libro ii. Historiæ, cap. 24. Et ante illum Theodorus Mopsuestenus, qui iisdem temporibus vixit, quibus Flavianus atque Diodorus. Verba Theodori refert Nicetas in Thesaurο orthodoxæ fidei, libro v. cap. 30. Quamquam ea psalmodiæ species jam ante Flavianum atque Diodorum, à Syris videtur fuisse usurpata. Scribit enim Theodorus Flavianum ac Diodorum primos omnium eam psalmodiæ speciem quas antiphonas vocant, ex Syrorum lingua in Græcam transtulisse: et omnium prope solos hujus rei auctores cunctis orbis partibus apparuisse. Quod igitur Syri diu ante Flavianum fecerant, psalmos Davidicos lingua Syriaca antiphonatim canentes, id Flavianus ac Diodorus à Græcis Antiochensibus psalmos Græce canentibus fieri instituerunt. VALES.

At Joan. Bona Card. Eminentiss. libro de Divina Psalmodia, cap. 16, observavit, Theodoritum non de quocunque alterno cantu, sed de solis Davidicis psalmis intelligendum; et *Flavianum ac Diodorum*, psallentium choro duas in partes diviso, psalmos Davidicos alternis canendos, primos instituisse; eam psalmodiæ speciem ex Syrorum lingua in Græcam transtulisse; ac ideo Socrati fidem non esse denegandam. Ea autem alternatio non statim in omnes terræ partes propagata, cum Cassianus lib. ii. de Instit. Cœnob. cap. 5, seqq. referat,

suo tempore hunc morem viguisse, ut sedentibus ceteris, et omni cordis intentione ad vocem psallentis intentis, unus in medio integrum psalmum solus cantaret. Imo quantalibet multitudo convenisset, nunquam amplius quam quatuor monachi psallebant in synaxi; quod etiam hodie in quibusdam Galliarum monasteriis servari accepit. Viguit etiam apud Ethnicos cantus alternatio, cum Homerus Iliade i. versu 604, Musas alternatim canentes describat; Christiani autem profanos Gentilium mores in veri Dei cultum transferre soliti erant. Quare perperam Valesius in dubium revocat quod à Socrate scriptum, *Ignatium* nempe martyrem primum in ecclesia orientali huic ritui initium dedisse: quod enim ipse scribit, discere potuit à scriptoribus quorum opera ad nos non pervenere. *Ant. Pagi ad ann. 400. n. 15.* **READING.**

Hanc quæstionem fuse tractat Gerbertus, et tam multorum auctorum veterum testimonia quam recentiorum virorum doctorum opiniones recenset, in De Cantu et Musica Sacr. Eccles. i. 1. 12. t. i. p. 40: quem consulant illi qui rem altius vestigare velint. Quod vero ad discordiam attinet quæ deprenditur inter historias Socratis et Theodoreti, animadvertendum est utrumque de diversa re loqui. Nam quamvis Ignatius primus instituerit ut hymni alternatim canerentur in ecclesia, Flavianus tamen et Diodorus novum insuper morem intulisse feruntur, nempe ut populus, una cum clero, in duos choros divisi psalmos Davidis alternatim canerent. Mos quidem ita alternatim canendi, ut populus cantori (sive ministro) responderet, pervetustus fuit, usque a temporibus Mosis et Miriam deductus, et inter Therapeutas usitatus, sicut e Philone discimus, quem citat Eusebius in Hist. Eccl. ii. 17; τῶν ἕμνων τὰ ἀκροτελεύτια συνεξηχοῦσιν, hoc est, in fine hymni cantori succiunt. Prorsus vero aliud est quod a Flaviano institutum fuisse dicitur, ut ipsa congregatio æquatis inter se duplici ordine choris psalmos invicem cantarent. Vide Suidam in Χόρος, col. 3915. Traditio sequioris ævi quam refert Salomon metropolita Perat Maisan, hoc est, episcopus Bassoræ, in libro dicto Api, fuit autem ille seculo tertio decimo, videtur voluisse duas istas Socratis et Theodoreti narrationes alio modo conciliare: ait enim morem illum ministrandi duobus choris quem Ignatius intulit Antiochiæ, vetustate postea obo-

luisse, donec Diodorus eum restituerit, cum in Perside vidisset atque inde regressus ad Antiochiam reportavisset. Verum his fidem non habendam esse censet Assemanus. Vid. Biblioth. Orient. t. iii. p. 321. &c.

Cap. 9. Conf. Sozomen. viii. 12. Cassiod. x. 10. Niceph. xiii. 11. 323

9, 2. [Ἰσίδωρος] Isidorum, presbyterum Alexandrinum, ex Athanasii ordinatione superstitem, octogesimum ætatis annum agentem, quomodo vexavit Theophilus, puerumque quendam pretio conduxit, ut eum nefandæ libidinis accusaret, pluribus narrat *Palladius vita Chrysost.* p. 56. seqq. [20. 21.] READ.

Ibid. δι' αἰτίας τοιαύτης] Præter hanc causam odii Theophili adversus Isidorum, duas alias causas refert Sozomenus in libro viii. cap. 12. Primam, quod testimonium dicere recusasset in gratiam sororis Theophili. Alteram, quod Theophilum reprehendisset ob nimium studium in exstruendis ædibus sacris, in quibus pecuniam ecclesiæ dilapidabat, quæ in egenos potius erat conferenda. Et has quidem fuisse causas inimicitiarum Theophili adversus Isidorum facile crediderim, cum Socrates et Sozomenus id diserte testentur. Non ideo tamen ecclesia pulsus est Isidorus, sed damnatus episcopali iudicio ob Origenis errores quos fovebat, ut ex Palladio in Lausiaca pridem docuit Baronius. VALES.

Sozomenus hoc loco aperte ad Socratem respicit, cum, commemorata causa quam Socrates narravit, addit, καὶ οἱ μὲν τὰδε λέγουσι, tum autem pergat alia referre quæ ait se accepisse a viro quodam fide digno qui cum monachis illis tunc temporis versatus erat. Porro e Palladii Hist. Lausiæ. 1 discimus Isidorum diem supremum in pace obiisse A. D. 403, anno ætatis suæ 85: fuerat igitur 80 annos natus quando Chrysostomus episcopatum suscepit.

9, 3. πρωτοπρεσβύτερος] Sic Arsacius qui Chrysostomo in episcopatu successit, πρωτοπρεσβύτερος dicitur in actis synodi ad Quercum; et Martyrius quidam πρωτοδιάκονος. Sozomenus hunc Petrum archipresbyterum vocat. Porro id nomen honoris est, non vetustatis. Episcopi enim ex presbyterorum collegio eos quos vellent archipresbyteros eligebant, ut docet Liberatus in Breviario, capite 14. Formula qua protopresbyter civitatis promovetur, exstat in Euchologio Græcorum, pag. 287. Et Jacobus quidem Goar qui Euchologium Latine interpretatus

est, archipresbyterum ubique vertit; quod non probo. Nam archipresbyteri quidem plures erant in una ecclesia; protopresbyter autem unus est. Deinde archipresbyteri in vicis et oppidis interdum constituebantur, quippe qui successerant in locum chorepiscoporum: protopresbyter vero non erat nisi in civitate; unde et *πρωτοπρεσβύτερος τῆς πόλεως* dicitur in euchologio. Continuator Theophanis in vita Constantini Porphyrogenneti, initio, de Artabaldo presbytero Constantinopolitano sæpe loquens, *ὅς διὰ τὴν τῶν γραμμάτων διαπόρθμευσιν, τῆς σοφίας πρῶτος τῶν ἱερομένων κεκλήρωται*. VALES.

9, 6. *ἐπέμπετο γὰρ παρὰ Θεοφίλου πρὸς Δάμασον*] Communis hæc legatio fuit a Theophilo et Joanne Chrysostomo missa. Conf. quæ dicta sunt supra, ad 4, 2.

9, 9. *ἀμφοτέρους πρὸς ὄργην ἀπήλασεν*] Palladius auctor Dialogi de Vit. Chrysost., qui nihil dicit de Petro, refert Theophilum primo excommunicasse Isidorum ob fictum crimen stupri, tum vero hunc ad Nitriæ monasteria confugisse: exinde Theophilum operam dedisse ut episcopos ad synodum convocaret, et litem monachis intenderet de doctrina Origenis. Itaque lato postea judicio de hac re, et damnatis illis quatuor fratribus, de quibus dictum est supra, propter favorem in Isidorum, *διὰ τὴν πρὸς Ἰσιδώρου σχέσιν*, ait Palladius, post multa violenter acta, ægre tandem evasisse monachos et ad Hierosolimam abiisse; ubi eos paulisper ab episcopo Joanne susceptos fuisse innuit Hieronymus in Epist. lxxxvi. Postremo ad Constantinopolim pervenerunt, non quatuor illi tantummodo, aut quinque, quorum nomina perhibentur, verum cum his alii quoque, ad quinquaginta omnes. Vid. Pallad. Vit. Chrys. p. 21. seqq. Conf. item supra, ad 7, 29.

9, 10. *κοινωνίαν δὲ τῶν μυστηρίων οὐκ ἔφη*] Hæc Socratis 324 verba confirmantur à Palladio in Vita S. Chrysostomi, p. 58, 59. seqq. [24.] READING.

9, 13. *πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἐπιστολάς*] Socrates videtur hæc velle dicere de illa epistola quam Theophilus misit ad episcopos Palæstinos et ad Cyprios, quæ extat inter Hieronymianas, Epistol. xcii. Latine reddita, et fortasse de Paschalibus duabus, ibid. xvi et xviii, quamvis revera paulo postea scriptæ sunt; in his enim multæ Origenis sententiæ carpuntur et refutantur: nihil tamen continent quod ad Chrysostomum pertinet. Cum

autem Socrates Athanasium citat Origenis testem, notandum est, Athanasium non omnia Origenis probasse, quamvis eo interprete usus sit ad explicandam veterum doctrinam: ait enim, hæc quæ ille inquirens aut disputans scripserit non reputanda esse pro vera illius animi sententia, sed ea quæ definiendo affirmaverit: ubi obiter moneo corrigendum locum esse, et pro ἀδεῶς ὀρίζων ἀποφαίνεται, τοῦτο τοῦ φιλοπόνου τὸ φρόνημά ἐστι, legendum esse ἀ δεῶς ὀρίζων ἀποφαίνεται. De Decretis Nic. Syn. 27, p. 233. ed. Bened.

Cap. 10. Conf. Sozomen. viii. 14. Cassiod. x. 10. Niceph. xiii. 12.

10, 1. ἐμέμφετο γὰρ Ἐπιφανίῳ] Falsum est Epiphanium stultissimæ Anthropomorphitarum hæresi unquam addictum fuisse. Perstrictus quidem fuerat aliquando eo nomine à Joanne Hierosolymitano. Sed hanc calumniam refellit Hieronymus, et Epiphanius ipse in ea concione quam habuit Hierosolymis coram Joanne ipso, ut refert Hieronymus in libro ad Pammachium de erroribus Joannis Hierosolymitani [11. t. ii. col. 418. ed. Vallars.], et Baronius ad annum Christi 393. Quare nihil opus fuit ut Theophilus se Anthropomorphitam simularet, ad captandam gratiam Epiphanii. Imposuit omnino Socrati ac Sozomeno Origenista quispiam, fautor Ammonii atque Dioscori, qui hæc ipsis narravit. Solebant enim Origenistæ, hujus hæreseos crimen catholicis a quibus condemnabantur, affingere, ut recte observavit Baronius. VALES.

10, 2. ὁμοφρονήσας κατὰ τὴν περὶ Θεοῦ δόξαν αὐτῷ] Male hic, sicut antea, Socrates historiam confundit, dum perinde scribit ac si necesse foret ut omnis qui Origenista non fuerit, esset Anthropomorphita; tanquam unusquisque qui non diceret Dei corpus humanum esse, continuo omnes Origenis opiniones approbaret: quod absurdum est dicere. Nam utraque harum propositionum a sanis Ecclesiæ doctoribus condemnabatur. Cujus exemplum habemus in verbis Epiphanii loco illo quem Valesius modo indicavit, sic, *cuncta quæ loquutus est collegio frater—contra Anthropomorphitarum hæresim, bene et fideliter loquutus est, quæ mea quoque damnatur voce. Sed æquum est, ut quomodo hanc hæresim condemnamus, etiam Origenis perversa dogmata condemnemus.* Hieronym. C. Joan. Hieros. 11.

10, 7. θαρρῶν καὶ αὐτὸς συνήγαγε] Fallitur hic Socrates, 325

eumque secutus Sozomenus, qui Alexandrinam synodum, in qua Theophilus libros Origenis una cum ipso Origene damnavit, celebratam putat post synodum Constantiæ ab Epiphanio congregatam. Atqui constat primum omnium Theophilum collecto Alexandriæ concilio eam hæresim damnasse anno Christi 399. Quod factum est post multos super ea re tractatus episcoporum qui eo convenerant, ut docet Postumianus apud Sulpicium in dialogis [1. 6.] de vita b. Martini. Post hæc Theophilus synodicam suam misit ad omnes episcopos, et specialem ad Epiphanium misit epistolam, rogans et exhortans, ut totius insulæ episcopis congregatis, ipse quoque eandem hæresim condemnaret, et synodicæ suæ subscriberet. Exstat hodie hæc Theophili epistola, a b. Hieronymo translata. VALES.

Utrumque concilium, tam Cyprium quam Alexandrinum, celebratum fuisse anno 401 censet *Ant. Pagi*. READING.

Vide Hieronym. Epist. xcii. xc. et xci., quæ omnes scriptæ sunt de synodo illa quam habuerat Theophilus in Alexandria, antequam convenerit aliqua synodus Cypria sub Epiphanio. In secunda harum epistolarum, xc, Theophilus Epiphanium hortatus est ut synodum convocaret: *Dignationis tuæ est—congregare totius insulæ episcopos; ac synodicas literas—mittere*. Habitam tamen esse synodum nemo est qui memoravit, ni fallor, præter Socratem, et Sozomenum qui eum expilavit.

10, 8. *διακοσίων καὶ περὶ πον*] Socrates numerum plenum posuit pro imperfecto. Atque ob hanc causam adjecit *περὶ πον*, id est circiter. Sed si vere loqui velimus, detrahendi sunt ex hoc numero anni quinquaginta et amplius. Mortuus est enim Origenes anno Christi 252, ut ad Eusebium notavi. A quo anno usque ad annum Christi 399, quo damnatus est in synodo Alexandrina, anni sunt centum et quadraginta septem. VALES.

Conf. *μετὰ διακόσια ἔτη πον* infra, vii. 45, 6. Rectius quidem tempus computat Hieronymus sic, *Centum quinquaginta anni prope sunt ex quo Origenes mortuus est Tyri*, Epist. lxxxiv. 7. Origenis mortuum esse A. D. 253 statuit Clintonus *Fast. Rom.* eo an. col. 4.

Cap. 11. Conf. Sozomen. viii. 10. Cassiod. x. 10. Niceph. xiii. 9.

11, 4. *πολλὰ ἐκ τούτων χρηματισόμενος*] Idem refert Sozo-

menus. Antiochus pecuniam hanc videtur collegisse ex oblationibus populi, quæ inter clericos dividi solebant. Nam Theodorus Lector tradit, morem fuisse Constantinopoli, ut quæcunque a populo in singulis ecclesiis oblata essent, ea omnia ad Magnam, id est ad cathedralem, ecclesiam contribuerentur; donec postea sub Gennadio a Marciano institutum sit ut a clericis unius cujusque ecclesiæ acciperentur. De Oblationibus hisce vide Bingham. Origin. Ecclesiast. v. 4. 1.

11, 8. ἐπειδὴ δὲ ἐν τοσοῦτῳ] Ab his verbis exorditur frag-³²⁶mentum illud, sive appendix, ubi hæc res iterum narrantur cum paucis additis, infra, post Caput 23. De iisdem agit Sozomenus in viii. 6.

Ibid. Ἐφέσου τελευτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον] Anno 400 Chrysostomus Ephesum proficiscitur; et convocata synodo Heraclidem archidiaconum suum isti sedi præfecit, mortuo nuper Antonino, quem variorum criminum (quorum capita exhibet Palladius Vit. Chrysost. cap. 13. pag. 125) coram Chrysostomorum peregerat Eusebius episcopus Valentinopolitanus. Sex etiam Asiæ episcopos hoc tempore deposuit. *Guil. Cave in Chrysostomo.* READING.

Ibid. ἀνάγκη κατέλαβε τὸν Ἰωάννην] Nimis breviter Socrates hæc narrat: Palladius plenius exponit causas cur Joannes iter ad Ephesum fecerit; quarum hæc summa est. Sedente forte concilio episcoporum viginti duo Constantinopoli indicatione decima tertia, (A. D. 400,) Eusebius episcopus Valentinopolis Antoninum episcopum Ephesi multorum flagitiorum reum coram synodo postulavit. Cum satis diu de hac re disceptatum esset Constantinopoli, voluit imprimis Joannes ipse ire Ephesum ut veritatem accusationis indagaret: mox tamen dissuasus ab incepto eo destitit; et legati missi sunt, qui testes conquirerent. Verum cum frustra illi tempus trivissent per totam ætatem, nec Antoninus nec testes ad statutum tempus adessent, redierunt rursus Constantinopolim: ubi interea agebat Antoninus: qui cum etiam amplius moras nectere parabat, morbo correptus et mortuus est. Tum demum, postquam rescitum est obiisse Antoninum, clerus Ephesinus et episcopi Asiani Joannem, per epistolam synodicam, sicut videtur, enixe rogaverunt ut adesset, et opem turbatis suis rebus afferret. His precibus motus Joannes iter instituit media hieme; et vix Ephesum pervenit; tandem autem nego-

tium ibi confecit per synodum septuaginta episcoporum, qui Heraclidem consecrarunt episcopum; cum Antonini causa jam dudum ante biennium examinata esset. Unde colligimus iter ad Ephesum factum esse fine A. D. 401, et synodum hanc postremam cadere in A. D. 402. Pallad. V. Chrysost. p. 50-55.

11, 10. φιλονεικίας ἠσύχασαν] Veruntamen non diu permansit illa pax: nam postquam in exilium actus esset Chrysostomus, inimici ejus Heraclidem amoverunt ab episcopatu Ephesi et in carcerem Nicomediæ conjecerunt, in ejus vero locum instituerunt eunuchum quendam Victoris tribuni. Hæc gesta sunt anno fere quarto postquam in Antoninum sententia lata fuerat, nempe, quantum videatur, A. D. 405: sicut memorat Palladius p. 54, et 77. Ad eadem respicit quoque Chrysostomus in Epist. xiv. 4.

11, 11. χρονίζειν τὸν Ἰωάννην κατὰ τὴν Ἐφεσον] Si fidem habeamus Orationi illi De Regressu de Asia, quæ extat Latine inter Opera Joannis, et videtur quidem e genuino fonte hausta esse, (t. iii. p. 418,) commoratus est ille in Asia plus centum dies, et Constantinopolim rediit post peractum Pascha, scilicet A. D. 402.

Ibid. Σεβηριανὸς ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει] Sozomenus addit, Chrysostomum digredientem a Constantinopoli ad Asiam curam ecclesiæ Constantinopolitanæ commisisse Severiano dum ipse abesset, viii. 10; quod quo auctore dictum sit nescio.

11, 12. πρὸς ζηλοτυπίαν ὁ Ἰωάννης προήχθη] Culpam omnem Socrates more suo in Joannem confert. Ad hunc vero locum Sozomenus respicere videtur cum dicit Ἰωάννης δὲ ταῦτα πυθόμενος ἐζηλοτύπησε μὲν, ὡς φασι, Σαραπίωνος αὐτὸν ἐπὶ τοῦτοις παρακινούντος, ibid. Idem fere agit Soerates de Sarapione, ejus acta, prout Joannis assecke, plerumque improbat: ubi tamen Severiani iracundiam narrat, silet censura. Non male Sozomenus eo loco addit, Joannem damnasse utrumque, et Severiani dieterium quod mox sequitur, et Sarapionis in eo repetendo dolum, sic, καὶ τότε καὶ τ' ἄλλα ἐπηγιάτο. ibid. Porro autem Sarapion laudatur quodammodo, διὰ τὸ εἰλαβὲς αὐτοῦ καὶ ἐν πᾶσι πιστὸν καὶ περὶ πάντα νηφάλειον, infra 23, 5, p. 726.

11, 18. τοῦ στίφους ἑαυτοῦ] *E stipatoribus suis testes proferebat.* Quod melius est vulgato τὸ στίφος, cujus interpretatio

foret, *turbam testium*: attamen non opus erat tot citare: et Socrates innuere vult testes ipsos Sarapioni fuisse.

11, 20. ἔρκους κατ' αὐτοῦ πολλοὺς καθορκώσασα] Totum hunc 327 locum pessime verterunt interpretes, ut ex collatione versionis nostræ lector perspicere poterit. Id est, *per filium suum adjurans*. Antiqui per pignora sua jurare consueverant. Sic apud Virgilium:

Per caput hoc juro, per spem surgentis Iuli.

Pari modo, cum alios obtestari vellent, per illorum pignora, et quidquid carissimum haberent, eos obsecrabant. Ita igitur Eudoxia Joannem Chrysostomum tum allocuta est. Per hunc parvulum meum, ac spiritalem filium tuum, quem ego genui, quem tu e sacro fonte suscepisti, redi in gratiam cum Severiano. Certe Chrysostomus Theodosium juniorem e sacro fonte suscepit, ut hoc loco tradit Nicephorus, ex Simeone Metaphraste ut opinor. Porro Baronius hanc reconciliationem Severiani et Chrysostomi confert in annum Christi 401, Vincentio et Fravito consulibus. Ego vero in annum sequentem id conferre malim. Nam si verum est tunc sacro baptismo tinctum fuisse Theodosium, ut supra ex Nicephoro retulimus: quod certe admodum probabile est: neque enim Eudoxia filium suum in ecclesiam apostolorum introduxisset, nisi jam baptizatum: hæc episcoporum reconciliatio anno Christi 402 contigerit necesse est. Natus est enim Theodosius junior Vincentio et Fravito consulibus, qui fuit annus Christi 401, die iv. Idus Apriles. Sic enim legitur in Chronico Alexandrino, et in Chronico Marcellini quod edidit Onufrius. Male in editione Sirmondi legitur tertio Idus Apriles. Neque vero credibile est eum baptizari potuisse nisi in Pascha sequentis anni. Si quis tamen contenderit eum paucis postquam natus esset diebus, baptismum suscepisse, ut videtur innuere Marcus in vita Porphyrii; concedamus id, si placet. Sed quis credat Theodosium a matre adductum fuisse in ecclesiam, et ad genua locatum Chrysostomi, priusquam annum unum, aut decem menses ex-presset? VALES.

Idem et Theophanes in Chronico tradit [sc. Theodosium infantem e fonte susceptum esse a Chrysostomo]. Verum hoc probabile non videtur, siquidem, ut Georgius Alexandrinus aliique testantur, Eudoxia tunc temporis Chrysostomo suc-

censuit, quod ipsam sanctus antistes severius increpuiisset ob usurpatam viduæ ejusdam vineam. Qua de re vide *Ant. Pagi ad ann. 401. n. xxvi. READING.*

Adjurandi modum alium memorat Palladius, quo usi sunt episcopi Asiani, quando mortuo Antonino obtulerunt Chrysostomo libellum synodicum, sive ψήφισμα, ἀξίωσιν μεθ' ὄρκου φρικτοῦ περιέχον, p. 53. Theodosium autem natum esse d. 10 Aprilis A. D. 401 jam dixit Socrates supra, c. 6, 40.

Cap. 12. Conf. Sozomen. viii. 14. Cassiod. x. 11. Niceph. xiii. 13.

12, 2. *διάκονον χειροτονήσας*] Baronius Socratem hoc loco erroris arguit, qui dixerit Epiphanium Constantinopoli diaconum ordinasse absque consensu episcopi illius civitatis. Fecerat id quidem antea Epiphanium in diœcesi Joannis episcopi Hierosolymitani, ut constat ex epistolis b. Hieronymi. Similitudine igitur nominis deceptus Socrates, et qui eum secuti sunt, id ab Epiphanio factum esse crediderunt in ecclesia Joannis Constantinopolitani. Hæc Baronius ad excusandum Epiphanium excogitavit. Sed quis non videt causam non esse, cur Socratem mendacii arguamus in iis rebus quas ipse videre potuit. Quod enim jam semel factum fuerat ab Epiphanio in Palæstina, cur Constantinopoli ab eodem postea usurpari non potuit? Neque enim tantum scelus fuit in ordinatione diaconi, quem Epiphanium nonnisi rogatus a multitudine adstantium ordinavit. VALES.

Non male Valesius Socratem defendit: qui facilius quidem a Baronii suspitione purgari posset si non toties in his rebus narrandis errasset, nec ulla prodidisset indicia mentis studio partium inclinatae. Veruntamen Epiphanium revera aliquem ordinasse Constantinopoli, confirmatur ab illa Joannis querela, sive epistola ad Epiphanium missa, quæ citatur infra, *πρωτου μὲν χειροτονίαν ἐν ταῖς ὑπ' ἐμὲ ἐκκλησίαις ποιησάμενος*, 14, 6.

12, 3. *οὐκ ἔχων μὲν τι λέγειν πρὸς αὐτὰ*] Absurdum est Socratem affirmare Epiphanium nihil habuisse quod diceret in libros Origenis, contra quem ille jamdudum plura scripserat in Opere suo De Hæresibus quam contra quamquam aliam hæresim. Certe jam satis innotuerant illæ Origenis sententiæ quæ displicebant, et a multis controversæ erant: quemadmodum videre possumus in Opere illo Epiphaniū, in Hieronymi Epi-

stola ad Principiam, cxxvii. 9 seqq., et multis aliis epistolis, et Libro c. Joannem Hierosolymit. 11. Omnia tamen hujusmodi argumenta Socrates prætermisit. Conf. supra, ad 7, 29, et 10, 2.

12, 4. Θεότιμος] Sozomenus ait, Τόμεως καὶ τῆς ἄλλης Σκυθίας τὴν ἐκκλησίαν ἐπετρόπευε Θεότιμος, vii. 26, ubi etiam miracula quædam ab eo facta commemorat.

Cap. 13.

328

13, 3. Μεθόδιος] *Olympi Lyciæ, et postea Tyri episcopus.*— *Et ad extremum novissimæ persecutionis, sive ut alii affirmant, sub Decio et Valeriano in Chalcide Græciæ, martyrio coronatus est,* Hieronym. Scriptor. Eccles. 83.

Ibid. Εὐστάθιος] Vid. Eustathii Lib. de Engastrimytho contra Origenem, Galland. Bibl. t. iv. p. 573.

13, 6. ὕστερον ὡς ἐκ παλινοφθίας] Baronius ad annum Christi 402 Socratem hic mendacii et calumniæ arguit, quod dixerit Methodium, cum Origenem antea probris appetivisset, postmodum cecinisse palinodiam, et laudes ejus prædicasse in dialogo, cui titulus erat Xeno, sive Hospitium. Atqui contrarium fecisse Methodium affirmat Baronius. Nam cum initio laudasset Origenem, postea deprehensis ejus erroribus, eum insectatus est. Idque confirmat Baronius testimonio Eusebii, qui in libro 6 Apologiæ pro Origene ita scribit: *Quomodo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus?* Quem Eusebii locum adducit Hieronymus in Apologia adversus Rufinum [i. 11.], ut doceat se idem fecisse quod Methodius antea fecisset. Eusebius tamen in loco citato aperte non dicit Methodium fuisse antea locutum pro Origene. Neque enim dicit, qui hæc et hæc de Origenis locutus fuerat dogmatibus: sed tantum, *locutus est:* quod in utramque partem accipi potest. Non igitur mendacii accusandus est Socrates. VALES.

Diversa hæc virorum doctorum judicia conciliari possunt, modo Socratem rite interpretemur. Nam cum hic scribat de Methodio, ὡς ἐκ παλινοφθίας θαυμάζει, satis liquet Methodium non revera sententiam suam de Origene retractasse; sed ita diverse tantum diversis locis scripsisse, ut inde Socrates argumentum pro Origene eruere posset, tanquam palinodiam cecinisset: ineptum id quidem, sed ejusdem farinæ cujus et illud argumentum quod Socrates modo intulit, nimirum Origenis

pravas opiniones ideo defendi posse quia adversarii ejus opiniones nonnullas probas esse concedunt. Nam Methodius videtur id fecisse quod plerique optimi doctores fecerunt et faciunt; in Origenis errores invectus est, quae autem in eo laudanda fuere, laudavit. Non tamen ideo meretur a Socrate carpi, tanquam sibi contradixisset.

13, 6. ϕ $\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\gamma\rho\alpha\psi\epsilon$ $\Xi\epsilon\rho\omega\nu\alpha$] Methodius libros suos fere in dialogorum morem conscripserat, ut apparet tum ex ejus Convivio, quod nuper editum est a duobus viris doctissimis; tum ex libris de Resurrectione, quos adversus Origenem conscripserat, ex quibus excerpta quaedam profert Epiphanius. Talis etiam fuit dialogus ejusdem, cui titulus erat $\Xi\epsilon\rho\omega\nu$, id est Hospitium, in quo hospites diversantur. Ut enim $\mu\alpha\rho\theta\epsilon\nu\omega\nu$ est domicilium virginum, ita $\xi\epsilon\rho\omega\nu$ domicilium hospitem. Ejus libri mentio fit apud Photium in Bibliotheca, [Cod. 235,] in excerptis ex Methodii libro $\mu\epsilon\rho\iota$ $\gamma\epsilon\nu\eta\tau\omega\nu$, ubi legitur: $\sigma\tau\iota$ $\tau\omicron$ $\mu\grave{\eta}$ $\beta\acute{\alpha}\lambda\eta\tau\epsilon$ $\tau\omicron$ $\acute{\alpha}\gamma\iota\omicron\nu$ $\tau\omicron\iota$ ς $\kappa\nu\sigma\iota$. $\mu\eta\delta\acute{\epsilon}$ $\tau\omicron$ $\nu\varsigma$ $\mu\alpha\rho\gamma\alpha\rho\iota\tau\alpha$ $\acute{\upsilon}\rho\omega\nu$ $\acute{\epsilon}\mu\pi\rho\sigma\theta\epsilon\nu$ $\tau\omega\nu$ $\chi\omicron\iota\rho\omega\nu$, $\mu\alpha\rho\gamma\alpha\rho\iota\tau\alpha$ $\mu\acute{\epsilon}\nu$ $\tau\omicron\upsilon$ $\xi\epsilon\rho\omega\nu\omicron\varsigma$ $\tau\acute{\alpha}$ $\mu\omega\sigma\tau\iota\kappa\acute{\omega}\tau\epsilon\rho\alpha$ $\tau\eta$ $\theta\epsilon\omicron\sigma\delta\omicron\tau\omicron\upsilon$ $\theta\rho\eta\sigma\kappa\epsilon\iota\alpha$ $\acute{\epsilon}\kappa\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$ $\mu\alpha\theta\acute{\eta}\mu\alpha\tau\alpha$: $\chi\omicron\iota\rho\omicron\upsilon\varsigma$ $\delta\acute{\epsilon}$ $\sigma\alpha\iota\eta$. $\acute{\omicron}$ $\mu\acute{\epsilon}\gamma\alpha\varsigma$ $\mu\epsilon\theta\omicron\delta\omicron\iota\omicron\varsigma$ $\phi\eta\sigma\iota\nu$. Quem locum pessime vertit interpres. Sic autem vertendus est. *Locum illum evangelii, Nolite projicere sanctum canibus, ita exponente Xenone, ut margaritae quidem sint arcana Divinae sapientiae mysteria, porci vero scilicet. sanctus Methodius dicit.* In hoc igitur dialogo, cui titulus erat $\mu\epsilon\rho\iota$ $\gamma\epsilon\nu\eta\tau\omega\nu$, quidam inducebatur Origenista, Xenon nomine, adversus quem disputabat Methodius, non suo nomine, sed sub alia persona, ut Photius in iisdem excerptis testatur. Ex his apparet dialogum illum Methodii, quem Xenonem vocat Socrates, eum ipsum esse quem Photius $\mu\epsilon\rho\iota$ $\gamma\epsilon\nu\eta\tau\omega\nu$ inscribit: et Xenonem non pro hospite, sed pro persona potius dialogi accipiendum esse. Sed objiciet quispiam, in illo dialogo qui Xenon inscribebatur, Origenem a Methodio summis laudibus exornatum fuisse; in dialogo vero $\mu\epsilon\rho\iota$ $\gamma\epsilon\nu\eta\tau\omega\nu$, Centaurum a Methodio appellari. Sic enim in excerptis Photii legitur duobus locis. Respondeo fieri posse, ut Methodius initio quidem Operis illius Origenem perstrinxerit; in fine vero aut in progressu ejusdem Operis quasi palinodiam canens, summis eum laudibus affecerit. Si quis tamen pertinacius contendere voluerit, dialogum Xenonem diversum esse a dialogo $\mu\epsilon\rho\iota$ $\gamma\epsilon\nu\eta\tau\omega\nu$, tum dicendum

erit *ξενῶνα* non esse nomen proprium ullius viri, sed totam Origenis scholam potius designare, in qua auditores ac discipuli ex diversis orbis partibus profecti versabantur. Quod quidem verius puto. Certe si *ξενῶν* nomen esset proprium, accentum haberet in penultima. VALES.

13, 10. Ὁ θαυμαστός, φησὶ, καὶ φιλοπυνώτατος Ὀριγένης] Athanasius Origenem citat in Epistol. ad Serapion. iv. 9, p. 702, et in De Decret. Nicæn. Synod. 27, p. 232, conf. supra, ad 8. 13. Neuter tamen horum locorum cum Socrate convenit.

13, 12. Περὶ μὲν οὖν Ὀριγένους] Detur tamen hic locus cri- 329
ticæ cl. *Georgii Bulli* de Origene sententiæ. *Liceat mihi, inquit, in scriptis Origenis non indiligenter versato, post accurate expensam etiam ipsius a veteribus descriptam historiam, iudicium meum de Theologia ejus universim libere, absque cujusquam invidia proferre. Erat vir ille, ut omnes consentiunt, eximie quidem pius; sed curiosi nimium, ac pene lascivientis ingenii. Pietas et religio cohibuit hominem quo minus in regula fidei quicquam innovaret. In aliis vero quæ salva fidei regula, in controversiam vocari poterant, nimium ingenio suo indulgens, pauca protulit a communiori doctorum sibi ὀμηλικῶν sententia longius discrepantia. Huc refero paradoxa illa de animæ præexistentia, de luminari- bus cæli animatis, de infinitis mundis, et similia. Sed et in his conservavit modestiam quæ piæ decuit; cum ea proposuerit non dogmaticè et asseveranter, sed tanquam veritatem in quæstionibus nondum Ecclesiæ iudicio expresse definitis diligenter inquirens. Qua de re consule omnino Pamphili Apologiam non longe ab initio; et Huetii Origenian. lib. 2. p. 189. Defens. Fid. Nic. fol. p. 127. [ii. 9. 22.]* READING.

Cap. 14. Conf. Sozomen. viii. 14. et 15. Cassiod. x. 12. Niceph. xiii. 13.

14, 4. Κατασκευάζουσι γὰρ] Male vertit Valesius, *Prodire fecerunt*: neque enim id Epiphanius revera præstitit, a Chrysostomo nimium deterritus, ut videre est apud Sozomen. lib. vii. cap. 14. Vertendum itaque, ut apud Sozomen. ubi eadem verba occurrunt, *procurarunt ut prodiret*, vel, id egerunt ut prodiret. *W. Louth.* READING.

14, 5. καὶ τῇ ἑξῆς] Nempe eo die quo Epiphanius concionaturus erat, secundum consilium quod pridie initum fuerat. Adventu tamen Sarapionis inhibitus est a concionando, ne-

que ultra in proposito suo perstitit : sicut narrat Sozomenus l. c.

14, 10. *Ἐλπίζε μὴ] Id est, *noli sperare o Epiphani, te in patriam esse venturum*. Porro has prædictiones Epiphani et Chrysostomi, merito Baronius ut fabulosas et commenticias irridet : certe Socrates pro veris ac certis non refert : et sanctis hominibus ac sacerdotibus prorsus indignæ esse mihi videntur. VALES.

14, 12. ἀπιὼν ἐτελεύτησεν] Conflictum quidem illum inter Epiphanium et Chrysostomum Baronius refert anno Christi 402. Sed de obitu Epiphani non assentitur Socrati ac Sozomeno et reliquis scriptoribus, qui Epiphanium paulopost, cum in patriam reverteretur, in itinere mortuum esse tradunt. At Baronius annum quo obierit Epiphanius, ignorari dicit. Quod quidem satis mirari non possum. Cum enim in præcedenti narratione conflictus illius qui fuit inter eximios viros, Socratem sequatur ac Sozomenum, quid causæ est cur in obitu Epiphani ab illis dissentiat? Falli quidem potuerunt in prædictionibus mutuis Epiphani et Chrysostomi referendis. Neque enim satis constat, utrum sibi mutuo ista prædixerint. Verum ea quæ utrique contigerunt, certissima sunt, nec ignorari potuerunt, a Socrate atque Sozomeno, quorum hic Salaminus fuit, cujus urbis Epiphanius erat episcopus : uterque vero Epiphani temporibus prope æqualis. Horum igitur testimonio constare debet, Epiphanium mortuum esse exeunte anno Christi 402, vel certe initio anni sequentis, ante synodum ad Quercum. Docet id Theophilus in epistola ad Hieronymum, quam idem Hieronymus præfixit Paschalibus epistolis Theophili a se in Latinum sermonem conversis. In ea enim epistola Theophilus de Joanne Chrysostomo jam damnato ita scribit : *Sed ille, ut cetera ejus flagitia taceam, Origenistas in suam recipiens familiaritatem, et ex his plurimos in sacerdotium provehens, atque ob hoc scelus beatæ memoriæ hominem Dei Epiphanium, qui inter episcopos clarum in orbe sidus effulsit, non parco morrore contristans, meruit audire ; Cecidit, cecidit Babylon. Ubi vides Theophilum de Epiphanio loqui jam mortuo, quippe quem beatæ memoriæ hominem appellat ; et ante damnationem Chrysostomi mortuum esse significat. VALES.*

Verum epistola, unde locus citatus desumptus, scripta est,

non a Theophilo ad Hieronymum, sed ab Hieronymo ad Theophilum, cui dedicat versionem trium epistolarum Paschalium a se curatam, idque post annum 404, ut ex ejus lectione apparet. Exstat tomo 9 operum Hieron. *Ant. Pagi ad ann.* 402. n. viii. **READING.**

Aliis visus fuit Pagius male judicasse, dum epistolam eam, cujus fragmentum a Valesio citatur, ab Hieronymo scriptam fuisse diceret. Verisimilior est eorum opinio, qui censent eam a Theophilo scriptam esse ad Hieronymum, post damnationem Joannis. Nihil certum igitur hinc statui potest de anno quo mortuus est Epiphanius. Vid. Annott. ad Hieronym. Epist. cxiii ed. Vallars. Obitum Epiphaniæ affigit A. D. 403 Clintonus in *Fast. Rom.* col. 4. Saltem eum ante actam synodum in Quercu mortuum esse inde constat, quia in actionibus synodi de eo mentio facta sit tanquam defuncto: nam ter nominatus est, et diverso ubique titulo, scilicet δ *δύσιος*, δ *ἀγιώτατος*, et δ *μακάριος*. Phot. *Bibl.* 59.

14, 12. *ἐτελεύτησεν*] Epiphanius diem supremum obiit anno 402. saltem ineunte proximo; extrema quidem senectute, utpote ætatis anno prope centesimo, episcopatus tricesimo sexto. Quin si Polybio discipulo et itineris comiti credendum sit, ipse Epiphanius Constantinopoli cedens Arcadio imp. dixit se annos cxv, menses iii, natum esse. Vir erat pietate reliquisque virtutibus Christianis ornatissimus; Hebraice, Syriace, Ægyptiace, Græce et Latine doctus; unde Hieronymo *πεντάγλωττος* audit, antiquitatum præsertim ecclesiasticarum callentissimus; in narratiunculis tamen nullo habito examine admittendis nimis credulus, in temporibus distinguendis parum accuratus: cujus rei vel sola Arianæ hæresæ historia nobis fidem facit; in concertationibus adversus impias hæreses susceptis, iudice Photio, ut plurimum infirmus. *Dictio ejus humilis*, inquit idem Photius *ac plane talis, qualem ejus esse oportuit, qui Atticæ elegantiae rationem nullam duceret.* Guil. Cave in Epiphaniæ. **READING.**

Cap. 15. Conf. Sozomen. viii. 16. Theodoret. v. 34. Cassiod. 331 x. 13. Niceph. xiii. 14.

15, 6. *πολλοὺς ἐπισκόπους*] Episcopi xlv. hac synodo conveniunt. Guil. Cave in *Vit. Chrysost.* **READING.**

Quadraginta quinque episcopos in synodo ad Quercum con-

venisse, testatur Photius, Biblioth. 59 ad finem, ex libello synodico quem citat: an vero totidem imprimis cum Theophilo advenerint incertum est. Episcopi qui cum Joanne considerabant, responderunt ad Theophilum, se plures esse quam qui cum Theophilo erant, eum enim habere secum triginta quinque tantummodo ex una provincia. Videtur igitur Theophilus totidem secum ex Ægypto duxisse: quibus additi sunt postea alicunde novem alii qui depositioni Joannis subscriberent. Pallad. p. 28. Veruntamen Palladius alibi diserte affirmat, Chrysostomum a triginta sex depositum esse, quorum undetriginta erant Ægyptii, ceteri vero ab aliis regionibus, p. 10. Epistolam Joannis ad Innocentium vide in Chrysost. Oper. Benedict. t. iii. p. 515. Conf. infra, ad 11.

15, 6. τοῦ βασιλέως ἐκέλευε πρόσταγμα] Porro Chrysostomus prorsus contrarium dicit in epistola ad Innocentium. Ait enim imperatorem mandasse Theophilo, solus ut veniret Constantinopolim, causam dicturus: illum autem eo venisse cum plurimis episcopis. Conciliari tamen hæc inter se possunt, si dicamus imperatorem, initio quidem hæc mandasse Theophilo, cum monachi ipsum adiissent. Postea vero impulsus ab Eudoxia uxore, quæ Joanni infensa erat, jussisse ut plures secum episcopos ex Ægypto adduceret. VALES.

15, 8. Πολλοὺς γὰρ ὁ Ἰωάννης καθηγήκει] Chrysostomus sex Asianos episcopos, non sexdecim, ut inimici ejus affirmabant, deposuit. *Palladius in ejus vita.* READING.

Sex illi episcopi non a Joanne depositi sunt, sed a synodo septuaginta episcoporum; qui cum causa illorum jam ante biennium a synodo viginti duorum episcoporum audita et subinde sæpius examinata fuisset, tandem rem peregerunt, lata sententia in sex illos convictos et confitentes. Contra autem Theophilus in scriptis suis affirmabat Joannem sexdecim episcopos uno die audiisse et deposuisse: falso tamen id dictum est; nam acta et subscriptiones synodorum istarum Asiaticarum etiam tunc extabant cum Palladius scripsit: p. 49—56.

15, 9. ἀγόραρον] Musculus *inflexibilem* vertit, Christophorus *contumacem*. Ego *inevorablem* interpretari malui. Ad genua enim advolvimur eorum quos rogamus. VALES.

15, 10. Μαρουθᾶς δὲ Μεσσοποταμίας] Maruthas episcopus fuit Tagrit, sive Martyropolis: qui Constantinopolim profectus est, Arcadium imperatorem rogaturus, ut Isdegerdem in Christi-

anos pacatiorem reddere satageret. Hæc, et plura, habet Assemanus de Marutha, in Biblioth. Orient. t. 1. p. 174, seqq. Conf. quæ Socrates insuper de eo memorat infra, vii. 8 Eiusdem meminit quoque Chrysostomus postquam in exilium actus esset; testaturque se magnopere voluisse ejus opera uti in agendis rebus Persarum, itaque ejus amicitiam quodammodo per epistolas ambiisse se, quamvis etiam incertus animo fuerit ne repulsam pateretur. Epist. xiv. 5. p. 600.

15, 11. οὐδενὸς τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀπαντησάντων] Contra autem conqueritur Joannes, Theophilum amico ad se invitatum, oblatum hospitium refugisse, sic; εἶτα τῆς μεγάλης καὶ θεοφιλοῦς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιβὰς, οὐκ εἰς ἐκκλησίαν εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἶθός, καὶ τὸν ἄνωθεν κρατήσαντα θεσμόν, οὐχ ἡμῖν συνεγένετο, οὐ λόγου μετέδωκεν, οὐκ εὐχῆς, οὐ κοινωνίας ἄλλ' ἀποβὰς τοῦ πλοίου, καὶ τὰ πρόθυρα τῆς ἐκκλησίας παραδραμῶν, ἔξω που τῆς πόλεως ἀπελθὼν ἠύλιζετο, καὶ πολλὰ παρακαλεσάντων ἡμῶν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ παραγενομένους παρ' ἡμῖν καταχθῆναι. Epist. ad Innocent. p. 516. Aut igitur Socrates erravit, aut ponendum est, hæc de diversis temporibus narrata esse: nempe Joannem scripsisse de primo adventu Theophili, quando Constantinopolim fugiens Chalcedonem ire pararet; Socratem vero hic velle dicere de ejus regressu a Chalcedone ad Constantinopolim, quando jam apertus Joannis inimicus erat, sicut ipse mox ait. Nam Joannem, ubi scribit, ἔξω που τῆς πόλεως ἀπελθὼν ἠύλιζετο, de mansione Theophili in Chalcedone dicere, videri potest ex eo quod scripsit paulo infra, καλέσας ἡμᾶς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε πέραν ἔνθα διέτριβεν ἀπλεῖναι, nempe ad Chalcedonem.

Ibid. σὺν εὐφημίᾳ ἐδέξαντο] Similiter Palladius, ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ κατακροτούμενος στίφους: scilicet eo tempore quo primum ad Constantinopolim advenit. Quibus subdit, Theophilum tres hebdomadas postea sic egisse ut Joannis consortium et ecclesie communionem prorsus aversaretur, antequam conventus contra Joannem agere institueret. Quod quidem temporis spatium incertum est in quam partem Socratis narrationis potissimum cadat.

15, 13. κατηγορίαι πολλαί] Oblatus est accusationum libellus, 332 capitula (quæ apud Photium habentur, Cod. 59.) complexus; cui postea alium 17 articulos continentem subrogavit Isaacius. READING.

15, 14. συνελθόντες οἱ ἐπίσκοποι] Convenisse hic quadraginta

quinque qui sententiæ synodi consenserunt, jam dictum est. Fuerunt interim qui cum Joanne in episcopo sedeabant, quadraginta; quos Palladius, qui eorum unus fuit, refert, multum miratos esse quo pacto Theophilus, qui jussus erat solus ad imperatorem venire propter crimina quorum accusabatur, nunc stipatus episcopis accessisset, et quam subito mens principum immutata esset; p. 27. Atque horum quidem postea adauctus fuisse videtur numerus: nam Joannes post reditum suum cum quadraginta duobus communionem servabat. Pallad. p. 82.

15, 15. *καὶ Παύλου ἀναγνώστην*] Palladius, qui synodi epistolam citat, Paulum ibi non nominat: citat autem his verbis; Ἡ σύνοδος ἡ ἀγία ἡ ἐπὶ Δρῶν συναχθεῖσα, Ἰωάννη. Λιβέλλου ἐδεξάμεθα κατὰ σοῦ περιέχοντας μύρια κακά. Ἀπάντησον τοίνυν, ἐπαγόμενος Σεραπίωνα καὶ Τύγιον τοὺς πρεσβυτέρους· ἔστι γὰρ αὐτῶν χρεῖα. Paulus et Dioscorus codicem hunc ad Joannem detulerunt. Ibid. p. 28.

15, 16. *ὡς ἐχθροὺς παρεγράφετο*] Fuerunt illi quos rejiciebat, Theophilus, Acacius episcopus Bercæ, Severianus Gabalorum, et Antiochus Ptolemaidis in Phœnicia. Pallad. p. 29.

15, 17. *ἄλλο μὲν οὐδὲν αἰτιασάμενοι*] Libellus synodicus quem Photius citat, Biblioth. 59, testatur, inquisitum esse a synodo primum in priora duo capita accusationum earum undetriginta, quæ contra Joannem a Joanne diacono intendebantur; tunc in secundum caput et septimum earum septendecim quæ ab Isaacio oblatæ sunt; et mox etiam in tertium et quartum illarum undetriginta quas prius audierant. His peractis, presbyteri duo, Eudæmon et Onesimus, synodum rogaverunt ut iudicium suum festinarent; primus autem Paulus Heracleæ episcopus suasit, omnes voce palam sententiam suam proferrent. Cui protinus obsecuti, ante omnes Gymnasius episcopus, ultimus vero Theophilus Alexandriæ, censuerunt, deponendum esse Joannem; cum essent universi numero quadraginta quinque. Relatio synodi postea facta ad imperatorem quam citat Palladius, iudicium sic memorat, Ἐπειδὴ κατηγορηθεὶς Ἰωάννης ἐπὶ κακοῖς τισι, καὶ συνειδῶς ἑαυτῷ, οὐκ ἠθέλησεν ἀπαντῆσαι, τόνδε τοιοῦτον καθαιροῦσιν οἱ νόμοι· δὲ δὴ καὶ ὑπέστη. p. 30.

15, 20. *περὶ τὸ μεσημβρινὸν*] Joannes Chrysostomus in epi-

stola ad Innocentium, testatur se sero jam vespere conjectum esse in navigium, et abductum in exsilium. Quare Baronius ad annum Christi 403, Socratem erroris arguit. Verum si verba Socratis attentius expendamus, ea nequaquam a Chrysostomi narratione dissentire reperiemus. Nam Socrates tantum ait, Joannem Chrysostomum circa meridiem tradidisse se ministris imperatoris: potuerunt ergo ministri imperatoris eum usque ad vesperam detinere sub custodia, quo sub noctem occultius abduceretur in exsilium. VALES.

Verba Joannis ad quæ respexit Valesius, hæc sunt, 'Ἡμᾶς μετὰ δυναστείας καὶ αὐθεντίας πάσης καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε [Theophilus], καὶ πρὸς ἐσπέραν βαθείαν, τοῦ δήμου πάντος ἡμῶν ἐπισυρομένοι, ἐλκόμενος ὑπὸ τοῦ κυριώσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει καὶ πρὸς βίαν συρόμενος κατηγομένη, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλλόμενη, καὶ διὰ νυκτὸς ἐπλεον, ἐπειδὴ σύνοδον πρὸς δικαίαν ἀκρόασιμ προεκαλούμένη. Ibid. p. 517.

15, 20. ἀπήγετο] Edicto Cæsareo in Bythyniam relegatus anno 403. juxta Caveum et Pagium; vel ut Cl. Savilius contendit, mense Novembri anni præcedentis. READING.

Mensis quo hæc gesta sunt nusquam definitur: satis probabiliter tamen colligitur ex eo quod Palladius dicat, Joannem post reditum suum ab exilio, novem aut decem menses egisse Constantinopoli, antequam iterum expelleretur: hoc enim actum est sub Paschate proximo sequentis annis: Pascha autem A. D. 404, fuit d. xvii Aprilis. Vid. Pallad. p. 32. Chrysostom. Epist. p. 518. Pagius aliique synodum ad Quercum sedisse computant mense Julio. Conf. Clinton. F. R. A. D. 403. col. 2.

Cap. 16. Conf. Sozomen. viii. 18. Cassiod. x. 14. Niceph. xiii. 16.

16, 1. ἀφόρητα ἐστασίαζεν] Refert quidem Zosimus, monachos tunc ecclesias occupasse et populum omnem ab aditu ad preces solitas paragens prohibuisse: quod cum ægre tulerint plebs et milites, factum esse ab ambobus hisce impetum in monachos; et caesos esse multos non monachos solummodo, verum etiam alios, in quoscunque incidissent pullis vestibus indutos; ita enim vestiebantur monachi: v. 23.

16, 3. μετὰ τὴν Ἰωάννου καθάρεισιν] Immo antequam Joannis 333 causa examinaretur, id factum esse ait Sozomenus. VALES.

Vid. Sozomen. viii. 17. Verum horum quatuor Procerorum Fratrum Dioscorus et Ammonius jam aberant: alter enim antea defunctus erat, alter modo valetudine laborare cœperat ubi synodus ad Quercum conveniebat. Conf. infra, 17, 11, et annott.

16, 4. αἱ θείαι γραφαὶ] Jacob. Ep. iv. 6. 1 Petr. v. 5.

16, 5. ἀνάκλησιν ταχείαν] Palladius ait, μετὰ ἡμέρας ὀλίγας, p. 30.

16, 6. Βρίτων] Hujus mentio jam facta est supra, 8, 8.

Ibid. ἐν Πρηνέτω] Hujus oppidi nomen varie scribitur. Prænetum vocat Hierocles, Theophanes, Cedrenus ac Nicephorus, et Moschopolus. At Sozomenus Pronetum appellat. Apud Stephanum Πρόνεκος dicitur. In tabula Putingerorum dicitur Pronetio. De hac urbe Continuator Theophanis manuscriptus in gestis Constantini Porphyrogenneti sub finem ita loquitur: καὶ πρὸς χώρας τῶν Βιθυνῶν ἐπεφοῖτα, καὶ πρὸς Πρηνέτον, ἧτις Πραίνετος παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἐπωνόμασται, ἕκ τινος πατρίου Θεοῦ Βιθυνῶν τὴν κλήσιν ἐπιτεθείσα. VALES.

Eis τὰς κατὰ Πραίνετον τῆς Βιθυνίας ἀγρῶδια Palladius p. 30. Vide Cramer. Descript. Asiæ Minor. t. i. p. 183. Theodoretus tamen ait Chrysostomum adiisse Hierum, quod fuit navale prope ostium Ponti situm, v. 34.

16, 7. ἐν προαστείῳ] Προάστεια dicebantur prætoria, seu prædia quæ ab urbe longius distabant, ut in annotationibus ad Eusebium observavi, quæ Latini interdum vocant suburbana. Quare fallitur Ortelius in thesauro geographico, qui Marianas suburbium esse Constantinopolis existimavit, cum sit villa, a conditore ita dicta. Sozomenus eam villam tunc in dominio Eudoxiæ Augustæ fuisse dicit. VALES.

334

Cap. 17. Conf. Sozomen. viii. 19. Cassiod. x. 14. Niceph. xiii. 17.

17, 1. Πρότερον δὲ τὰ κατὰ τὴν χειροτονίαν Ἡρακλείδου] Heraclides, gente Cyprius, monasticum vivendi genus in Scetensi solitudine sectatus est, Evagriō Pontico præceptore usus. Tandem Constantinopolim delatus, anno 398, saltem ineunte sequenti, diaconus a Chrysostomo ordinatus est, Soz. lib. viii. c. 6. Archidiaconum vocat Nicephorus, lib. xiii. c. 9. Anno 402 ineunte, sedi Ephesinæ a Chrysostomo præfectus est, et in synodo lxx episcoporum ordinatus. Anno sequenti in Theo-

phili synodo ad Quercum habita Origenismi accusatur una cum Palladio episcopo Helenopolitano, exhibitis adversus utrumque capitalis. Absentem judicari Heraclidem voluerunt Theophilus ejusque asseclæ, eum insuper injuriæ et crudelitatis reum facientes. Verum reverso mox ab exilio Joanne, et Theophilo a civibus CPolitanis fugato, evanuit ista tempestas. Tandem tamen Joanne secunda vice in exilium misso, parem et ipse Heraclides fortunam subiit: anno enim 404 sede sua depositus, in carcerem Nicomediæ conjectus est; ubi quadriennium tunc exegerat, cum Palladius dialogum suum scripsit. Quid illi exinde evenerit, non constat. Vir erat, teste Palladio, secularibus disciplinis optime institutus, et divinarum scripturarum admodum peritus. *Guil. Cave, Hist.* vol. i. p. 288. **READING.**

Male hæc e Socrate refert Sozomenus, tanquam Theophilus instituisset Heraclidem reum peragere postquam rediisset Chrysostomus. Jam enim accusatus erat Heraclides in synodo ad Quercum a Macario episcopo, Joanne monacho, et Isaacio episcopo; et causa ejus examinata est in decima tertia actione synodi: verum per oppositionem quorundam tunc stetit ne ille perinde deponeretur atque ipse Chrysostomus. Phot. Cod. 59. Postea tamen Heraclides ab eadem factione damnatus est, et carcere inclusus Nicomediæ per quadriennium, ab A. D. 405, quantum videatur, sicut e Palladio discimus, pp. 51, 77. Porro Chrysostomus in epistola ad Innocentium scribit, Theophilum refugisse ad Ægyptum quamprimum ipse reductus esset ad Constantinopolini, p. 518, et similiter Palladius p. 30. De tempore autem animadvertendum est, Sozomenum dicere Theophilum a Constantinopoli discessisse ineunte hieme, ἡδη τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου, viii. 19, cum tamen satis certum sit Theophilum Alexandriam repetiisse ante autumnum hujus anni. Vid. Clinton. F. R. col. 2.

17, 10. τὸ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος] *Ecclesiastis* xii. 11.

17, 11. ὀλίγον ὑστερον μετὰ τὴν Θεοφίλου φυγὴν] Dioscorus Hermopoleos episcopus ante synodum quæ ad Quercum celebrata est, jam e vivis excesserat: nec in martyrio quod est ad Quercum sepultus est, sed in Basilica S. Mocii, ut testatur Sozomenus. Erat autem Basilica S. Mocii Constantinopoli, ut docet Procopius aliique. Quare fallitur Socrates qui Dio-

scoro tribuit id quod fratri ejus Ammonio potius conveniebat. Ammonius enim cum synodus ad Quercum convocaretur, in morbum delapsus est. Cumque ad Quercum trajecisset, paulo post abiit e vita, et in monasterio ejus loci splendidam meruit sepulturam, ut tradit Sozomenus. [viii. 17.] VALES.

Aliter tamen Palladius refert, Dioscorum sepultum esse in martyrio sanctæ cujusdam quod ante portas situm fuit, Ammonium in martyrio apostolorum trans mare: p. 63.

17, 12. τῆς ἐν Θράκη Ἡράκλειας] Episcopus Heracleæ modo 335 fuerat ille Paulus qui in synodo ad Quercum sententiam in Chrysostomum voce sua prærogavit, ut dictum est supra, ad c. 15, 17, qui nominatur quoque a Palladio p. 57. Quomodo sedes nunc vacaverit non traditur. Licebit tamen hoc loco meminisse ejus quod Palladius affirmat, quamquam stylo nimis oratorio narratum, aliquos episcopos eorum qui Chrysostomum damnaverant cito obiisse: pp. 62, 63. Conf. Le Quien Orient. Christian. t. i. col. 1106.

Cap. 18. Conf. Sozomen. viii. 20. Theodoret. v. 34. Cassiod. x. 15. Niceph. xiii. 18.

18, 1. Εὐδοξίας ἀνδρῶς ἀλέστη] Marcellinus in Chronico id factum refert Theodosio juniore et Rumorido consulibus, qui fuit annus Christi 403. *Eudoxia Arcadii uxoris super porphyreticam columnam argentea statua juxta ecclesiam posita hactenus sistit.* Idem quoque scribit Theophanes, qui statuam illam erectam fuisse ait in loco qui Pittacia dicitur, juxta ecclesiam sanctæ Irenes: et in ejus dedicatione præfectum urbis, qui Manichæus erat et Semipaganus, plebem ad plausus et choreas ac tripudia excitasse, ita ut Divinum officium in ecclesia tranquille peragi non posset, obstrepente saltantium multitudine. Baronius tamen dedicationem hujus statuæ confert in annum Christi 404. Sed cum Marcellinus Comes in Chronico id diserte referat consulatu Theodosii junioris et Rumoridi, tutius existimo ejus sententiam sequi, modo id post synodum ad Quercum, et post primam damnationem Chrysostomi factum esse dicamus, id est sub exitum anni 403. Idque confirmat Socrates. Subdit enim paulo post, instante jam natale Domini, Arcadium mandasse Joanni, se non posse ad ecclesiam accedere. Atqui Joannes depositus est paulo ante Pascha, anno Christi 404. VALES. Conf. Clinton. F. R. anno 403.

Θεοφίλου ἀκριτον κρίσιν, καὶ μηδ' ἄλλως δοῦναι τόπον ἀπολογίας τῷ Ἰωάννῃ, δικαιολογίᾳ τῇ τῶν κανόνων τῶν ὑπὸ Θεοφίλου ἀποσταλέντων, οὗς ἐθέσπισαν οἱ τεσσαράκοντα τῶν Ἀρείου κοινωνικῶν γράψαντες, seqq. : p. 31.

18, 10. Ἄλλὰ πλείους, ὧ Ἰωάννη κατεψηφίσαντο] Baronius ad annum Christi 404, Socratem mendacii arguit. Nam in synodo ad Quercum triginta sex tantum episcopi Chrysostomum damnaverant: ex quibus novem ac viginti erant Ægyptii, reliqui ex diversis provinciis, ut refert Theodorus apud Palladium in dialogo de vita Chrysostomi, idque ex actis synodi ad Quercum. Cum autem postea revocatus fuisset Constantinopolim, a sexaginta quinque episcopis receptus fuerat in communionem. Aut igitur falli Socratem necesse est, qui Chrysostomum a pluribus damnatum esse dixerit quam susceptum ac restitutum; aut Palladium falli dicendum est. Nisi forte hæc inter se conciliare quis ita velit, ut dicamus Leontium episcopum simul hic numerasse suffragia episcoporum qui in utraque synodo, tam ea quæ ad Quercum, quam quæ Constantinopoli celebrata est, Joannem Chrysostomum condemnarunt. Etsi enim tunc cum hæc dicebat Leontius, episcopi qui in synodo Constantinopolitana aderant, nondum sententiam tulissent adversus Chrysostomum, Leontius tamen qui eos infensos esse sciebat Chrysostomo, de illorum suffragiis minime dubitabat. VALES.

Videntur viri docti nondum hujus loci vim assecuti esse, qui non synodum ad Quercum respicit, sed præsentem synodum Constantinopolitanam. De numeris episcoporum qui in duabus illis synodis prioribus sedebant, nempe ad Quercum, et cum Joanne in episcopo, jam diximus. Porro Joannes ipse crispit ad Innocentium, se a plus triginta episcopis deducum esse cum rediret. Verum aliud est quod hic dictum est. Palladius, qui narrat multos convocatos esse episcopos ad hanc secundam synodum, narrat etiam eos, postquam ad Constantinopolim venerint, cum Joanne communicasse, inquit admodum principibus, γνόντες δὲ οἱ κρατοῦντες ἡγανάκτησαν ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ, p. 31. Jam igitur quod Joannes dixit non fuit, non, sexaginta quinque episcopos se in synodo sententia synodica absolvisse, sed tot episcopos communicando secum tacite suffragia tulisse, se innocentem esse; quemad-

18, 2. καταφορικῆ] Conf. Chrysostomi, ἀλλ' ἵνα μὴ καταφορικὸν ποιήσῃ τὸν λόγον μηδὲ σφοδρὰν τὴν ἐπιτίμησιν, in Roman. Hom. ii. 4. p. 441. Plura habet Hase. in v. in Stephan. Thesaurο novo Paris. Καταφορικὸς est, qui feriendo cædit; sumpta metaphora a gladio; cujus plaga cæsim impacta dicitur καταφορά: secundum id quod Polybius scribit, ἔχει κέντημα διάφορον καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μέρειν βίαιον, vi. 23. 7, et alibi.

18, 5. Πάλιν Ἡρωδίας μάλινεται] Occurrit hæc Homilia tomo vii. operum Chrysostomi, p. 545. edit. Savil. **READING.**

Spuria tamen ea censetur esse consensu virorum doctorum. Legitur in t. viii. ed. Benedict.

18, 6. μετ' οὐ πολὺν] Palladius ait, renovatas esse querelas contra Joannem post duos menses a roditu ejus; et protinus missos esse qui Theophilum ab Alexandria arcesserent; noluisse tamen hunc iterum venire, sed misisse tres episcopos legatos suos: p. 30.

Ibid. Βρίσων Φιλίππων] Hic Briso alius esse videtur a Brisone episcopo, quem unum ex discipulis Joannis Chrysostomi fuisse scribit Cedrenus. Videtur autem Socrates Philippos hoc loco posuisse pro Philippopoli. Nam Philippopolis Thraciæ urbs est notissima. Philippi vero civitas est Macedoniæ. **VALES.**

Ibid. καὶ ἄλλοι τινὲς] Palladius ait, convocatos esse ad Constantinopolim universos metropolitans et episcopos e Syria, Cappadocia, Ponto, et Phrygia; hos tamen, cum primum advenierint, communicasse cum Joanne, p. 31.

18, 8. τοῦ Ἰωάννου θαρροῦντος] Joannes ipse refert quo pacto 336 interim rem cum adversariis suis egerit, καὶ προσέμεν ἔτοιμοι δικάζεσθαι, καὶ πολλάκις ἠνωχλήσαμεν ὑπὲρ τούτου, ἀξιούντες τὰ ὑπομνήματα ἡμῖν δοθῆναι, ἢ λιβέλλους κατηγορίων, ἢ φύσιν ἐγκλημάτων γνωρισθῆναι, ἢ αὐτοὺς τοὺς κατηγορούς· καὶ οὐδενὸς τούτων τετυχάκαμεν. Epist. ad Innocent. p. 518. Similiter imperatorem quoque adierat; ἐπεκέμεθα ἀξιούντες δικαστήριον γενέσθαι κατὰ πεισιν καὶ ἀπόκρισιν. *ibid.*

Ibid. μόνον δὲ τοῦτο δεῖν εἰς κρίσιν ἄγεσθαι] Conf. quæ habet Palladius, sic, Λεόντιος δὲ—συγκλωσθεῖς Ἀμμωνίῳ—οὐ μόνον ἠττηθέντες ταῖς τῶν κρατούντων ἀπειλαῖς, ἀλλὰ τοῦναντίον ἐλπιδι δῶρων βασιλικῶν ἀπατηθέντες ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ, εἰσφέρουσι γνώμην μοχθηρὰν τοῖς περὶ Ἀκάκιον καὶ Ἀντιόχον, κρατῆσαι τὴν

Θεοφίλου ἄκριτον κρίσιν, καὶ μηδ' ἄλλως δοῦναι τόπον ἀπολογίας τῷ Ἰωάννῃ, δικαιολογία τῇ τῶν κανόνων τῶν ὑπὸ Θεοφίλου ἀποσταλέντων, οὗς ἐθέσπισαν οἱ τεσσαράκοντα τῶν Ἀρείου κοινωνικῶν γράψαντες, seqq. : p. 31.

18, 10. Ἄλλὰ πλείους, ὧ Ἰωάννη κατεψηφίσαντο] Baronius ad annum Christi 404, Socratem mendacii arguit. Nam in synodo ad Quercum triginta sex tantum episcopi Chrysostomum damnaverant: ex quibus novem ac viginti erant Ægyptii, reliqui ex diversis provinciis, ut refert Theodorus apud Palladium in dialogo de vita Chrysostomi, idque ex actis synodi ad Quercum. Cum autem postea revocatus fuisset Constantino-
polim, a sexaginta quinque episcopis receptus fuerat in communionem. Aut igitur falli Socratem necesse est, qui Chrysostomum a pluribus damnatum esse dixerit quam susceptum ac restitutum; aut Palladium falli dicendum est. Nisi forte hæc inter se conciliare quis ita velit, ut dicamus Leontium episcopum simul hic numerasse suffragia episcoporum qui in utraque synodo, tam ea quæ ad Quercum, quam quæ Constantinopoli celebrata est, Joannem Chrysostomum condemnarunt. Etsi enim tunc cum hæc dicebat Leontius, episcopi qui in synodo Constantinopolitana aderant, nondum sententiam tulissent adversus Chrysostomum, Leontius tamen qui eos infensos esse sciebat Chrysostomo, de illorum suffragiis minime dubitabat. VALES.

Videntur viri docti nondum hujus loci vim assecuti esse, qui non synodum ad Quercum respicit, sed præsentem synodum Constantinopolitanam. De numeris episcoporum qui in duabus illis synodis prioribus sedebant, nempe ad Quercum, et cum Joanne in episcopo, jam diximus. Porro Joannes ipse scripsit ad Innocentium, se a plus triginta episcopis deductum esse cum rediret. Verum aliud est quod hic dictum est. Palladius, qui narrat multos convocatos esse episcopos ad hanc secundam synodum, narrat etiam eos, postquam ad Constantinopolim venerint, cum Joanne communicasse, invitatis admodum principibus, γρόντες δὲ οἱ κρατοῦντες ἡγανάκτησαν ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ, p. 31. Jam igitur quod Joannes dixit hoc fuit, non, sexaginta quinque episcopos se in synodo sententia synodica absolvisse, sed tot episcopos communicando secum tacite suffragia tulisse, se innocentem esse; quemad-

modum hi episcopi fecerunt, qui venientes ad synodum habendam de Joanne, interea cum eo communicabant. Quod autem adversarii respondebant eodem respicit: illud enim non negabant, sed replicabant, etiam majorem episcoporum numerum in synodo eum damnasse; scilicet hos ipsos, qui primo adventu suo ad Constantinopolim cum eo communicassent, mox autem congregati in synodo sententiam adversam ferebant, vel laturo erant, omnes fortasse præter Theodorum Tyanorum, (de quo dicit Palladius ibidem,) additis illis qui semper steterant a parte inimicorum Joannis: itaque Joannem revera absque decreto synodi sedem suam recepisse, contra canonem iv Antiochenum. Animadvertendum quoque est, fuisse etiam antea quadraginta aut quadraginta duos qui cum eo communionem servabant: quamobrem, si vel quindecim tantum ad hos accessissent, efficeretur numerus ille sexaginta quinque, quos dicit secum communicando suffragium de se tulisse. Facile tamen potuit his amplior numerus esse eorum qui mox in synodo Joannem damnaverunt (sicut hoc loco ab adversariis ejus dictum est,) propter canonem illum quem Theophili secta proferebat. Denique credo Sozomenum ab hoc loco Socratis deceptum fuisse, cum scriberet Joannem a synodo sexaginta episcoporum absolutum esse, antequam ad ecclesiam suam rediret, viii. 19; quem sequitur Cedrenus, pp. 576 et 581. Nulla enim ejusmodi synodus habita fuisse videtur.

18, 11. τῶν Ἀρειανῶν εἶναι] Idem scribit Palladius a defensoribus Joannis Chrysostomi responsum fuisse, adversus canonem Antiocheni concilii: eum scilicet conditum esse ab Arianis episcopis. Sed hanc defensionem adversarii Joannis Chrysostomi rejiciebant, asserentes canonem illum ab episcopis catholicis statutum fuisse. Cumque Elpidius episcopus qui a partibus stabat Chrysostomi, ipsos urgeret, ut formulæ fidei ab iisdem episcopis tunc promulgatæ subscriberent, coram imperatore responderunt, paratos se esse ad subscribendum: sed rem in aliud tempus distulerunt. Quid ergo de hac quæstione statuendum est? Athanasius quidem in libro de Synodis, synodum illam Antiochenam cum sua fidei formula prorsus rejicit, tanquam ab Arianis celebratam, eo consilio ut Nicænam fidem everterent. Verum Athanasio, qui in sua

causa testis idoneus esse non potest, opponimus primo Hilarium, deinde Julium papam, postremo orientales omnes et occidentales, qui synodum illam tandem uno consensu susceperunt. Certe Hilarius in libro de synodis eam prorsus admittit, et fidei formulam in ea synodo conscriptam tanquam utilem ac necessariam commendat, ob hæreses quæ post Nicænum concilium exortæ fuerant. Sed et Julius papa synodicam epistolam scripsit ad omnes episcopos qui in ea synodo erant congregati; inter quos erant Eusebius, Narcissus, Theodorus et Maris. Eam epistolam integram refert Athanasius in Apologetico. In titulo autem epistolæ et in corpore, eos dilectos fratres appellat Julius; nunquam profecto id facturum, si illos pro Arianis habuisset. Cur autem eos habuisset pro Arianis, qui nullius adhuc synodi sententia damnati fuerant; et inter quos plerique erant Nicænæ fidei acerrimi defensores? quod nec Baronius negat. Cujusmodi fuit Dianius Cæsareæ Cappadocum episcopus, qui primo loco nominatur a Julio: de cujus laudibus peculiaris exstat epistola Basilii Magni. Denique orientales omnes synodum illam pro catholica amplexi sunt, ejusque regulas in codice canonum retulerunt, brevi post tempora Joannis Chrysostomi, ut patet ex concilio Chalcedonensi. Tandemque occidentalis ecclesia canones illos a Dionysio Exiguo in Latinum sermonem conversos, paulatim admisit. Licuit tamen temporibus Joannis Chrysostomi eos repudiare, quippe qui communi totius ecclesiæ consensu nondum recepti essent, nec ab ecclesia Romana adhuc admitterentur. Certe Innocentius papa in epistola ad clerum Constantinopolitanum, quam refert Sozomenus in lib. viii. [26.] nullatenus eos canones admittit. VALES.

Canonem concilii Antiocheni contra Chrysostomum adductum, his verbis recitat Palladius in ejus vita, p. 78. *Εἰ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἀδίκως ἢ δικαίως καθαιρεθεῖς, ἐαυτῷ ἐπεισελθοὶ δίχα συνόδου εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὸν τοιοῦτον μηκέτι ἔχει χωρὰν ἀπολογίας, ἀλλὰ τέλειον ἐξωθεῖσθαι. Si quis episcopus aut presbyter jure aut injuria depositus, per se redeat ad ecclesiam absque synodo, talis non habeat amplius locum defensionis, sed absolute expellatur.* Vide canonem iv concilii Antiocheni in hanc fere sententiam, nisi quod verba ἀδίκως ἢ δικαίως illic non habeantur. Non dubitat tamen Beveregius quin Chrysostomo

stola ad Innocentium, testatur se sero jam vespere conjectum esse in navigium, et abductum in exsilium. Quare Baronius ad annum Christi 403, Socratem erroris arguit. Verum si verba Socratis attentius expendamus, ea nequaquam a Chrysostomi narratione dissentire reperiemus. Nam Socrates tantum ait, Joannem Chrysostomum circa meridiem tradidisse se ministris imperatoris: potuerunt ergo ministri imperatoris eum usque ad vesperam detinere sub custodia, quo sub noctem occultius abduceretur in exsilium. VALES.

Verba Joannis ad quæ respexit Valesius, hæc sunt, 'Ημῶς μετὰ δυναστείας καὶ αὐθεντίας πάσης καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε [Theophilus], καὶ πρὸς ἐσπέραν βαθεῖαν, τοῦ δήμου πάντος ἡμῶν ἐπισυρομένου, ἐλκόμενος ὑπὸ τοῦ κυριώσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει καὶ πρὸς βίαν συρόμενος κατηγόμην, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλλόμεν, καὶ διὰ νυκτὸς ἔπλεον, ἐπειδὴ σύνοδον πρὸς δικαίαν ἀκρόασιω προεκαλούμην. Ibid. p. 517.

15, 20. ἀπήγετο] Edicto Cæsareo in Bythyniam relegatus anno 403. juxta Caveum et Pagium; vel ut Cl. Savilius contendit, mense Novembri anni præcedentis. READING.

Mensis quo hæc gesta sunt nusquam definitur: satis probabiliter tamen colligitur ex eo quod Palladius dicat, Joannem post reditum suum ab exilio, novem aut decem menses egisse Constantinopoli, antequam iterum expelleretur: hoc enim actum est sub Paschate proximo sequentis annis: Pascha autem A. D. 404, fuit d. xvii Aprilis. Vid. Pallad. p. 32. Chrysostom. Epist. p. 518. Pagius aliique synodum ad Quercum sedisse computant mense Julio. Conf. Clinton. F. R. A. D. 403. col. 2.

Cap. 16. Conf. Sozomen. viii. 18. Cassiod. x. 14. Niceph. xiii. 16.

16, 1. ἀφόρητα ἐστασίαζεν] Refert quidem Zosimus, monachos tunc ecclesias occupasse et populum omnem ab aditu ad preces solitas paragens prohibuisse: quod cum ægre tulerint plebs et milites, factum esse ab ambobus hisce impetum in monachos; et cæsos esse multos non monachos solummodo, verum etiam alios, in quoscunque incidissent pullis vestibus indutos; ita enim vestiebantur monachi: v. 23.

16, 3. μετὰ τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν] Immo antequam Joannis 333 causa examinaretur, id factum esse ait Sozomenus. VALES.

Vid. Sozomen. viii. 17. Verum horum quatuor Procerorum Fratrum Dioscorus et Ammonius jam aberant: alter enim antea defunctus erat, alter modo valetudine laborare cœperat ubi synodus ad Quercum conveniebat. Conf. infra, 17, 11, et annott.

16, 4. αἱ θείαι γραφαὶ] Jacob. Ep. iv. 6. 1 Petr. v. 5.

16, 5. ἀνάκλησιν ταχείαν] Palladius ait, μετὰ ἡμέρας δλίγας, p. 30.

16, 6. Βρίσων] Hujus mentio jam facta est supra, 8, 8.

Ibid. ἐν Πρενέτῳ] Hujus oppidi nomen varie scribitur. Prænetum vocat Hierocles, Theophanes, Cedrenus ac Nicephorus, et Moschopulus. At Sozomenus Pronetum appellat. Apud Stephanum Πρόνεκτος dicitur. In tabula Putingerorum dicitur Pronetio. De hac urbe Continuator Theophanis manuscriptus in gestis Constantini Porphyrogenneti sub finem ita loquitur: καὶ πρὸς χώρας τῶν Βιθυνῶν ἐπεφόριτα, καὶ πρὸς Πρίετον, ἣτις Πραίνετος παρὰ τῶν ἐγχωρῶν ἐπωνόμασται, ἕκ τινος πατρῖου Θεοῦ Βιθυνῶν τὴν κλήσιν ἐπιτεθείσα. VALES.

Eis τὰς κατὰ Πραίνετον τῆς Βιθυνίας ἀγρίδια Palladius p. 30. Vide Cramer. Descript. Asiæ Minor. t. i. p. 183. Theodoretus tamen ait Chrysostomum adiisse Hierum, quod fuit navale prope ostium Ponti situm, v. 34.

16, 7. ἐν προαστείῳ] Προάστεια dicebantur prætoria, seu prædia quæ ab urbe longius distabant, ut in annotationibus ad Eusebium observavi, quæ Latini interdum vocant suburbana. Quare fallitur Ortelius in thesauro geographico, qui Marianas suburbium esse Constantinopolim existimavit, cum sit villa, a conditore ita dicta. Sozomenus eam villam tunc in dominio Eudoxiæ Augustæ fuisse dicit. VALES.

334

Cap. 17. Conf. Sozomen. viii. 19. Cassiod. x. 14. Niceph. xiii. 17.

17, 1. Πρότερον δὲ τὰ κατὰ τὴν χειροτονίαν Ἡρακλείδου] Heraclides, gentē Cyprius, monasticum vivendi genus in Scetensi solitudine sectatus est, Evagrio Pontico præceptore usus. Tandem Constantinopolim delatus, anno 398, saltem ineunte sequenti, diaconus a Chrysostomo ordinatus est, Soz. lib. viii. c. 6. Archidiaconum vocat Nicephorus, lib. xiii. c. 9. Anno 402 ineunte, sedi Ephesinæ a Chrysostomo præfectus est, et in synodo lxx episcoporum ordinatus. Anno sequenti in Theo-

phili synodo ad Quercum habita Origenismi accusatur una cum Palladio episcopo Helenopolitano, exhibitis adversus utrumque capitalis. Absentem judicari Heraclidem voluerunt Theophilus ejusque asseclæ, eum insuper injuriæ et crudelitatis reum facientes. Verum reverso mox ab exilio Joanne, et Theophilo a civibus CPolitanis fugato, evanuit ista tempestas. Tandem tamen Joanne secunda vice in exilium misso, parem et ipse Heraclides fortunam subiit: anno enim 404 sede sua depositus, in carcerem Nicomediæ coniectus est; ubi quadriennium tunc exegerat, cum Palladius dialogum suum scripsit. Quid illi exinde evenerit, non constat. Vir erat, teste Palladio, secularibus disciplinis optime institutus, et divinarum scripturarum admodum peritus. *Guil. Cave, Hist.* vol. i. p. 288.

READING.

Male hæc e Socrate refert Sozomenus, tanquam Theophilus instituisset Heraclidem reum peragere postquam rediisset Chrysostomus. Jam enim accusatus erat Heraclides in synodo ad Quercum a Macario episcopo, Joanne monacho, et Isaacio episcopo; et causa ejus examinata est in decima tertia actione synodi: verum per oppositionem quorundam tunc stetit ne ille perinde deponeretur atque ipse Chrysostomus. Phot. Cod. 59. Postea tamen Heraclides ab eadem factione damnatus est, et carcere inclusus Nicomediæ per quadriennium, ab A. D. 405, quantum videatur, sicut e Palladio discimus, pp. 51, 77. Porro Chrysostomus in epistola ad Innocentium scribit, Theophilum refugisse ad Ægyptum quamprimum ipse reductus esset ad Constantinopolini, p. 518, et similiter Palladius p. 30. De tempore autem animadvertendum est, Sozomenum dicere Theophilum a Constantinopoli discessisse ineunte hieme, ἡδη τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου, viii. 19, cum tamen satis certum sit Theophilum Alexandriam repetiisse ante autumnum hujus anni. Vid. Clinton. F. R. col. 2.

17, 10. τὸ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος] *Ecclesiastis* xii. 11.

17, 11. ὀλίγον ὑστερον μετὰ τὴν Θεοφίλου φυγὴν] Dioscorus Hermopoleos episcopus ante synodum quæ ad Quercum celebrata est, jam e vivis excesserat: nec in martyrio quod est ad Quercum sepultus est, sed in Basilica S. Mocii, ut testatur Sozomenus. Erat autem Basilica S. Mocii Constantinopoli, ut docet Procopius aliique. Quare fallitur Socrates qui Dio-

scoro tribuit id quod fratri ejus Ammonio potius conveniebat. Ammonius enim cum synodus ad Quercum convocaretur, in morbum delapsus est. Cumque ad Quercum trajecisset, paulo post abiit e vita, et in monasterio ejus loci splendidam meruit sepulturam, ut tradit Sozomenus. [viii. 17.] VALES.

Aliter tamen Palladius refert, Dioscorum sepultum esse in martyrio sanctæ cujusdam quod ante portas situm fuit, Ammonium in martyrio apostolorum trans mare: p. 63.

17, 12. τῆς ἐν Θράκη Ἡράκλειας] Episcopus Heracleæ modo 335 fuerat ille Paulus qui in synodo ad Quercum sententiam in Chrysostomum voce sua prærogavit, ut dictum est supra, ad c. 15, 17, qui nominatur quoque a Palladio p. 57. Quomodo sedes nunc vacaverit non traditur. Licebit tamen hoc loco meminisse ejus quod Palladius affirmat, quanquam stylo nimis oratorico narratum, aliquos episcopos eorum qui Chrysostomum damnaverant cito obiisse: pp. 62, 63. Conf. Le Quien Orient. Christian. t. i. col. 1106.

Cap. 18. Conf. Sozomen. viii. 20. Theodoret. v. 34. Cassiod. x. 15. Niceph. xiii. 18.

18, 1. Εὐδοξίας ἀνδρῶς ἀλέστη] Marcellinus in Chronico id factum refert Theodosio juniore et Rumorido consulibus, qui fuit annus Christi 403. *Eudoxia Arcadii uxoris super porphyreticam columnam argentea statua juxta ecclesiam posita hactenus sistit.* Idem quoque scribit Theophanes, qui statuam illam erectam fuisse ait in loco qui Pittacia dicitur, juxta ecclesiam sanctæ Irenes: et in ejus dedicatione præfectum urbis, qui Manichæus erat et Semipaganus, plebem ad plausus et choreas ac tripudia excitasse, ita ut Divinum officium in ecclesia tranquille peragi non posset, obstrepente saltantium multitudine. Baronius tamen dedicationem hujus statuæ confert in annum Christi 404. Sed cum Marcellinus Comes in Chronico id diserte referat consulatu Theodosii junioris et Rumoridi, tutius existimo ejus sententiam sequi, modo id post synodum ad Quercum, et post primam damnationem Chrysostomi factum esse dicamus, id est sub exitum anni 403. Idque confirmat Socrates. Subdit enim paulo post, instante jam natale Domini, Arcadium mandasse Joanni, se non posse ad ecclesiam accedere. Atqui Joannes depositus est paulo ante Pascha, anno Christi 404. VALES. Conf. Clinton. F. R. anno 403.

18, 2. καταφορικῆ] Conf. Chrysostomi, ἀλλ' ἵνα μὴ καταφορικὸν ποιήσῃ τὸν λόγον μηδὲ σφοδρὰν τὴν ἐπιτίμησιν, in Roman. Hom. ii. 4. p. 441. Plura habet Hase. in v. in Stephan. The-sauro novo Paris. Καταφορικὸς est, qui feriendo cædit; sumpta metaphora a gladio; cujus plaga cæsim impacta dicitur καταφορά: secundum id quod Polybius scribit, ἔχει κέντημα διάφορον καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μέρειν βίαιον, vi. 23. 7, et alibi.

18, 5. Πάλιν Ἑρωδίας μαίνεται] Occurrit hæc Homilia tomo vii. operum Chrysostomi, p. 545. edit. Savil. READING.

Spuria tamen ea censetur esse consensu virorum doctorum. Legitur in t. viii. ed. Benedict.

18, 6. μετ' οὐ πολὺ] Palladius ait, renovatas esse querelas contra Joannem post duos menses a reditu ejus; et protinus missos esse qui Theophilum ab Alexandria arcesserent; noluisse tamen hunc iterum venire, sed misisse tres episcopos legatos suos: p. 30.

Ibid. Βρίσων Φιλίππων] Hic Briso alius esse videtur a Brisone episcopo, quem unum ex discipulis Joannis Chrysostomi fuisse scribit Cedrenus. Videtur autem Socrates Philippos hoc loco posuisse pro Philippopoli. Nam Philippopolis Thraciæ urbs est notissima. Philippi vero civitas est Macedoniæ. VALES.

Ibid. καὶ ἄλλοι τινὲς] Palladius ait, convocatos esse ad Constantinopolim universos metropolitans et episcopos e Syria, Cappadocia, Ponto, et Phrygia; hos tamen, cum primum advenierint, communicasse cum Joanne, p. 31.

18, 8. τοῦ Ἰωάννου θαρροῦντος] Joannes ipse refert quo pacto 336 interim rem cum adversariis suis egerit, καὶ προσέμεν ἔτοιμοι δικάζεσθαι, καὶ πολλάκις ἠνωχλήσαμεν ὑπὲρ τούτου, ἀξιοῦντες τὰ ὑπομνήματα ἡμῖν δοθῆναι, ἢ λιβέλλους κατηγορίων, ἢ φύσιν ἐγκλημάτων γνωριθῆναι, ἢ αὐτοὺς τοὺς κατηγοροῦς· καὶ οὐδενὸς τούτων τετυχήκαμεν. Epist. ad Innocent. p. 518. Similiter imperatorem quoque adierat; ἐπεκέλευθα ἀξιοῦντες δικαστήριον γενέσθαι κατὰ πᾶσιν καὶ ἀπόκρισιν. ibid.

Ibid. μόνον δὲ τοῦτο δεῖν εἰς κρίσιν ἀγεσθαι] Conf. quæ habet Palladius, sic, Λεόντιος δὲ—συγκλωσθεὶς Ἀμμωνίῳ—οὐ μόνον ἠττηθέντες ταῖς τῶν κρατούντων ἀπειλαῖς, ἀλλὰ τούναντιον ἐλπίδι δῶρων βασιλικῶν ἀπατηθέντες ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ, εἰσφέρουσι γνώμην μοχθηρὰν τοῖς περὶ Ἀκάκιον καὶ Ἀντίλοχον, κρατῆσαι τὴν

Θεοφίλου ἄκριτον κρίσιν, καὶ μὴδ' ὄλωσ' δοῦναι τόπον ἀπολογίας τῷ Ἰωάννῃ, δικαιολογία τῇ τῶν κανόνων τῶν ὑπὸ Θεοφίλου ἀποσταλέντων, οὗς ἐθέσπισαν οἱ τεσσαράκοντα τῶν Ἀρείου κοινωνικῶν γράψαντες, seqq. : p. 31.

18, 10. Ἀλλὰ πλείους, ὧ Ἰωάννῃ κατεψηφίσαντο] Baronius ad annum Christi 404, Socratem mendacii arguit. Nam in synodo ad Quercum triginta sex tantum episcopi Chrysostomum damnaverant: ex quibus novem ac viginti erant Ægyptii, reliqui ex diversis provinciis, ut refert Theodorus apud Palladium in dialogo de vita Chrysostomi, idque ex actis synodi ad Quercum. Cum autem postea revocatus fuisset Constantinopolim, a sexaginta quinque episcopis receptus fuerat in communionem. Aut igitur falli Socratem necesse est, qui Chrysostomum a pluribus damnatum esse dixerit quam susceptum ac restitutum; aut Palladium falli dicendum est. Nisi forte hæc inter se conciliare quis ita velit, ut dicamus Leontium episcopum simul hic numerasse suffragia episcoporum qui in utraque synodo, tam ea quæ ad Quercum, quam quæ Constantinopoli celebrata est, Joannem Chrysostomum condemnarunt. Etsi enim tunc cum hæc dicebat Leontius, episcopi qui in synodo Constantinopolitana aderant, nondum sententiam tulissent adversus Chrysostomum, Leontius tamen qui eos infensos esse sciebat Chrysostomo, de illorum suffragiis minime dubitabat. VALES.

Videntur viri docti nondum hujus loci vim assecuti esse, qui non synodum ad Quercum respicit, sed præsentem synodum Constantinopolitanam. De numeris episcoporum qui in duabus illis synodis prioribus sedebant, nempe ad Quercum, et cum Joanne in episcopo, jam diximus. Porro Joannes ipse scripsit ad Innocentium, se a plus triginta episcopis deductum esse cum rediret. Verum aliud est quod hic dictum est. Palladius, qui narrat multos convocatos esse episcopos ad hanc secundam synodum, narrat etiam eos, postquam ad Constantinopolim venerint, cum Joanne communicasse, invitatis admodum principibus, γρόντες δὲ οἱ κρατοῦντες ἡγανάκτησαν ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ, p. 31. Jam igitur quod Joannes dixit hoc fuit, non, sexaginta quinque episcopos se in synodo sententia synodica absolvisse, sed tot episcopos communicando secum tacite suffragia tulisse, se innocentem esse; quemad-

modum hi episcopi fecerunt, qui venientes ad synodum habendam de Joanne, interea cum eo communicabant. Quod autem adversarii respondebant eodem respicit: illud enim non negabant, sed replicabant, etiam majorem episcoporum numerum in synodo eum damnasse; scilicet hos ipsos, qui primo adventu suo ad Constantinopolim cum eo communicassent, mox autem congregati in synodo sententiam adversam ferebant, vel laturi erant, omnes fortasse præter Theodorum Tyanorum, (de quo dicit Palladius ibidem,) additis illis qui semper steterant a parte inimicorum Joannis: itaque Joannem revera absque decreto synodi sedem suam recepisse, contra canonem iv Antiochenum. Animadvertendum quoque est, fuisse etiam antea quadraginta aut quadraginta duos qui cum eo communionem servabant: quamobrem, si vel quindecim tantum ad hos accessissent, efficeretur numerus ille sexaginta quinque, quos dicit secum communicando suffragium de se tulisse. Facile tamen potuit his amplior numerus esse eorum qui mox in synodo Joannem damnaverunt (sicut hoc loco ab adversariis ejus dictum est,) propter canonem illum quem Theophili secta proferebat. Denique credo Sozomenum ab hoc loco Socratis deceptum fuisse, cum scriberet Joannem a synodo sexaginta episcoporum absolutum esse, antequam ad ecclesiam suam rediret, viii. 19; quem sequitur Cedrenus, pp. 576 et 581. Nulla enim ejusmodi synodus habita fuisse videtur.

18, 11. τῶν Ἀρειανῶν εἶναι] Idem scribit Palladius a defensoribus Joannis Chrysostomi responsum fuisse, adversus canonem Antiocheni concilii: eum scilicet conditum esse ab Arianis episcopis. Sed hanc defensionem adversarii Joannis Chrysostomi rejiciebant, asserentes canonem illum ab episcopis catholicis statutum fuisse. Cumque Elpidius episcopus qui a partibus stabat Chrysostomi, ipsos urgeret, ut formulæ fidei ab iisdem episcopis tunc promulgatæ subscriberent, coram imperatore responderunt, paratos se esse ad subscribendum: sed rem in aliud tempus distulerunt. Quid ergo de hac quæstione statuendum est? Athanasius quidem in libro de Synodis, synodum illam Antiochenam cum sua fidei formula prorsus rejicit, tanquam ab Arianis celebratam, eo consilio ut Nicænam fidem everterent. Verum Athanasio, qui in sua

causa testis idoneus esse non potest, opponimus primo Hilarium, deinde Julium papam, postremo orientales omnes et occidentales, qui synodum illam tandem uno consensu susceperunt. Certe Hilarius in libro de synodis eam prorsus admittit, et fidei formulam in ea synodo conscriptam tanquam utilem ac necessariam commendat, ob hæreses quæ post Nicænum concilium exortæ fuerant. Sed et Julius papa synodicam epistolam scripsit ad omnes episcopos qui in ea synodo erant congregati; inter quos erant Eusebius, Narcissus, Theodorus et Maris. Eam epistolam integram refert Athanasius in Apologetico. In titulo autem epistolæ et in corpore, eos dilectos fratres appellat Julius; nunquam profecto id facturum, si illos pro Arianis habuisset. Cur autem eos habuisset pro Arianis, qui nullius adhuc synodi sententia damnati fuerant; et inter quos plerique erant Nicænae fidei acerrimi defensores? quod nec Baronius negat. Cujusmodi fuit Dianius Cæsareæ Cappadocum episcopus, qui primo loco nominatur a Julio: de cujus laudibus peculiaris exstat epistola Basili Magni. Denique orientales omnes synodum illam pro catholica amplexi sunt, ejusque regulas in codice canonum retulerunt, brevi post tempora Joannis Chrysostomi, ut patet ex concilio Chalcedonensi. Tandemque occidentalis ecclesia canones illos a Dionysio Exiguo in Latinum sermonem conversos, paulatim admisit. Licuit tamen temporibus Joannis Chrysostomi eos repudiare, quippe qui communi totius ecclesie consensu nondum recepti essent, nec ab ecclesia Romana adhuc admitterentur. Certe Innocentius papa in epistola ad clerum Constantinopolitanum, quam refert Sozomenus in lib. viii. [26.] nullatenus eos canones admittit. VALES.

Canonem concilii Antiocheni contra Chrysostomum adductum, his verbis recitat Palladius in ejus vita, p. 78. *Εἰ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἀδίκως ἢ δικαίως καθαιρεθεὶς, ἐαυτῷ ἐπεισελθοὶ δῖχα συνόδου εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὸν τοιοῦτον μηκέτι ἔχειν χώραν ἀπολογίας, ἀλλὰ τέλειον ἐξωθεῖσθαι. Si quis episcopus aut presbyter jure aut injuria depositus, per se redeat ad ecclesiam absque synodo, talis non habeat amplius locum defensionis, sed absolute expellatur.* Vide canonem iv concilii Antiocheni in hanc fere sententiam, nisi quod verba ἀδίκως ἢ δικαίως illic non habeantur. Non dubitat tamen Beveregius quin Chrysostomo

objiceretur violatio duodecimi canonis ejusdem synodi, qui sic se habet: *Εἰ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καθαίμεθαι πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ καὶ ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου seqq.* *Si quis presbyter vel diaconus a proprio episcopo, vel episcopus a synodo depositus, ausus fuerit imperatoris auribus molestiam exhibere, cum oporteat ad majorem synodum converti, et jus, quod se habere putat, ad plures episcopos referre, eorumque examinationem et judicium suscipere: si itaque his contemptis imperatori molestus fuerit, is nulla venia dignus, neque sui defendendi locum habeat, nec restitutionis futurae spem exspectet.* Atqui nullibi legitur, quod memini, Chrysostomum ad imperatorem contra concilium provocasse. Quomodo autem ab exsilio revocatus est, et in sedem restitutus, vide paulo ante, cap. 16 hujus lib. Utriusque canonis violationem S. Chrysostomo crimini datam fuisse censet cl. Caveus in ejus vita: *Chrysostomum, inquit, deponunt eo praesertim nomine, quod a synodo depositus, repugnantibus licet concilii Antiocheni canonibus iv. et xii. sedem occupasset.* **READING.**

De canonibus synodi Antiochiæ A. D. 341 vide quæ annotata sunt supra, ad ii. 10, 20.

18, 11. καὶ Ἀθανάσιον καθέλω] Christophorus de episcopis qui in Antiochena synodo consederant, hæc dici putavit a Socrate. Malim tamen hæc intelligere de episcopis, qui tunc adversus Joannem Chrysostomum congregati erant Constantinopoli. Atque ita hunc locum cepit Epiphanius Scholasticus, et Musculus. Nam Epiphanius quidem ita vertit, *Non intelligentes, quod dum hac regula uterentur, Athanasium quoque deponerent.* Musculus vero feliciter interpretatur hoc modo: *Nec cogitantes, non Joannem se modo, sed et ipsum Athanasium hoc canone utentes deponere.* **VALES.**

18, 12. μὴ δύνασθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθεῖν] Christophorus hæc de Joanne dici existimavit, cui liberum deinceps non esset in ecclesiam ingredi. Ego tamen de ipso imperatore id accipere malim cum Epiphanio et Musculo. Confirmat sententiam nostram locus Socratis qui legitur paulo superius [§ 7]: ubi refert Arcadium appetente jam natale Domini, mandasse Joanni, non posse se in ecclesiam venire, nisi prius Joannes, qui synodali sententia damnatus fuerat, se in judicio purgasset. Eodem igitur modo nunc instante festo Paschali, Arca-

dus mandat Joanni se non posse in ecclesiam procedere, quamdiu Joannes a duabus jam synodis damnatus, in ea resideret. VALES.

18, 14. πολλοὶ ἐπίσκοποι] Quadraginta fuisse dicit Palladius, 337 p. 33: alibi tamen ad quadraginta duos numerat. Chrysostomus *plures quam quadraginta* fuisse scribit, tom. iii. p. 519. Horum major pars paulisper in Constantinopoli mansisse videntur post Chrysostomi abactionem: nam plus viginti quinque subscripserunt epistolæ, τῆς συνόδου τῆς Ἰωάννου, ad Romam missæ; in qua facta est relatio rerum quæ evenerant. Pallad. p. 10. D.

18, 17. τὴν ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν] Non desunt qui a nemine ignem, sed divinitus immissum tradant, ut diserte Palladius in vita Chrysost. p. 91. et Historia Conciliabuli excitati contra Chrysostomum testantur. Duravit incendium ab hora sexta ad nonam, ἐν τρισὶν ὥραις ἡμερικαῖς πολυχρονίου ἔργου ἀφανισθέντος, tribus diurnis horis multorum opere deleto, inquit Palladius, p. 93. Petiit Chrysostomus ut se de hoc incendio purgaret; verum loquendi copiam non impetravit. *Id. ibid.* READING.

Crimen hoc incendii altera pars Christianorum alteri incivilem ingerebat: vide Sozomen. viii. 22. Pallad. p. 10. F. Falso sibi suisque imputatum esse asserit Chrysostomus in Epist. vii. 4. p. 588. Quid creditum fuerit a gentilibus, conjicere possumus e Zosimo, qui dicit Joannis assecelas consilium iniisse quo totam urbem flammis consumerent, nequis ibi post Joannem episcopus esset, v. 24.

18, 18. τὸν οἶκον τῆς συγκλήτου] Ædes hæc, senatus vocabatur. Auctor Chronici Alexandrini Honorio vi. et Aristæneto consulibus: καὶ αἰφνιδίως ἐκάη ἡ μεγάλη ἐκκλησία σὺν τῷ σενάτῳ ἀπὸ [τῶν] κρατούντων αὐτῆς τῶν λεγομένων ξυλοκερκητῶν ἡμέρα δευτέρα ὥρα 5'. Describit hanc ædem Zosimus in libro v. Erat autem in regione secunda urbis Constantinopolitanæ, ut docet vetus descriptio urbis illius, ante notitiam imperii Romani edita. VALES.

Chrysostomus festo Paschæ die appropinquante damnatus, post menses duos in exilium missus est, nempe 20 mensis Junii, in quam feria secunda incidebat, quave magna ecclesia et curia incensæ sunt. *Arsacius* vero ordinatus est die 26

ejusdem mensis, in quem Dominica incidebat, quo die ordinationes episcoporum CPolitanorum fieri solitæ erant. Quare in Chronico Alexandrino, loco ἡμέρα δευτέρα legendum ἡμέρα πρώτη [πρώτη], id est, *feria prima*, quæ hoc anno cum die 26 Junii concurrat. *Ant. Pagi ad ann. 404. quo hæc gesta sunt*, n. xiii. **READING.**

18, 18. κατέκαυσε] Καὶ οὐ θαυμαστὸν περὶ τῆς ἐκκλησίας, ὅπου γε καὶ τὴν καλουμένην παρὰ τοῖς ἔξω σύγκλητον, ἀπὸ πολλῶν βημάτων κεκμένην ἀντικρὺ τῆς ἐκκλησίας ἐκ μεσημβρίας φρονίμως τὸ πῦρ, καθάπερ γέφυραν τὸν ἀγοραῖον δῆμον τὸν διὰ μέσου διαπεράσαν ἐλυμήνατο. *Nec id mirum de ecclesia, cum senatum quæ apud exteros dicitur, multis passibus dissitum ex adverso ecclesiæ ad meridiem, ignis ille interjectam populi multitudinem pontis instar sapienter prætergressus passum dederit.* Palladius p. 92. Paulo post addit: *Videre erat inter duos igneos montes, illætos populos ad sua negotia commeantes.* **READING.**

18, 19. Ὀπτατος] Hic est ni fallor præfectus urbi Manichæus et Semipaganus, qui in dedicatione statuæ Eudoxiæ, Christianis illuserat, ut supra retulimus ex Theophane. De eodem optato scribit Palladius in vita Chrysostomi, eum cum esset præfectus urbi, coegisse matronas nobiles aut communicare cum Arsacio, qui in locum Joannis Chrysostomi fuerat subrogatus, aut ducentas auri libras fisco solvere. **VALES.**

Ibid. παραλιπεῖν μοι δοκῶ] Plura de his rebus memorat Sozomenus viii. 23. et 24. Et alia haud pauca violenter atque crudeliter acta fuisse in Joannis fautores, antequam ipse demum ejiceretur, dubitari non potest ex iis quæ referunt ipse, in Epistol. ad Innocent. 3. p. 518. 519, et Palladius p. 34. seqq., quamvis illa omiserit Socrates. Episcopos quoque et clerum suorum carcere inclusos fuisse scribit Chrysostomus, Epist. cxiv. cxviii. cxxiv., atque id per Arsacium factum esse, Epist. cxxv. p. 670.

Cap. 19. Conf. Sozomen. viii. 23, et 27. Theodoret. v. 34. Cassiod. x. 20. Niceph. xiii. 28.

19, 1. Ἀρσάκιος] Ἀρσάκιος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ μακαρίου Νεκταρίου, ἀνρεισθήγγο τῷ τόπῳ τοῦ Ἰωάννου seqq. *Arsacius autem, frater beati Nectarii, substitutus est in locum Joannis, magni sacrorum interpretis: vir pisce magis mutus, et rana rebus agendis minus idoneus. Aliquando enim et actio ipsa loquitur, cum*

sui ipsius causa bonum opus factum fuerit. Ille cum ad quatuordecim menses vitam suam protendisset, mortuus est; violato suo in evangelio juramento. Quippe fratri suo Nectario iuraverat, nullius unquam episcopatus ordinationem admissurum se, quando Nectarius exprobravit ipsi, quod noluisset Tarsensi ecclesiae praefici, quasi mortem ipsius specularetur. Fuit causa perjurii primum quidem vana gloria, propter quam ambiebat, ut ita dicam, nuptius uxoris fratris sui: deinde pudor increpationum ipsi a fratre propheticè factarum. Palladius. [p. 37.]

READING.

Arsacius Constantinopoli protopresbyterus fuit; quam dignitatem conjiceret aliquis ei collatam fuisse a fratre Nectario episcopo. Testimonium contra Chrysostomum in synodo ad Quercum tulit cum ille, tum Atticus presbyterus qui illi postea in episcopatu successit, de duobus criminibus inter ea quae Chrysostomo objiciebantur; nempe, primo, Chrysostomum vendidisse ecclesiae pretiosam suppellectilem, et tum speciatim, vendidisse eum marmora quae Nectarius reposuerat ad decorandam ecclesiam sanctae Anastasiae. Phot. Biblioth. 59. Consecratum fuisse Arsacium a. d. vi. Kal. Jul. refert Chronicon Paschale; quem tamen numerum corrigendum esse avertit Clintonus in, a. d. v. Kal. Jul. F. R. A. D. 404. col. 4.

19, 2. ὥστε ἀποκρισθῆναι τὸν πόδα] Hujus meminisse videtur Palladius quoque, quamvis celato nomine, sic, ἕτερος ζῶν τὰ σκέλη ἕως γονάτων κατ' ὀλίγον ἐπρίζετο ἐπὶ τριετίαν, ἐρυσσιπέλου δῆθεν τὰς ἀφορμὰς γεννώντος: p. 62.

19, 6. ἡ τῆς βασιλίδος ἐπιγενομένη τελευτῇ] Zonaras, Cedre- 338
nus, alique, Eudoxiam tribus mensibus post Chrysostomi mortem exactis, puerperam obiisse tradunt. *W. Louth.* De hac Eudoxia Arcadii uxore sic Philostorgius, lib. xii. cap. 6. *Arcadius imper. post patris obitum filiam Bautonis duxit uxorem. Erat autem Bauto natione barbarus, et magisterio militum in Occidentis partibus perfunctus fuerat. Nec Zosimus lib. v. p. 781, contrarium scribit, ut arbitratur Baronius; nam tantum dicit puellam, quam Arcadius conjugem duxit, educatam in domo unius ex filiis Promoti, non vero, ut interpretatur Baronius, Promoti filiam fuisse. Ælia Eudoxia nuncupatur in inscriptione Gruteri, p. 1048. Eam e vivis excessisse anno 404, tribus ante Chrysostomum annis, præter auctores a Baronio citatos, ac Theophanem in Chronico, testatur Eunapius.*

Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni consulibus, ejus mortis diem ac mensem his verbis notavit. *Mortua est Eudoxia Augusta mense Hyperberetæo, pridie Non. Octob. feria v. et humata est in ecclesia SS. Apostolorum, Hyperberetæo mense, iv Id. Octob. feria iv.* Gravida et abortiens vita decessit, ut tradit Photius in Bibliotheca, Cod. 77. territa scilicet grandine *ταλαντιαίq*, quæ omnia circa urbem vastavit. Georgius Patriarcha Alexandrinus, qui Eudoxiam post Chrysostomum mortuam tradit, et quo innixus Baronius mortem ejus usque ad annum 407. differt, scriptor est in historia futilissimus et mendacissimus. Porro Zonaras aliique quidam ideo *Eudoxiam* tribus a Chrysostomi obitu mensibus elapsis periisse scribunt, quia tribus post exilium Chrysostomi mensibus extincta est. Is error irrepsit in Breviarium Romanum ad lectiones officii S. Chrysostomi. *Ant. Pagi ad ann. 404. n. xxviii.* READING. Conf. Clinton. F. R. A. D. 404. col. 4.

Cap. 20. Conf. Sozomen. viii. 27. Cassiod. x. 22. Niceph. xiii. 29.

20, 1. *τὴν ἐνδεκάτην τοῦ Νοεμβρίου*] Si Arsacius obiit die 11 339
Novembris, Stilichone iterum et Anthemio Coss. id est, anno Dom. 405, cum anno superiori die 26 mensis Junii ordinatus fuerit, sedit annum unum, menses quatuor, dies septemdecim. Verum Palladius menses tantum quatuordecim ei attribuit. Quod si error in numerum non irrepsit, non dubium quin Palladio tunc viventi, et de rebus Chrysostomi optime edocto, major fides adhibenda sit, quam Socrati. Atticus mense Februario aut Martio sequentis anni, die incerto consecratus est. *Ant. Pagi ad ann. 405. n. viii.* READING.

20, 2. *Ἄττικος*] Conf. quæ modo dicta sunt de eo, supra, ad 19, 1. A Palladio appellatur *πάσης μηχανῆς τεχνίτης κατὰ τοῦ Ἰωάννου*: p. 38. Idem fere ait Sozomenus viii. 27.

Cap. 21. Conf. Sozomen. viii. 28. Theodoret. v. 34. Cassiod. x. 18. Niceph. xiii. 37.

21, 1. *ἐπὶ τὴν ἐξορίαν ἀπαγόμενος*] Chrysostomus primo destinatus erat mittendus, aut mittendum se esse credidit, ad Sebesteam: Epist. cxxi. cxxi.: demum vero ductus est ad Cucusum, *εἰς ἐρημότατον χωρίον τῆς Ἀρμενίας καὶ σφαλερώτατον τῆς τῶν Ἰσαύρων ἐπιδρομῆς ἔνεκεν*, cxxi.: illuc tendens, profectus est a Nicæa die quarto Julii, cxxi.: pervenit vero post pæne septuaginta dies in itinere consumptos, Epist. ccxxxiv.,

hoc est, mense Septembri A.D. 404. Ibi mansit unum annum; Palladius, p. 38: tum vero coactus est fugere, et sedem mutare, metu Isaurorum, qui omnia populabantur: exinde aliquamdiu fugitivus erat per loca deserta, et in silvis aut montibus degebat, quia minime ab Isauris tutæ fuerunt urbes; tandem vero Arabissum præsidii causa se contulerat exacta hieme A. D. 405, 406. Epist. lxxix. lxx. Conf. lxi. lxxvii. lxxviii. cxxx. Ab Arabisso jussus est tertio anno exilii sui A. D. 407, (ad Innocent. p. 522,) per rescriptum regium, id procurantibus inimicis ejus, (postquam Arcadius imperator ægre tulisset se a papa Innocentio ob Chrysostomum sollicitari, si fides Sozomeno, viii. 28,) abduci ad Pityunta; quæ ad extrema imperii sita est inter Tsanos, prope littus euro-australe Euxini ponti. Ingressus igitur iter trimestre, tanto enim Palladius refert Pityunta ab Arabisso distare, pervenit usque Comana Pontica, atque ibi vitam finivit. Pallad. p. 39. Plura habet Clintonus F. R. 404—407.

21, 1. ἐν Κομάνοις] Πλησιάζοντες τῇ Κομάνῃ, καθάπερ γέφυραν αὐτὴν παρήλθον, ἔξω τοῦ τεύχους ἐν τῷ μαρτυρίῳ μέναντες ἀπὸ πέντε ἢ ἕξ σημείων — *Cum Comanis appropinquassent, pontis instar ea prætergressi, extra muros in martyrio quinque aut sex millibus dissito manserunt. Eadem ipsa nocte apparuit ei loci illius martyr, nomine Basiliscus, (qui episcopus Comanorum cum esset, martyrium passus est Nicomediæ in Bithynia, sub Maximo, una cum Luciano presbytero Antiocheno) dicens: Macte animo, frater Joannes; crastina enim die una erimus. Prædixerat quoque, ut aiunt, et ibi permanenti presbytero: Para locum fratri Joanni; venit enim. Oraculo fidens Joannes, sequenti die oravit milites, ut ad horam quintam usque ibi permanerent. Illi vero non auditis ejus precibus, inde abscesserunt. Confectis circiter triginta stadiis, rursus ad martyrium unde discesserant, redierunt, cum graviter ille sese haberet. Sic igitur reversus, candidas vestes, vita quam duxerat dignas, requirit; exutusque prioribus, eas sibi jejunos induit, omnibus ad calceamenta usque mutatis; atque reliquas præsentibus distribuit. Et sumptis Dominicis symbolis coram adstantibus ultimam orationem facit. Et cum dixisset more suo, gloria Deo propter omnia, et ultimum Amen obsignasset, extendit pedes qui pulchre concurrerunt ad salutem eorum qui elegerant pœnitentiam, et ad reprehensionem illorum qui peccata copiose excoluerant.* Palladius in vita Chry-

sostomi, p. 99, 100. [39. 40.] Sanctissimam animam cœlo remisit die Septemb. 14. anno Chr. 407. ætatis supra mensem octavum completo 52. Exilii anno 3, mense 3. Episcopatus anno 9, mense 6, die 16. Sepultus est in martyrio S. Basilisci prope Comana, eidem cui et ipse martyr, tumulo inclusus: unde post 30. annos ossa ejus solenni pompa Constantinopolim translata sunt, in SS. apostolorum basilica recondita. *Guil. Cave in Chrysost.* vol. i. p. 254. Consentiant viri docti diem Chrysostomi emortualem fuisse 14 Septembris: Legitur tamen in Græca ejus vitæ epitome, ad calcem dialogi Palladii: ἐτελεύτησε δὲ μὴνὶ Νοεμβρίῳ τῇ τεσσαρεσκαδεκάτῃ. **READING.** Conf. Clinton. F. R. A. D. 407. col. 4.

21, 1. τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς] Scribendum est τοῦ Σεπτεμβρίου ex codice Sfortiano, et ex versione Epiphani Scholastici. Nec aliter legit Nicephorus, qui addit diem quo obiit Joannes Chrysostomus, dicatum fuisse exaltationi sanctæ crucis. Sic enim conveniebat, ut is qui vitam omnem sub cruce transegerat, nec alia re quam cruce Domini sui gloriatus fuerat, festo illius die compage corporis solveretur, ut eleganter scribit idem Nicephorus. VALES.

Legebatur Νοεμβρίου in Steph. et Genev. Codices nostri cum textu consentiunt.

21, 4. μετανοίας τοῖς ἐπταικόσι δοθείσης] Confer quæ habet Clemens Alexandrinus, Ἐδωκεν οὖν ἄλλην ἐπὶ τοῖς κὰν τῇ πίστει περιπίπτουσί τινι πλημμελήματι πολυέλεος ὦν μετάνοιαν δευτέρα, ἣν εἴ τις ἐκπειρασθεῖη μετὰ τὴν κλήσιν, βιασθεὶς δὲ καὶ κατασοφισθεὶς μίαν ἔτι μετάνοιαν ἀμετανόητον λάβῃ. *Strom.* ii. 13, 57. Eandem sententiam exponit quoque Sozomenus, ubi narrat quid Constantinus edoctus sit a sacerdotibus, nempe ἐδιδασκον δεύτερον καθαρὸν τετάχθαι ἐκ μετανοίας: i. 3. Quam autem *synodum episcoporum* Socrates hic in mente habuerit, dici non potest: Binghamus quidem censuit talem fuisse Ecclesiæ consuetudinem, et pæne ab omnibus receptam; verum non a Canone quoquam generali decretam. Vid. Origin. *Eccles.* xviii. 4, ubi plura de ista re leguntur. Huic tamen Socratis judicio de Chrysostomo recte opponi potest locus e scriptis ipsius Chrysostomi de pœnitentia, qui sequitur: διαφθείρει δὲ τὴν μετάνοιαν τὸ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι κακοῖς. εἰς γὰρ, φησὶν, οἰκοδομῶν, καὶ εἰς καθαιρῶν, τί ὠφέλησαν πλεον ἢ κόπον; βαπτίζομενος ἀπὸ νέκρου, καὶ πάλιν ἀπτόμενος αὐτοῦ, τί ὠφέλησεν ἐν τῷ

λουτρῷ αὐτοῦ; οὕτως ἄνθρωπος νηστεύων ἀπὸ τῶν ἁμαρτίων αὐτοῦ, καὶ πάλιν πορευόμενος καὶ τὰ αὐτὰ ποιῶν τῆς προσευχῆς αὐτοῦ τίς εἰσακούσεται; καὶ πάλιν, ἐπανάγων, φησὶν, ἀπὸ δικαιοσύνης ἐπὶ ἁμαρτίαν, ὁ Κύριος ἐτοιμάσει εἰς ῥομφαίαν αὐτόν. καὶ ὡς περ κύνων ὅταν ἐπανεέλθῃ ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἐμετόν, καὶ μισητὸς γένηται· οὕτως ἄφρων τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ ἀναστρέψας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν: Ad Theodor. Laps. i. 17. t. i. p. 32. Confer quoque De Pœnitent. Hom. viii. 1, αἰσχύνων ἁμαρτάνων, μὴ αἰσχύνου μετανοῶν, t. ii. p. 343 : quem locum Photius excerpfit in Cod. 277.

21, 4. Χιλιάκις μετανοήσας.] In quanam Homilia id a Chry- 340
sostomo dictum fuerit, equidem incompertum habeo. De Socratis tamen fide dubitari non potest, quippe qui iisdem temporibus vixerit, et utrumque, tam Chrysostomum, quam Sisinnium Novatianorum episcopum, concionantes audire potuerit. Ceterum ex hoc loco, certius quam ex ullo alio colligi potest, Socratem Novatianum fuisse. Nam et Chrysostomi sententiam perperam interpretatur, et Sisinnio Novatianæ partis episcopo palam favet adversus Joannem Chrysostomum. Mihi vero hic videtur esse sensus verborum Chrysostomi. Meminisse debemus, paulo antea sublatum fuisse a Nectario Pœnitentiarium presbyterum, permissumque omnibus ut pro sua quisque sententia ad sacra mysteria accederet. Quo facto pœnitentia publica non mediocriter labefactata fuerat, sublato scilicet presbytero, qui vigorem ejus ac disciplinam integram atque incolumem servabat. Sic igitur ait Chrysostomus, auditores suos ad pœnitentiam exhortans: Antea quidem semel tantum pœnitentiam agere licebat, publicam scilicet. Nunc privatim pœnitentiam agere potes quoties volueris. Antea non admittebatur secunda pœnitentia. Nunc etiam si millies pœnitentiam egeris, te admittam. Vides Chrysostomum loqui de privata et quotidiana pœnitentia, non autem de publica. Itaque frustra Socrates objicit ei decretum episcoporum de non iteranda pœnitentia publica. Sciendum porro est hoc dictum objectum esse Chrysostomo ab Isaacio episcopo in synodo ad Quercum, quod licentiam peccantibus præberet, ita docens. *Si iterum peccasti, pœniteat iterum. Et quoties peccaveris, veni ad me, et ego te sanabo.* VALES.

21, 6. ἤδη πρότερον ἐγεγόνει.] Socrates cum Chrysostomi minime studiosus fuerit, aliorum studium in eum prætermisit:

et hanc belli Scarenensis supplicandi multa in hac parte historiae. Quibus supra addi possunt e Palladio, Theodoro, et hinc Chrysostomo. Occidentali Ecclesiae quam maxime displicentia est quae circa Chrysostomum acta sunt. Scripsit ipse hanc primam epistolam ad episcopos Romae, Mediolani, et Aquilani, insertaque per quatuor episcopos, in qua quid facerent circa Constantinopolim memorabat, rogabatque ut sibi communicarent. Praeterea hinc aliae sunt Romam epistolae ab Innocentio: verum quae quae hinc alij ex amicis Chrysostomi: Pallad. p. 3. Innocentius autem rescripsit unam epistolam ipsi Chrysostomo, et alteram clero atque populo Constantinopolitano, qui ei parebant utraque a Sozomeno conservata, vii. 20: in quibus Innocentius censuit imprimis conveniendam esse omnino synodum: eam enim eorum potestate procedere solere quae tunc in Ecclesia furebant. Sozomen. vii. 20. Pallad. p. 4. Eo quod ut exasperetur, post paulum, non iam plurimum operans a Constantinopoli acceperat, ad Innocentium non remisit: eorum jussu coacta synodus episcoporum Italorum petiit ut ipse Honorius epistolam ad Arcadium mitteret, in qua eum rogaret ut convocaretur synodus communis Orientalium et Occidentalium. Scripsit igitur Honorius epistolam ad Arcadium, quae extat in Palladio, p. 12, et misit per quinque episcopos et duos presbyteros; Sozomenus tamen hos legatos missos esse dicit ab Innocentio ad duos imperatores; in eo fortasse deceptus, quod aut Innocentius aut synodus legatos elegerint qui epistolam portarent, quamvis ipsa missio proveniret ab Honorio. In illa epistola Honorius hortatus est Arcadium ut synodus conveniret ad Thessalonicam. Verum nihil inde profecit, nisi ut infestiores redderet inimicos Joannis: qui inde jussus est ulterius relegari ad Pityuntam. Sozomen. viii. 28. Chrysostomus in pluribus epistolis favorem in se occidentalium commemorat, atque eo nomine gratias agit; praesertim iis episcopis et presbyteris qui sui causa, et restituendae pacis Ecclesiae, longum ab Occidente peregerunt iter; nempe ad Constantinopolim, sicut videtur, de negotio habendae synodi. Vid. Epist. cxlix. usque ad clxx. clxxi—clxxxiv. Scripsit etiam iterum Innocentio, saltem tertio anno exilii sui. Chrysost. Op. t. iii. p. 521. Theodoretus dicit insuper occidentales et Illyricos episcopos renuntiassse

communioni eorum qui Chrysostomum damnaverant; v. 34. Flavianus episcopus Antiochiæ Chrysostomo favit quamdiu vixerit; verum mortuo Flaviano dum Chrysostomus exul erat in Armenia, Porphyrius in vacuam sedem substitutus est per hujus adversarios A. D. 404: Pallad. p. 57. Chrysost. Epist. ccxxxiii. Refert quoque Theodoretus plerasque urbes in Oriente, id est, ecclesias Syrias, refugisse communionem istorum, *ἐφυγον μὲν τῆς ἀδικίας τὴν κοινωνίαν*, ibid. atque eadem fere Sozom. viii. 4. Conf. Pallad. p. 11. E. Quanquam id lege vetitum fuerit: nam a. xiv Kal. Decembr. A. D. 404. data est lex Constantinopoli ab Arcadio, Honorio, et Theodosio jun. ad Rectores provinciarum, *ut conventus eorum arceantur illiciti, qui orthodoxorum religione subfulti, spretis sacrosanctis ecclesiis, alio convenire conantur: his qui ab Arsacii, Theodosii [Theophili] et Porphyri reverentissimis sacræ Legis antistitum communiōne dissentiunt, ab ecclesia proculdubio repellendis*. Cod. Theod. xvi. tit. iv. De his qui super Religione contendunt, l. 6. Jam autem antea, usque a mense Januario ejusdem anni, *tumultuosa conventicula* interdicta erant, et graves mulctæ indictæ in eos qui his interessent, ibid. ll. 4 et 5: quæ omnia contra Joannis partes directa sunt. Harum rerum meminit Palladius, ubi dixit edictum esse, *siquis cum Theophilo et Arsacio et Porphyrio communicare nollet, eum pellendum esse ex episcopatu, et suis etiam facultatibus plectendum*. Pallad. p. 11. Conf. p. 12. A. Quod quidem postea denuo publicatum fuisse videtur et fortasse auctis viribus, suasu Attici episcopi, cujus nomen tunc edicto insertum est in locum Arsacii: ibid. p. 38. Denique præclarum elogium in Chrysostomum extat in excerptis illis e quinque Sermonibus Theodreti in Chrysostomum, quæ dedit Photius in Biblioth. Cod. 273. Hinc elucent ejus virtutes, et egregia illa caritas atque animi alacritas, qua omnibus egenis amicis et consiliarius semper esse consueverat.

Cap. 22. Conf. Sozomen. viii. 1.

22, 2. *πολλάκις ἐφην*] Conf. quæ dicta sunt supra, v. 10, et 21.

22, 7. *ὁ Σολομὼν*] Eccles. ix. 8.

Ibid. *ὁ Σωτῆρ*] Matt. xvii. 2. Marc. ix. 3. Luc. ix. 39. Nusquam tamen scriptum est Mosem et Eliam tunc albis vestibus amictos esse. De vestitu Cleri vide Bingham. Origin. Eccles. vi. 4. 18.

et locum dedit Sozomeno supplendi multa in hac parte historię. Quibus plura addi possunt e Palladio, Theodoro, et ipso Chrysostomo. Occidentali Ecclesię quam maxime displicebant ea quę contra Chrysostomum acta sunt. Scripsit quidem ille primo epistolam ad episcopos Romę, Mediolani, et Aquileię, miseratque per quatuor episcopos, in qua quid factum erat Constantinopoli memorabat, rogabatque ut sibi opitularentur. Postea alię allatę sunt Romam epistolę ab Oriente; venerunt quoque illuc aliqui ex amicis Chrysostomi: Pallad. pp. 5—11. Innocentius autem rescripsit unam epistolam ipsi Chrysostomo, et alteram clero atque populo Constantinopolitano qui ei parebant, utramque a Sozomeno conservatam, viii. 26; in quibus Innocentius censuit imprimis convocandam esse omnino synodum; eam enim solam potuisse procellas sedare quę tunc in Ecclesia furebant, Sozomen. viii. 26. Pallad. p. 9. F.: quod ut exequeretur, post paulum, cum jam plurium querelas a Constantinopoli acceperat, ad Honorium rem remisit; cuius jussu coacta synodus episcoporum Italorum petiit, ut ipse Honorius epistolam ad Arcadium mitteret, in qua eum rogaret ut convocaretur synodus communis Orientalium et Occidentalium. Scripsit igitur Honorius epistolam ad Arcadium, quę extat in Palladio, p. 12, et misit per quinque episcopos et duos presbyteros; Sozomenus tamen hos legatos missos esse dicit ab Innocentio ad duos imperatores; in eo fortasse deceptus, quod aut Innocentius aut synodus legatos elegerint qui epistolam portarent, quamvis ipsa missio provenerit ab Honorio. In illa epistola Honorius hortatus est Arcadium ut synodus conveniret ad Thessalonicam. Verum nihil inde profecit, nisi ut infestiores redderet inimicos Joannis: qui inde jussus est ulterius relegari ad Pityunta. Sozomen. viii. 28. Chrysostomus in pluribus epistolis favorem in se occidentalium commemorat, atque eo nomine gratias agit; pręsertim iis episcopis et presbyteris qui sui causa, et restituendę pacis Ecclesię, longum ab Occidente peregerunt iter; nempe ad Constantinopolim, sicut videtur, de negotio habendę synodi. Vid. Epist. cxlix. usque ad clxx. clxxxi—clxxxiv. Scripsit etiam iterum Innocentio, saltem tertio anno exilii sui. Chrysost. Op. t. iii. p. 521. Theodoretus dicit insuper occidentales et Illyricos episcopos renuntiassse

communioni eorum qui Chrysostomum damnaverant; v. 34. Flavianus episcopus Antiochiæ Chrysostomo favit quamdiu vixerit; verum mortuo Flaviano dum Chrysostomus exul erat in Armenia, Porphyrius in vacuam sedem substitutus est per hujus adversarios A. D. 404: Pallad. p. 57. Chrysost. Epist. cccxxiii. Refert quoque Theodoretus plerasque urbes in Oriente, id est, ecclesias Syrias, refugisse communionem istorum, *ἔφυγον μὲν τῆς ἀδικίας τὴν κοινωσίαν*, ibid. atque eadem fere Sozom. viii. 4. Conf. Pallad. p. 11. E. Quanquam id lege vetitum fuerit: nam a. xiv Kal. Decembr. A. D. 404. data est lex Constantinopoli ab Arcadio, Honorio, et Theodosio jun. ad Rectores provinciarum, *ut conventus eorum arceantur inliciti, qui orthodoxorum religione subfulti, spretis sacrosanctis ecclesiis, alio convenire conantur: his qui ab Arsacii, Theodosii [Theophili] et Porphyrii reverentissimis sacræ Legis antistitum communionem dissentiunt, ab ecclesia proculdubio repellendis*. Cod. Theod. xvi. tit. iv. De his qui super Religione contendunt, l. 6. Jam autem antea, usque a mense Januario ejusdem anni, *tumultuosa conventicula* interdicta erant, et graves mulctæ indictæ in eos qui his interessent, ibid. ll. 4 et 5: quæ omnia contra Joannis partes directa sunt. Harum rerum meminit Palladius, ubi dixit edictum esse, *siquis cum Theophilo et Arsacio et Porphyrio communicare nolle, eum pellendum esse ex episcopatu, et suis etiam facultatibus plectendum*. Pallad. p. 11. Conf. p. 12. A. Quod quidem postea denuo publicatum fuisse videtur et fortasse auctis viribus, suasu Attici episcopi, cujus nomen tunc edicto insertum est in locum Arsacii: ibid. p. 38. Denique præclarum elogium in Chrysostomum extat in excerptis illis e quinque Sermonibus Theodreti in Chrysostomum, quæ dedit Photius in Biblioth. Cod. 273. Hinc elucent ejus virtutes, et egregia illa caritas atque animi alacritas, qua omnibus egenis amicus et consiliarius semper esse consueverat.

Cap. 22. Conf. Sozomen. viii. 1.

22, 2. *πολλάκις ἔφη*] Conf. quæ dicta sunt supra, v. 10, et 21.

22, 7. *ὁ Σολομών*] Eccles. ix. 8.

Ibid. *ὁ Σωτήρ*] Matt. xvii. 2. Marc. ix. 3. Luc. ix. 39. Nusquam tamen scriptum est Mosem et Eliam tunc albis vestibus amictos esse. De vestitu Cleri vide Bingham. Origin. Eccles. vi. 4. 18.

22, 9. *Λεοντίου*] Hujus adventus ad Constantinopolim memoratur supra, 18, 6.

Cap. 23. Conf. Sozomen. ix. 1. Cassiod. x. 35. Niceph. xiii. 38. 341

23, 2. *καρσία*] Hanc formam vocis non agnoscunt Lexica, sed *καρύα* tantum. Suidas ait, *Καρύα, τὸ δένδρον. Κάρυα δὲ ὁ καρπός*, col. 1986. In *καρσία* tamen consentiunt hoc loco co-dices.

Ibid. *μάρτυρα Ἀκάκιον*] Conf. supra, ad ii. 38, 38. (40.)

23, 5. *κατέπεσεν*] Quamdiu hæc ædes extracta fuisset non 342
liquet. Conferri vero cum hac narratione potest locus ille modo indicatus, ii. 38, ubi relatam fuit, quo pacto Constantini corpus e sede sua in hanc ipsum ædem Acacii transpositum esset, quia domus in qua primo positum erat casum tunc minitari videretur: unde conjiceret aliquis non admodum firma constructa fuisse ea ædificia.

23, 7. *ἐν ὑπάρειῳ Βάσσου καὶ Φιλίππου*] Arcadium imperatorem anno Chr. 408. vitam cum morte commutasse, inter omnes convenit; sed de die ac mense mortis ejus controversia versatur. Zosimus, lib. v. p. 811, ait, mortem ejus accidisse ante diem x *Cal. Septemb.* Theophanes xi *Cal. Septemb.* Verum standum omnino Socrati, tam hic quam initio lib. vii. Theodoro Lectori in fine lib. ii. et Auctori *Miscellæ*, qui eum *Kalendis Maii* vita functum tradidere. *Ant. Pagi ad ann. 408. n. ii.* **READING.** Plura vide in Clinton. *Fast. Roman. A. D. 408.*

Ibid. *ἔτος δεύτερον*] Erravit Socrates more suo in computandis Olympiadum annis. Nam A. D. 408 fuit quartus annus Olympiadis ducentesimæ nonagesimæ sextæ; hoc est, eo ipso anno habenda erant Olympia ducentesima nonagesima sexta, modo tunc temporis haberi solita essent. Veruntamen desiere Olympia ab Olympiade ducentesima nonagesima tertia, teste Cedreno, p. 573. [326.] A. D. 393. Vide Clinton. *Fast. Hellen. vol. iii. p. xv.* Quamvis non continuo desierint scriptores historici ea annorum numeratione uti, sicut Socrates fecit. Atque etiam in nonnullis locis Olympia etiam tum agebantur: quemadmodum Palladius refert celebrata fuisse Antiochiæ A. D. 405, De Vit. Chrysost. p. 58. Erravit quoque Socrates in alia computatione: nam cum dicit Arcadium regnasse tredecim annos cum patre suo, exinde autem quatuordecim, facit regnasse eum omnino septem et viginti annos. Revera tamen

regnavit Arcadius annos viginti quinque, menses tres, et dies quindecim; nempe a die 16 Januarii A. D. 383 ad d. 1 Maii A. D. 408. Quoniam vero Theodosius pater mortuus est die 17 Januarii A. D. 395, regnavit Arcadius cum patre suo annos duodecim tantummodo, postea autem tredecim annos tres menses et quindecim dies. Socrates tamen in suo calculo unum annum bis numerat, quo scilicet Arcadius cum patre regnare desiit, et patri in regnum successit. Vide quæ Socrates ipse memoravit supra, v. 10, 5, et 26, 4.

23, 1. Ἐπειδὴ] Hoc additamentum eadem fere continet quæ supra memorantur, cap. xi hujus libri. Proinde *Musculus* et *Grynæus* in versionibus suis illud omiserunt; *Christophorsonus* tamen et *Curterius* retinuerunt. Exstat Græcum in editione *Roberti Stephani*.

23, 5. διὰ τὸ εὐλαβῆς αὐτοῦ] Fragmentum hoc in tantum discrepat a narratione illa de iisdem rebus quæ legitur supra, cap. 11, quantum æquius est memoriæ Serapionis. Nam in priore loco Socratis nihil de Serapione dicitur nisi quod culpari potest; hic aliqua inseruntur in laudem ejus, et illa quæ inter eum et Severianum acta sunt exponuntur in meliorem partem, culpa vero partim in Severianum confertur. Animadvertendum tamen est, Sozomenum res non sic enarrare quemadmodum hic describuntur, sed sequi priorem locum Socratis: neque Epiphanium in Cassiodori Hist. Tripartita, neque Georgium in Photii Cod. 96, hoc fragmentum agnoscere: Nicephorus autem Sozomenum sequitur, xiii. 9. Quamobrem vix Socratis esse videtur: sed ab amico quondam Serapionis aut Chrysostomi additum esse potuit, qui cum vidisset Socratem ubique propensum esse in Chrysostomi inimicos, voluit fortasse ea supplere ab altera parte quæ Socrates onisit.

23, 7. τὴν φροντίδα ἐγχειρισθῆναι τοῦ ἐπισκοπέου] Sozomenus vero refert Joannem, cum in Asiam abiret, ecclesiam suam commisisse Severiano, qui Joannis favorem adulando, ut ait Sozomenus, tunc sibi conciliaverat: atque eadem repetit Nicephorus.

23, 10. μεθ' ὄρκου κατακρίνει] Intelligit jusjurandum illud 343 cujus supra meminit Socrates: *Si Serapio Christianus moritur, Christus non est incarnatus*. Porro hæc verba κατακρίνει et ἀποκρίπτει, minas potius Severiani designant, quam rem

ipsam. Neque enim Severianus Gabalorum episcopus jus habuit damnandi ac deponendi diaconum alterius parœciæ; sed tantum ei comminatus est se hoc perfecturum, et querelam suam ad iudicium episcoporum detulit. **READING.**

23, 13. ἀποκηρυχθῆναι τῆς διακονίας τὸν Σαραπίωνα] **Tantum** abfuit Chrysostomus a destituendo Sarapione, ut eum etiam ad presbyteratum e diaconatu post paulum promoverit: sicut apparet e gestis synodi ad Quercum: nam in Actione decima octava postulatus est Chrysostomus quod, Σαραπίωνα ὑπὸ ἐγκλημα ὄντα πρεσβύτερον ἐχειροτόνησε. Phot. Bibl. Cod. 59.

23, 17. ἐμπιστευθεῖσάν σοι παροικίαν] Nempe Gabala, quæ fuerunt urbs in Syria, supra, c. 11.

LIB. VII.

Cap. 1. Conf. Sozomen. ix. 1. Philostorg. xii. 7. Cassiod. xi. 1. Niceph. xiv. 1.

1, 1. ὀκταετεί] Theodosius modo octavum annum agere in-347 ceperat: natus enim fuit die 10 Aprilis A. D. 401: supra, vi. 5, 40.

Ibid. Ἀνθεμίου τοῦ ὑπάρχου] Non parum adjumenti ad imperium bene gerendum contulit Pulcheria Theodosii soror, teste Theophane his verbis: *Theodosio octenni in imperatorem accepto soror ejus Pulcheria, quindecim annorum virgo, Dei consilio ac ductu publicas res egregie administrabat.* Eandem miris laudibus effert Sozomenus lib. ix. cap. i. et Cedrenus p. 275. **READING.**

1, 2. Φιλίππου] Conf. supra, ii. 16. Anthemius, παῖς παιδὸς ἦν Φιλίππου, scribit Nicephorus xiv. 1. Quæ recta est interpretatio vocis ἔγγονος. Vide Stephan. Lexic. nov. ex ed. Hase. et Dindorf. in v.

1, 3. Οὗτος τὰ μεγάλα τεῖχη] Nicephorus in lib. xiv. cap. 1. scribit hunc Anthemium pomcerium urbis auxisse, et destructis veteribus muris, novos qui ipsius ætate adhuc supererant, muros versus continentem ædificasse: totumque opus incredibili celeritate perfectum fuisse, intra duorum mensium spatium. Sic enim interpretor χερσαῖα τεῖχη, non autem cum Lango lateritios muros. Sed falli videtur Nicephorus, qui Anthemio tribuit id quod diu postea factum est a Cyro præfecto urbis Constantinopolitanæ, ut narrat Cedrenus in Chro-

nico, anno 26 Theodosii junioris. Porro totam hanc pericopen in Socrate nostro libenter expungerem. Sensum enim interrumpit, et ex margine in textum irrepsisse videtur. VALES.

1, 3. Τρωίλῳ] Inter præcipuos Anthemii amicos fuit hic Troilus sophista, ut præter Socratem docet Synesius in epistola 73 ad Troilum. Ejusdem meminit Socrates supra in lib. v. ubi de Eusebio Scholastico loquitur, qui bellum Gainæ versibus scripserat. De eodem Suidas in Τρώϊλος, ubi ait eum scripsisse orationes politicas et epistolarum libros. VALES.

De Troilo confer supra, vi. 6, 36; infra, 12, 10. 37, 1.

Ibid. σοφίας] De Troili sapientia testis est Synesius in epistola 47 ad Theotimum, ubi illum admirabilem et philosophum appellat. Sed et in epistola 26 eundem vocat optimum philosophorum. Sic etiam in epistola 73 et 109. Itaque pro voce φιλίας, hoc loco scribi possit φιλοσοφίας. De eodem Troilo intelligendus est Synesii locus in epistola 79 ad Anastasium, qui sic habet, τοῦ σοφιστοῦ, φησὶ, μόνου παρόντος seqq. De Anthemio loquitur præfecto prætorio, cui ægrotanti Constantinopoli solum adsedissee ait sophistam, Troilum scilicet. VALES.

Cap. 2. Conf. Cassiod. xi. 2.

348

2, 1. τρίτον ἔτος εἶχεν Ἀττικός] Ordinatus erat Atticus A. D. 406, supra vi. 20, et mense quidem Febuario, sive ut alii placet Martio, secundum Sozomenum viii. 27.

Ibid. εὐλαβῆς τε καὶ φρόνιμος] Fuerat tamen Atticus inter accusatores Chrysostomi in synodo ad Quercum, sicut jam diximus supra, ad vi. 19, 1, et 21, 6. Conf. Sozomen. viii. 27. Et quicquid dicat Socrates de ejus clementia in sectas schismaticorum, satis constat eum immitem fuisse in adversarios suos intra Ecclesiam. Nam illas leges quæ latæ sunt contra sectatores Chrysostomi, de quibus dictum est supra, ad vi. 21, 6, suasu Attici promulgatas fuisse ait Palladius, V. Chrysost. pp. 11, et 38. Saltem sub Attico repetitæ sunt: conf. Gothofred. Commentar. in Cod. Theodos. l. c. tom. vi. p. 114. Refert quoque Photius eum impigrum fuisse contra Messalianos sive Euchitas, quorum secta eo tempore extabat, sic, ἔγραψε ὁ Κωνσταντινουπόλεως Ἀττικός τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ ἐπισκόποις, ἵνα πανταχόθεν τοὺς Μεσαλιανούς ὡς ἄγη καὶ μύση ἀπελαύνωσιν· ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ πρὸς Ἀμφιλόχιον τὸν Σίδης ὁμοίως. Bibl. Cod. 52.

Porro autem Sozomenus, qui ad locum hunc Socratis de Attico respicere videtur, non tamen eum tantopere laudat, dicit puerum eum institutum fuisse Sebastææ inter monachos e secta Macedonianorum, postea vero adultum ad Ecclesiam rediisse: quibus subdit, φύσει δὲ μᾶλλον ἢ μαθήσει φρόνιμος ὤν, ἐγένετο τῶν πρακτέων ἐπίβολος. viii. 27.

Cap. 3. Conf. Cassiod. xi. 3. Niceph. xiv. 11.

3, 1. Συνάδφ] Melius scriberetur Συννάδφ, per duplex *FF*. sic enim frequentius scribitur nomen hujus urbis in veteribus nummis. Certe Joannes Tristanus nummum imperatoris Caracallæ protulit, qui hanc habet inscriptionem, Συνναδέων. Interdum tamen cum unico *v*, scribitur. Ita certe legitur in vetere nummo imp. Nervæ, in cujus aversa parte insculptus est Jupiter cum hac inscriptione,

ΔΙΑΠΑΝΔΙΜΟΝΟΥΝΑΚΙΣ.

Fuit hic nummus in thesauro illustris viri Domini Bryennii, de cujus explicatione cum interrogatus essem a doctissimo viro Francisco Ogerio, cui Patinus nummum illum communicaverat, respondi ita legendum esse Δία Πάνδιμον Συνναδεῖς. Jovem enim cognomine Pandemon colebant Synnadenses, eo quod ex multis Græciæ populis in unum collecti olim ab Acamante Thesei filio, urbem Synnada incoluissent. Unde et urbem ipsam ita nominatam esse scribit Stephanus, ἀπὸ τοῦ σὸν ναιεῖν. Porro populi illi, ex quibus collecta primum fuit Synnadensium colonia, duo fuere: Macedones scilicet, et Athenienses sive Iones qui erant in Asia, quemadmodum scribit idem Stephanus. Ex quo intelligimus cur in nummo imperatoris Caracallæ, quem edidit Joannes Tristanus, Synnadenses dicantur Dorienses et Iones. Sic enim habet inscriptio, Συνναδέων Δωριέων Ἴώνων. Nam Macedones quos illuc colonos deduxit Acamas, erant origine Dorienses. Athenienses vero qui cum Acamante Thesei filio illuc profecti sunt, et coloni quos ex Asia collegisse dicitur Acamas, Iones erant, ab Ione Atheniense ita dicti. VALES.

Ibid. ἐξελαύνων αὐτοὺς] Hoc jam legibus decretum erat contra Macedonianos per Constitutiones vi. et vii. Theodosii imperatoris, A. D. 383, quarum postrema ita scripta est; *Vitiorum institutio, Deo atque hominibus exosa, Eunomiana*

scilicet, Ariana, Macedoniana, Apollinariana, cæterarumque sectarum, quas veræ religionis venerabili cultu catholicæ observantiæ fides sincera condemnat, neque publicis neque privatis aditionibus intra urbium atque agrorum ac villarum loca aut colligendarum congregationum aut constituendarum ecclesiarum copiam præsumat, nec celebritatem perfidiæ suæ vel solemnitatem divæ communionis exerceat: seqq. Cod. Theodos. xvi. tit. v. De Hæreticis, 11 et 12. Illas autem leges confirmavit Arcadius A. D. 395, sic: *Omnes pœnas, cuncta supplicia, quæ sanctionibus Divæ recordationis genitoris nostri adversus hæreticorum sunt pertinaces spiritus constituta, nostro etiam decreto reparantes decernimus*: seqq. ibid. 25. p. 157. Quamobrem satis lege agi potuit in Macedonianos aut quosvis alios hæreticos. Verum cura exequendarum hujusmodi legum injuncta non erat episcopis et clero, sed iudicibus atque officialibus magistratuum. Vid. Gothofred. ad Cod. Theod. xvi. v. tom. vi. p. 119. Theodosius fortasse rem prosecutus est præter morem tunc solitum episcopis. Id quoque inusitatum fuisset, si delator hæreticorum in tribunalibus exstiterit, quemadmodum Socrates videtur dicere.

3, 2. οὐκ εἰς τὸς διώκειν] Celebris quæstio est, et in utramque partem agitari solita, liceatne catholicis, ac præsertim episcopis, persequi hæreticos. Ego in ea re dijudicanda, opus esse distinctione existimo. Certum est enim, pecuniæ colligendæ causa non licere catholicis hæreticos divexare, quod tunc faciebat Theodosius Synadensis episcopus. Eisdem quoque criminalibus judiciis persequi, et eorum sanguinem expetere, perinde illicitum est, ut Iudæus et alii quidam Hispaniæ episcopi Priscillianistas persecuti sunt. Quorum communioni cum se aliquando junxisset b. Martinus, magnum sibi detrimentum ex ea re accidisse confessus est, ut scribit Sulpicius Severus in ejus vita. Licet tamen, ac semper licuit catholicis, auxilium principum ac magistratuum implorare adversus hæreticos, ut coerceantur, et in officio contineantur, ne supra catholicos insolentius sese efferant, neve insultent et illudant catholicæ religioni. Augustinus quidem fatetur antea se in hac fuisse sententia, hæreticos a catholicis vexandos non esse, sed omni mansuetudine potius invitandos. Postea tamen sententiam mutavit, re ipsa doctus, leges principum adversus

hæreticos latas, ipsis hæreticis ad conversionem prodesse. Idque fassos esse ait ipsos Donatistas, qui postea ad catholicam ecclesiam rediissent. Hi enim affirmabant, nunquam se ad ecclesiam reversuros fuisse, sed perpetuo in errore mansuros, nisi poenis illis ac mulctis legum imperialium provocati et quasi attracti fuissent. Locus Augustini elegantissimus est in epistola 48 ad Vincentium; cui jungendus est alter ejusdem locus in libro primo contra Gaudentium capite 23. VALES.

3, 3. δικαστηρίοις αὐτοῦ προσδεσμεῖν] Id est, ad tribunalia 349 judicium eos trahebat et quasi alligabat. Interpretes tamen hæc de vinculis dici existimarunt, quasi Theodosius episcopus hæreticos vinctos iudicibus exhibuisset. Ita quoque accepit Nicephorus. Verum Socratis verba hunc sensum respuunt. VALES.

3, 5. ἀπόνοια] Nil opus est mutari: neque recte loci sensum assecutus est Valesius in interpretatione suæ. Ἀπόνοια est desperatio, quæ quidlibet auderet; et proinde idem sonat atque facinus vel consilium audacissimum; quemadmodum infra, 31, 3. Eadem vox legitur simili sensu in fragmento Chrysostomi Responsi ad Gothos, καὶ ἐκ τῶν προουμιῶν πρόρρητον ἀνασπῆ τῆς ἀπονοίας τὴν φύσιν, ubi interpretes reddunt per, arrogantia. Theodoret. Dialog. 1.

Cap. 4. Conf. Cassiod. xi. 4. Niceph. xiv. 12.

350

Cap. 5. Conf. Cassiod. xi. 5. Niceph. xiv. 13.

5, 2. μικρὸν ἐμπροσθεν] supra, v. 21.

5, 4. ἦν δὲ ἡ ἑορτὴ] Respicit ad Luc. xxii. 1, ubi legitur, Ἦγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη Πάσχα.

Ibid. ἔξω ἀζύμων] Non probo versionem Langi et Christophorsoni, qui sic interpretati sunt hunc locum: *Maledictus qui absque azymis Pascha celebrat*. Ego vero ita vertendum puto: *Qui extra diem azymorum*. Non enim in Græco est ἀνευ vel χωρὶς, sed ἔξω, quod significat, *extra*, seu *præterquam*. VALES.

Rectius Valesius interpretatus est in versione Latina, *extra azyma*; scilicet extra septem illos dies quibus fermentum Israelitis prohibitum fuerat. Quod quidem contingere poterat quoties dies Dominicus in quartum decimum vel etiam in quintumdecimum lunæ Paschalis incidere: tunc enim mos fuit in occidentali ecclesia plerumque Festum Resurrectionis in proxime sequentem Dominicum deferre.

5, 7. τὴν ἐκ προλήψεως ἑορτὴν] Langus et Christophorsonus 35^I verterunt: *cum ex anticipata opinione festum Paschæ celebraret.* Magis probo interpretationem Musculi, qui vertit, *per anticipationem celebraret.* Nam Sabbatius more Judaïco Pascha celebrans, Christianos præveniebat, ante diem Dominicum illud peragens. Quod si ita intelligamus, scribendum erit τὴν ἑορτὴν τὴν ἐκ προλήψεως. Eadem voce paulo post utitur Socrates de eadem re loquens: τῇ ἀγροικικῇ προλήψει κρατούμενοι. Ubi tamen πρόληψις sumi videtur pro anticipata opinione. VALES.

Verum quo sensu accipiendum sit hic προλήψις Socrates ipse explicavit supra, in προλαμβάνων ἐνήστειν, v. 21, 17; quod Valesius vertit. *jejunia antevertebat.*

Ibid. τὴν ἐξ ἔθους παννυχίδα] Intelligo vigiliam festi Paschalis. Neque enim alia potest esse ἢ ἐξ ἔθους παννυχίς, quam vigilia festi Paschalis. Quippe Sabbatius etsi Pascha anticiparet, et una cum Judæis illud celebraret, tamen Sabbato Paschali vigiliam agebat cum reliquis Christianis, et diem Paschæ cum iisdem Christianis simulate ac perfunctorie celebrabat, quemadmodum supra retulit Socrates in libro quinto, capite 21. Atque ita hunc Socratis locum accepit Nicephorus, τῇ δὲ εἰθωιά παννυχίδι τὸ προσῆκον γέρας ἀφοσιουμένων seqq. Quæ sic vertenda sunt: *Cum autem solemnem vigiliam, dicis causa congruo cultu celebrarent* seqq. Porro cur Sabbatius licet Judæos sequens in observatione Paschæ, Christianorum tamen Pascha celebrare simulaverit, hæc ut opinor causa est, quod timebat leges imperatorum, qui pro hæreticis habendos esse sanxerant eos, qui non uno atque eodem die cum reliquis omnibus Pascha celebrarent. Sic enim imperator Theodosius in lege nona Codice Theodosiano de hæreticis: *Sublimitas itaque tua summa exploratione rimetur, ut quicumque in unum Paschæ diem non obsequenti religioni convenerint, tales indubitanter quales hac lege damnavimus, habeantur.* VALES.

5, 10. μικρὸν ὑστερον] Infra c. 12.

Cap. 6. Conf. Cassiod. xi. 6. Niceph. xiv. 13.

6, 1. ἀνωτέρω] De Dorotheo conf. supra, v. capp. 3, et 12, et 23.

6, 5. Ψαθυριανῶν] Ἐκ δὲ τῆς Ἀρείου βλασφημίας πάλιν ἔτερον ἀπερράγη τμήμα. Οὗτοι δὲ φασι, πατὴρ ὁ Θεὸς, ἀεὶ δὲ ὁ Υἱὸς ὑπὸ

τοῦ Θεοῦ ἐκτισμένος· ταῦτὸν γὰρ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, τὸ κτίσθαι καὶ τὸ γεννηθῆσαι. Τοῦτους οἱ Ἀντιοχεῖς Ψαθυριανοὺς ὀνομάζουσι· τὸν γὰρ τῆς αἰρέσεως ἄρχοντα λέγουσι τοιούτων ποπάνων γεγενῆσθαι δημιουργόν. *Ex Arii autem blasphemia alia rursus secta erupit.* 35² *Hi dicunt, Pater Deus, semper etiam Filius a Deo creatus. Idem enim est in Deo creare et gignere. Hos Antiocheni Psathyrianos vocant, quod hæresis auctorem hujusmodi placentarum artificem fuisse ferunt.* Theodorit. Hæret. Fab. lib. iv. cap. 4. Vide et Socratis lib. v. cap. 23. **READING.**

6, 8. τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον αἰτιῶν] Plato in Timæo, ubi de causa et ortu rerum disputat, ponit quidem tres fuisse rerum ἀρχὰς, sive αἰτίας: quemadmodum in his verbis; εἰ τις οὖν ἢ γέγονε, κατὰ ταῦτα ὄντως ἐρεῖ, μικτέον καὶ τὸ τῆς πλασμαμένης εἶδος αἰτίας, ἢ φέρειν πέφυκεν. Ὡδε οὖν πάλιν ἀναχωρητέον, καὶ λαβοῦσιν αὐτῶν τούτων προσήκουσαν ἀρχὴν ἑτέραν σεοῦ. Et mox, τὴν μὲν περὶ ἀπάντων εἶτε ἀρχὴν εἶτε ἀρχὰς εἶτε δευτῆρ δοκεῖ τούτων πέρι, τὸ νῦν οὐ ῥητέον σεοῦ. Et paulo infra, Ἡ δ' οὖν αὖθις ἀρχὴ περὶ τοῦ παντὸς ἔστω μειζόνως τῆς πρόσθεν διηρημένη· τότε μὲν γὰρ δύο εἶδη διεκλόμεθα, νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῶν δηλωτέον. σεοῦ. Tim. t. iii. p. 49 Stephan. Quid autem de his intelligendum sit colligi potest e ceteris ejus argumentis, quæ in isto libro continentur. In p. 29, 30 dixit, primam ἀρχὴν fuisse Deum: tum, τὸνδε τὸν κόσμον ζῶον ἐμψυχον ἐννοῦν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν: qui proinde secunda ἀρχὴ dici posset. Hunc autem mundum disertè affirmat postea, p. 37, æternum fuisse: ἢ μὲν οὖν τοῦ ζῶον φύσις ἐτύγχανεν οὐσα αἰώνιος. Hæc satis sint ad illustrandum Socratis argumentum; quod denique eo tantum recidit, nempe ut, si Platonicis concedant, posse fuisse secundam causam, quæ tamen æterna sit, Ariani nulla ratione cogantur concludere, fuisse tempus antequam Filius esset, posito, Patrem esse primam Causam, Filium vero secundam.

6, 10. ἐν τῇ αὐτῇ ὑπαρέλ[α] Videtur Socrates hæc verba mente retulisse potius ad Caput proxime sequens, quam ad annum modo numeratum. Chrysanthus enim ordinatus fuit anno Domini 412, si septem annos in episcopatu exegerat cum e vita excessit d. Augusti 26 A. D. 419, quod Socrates dicit infra, c. 17. Obitum Sisinnii iterum refert noster infra, c. 12, proprio loco. Porro autem paulo antea composita quodam-

modo est discordia inter Joannis fautores et partem adversam. Nam Synesius in epistola scripta ad Theophilum, memorat, dissidium, cum jam aliquamdiu post latam a synodo sententiam duraverat, tandem, opera Theophili sopitum esse, τὶ δ' ἂν διηροίμην εἶδότε, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῷ διωκηκότι, τὰ περὶ τὰς γενομένας διαλλαγάς: hæc vero acta fuisse ante fere tres annos quam tunc scriberet. Synes. Epist. lxvi. Mortuus est Theophilus A. D. 412.

Cap. 7. Conf. Cassiod. xi. 7. Niceph. xiv. 14.

7, 1. Θεόφιλος] Theophilus hic, odio in Chrysostomum notissimus, obiit xv die Octobris, anno Chr. 412. In Historia Patriarcharum Copitarum dicitur *Theophilusse* disse annos 27, dies 87. Sedem autem inierat die vicesima Julii, anni Chr. 385. Quare auctor anonymus illius Historiæ sedis Theophili tempus accurate supputavit: Cumque asserat Theophilum mortuum esse die 18 *Babæ*, qui diei 15 *Octobris* nostri respondet, diem illum emortualem exclusit. *Ant. Pagi ad ann. 412. n. xxiii.* **READING.**

7, 2. Κύριλλον δς ἦν ἀδελφιδούς] Musculus verit, *qui nepos Theophili erat ex sorore.* Christophorsonus vero fratris filium interpretatur. Sane Nicephorus in libro xiv. cap. 25, Theophilum ait fuisse patrum Cyrilli θεῖον πρὸς πατρός. Theodorus tamen θεῖον duntaxat vocat. Quare avunculum potius Cyrilli eum fuisse crediderim. Sororis Theophili mentio fit apud Sozomenum. Facundus Hermianensis, et Epiphanius Scholasticus Theophilum Cyrilli consobrinum vocant, male id quidem: sed ex quo Cyrillum cognatione junctum fuisse Theophilo per sororem, haud obscure significatur. **VALES.**

7, 5. Ναυαριανῶν ἐκκλησίας ἀποκλείσας] Invidiose hæc refert Socrates, ubique Novatianis nimium favens, quasi Cyrillus hoc 353 privata sua auctoritate fecerit; cum tamen ante aliquot annos conventicula et prædia hæreticorum Ecclesiæ catholicæ vindicata fuerint, ex lege Honorii, quam anno 412 renovavit; ut ex Cod. Theodos. lib. xvi. tit. v. de Hæret. leg. 52, observavit doctissimus Josephus Bingham in Orig. Ecclesiast. lib. v. cap. 4. n. 11. *W. Lowth.* **READING.**

Vera quidem hæc sunt: attamen non constat Novatianos tunc inter hæreticos lege censeri potuisse. Nam lex Constantini magni eos nominatim exemerat e catalogo hæreticorum:

Cod. Theod. xvi. v. De Hæretic. l. 2. Neque ulla comparet lex in qua inter hæreticos numerantur, ante A. D. 423, ubi *Novatiani ac Sabbatiani, ceterique hæretici* agmen claudunt eorum quibus illa interdicta sunt quæ antea hæreticis interdicta fuerant: *ibid.* l. 59. Vide Gothofred. ad l. Hæc data fuit Constantinopoli ab Honorio et Theodosio juniore. Similis occurrit mentio Novatianorum in lege data Constantinopoli a Theodosio jun. et Valentiniano tertio A. D. 428: *ibid.* l. 65. Fuerant quidem aliquæ leges paulo prius latæ, contra eos qui tumultuosis conventiculis interessent, (hoc est, contra Joannitas,) et ne orthodoxi seorsum convenirent, A. D. 404; verum illæ etsi potuissent fortasse in Novatianos torqueri, non tamen contra eos primo edictæ erant, neque Novatiani per illas turbati fuisse videntur. Tum autem non opus erat ut Novatiani per novam legem A. D. 423 nominatim coercerentur, si jam conventus eorum illiciti et prohibiti esse cœpissent per leges A. D. 404.

Cap. 8. Conf. Theodoret. v. 39. Cassiod. xi. 8. Niceph. xiv. 18.

8, 2. *διόφοροι δέ εἰσι αἰρεταί*] Procopius lib. i. de Bello Persico, cap. 2. narrata Arcadii morte, ait: *Conscripto testamento hæredem imperii filium, hujus tutorem instituit Isdigerdem regem Persarum, eum enixe rogans, ut ad imperium Theodosio adserendum potentiam suam omnem providentiamque conferret* seqq. *Res autem Persarum Isdigerdes, magnitudine animi jam ante clarissimus, cum oblata sibi tabulas legisset, virtutis exemplum edidit mirum valde ac memorandum. Mandata enim Arcadii minime aspernatus, Romanos, quamdiu vixit, pace beavit altissima, et imperium Theodosio conservavit.* Idem habent Agathias lib. iv. et Theophanes, qui addit Isdigerdem mox summisisse *Antiochum*, virum moribus egregium, et eximiæ eruditionis, in pueri procuratorem et pædagogum; pacemque diu inter Romanos et Persas traductam, *Antiocho maxime plura pro Christianis scribente; atque ita Christiana lex per totam Persidem dilatata fuit*, inquit Theophanes. **READING.**

8, 3. *μικρὸν ἐμπροσθεν*] *Supra*, vi. 15, 10: ubi vide adnotata. "Theodosius Marutham ad regem Persarum legatum destinavit, petens ut a persecutione Christianorum desisteret, fœdusque cum Romanis statueret." *Asseman. Biblioth. Orient.* t. i. p. 175: quibus mox subdit testimonium Dionysii patriar-

chæ, ex ejus Chronico excerptum, Marutham missum fuisse A. D. circiter 414, et deinde habitam esse sub eo synodum Persicam, in qua confirmata est fides Nicæna; hæc tamen Assemanus intellexit de secunda Maruthæ missione; nempe primam synodum habitam esse cum Maruthas antea in Persiam missus est, alteram vero cum ibidem legatus fuit A. D. circiter 414: *ibid.* p. 176. Plura vide de Marutha in ejusdem t. iii. p. 364. seqq.

8, 18. *χριστιανῶσαι αὐτὸν*] *Persecutionem vero in Christianos 354 excitavit, cujus causam dedit Abdaas, regis Persidos urbis (Susæ) episcopus, divino quidem zelo motus, at non eo ex rationis norma usus, Ignis templum succendit. Eo cognito Rex erectas per totam Persidos regionem ecclesias everti jussit; Abdaam autem diversis afflixit tormentis.* Procopius ubi supra. Mortuus est autem Isdigerdes anno Chr. 420. cum unum et viginti annos regnasset, ut scribit Agathias lib. iv. p. 137. READ.

Ibid. Ἀβδάα τῷ ἐπισκόπῳ Περσίδος] Hunc Abdam episcopum Huzitarum appellat Amrus citatus ab Assemano, Biblioth. Orient. t. iii. p. 371: ubi notandum est duos tunc fuisse Abdas, unum Dorkonensem qui cænobium ad Sarsaram fluvium condidit, alterum episcopum hunc qui periit in Jezdegerdis persecutione. *Ibid.* p. 369. et t. ii. p. 400.

8. 20. ἐφθασε τελευτῆσαι] A. D. 420. Conf. infra, ad c. 18.

Cap. 9. Conf. Sozomen. viii. 24. ad finem. Theodoret. v. 35. Cassiod. xi. 10. Niceph. xiv. 30.

9, 1. Φλαβιανοῦ τελευτήσαντος] Obiit Flavianus circa ann. Chr. 403. *Guil. Cave.* Tenuit Porphyrius episcopatum Antiochenum ab anno 404, usque ad annum 413, aut forte insequentem. *Ant. Pagi ad ann. 408.* n. xvi. Damasus, ecclesiæ Romanæ episcopus constitutus anno 366, obiit prope octogennarius, exeunte anno 384. Siricius Romæ episcopus factus anno 385, obiit vicesimo sexto die Novembris, anno 398. Eodem anno Anastasius pontifex creatus est: obiitque anno 401, die 14 Decembris; juxta Baronium vero aliosque die 27 April. anno 402. *Guil. Cave.* READING. Flavianus mortuus est, et Porphyrius in ejus locum ordinatus, inter Pascha et xiv. Kal. Decemb. A. D. 404. Conf. Pallad. Vit. Chrysost. p. 57. et Cod. Theod. xvi. tit. iv. l. 6.

Ibid. Ἀλέξανδρος] Omisit Socrates narrare, quod memoratu dignum est, sub Alexandro compositam esse discordiam, quæ

Cod. Theod. xvi. v. De Hæretic. l. 2. Neque ulla comparet lex in qua inter hæreticos numerantur, ante A. D. 423, ubi *Novatiani ac Sabbatiani, ceterique hæretici* agmen claudunt eorum quibus illa interdicta sunt quæ antea hæreticis interdicta fuerant: ibid. l. 59. Vide Gothofred. ad l. Hæc data fuit Constantinopoli ab Honorio et Theodosio juniore. Similis occurrit mentio Novatianorum in lege data Constantinopoli a Theodosio jun. et Valentiniano tertio A. D. 428: ibid. l. 65. Fuerant quidem aliquæ leges paulo prius latæ, contra eos qui tumultuosis conventiculis interessent, (hoc est, contra Joannitas,) et ne orthodoxi seorsum convenirent, A. D. 404; verum illæ etsi potuissent fortasse in Novatianos torqueri, non tamen contra eos primo edictæ erant, neque Novatiani per illas turbati fuisse videntur. Tum autem non opus erat ut Novatiani per novam legem A. D. 423 nominatim coercerentur, si jam conventus eorum inliciti et prohibiti esse cœpissent per leges A. D. 404.

Cap. 8. Conf. Theodoret. v. 39. Cassiod. xi. 8. Niceph. xiv. 18.

8, 2. *διὰφοροι δὲ εἰσι αἰτλαί*] Procopius lib. i. de Bello Persico, cap. 2. narrata Arcadii morte, ait: *Conscripto testamento hæredem imperii filium, hujus tutorem instituit Isdigerdem regem Persarum, eum enixe rogans, ut ad imperium Theodosio adserendum potentiam suam omnem providentiamque conferret* seqq. *Res autem Persarum Isdigerdes, magnitudine animi jam ante clarissimus, cum oblatas sibi tabulas legisset, virtutis exemplum edidit mirum valde ac memorandum. Mandata enim Arcadii minime aspernatus, Romanos, quamdiu vixit, pace beavit altissima, et imperium Theodosio conservavit.* Idem habent Agathias lib. iv. et Theophanes, qui addit Isdigerdem mox summisisse *Antiochum*, virum moribus egregium, et eximie eruditionis, in pueri procuratorem et pædagogum; pacemque diu inter Romanos et Persas traductam, *Antiocho maxime plura pro Christianis scribente; atque ita Christiana lex per totam Persidem dilatata fuit*, inquit Theophanes. **READING.**

8, 3. *μικρὸν ἔμπροσθεν*] Supra, vi. 15, 10: ubi vide adnotata. "Theodosius Marutham ad regem Persarum legatum destinavit, petens ut a persecutione Christianorum desisteret, fœdusque cum Romanis statueret." Asseman. Biblioth. Orient. t. i. p. 175: quibus mox subdit testimonium Dionysii patriar-

chæ, ex ejus Chronico excerptum, Marutham missum fuisse A. D. circiter 414, et deinde habitam esse sub eo synodum Persicam, in qua confirmata est fides Nicæna; hæc tamen Assemanus intellexit de secunda Maruthæ missione; nempe primam synodum habitam esse cum Maruthas antea in Persiam missus est, alteram vero cum ibidem legatus fuit A. D. circiter 414: *ibid.* p. 176. Plura vide de Marutha in ejusdem t. iii. p. 364. seqq.

8, 18. *χριστιανίσαι αὐτὸν*] *Persecutionem vero in Christianos excitavit, cujus causam dedit Abdaas, regis Persidos urbis (Susæ) episcopus, divino quidem zelo motus, at non eo ex rationis norma usus, Ignis templum succendit. Eo cognito Rex erectas per totam Persidos regionem ecclesias everti jussit; Abdaam autem diversis afflixit tormentis.* Procopius ubi supra. Mortuus est autem Isdigerdes anno Chr. 420, cum unum et viginti annos regnasset, ut scribit Agathias lib. iv. p. 137. READ.

Ibid. Ἀβδάα τῷ ἐπισκόπῳ Περσίδος] Hunc Abdam episcopum Huzitarum appellat Amrus citatus ab Assemano, *Biblioth. Orient.* t. iii. p. 371: ubi notandum est duos tunc fuisse Abdas, unum Dorkonensem qui cænobium ad Sarsaram fluvium condidit, alterum episcopum hunc qui periit in Jezdegerdis persecutione. *Ibid.* p. 369. et t. ii. p. 400.

8. 20. *ἔφθασε τελευτῆσαι*] A. D. 420. Conf. *infra*, ad c. 18.

Cap. 9. Conf. *Sozomen.* viii. 24. ad finem. *Theodoret.* v. 35. *Cassiod.* xi. 10. *Niceph.* xiv. 30.

9, 1. *Φλαβιανοῦ τελευτήσαντος*] Obiit Flavianus circa ann. Chr. 403. *Guil. Cave.* Tenuit Porphyrius episcopatum Antiochenum ab anno 404, usque ad annum 413, aut forte insequentem. *Ant. Pagi ad ann.* 408. n. xvi. Damasus, ecclesiæ Romanæ episcopus constitutus anno 366, obiit prope octogenarius, exeunte anno 384. Siricius Romæ episcopus factus anno 385, obiit vicesimo sexto die Novembris, anno 398. Eodem anno Anastasius pontifex creatus est: obiitque anno 401, die 14 Decembris; juxta Baronium vero aliosque die 27 April. anno 402. *Guil. Cave.* READING. Flavianus mortuus est, et Porphyrius in ejus locum ordinatus, inter Pascha et xiv. Kal. Decemb. A. D. 404. Conf. *Pallad. Vit. Chrysost.* p. 57. et *Cod. Theod.* xvi. tit. iv. l. 6.

Ibid. Ἀλέξανδρος] Omisit Socrates narrare, quod memoratu dignum est, sub Alexandro compositam esse discordiam, quæ

ecclesiam Antiochenam octoginta quinque annos turbaverat : usque ab A. D. 328 quo Eustathius depositus fuit, ad A. D. 413 quo Alexander consecratus est. Theodoret. H. E. iii. 5. et v. 35. Conf. Clinton. Fast. Rom. Append. p. 552.

9, 2. *Ναυματιανὸς ἐλαύνει*] Hæc quæ Socrates narrat de exturbandis Novatianis, et supra, c. 7, 5, infra, c. 11, videntur fuisse præludia legum quæ mox in eos latæ sunt, ab A. D. 423. Conf. infra, ad c. 25.

Cap. 10. Conf. Sozomen. ix. capp. 4, 6, 7, 8, 9. Philostorg. 355 xii. 2, 3. Cassiod. xi. 9. Niceph. xiv. 57.

10, 1. *Ῥωμαϊκῆ ἀξίᾳ τιμηθεὶς*] Zosimus in libro quinto scribit, Alarichum post expeditionem adversus Eugenium tyrannum, in qua egregiam operam navaverat, nullis Romanorum copiis præfectum fuisse, sed in Thraciam reversum, solos quos ductaverat Barbaros retinuisse. Paulo post tamen cum a Rufino accitus Græciam vastasset et Epirum, magister militum per Illyricum factus est, ut docet Claudianus in Eutropium lib. 2.

— *Vastator Achivæ*

*Gentis, et Epirum nuper populatus inultam,
Præsides Illyricis. Jam quos obsedit, amicus
Ingreditur muros, illis responsa daturus,
Quorum conjugibus potitur, natosque peremit.
Sic hostes pensare solent.*

VALES.

Alaricus Græciam vastavit annis 395 et 396: Rufinus vero interfectus est A. D. 395. Vid. Zosim. v. 4, 7, et Clinton. F. R. in iis annis. Postea Alaricus aliquamdiu in Epiro substitit, Zosim. v. 26; unde (secundum Sozomenum) in Dalmatiam abiit. Mox ubi Stilichô ab Arcadio impetraverat ut fieret Alaricus magister militum et præficeretur Illyrico, in Epirum rediit; Sozom. ix. 4: quo tempore Rhadagaisus arma inferre Italiæ parabat, Zosim. ibid. Hoc autem ad A. D. 402, aut 401, referri potest, si Pollentiæ pugnatum est A. D. 403. Vid. Clinton. F. R. in anno.

10, 4. *τὴν Ῥώμην κατέλαβον*] Zosimus lib. v. [34. seqq.] p. 811, Bassi Philippique consulatu anno 408 gesto, ac morte Stilichonis ejusque filii narratis, urbis obsidionem referre incipit; aitque *Alarichum* Romam versus promotis castris obvia castella cuncta cum oppidis diripuisse; tum eam obsidione cinxisse, ac occupato Tiberi flumine subministrationem com-

meatus e portu impediisse. Deinde exponit quibus conditionibus pax sancita fuerit, barbaris pecunia numerata, ac obsidio soluta. Quibus narratis ait, p. 818. *mediocre jam laxamentum hoc malorum esse videbatur, quo tempore Honorius imperator Ravennæ consulatum inibat, octies honorem hunc consecutus; in oriente Theodosius Aug. jam tertium consul.* Quare cum Kalendis Januarii anni 409, Honorius et Theodosius consulatum illum inierint, anno elapso sub finem vergente jam urbs ab Alaricho obsessa fuerat, et ea quæ ex Zosimo recitavimus, aciderant. *Ant. Pagi ad ann. 409. n. iii.* READING.

Perquam succincte Socrates hæc narrat, dum res gestas ab A. D. 395, usque ad A. D. 410, in hoc Capite percurrit. Plenius et melius Sozomenus, qui refert Romam ter obsessam esse ab Alarico, postremo autem a Gothis spoliata, viii. 9. A prima obsidione, A. D. 408, liberata est pretio dato ad Alaricum; Zosim. v. 41. Obsessa iterum A. D. 409, et fame oppressa capto portu, sese eidem victori submitit, atque Attalum regem recepit ex præfecto Urbis; Zosim. vi. 7. Denique A. D. 410 Alaricus, indignatus frustratum se esse pacis quam expectaverat, eam iterum invasit, et captam exercitui suo totam diripiendam permisit; Zosim. vi. 13. Philostorg. xii. 3; præter ecclesiam S. Petri, quam inviolatam servavit: Sozomen. ix. 9. Plura vide in Clinton. F. R.

10, 5. Ἀτταλον] *Alarichus Roma exiturus Attalum e senatoribus Romanis imperatorem dixit, diademaque ipsi addidit et purpuram, quæque alia sunt Romani principatus insignia, id agitans ut exuto Honorio, totam Occidentis potentiam traderet Attalo. Erat autem Attalus nec per se, quæ opus facto cogitare idoneus, nec parere recta suadentibus. Tali cum esset ingenio, prasides in Africam misit sine exercitu, minime id probante Alaricho.* Procopius Cæsariensis Hist. Vandal. lib. i. pag. 8. READING.

Cap. 11. Conf. Cassiod. xi. 10. Niceph. xiv. 30.

356

11, 1. Μετὰ δὲ Ἰνοκέντιον] Innocentius, natione Italus, patria Albanus, ineunte anno 402 episcopus Romanus factus est. Anno 409 ab Honorio imp. ad Alarichum legatus est, ut ab obsidione Romæ barbaros averteret. Successu quidem caruit legatio; res tamen optime cessit Innocentio, qui eo modo urbe subductus Ravennæ substitit, et miseram suæ sedis rui-

nam e longinquo conspexit. Obiit (non anno 417, die v Kal. Aug. quod vulgo creditur, sed) exeunte anno 416, die 21 Decemb. ut contendit Papebrochius. *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 289. READING.

11, 1. Ζώσιμος] Zosimus, natione Græcus, Apamei vel Abramii filius; anno 417, die 6 Januarii Romanæ ecclesiæ pontifex factus est. Obiit 17 Septemb. anni 418. Huic successit Bonifacius, patria Romanus, Secundi presbyteri filius, die 27 Decembris, anni 418. eodem tempore Eulalio archidiacono ab adversa factione ordinato; qui a 252 episcoporum synodo deponitur, facta Bonifacio quæta sedis possessione. Obiit die 4 Septembris, anno 423. *Guil. Cave, Hist.* vol. i. p. 305. READ.

Horum episcoporum successionum annos sic computat Clintonus: Innocentii ad A. D. 402, Zosimi ad A. D. 417 (mense Martio,) Bonifacii ad A. D. 418 sub finem Decembris, Cælestini ad A. D. 422 mense Septembri.

11, 6. ἰκανῶς ἐφήν] Hoc loco, nempe A. D. 411, ponendum est id quod Hieronymus memorat de incursione barbarorum quorundam: *Hoc autem anno cum tres explicassem libros, subitus impetus barbarorum, de quibus tuus dicit Virgilius, Lateque vagantes Barcæi, et sancta Scriptura de Ismahel, contra faciem omnium fratrum suorum habitabit, sic Ægypti limitem, Palestinæ, Phœnicis, Syriæ percurrit ad instar torrentis cuncta secum trahens, ut vix manus eorum misericordia Christi potuerimus evadere*: Epist. ad Marcell. et Anapsych. cxxvi. 2. Diversa hæc fuit ab Isaurorum irruptione A. D. 405, de qua scripserat Hieronymus in Epist. cxiv.

Cap. 12. Conf. Cassiod. ibid.

12, 1. Χρύσανθος καθεικίσθη] Nempe A. D. 412, ut modo dictum est ad 6, 10.

12, 5. Σαββάτιος] Supra, 5. infra 12, et alibi.

12, 9. δύο ἄρτους τῶν εὐλογίων] Panes qui a fidelibus offerebantur ad sacrificium, panes benedictionis vocabant. Sic enim Dionysius Exiguus vertit canonem 59 concilii Laodicensi. *ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον. Quod non oporteat in quadragesima panem benedictionis offerri, nisi in sabbato et Dominico.* Ex iis panibus quidam ad Eucharistiam accipiebantur: reliqui vero clericis alendis destinabantur ab episcopo, qui et ipse ex iis sibi sum-

ebat quantum vellet, ut ex hoc loco discimus. Notandum autem est quod ait Socrates, ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν. Episcopus enim de oblationibus omnium ecclesiarum quæ sub ipsius ditione erant, pro arbitrio disponebat. Vide decreta Gelasii Papæ cap. 27. VALES.

12, 10. ῥήτορα τοῦ σοφιστοῦ Τρωίλου] Rhetores olim dicebantur discipuli sophistarum, qui rhetoricam discabant. Non omnibus tamen sophistarum discipulis id nomen tribuebatur, sed præstantioribus tantum; qui certo ritu initiati, pallium rhetoricum gestabant, rubrum seu puniceum. Id docet Cyrillus in lexico: τριβωνες, περιβλήματά τινα: τῶν μὲν ῥητόρων ἐρυθροί τε καὶ φοινικολίφαιοι δὲ τῶν φιλοσόφων· παράσημον δὲ τοῦτο ἦν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην φορούμενον seqq. Quo autem ritu designari solerent Athenis rhetores, declarat Olympiodorus in excerptis historiarum apud Photium, Gregorius Nazianzenus, et Eunapius. VALES. De Cyrilli lexico vide Fabric. Bibl. Gr. iv. 36. tom. vi. p. 200. ed. Harles. 1798.

Conf. Σιλβανὸς ῥήτωρ μὲν ἐγγράνει πρότερον Τρωίλου τοῦ σοφιστοῦ, infra, 37, 1.

Cap. 13. Conf. Cassiod. xi. 11. Niceph. xiv. 14.

13, 2. χαίρει ταῖς στάσεσιν] Conf. Evagrii Hist. Eccl. ii. 8. 35⁸ et Reading ad l.

13, 6. πολιτεῖαν ἐν τῷ θεάτρῳ] Male Epiphanius scholasticus festivitatem quandam esse existimavit, quam Alexandrini πολιτεῖαν vocabant. Nec melius Christophorsonus publica edicta præfectorum Augustalium sic ab Alexandrinis vocari censuit, quæ tunc Orestes in theatro proponenda curaverit. In quo dupliciter fallitur. Primo quod omnia Augustalium edicta πολιτεῖαν ab Alexandrinis dici credidit; cum tamen ea duntaxat edicta quæ ad quietem et commodum urbis pertinebant, eo nomine designarentur. Sic hodie Parisiis vernaculo sermone πολιτεῖαν appellamus, et statuta politiæ, ea quæ ad annonam et hujusmodi alia in foro vendi solita pertinent. Deinde errat in eo Christophorsonus, quod edicta illa ab Oreste in theatro proposita esse existimavit. Non enim id dicit Socrates, sed tantum ait Orestem in theatro dispositiones illas fecisse, id est dictasse officialibus suis. Solebant enim magistratus Romani, in theatro et circo et quibuscumque in locis vellent, jus dicere. Sic Ammianus Marcellinus in libro xv. [7] scribit de Leontio præfecto urbi: et alibi de nescio quo alio

nam e longinquo conspexit. Obiit (non anno 417, die v Kal. Aug. quod vulgo creditur, sed) exeunte anno 416, die 21 Decemb. ut contendit Papebrochius. *Guil. Cave Hist.* vol. i. p. 289. **READING.**

11, 1. Ζώσιμος] Zosimus, natione Græcus, Apamei vel Abramii filius; anno 417, die 6 Januarii Romanæ ecclesiæ pontifex factus est. Obiit 17 Septemb. anni 418. Huic successit Bonifacius, patria Romanus, Secundi presbyteri filius, die 27 Decembris, anni 418. eodem tempore Eulalio archidiacono ab adversa factione ordinato; qui a 252 episcoporum synodo deponitur, facta Bonifacio quieta sedis possessione. Obiit die 4 Septembris, anno 423. *Guil. Cave, Hist.* vol. i. p. 305. **READ.**

Horum episcoporum successionum annos sic computat Clintonus: Innocentii ad A. D. 402, Zosimi ad A. D. 417 (mense Martio,) Bonifacii ad A. D. 418 sub finem Decembris, Coelestini ad A. D. 422 mense Septembri.

11, 6. ἰκανῶς ἐφην] Hoc loco, nempe A. D. 411, ponendum est id quod Hieronymus memorat de incursione barbarorum quorundam: *Hoc autem anno cum tres explicassem libros, subitus impetus barbarorum, de quibus tuus dicit Virgilius, Lateque vagantes Barcæi, et sancta Scriptura de Ismahel, contra faciem omnium fratrum suorum habitabit, sic Ægypti limitem, Palæstinæ, Phœnicis, Syriæ percurrit ad instar torrentis cuncta secum trahens, ut vix manus eorum misericordia Christi potuerimus evadere*: Epist. ad Marcell. et Anapsych. cxxvi. 2. Diversa hæc fuit ab Isaurorum irruptione A. D. 405, de qua scripserat Hieronymus in Epist. cxiv.

Cap. 12. Conf. Cassiod. ibid.

12, 1. Χρῦσανθος καθεικῦσθη] Nempe A. D. 412, ut modo dictum est ad 6, 10.

12, 5. Σαββάτιος] Supra, 5. infra 12, et alibi.

12, 9. δύο ἄρτους τῶν εὐλογίῳ] Panes qui a fidelibus offerebantur ad sacrificium, panes benedictionis vocabant. Sic enim Dionysius Exiguus vertit canonem 59 concilii Laodiceni. *ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.* Quod non oporteat in quadragesima panem benedictionis offerri, nisi in sabbato et Dominico. Ex iis panibus quidam ad Eucharistiam accipiebantur: reliqui vero clericois alendis destinabantur ab episcopo, qui et ipse ex iis sibi sum-

ebat quantum vellet, ut ex hoc loco discimus. Notandum autem est quod ait Socrates, ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν. Episcopus enim de oblationibus omnium ecclesiarum quæ sub ipsius ditione erant, pro arbitrio disponebat. Vide decreta Gelasii Papæ cap. 27. VALES.

12, 10. ῥήτορα τοῦ σοφιστοῦ Τρωίλου] Rhetores olim dicebantur discipuli sophistarum, qui rhetoricam discabant. Non omnibus tamen sophistarum discipulis id nomen tribuebatur, sed præstantioribus tantum, qui certo ritu initiati, pallium rhetoricum gestabant, rubrum seu puniceum. Id docet Cyrillus in lexico: τρίβωνες, περιβλήματά τινα τῶν μὲν ῥητόρων ἐρυθροί τε καὶ φοινικοί· φαιοὶ δὲ τῶν φιλοσόφων· παράσημον δὲ τοῦτο ἦν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην φορούμενον seqq. Quo autem ritu designari solerent Athenis rhetores, declarat Olympiodorus in excerptis historiarum apud Photium, Gregorius Nazianzenus, et Eunapius. VALES. De Cyrilli lexico vide Fabric. Bibl. Gr. iv. 36. tom. vi. p. 200. ed. Harles. 1798.

Conf. Σιλβανὸς ῥήτωρ μὲν ἐγεγόνει πρότερον Τρωίλου τοῦ σοφιστοῦ, infra, 37, 1.

Cap. 13. Conf. Cassiod. xi. 11. Niceph. xiv. 14.

13, 2. χαίρει ταῖς στάσεσιν] Conf. Evagrii Hist. Eccl. ii. 8. 358 et Reading ad l.

13, 6. πολιτείαν ἐν τῷ θεάτρῳ] Male Epiphanius scholasticus festivitatem quandam esse existimavit, quam Alexandrini πολιτείαν vocabant. Nec melius Christophorus publica edicta præfectorum Augustalium sic ab Alexandrinis vocari censuit, quæ tunc Orestes in theatro proponenda curaverit. In quo dupliciter fallitur. Primo quod omnia Augustalium edicta πολιτείαν ab Alexandrinis dici credidit; cum tamen ea duntaxat edicta quæ ad quietem et commodum urbis pertinebant, eo nomine designarentur. Sic hodie Parisiis vernaculo sermone πολιτείαν appellamus, et statuta politiæ, ea quæ ad annonam et hujusmodi alia in foro vendi solita pertinent. Deinde errat in eo Christophorus, quod edicta illa ab Oreste in theatro proposita esse existimavit. Non enim id dicit Socrates, sed tantum ait Orestem in theatro dispositiones illas fecisse, id est dictasse officialibus suis. Solebant enim magistratus Romani, in theatro et circo et quibuscumque in locis vellent, jus dicere. Sic Ammianus Marcellinus in libro xv. [7] scribit de Leontio præfecto urbi: et alibi de nescio quo alio

urbis præfecto: *In amphitheatrali curriculo causas dispiciens criminum maximorum.* Cæterum dispositiones tunc ab Oreste factæ, ad theatrum et ad spectacula pertinebant. VALES.

13, 7. γραμμάτων μὲν τῶν πεζῶν] Epiphanius scholasticus puerilium litterarum doctorem interpretatur, non male. Lan-
gus et Christophorus humilioris literaturæ magistrum ver-
terunt, quod est elegantius. At Musculus prosaicarum litera-
rum præceptorem transtulit, pessime omnino. Etsi enim πεζὸς
λόγος, id est pedestris sermo, prosam significat, non ideo πεζὰ
γράμματα sunt prosaicæ literæ. πεζὰ γράμματα sunt prima ele-
menta quæ pueri discunt. Horum doctores grammaticæ di-
cuntur a Græcis; a Latinis litteratores. VALES.

Ibid. κρότους] Mos acclamandi e theatris in fora primum
penetravit, deinde in senatum: tandem non solum in civilibus
cœtibus, sed etiam in omnibus ecclesiasticis conventibus idem
factitatum. Vetus enim Ecclesia et acclamandi morem usur-
pavit, et illas ipsas etiam formulas retinuit, quas habent au-
tores antiqui diversis in locis. His populus in sacris conven-
tibus utebatur; his et patres ipsi in synodis suis. *Vid. Isaaci
Casauboni notas ad Avidium Cassium, Suicer. in Thesaur. voce
κρότος, Annot. in Euseb. Eccles. Hist. lib. vii. c. 30. READ.*

Conf. Heinichen ad Constantin. Orat. ad Sanct. Cœt. xi. 8.
Mos plaudendi in ecclesiis videtur parum usitatus fuisse ante
ævum Pauli Samosateni; nam inter crimina quorum hic in
synodo Antiochena accusatus est id unum fuit, quod plausus
audientium captare solebat. *Vid. Euseb. H. E. vii. 30, loco
ad quem modo provocavit Reading.*

13, 12. σύνθεμα δόντες ἑαυτοῖς] Συνθέμενοι γὰρ πρὸς ἀλλήλους
φορεῖν δακτύλιον ἀπὸ φοίνικος—*Tessera namque annuli palmæ
folio compacti, quo se dignoscerent, ad invicem data, publicos
præcones ut noctu conclamarent ecclesiam incendio vastari, com-
pulerunt. Ita Christianos ad ignem concurrentes trucidarunt
Judæi. Scelere comperto Christiani magistratus Judæos Alex-
andria exulare, et eorum bona publicari jusserunt.* Theophanes
Chronogr. ad ann. 405. secundum Alexandrinos, qui Kal. Sep-
temb. anni Chr. 412. inchoatur. READING.

13, 17. ἰατρικῶν λόγων σοφιστῆς] Hos uno verbo ἰατροσοφί- 359
στὰς Græci vocant, id est professores medicinæ. Talis fuit
Magnus medicus, qui Alexandriæ medicinam publice professus
est, loquendi peritior, quam medendi artifex, ut scribit Euna-

pius in libro De Vitis Sophistarum. Talis fuit etiam Gesius medicus temporibus Zenonis Augusti, de quo Stephanus Byzantius in voce Γέα ita scribit; ἐν πέτραις δ' ἐπιχωριάζει κύριον ὄνομα τὸ Γέσιος, ὅθεν ἦν ὁ περιφανής τῶν ἱατρῶν σοφιστής, ἴσως ἐντεῦθεν κεκλημένος. De eodem Gesio multa habet Damascius in vita Isidori, et ex eo Suidas in voce Γέσιος. Ubi medicinæ peritiam bifariam dividit, in διδασκαλικὴν scilicet et in ἐργάτιδα, id est quod vulgo dicimus in theoreticam et practicam. Additque καὶ τὴν τῶν ἱατρικῶν ἔργων τε καὶ λόγων ἀκριβεστέραν τῶν καθ' ἑαυτὸν ἱατρῶν τε καὶ ἱατροσοφιστῶν κατώρθωσε τέχνην. VALES. Conf. Suid. in Ἱατροτέχναι. col. 1725.

13, 20. τὴν βίβλον τῶν εὐαγγελίων ὁ Κύριλλος προΐσχετο] Evangeliorum librum idcirco prætendebat Cyrillus, ut per hunc adjuraret atque obtestaretur Orestem præfectum Ægypti, uti cum ipso in gratiam redire vellet. Jam supra monuimus, [ad vi. 11, 20] veteres per ea adjurare atque obtestari solitos esse, per quæ jurare consueverant. Christiani autem jurare solebant per evangelia, tactis sacris codicibus, ut notum est. VALES.

Cap. 14. Conf. Cassiod. ibid. Niceph. xiv. 15.

14, 8. ἐξετάσει αὐτὸν ὑποβαλῶν] Proculdubio scribendum est ³⁶⁰ ὑποβαλῶν, ut Savilius ad marginem sui codicis emendarat. Nec aliter legit Musculus, qui hunc locum ita vertit: *Quem ille publice secundum leges torture subjicit.* Ubi vides Musculum vocem δημοσία pro adverbio sumpsisse, quem secutus est Christophoronus. Sic enim ille interpretatur: *Præfectus palam, uti leges postulant, de eo quæstionem exercere.* Potest tamen etiam adjective sumi eodem sensu. Paulo antea ex Ammiano Marcellino observavi, solitos esse magistratus Rom. palam et in publico reos comprehendere et tormentis afficere, cum circa se semper apparitores suos haberent. Itaque etiam dum carpento veherentur, quæstionem de noxiis habebant, quemadmodum de Leontio scribit Marcellinus, et de Oreste Socrates hoc loco. VALES.

14, 12. ἀπέσβεσε] Verbum ἀπέσβεσε nullo modo convenit huic loco. Malletque omnino rescribere ἀνέφλεξε. Nam quod ex Christophoroni libro Savilius et Genevenses typographi ad marginem adnotarunt ἀνῆψε, ferri non potest, cum id verbum ἀνῆψε tantum significet *accendit*, non autem *renovavit*. In manuscriptis exemplaribus nihil mutatum reperi. Nicephorus

quoque vulgatam scripturam secutus est, nam pro verbo ἀρέσβεσε posuit ἡμαίρωσε. VALES.

Locus intelligi potest hoc modo, 'rixæ illius (prioris) memoriam obliteravit aliud flagitium quod secutum est.'

Cap. 15. Conf. Philostorg. viii. 9. Cassiod. xi. 12. Niceph. xiv. 16.

15, 1. Ἵπατία] *Hypatia, Theonis geometræ, Alexandrini philosophi filia, et ipsa philosopha, et multis nota: uxor Isidori philosophi. Floruit sub Arcadio imperatore. Scripsit commentarium in Diophantis Astronomicum Canonem; in Conica Apollonii seqq.* Suidas ex Damascio, in quem locum observavit Christophorus Kusterus, epigramma in hanc Hypatiam exstare in Anthologia, lib. i. cap. 76. et epistolas quasdam ad eandem inter Synesianas. READING. Vid. Suid. col. 3683.

Ibid. Θέωνος μὲν τοῦ φιλοσόφου] Henricus Savilius vir doctissimus, ad oram sui codicis hæc adnotarat, quæ nos studioso lectori communicanda esse duximus. Theo interpretres Ptolemæi, anno epochæ Diocletianæ 81; anno, ut opinor, 5 Valentis, observavit duas syzygias lunares, alteram συνοδικήν, alteram πανσέληνον. Vide p. 277 et 282 commentariorum in Almagestum. Ita ut hunc Theonem patrem fuisse Hypatiæ, valde sit probabile. Nam ab illis observationibus usque ad mortem Hypatiæ, anni sunt 47. VALES.

Ibid. τὴν δὲ Πλατωνικὴν ἀπὸ Πλωτίνου καταγομένην διατριβὴν] 361
Alexandriæ fuit olim Platonice philosophiæ schola, cui præfuit inter ceteros Hierocles philosophus, ut scribit Damascius in Isidori vita, p. 1038; et Æneas Gazæus in Theophrasto. Verum ejus scholæ successio non a Plotino deducenda est. Nam Plotinus nunquam Alexandriæ philosophiam docuit. Alexandriæ quidem institutus est in philosophia Plotinus ab Ammonio; ipse tamen nunquam Alexandriæ scholam tenuit, sed in urbe Roma viginti sex continuis annis usque ad obitum docere perseveravit, ut in ejus vita scribit Porphyrius. Quare pro Plotino, libentius hic Ammonium substituerem. Nisi forte dicamus Alexandrinam scholam Plotinum sibi adscivisse, tanquam præcipuum magistrum atque institutorem Platonice philosophiæ. Hac ratione excusari poterit Socrates noster. VALES.

"Reote dixit Socrates, Hypatiam Alexandrinam in schola

Plotini Platonica successisse. Id quod reprehendit quidem doctissimus Valesius, negans scholæ Alexandrinæ successionem a Plotino deducendam esse, quod is quidem Alexandriae ab Ammonio institutus esset in philosophia, nunquam tamen Alexandriae docuerit, scholamque tenuerit, sed in urbe Romæ usque ad obitum docere perseveraverit, unde mallet pro Plotino Ammonium substituere. Præter rem tamen hæc dicuntur, ipso viro doctissimo fatente scholam Alexandrinam sibi Plotinum vindicasse. Ubi enim de sectæ hujus Alexandrinæ successionem agitur, non de solo loco, sed de systemate sermo, quod in isto loco enatum, et magnam quoque partem ibi propagatum est, quod licet Plotinus Romæ docuerit, manet tamen scholæ ejus nomen Alexandrinæ, quod non tantum Alexandriae eam philosophiam Plotinus didicit, sed ipsi quoque ejus discipuli Plotinianæ scholæ successionem rectam Alexandriae servarunt." Brucker. Hist. Crit. Philos. Per. ii. 2. lib. i. 2. 4. 13. tom. ii. p. 231.

15, 5. ἡ ἐπώνυμον Καισάριον] Hujus ecclesiæ meminit Athanasius in Epistola ad Solitarios, p. 860. [74. p. 388.] οὕτε ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ ἐν τῷ Καισαρείῳ γενομένης θυσίας. Intelligit vacam quam immolare voluerant Pagani in majore ecclesia, ut superius dixerat p. 848. [56. p. 378.] De eadem ecclesia Cæsarea multa habet Epiphanius in hæresi Ariano-
rum cap. 2. Basilica Cæsarea dicitur in Breviario Liberati cap. 18. VALES.

15, 6. μῶμον Κυρῖλλῳ] Certe Damascius in vita Isidori philosophi, quam ego duplo auctiorem editurus sum aliquando, si Deus juverit, cædis Hypatiæ auctorem facit Cyrillum. Verba Damascii sunt hæc; ἤδη γοῦν ποτὲ συνέβη τὸν ἐπισκοποῦντα τὴν ἀντικειμένην αἵρεσιν Κύριλλον, παρίοντα διὰ τοῦ οἴκου τῆς Ὑπατίας, et cetera quæ leguntur apud Suidam. Locus est elegantissimus, quem in gratiam studiosi Lectoris Latine conversum hic apponam, paulo altius repetens verba Damascii. 'Rectores quoque urbis Alexandriae, simulatque in urbem venerant, primum eam invisabant. Quod quidem etiam Athenis fieri consuevit. Nam etsi res ipsa perierit, nomen tamen philosophiæ adhuc magnificentum et venerabile videtur viris, principem locum in republica administranda obtinentibus. Quodam igitur tempore contigit, ut Cyrillus Christianæ religionis epi-

scopus, ante ædes Hypatiæ transiens, maximam turbam pro foribus conspiceret hominum simul et equorum; quorum alii adveniebant; alii abibant; alii vero manebant. Cumque sciscitatus fuisset quænam esset ea multitudo, et quorsum tantus fieret tumultus, responsum est a sequentibus, Hypatiam philosopham tunc salutari, ejusque illas ædes esse. Quod cum didicisset Cyrillus, tantopere stimulatus est invidia, ut cædem ei protinus machinatus sit, eamque omnium sceleratissimam. Cum enim Hypatia more solito prodiret ex ædibus, multi ferini homines, nec Deorum vindictam, nec hominum ultionem reveriti, impetu facto eam trucidant; gravissimo piaculo ac probro patriam suam obligantes. Et imperator quidem eam rem gravissime tulit; ultusque esset, nisi Ædesius amicos imperatoris corrupisset. Et interfectoribus quidem imperator poenam remisit. Sed in suum ipsius caput et in stirpem suam ultionem attraxit: ejusque nepos poenas exsolvit.' Hactenus Damascius. Ubi nepotem intelligo Valentinianum Placidie filium, quæ amita erat Theodosii junioris. VALES.

At Damascium hac in re non esse audiendum contendit doctiss. Dom. *Du-Pin* in vita Cyrilli Alexandrini. Neque tamen Damascius Hypatiam Cyrilli opera interfectam esse diserte affirmat; sed tantum, ut *quidam tradunt: vel, ut alii, quod Alexandrini natura essent audaces, et ingenio ad seditionem proclivi.* READING.

Locus in quo Suidas causas cædis refert sic se habet, Τοῦτο δὲ πέπονθε διὰ φθόνου καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, καὶ μάλιστα εἰς τὰ περὶ ἀστρονομίαν ὡς μὲν τινες, ὑπὸ Κυρῶλου ὡς δὲ τινες, διὰ τὸ ἐμφυτον τῶν Ἀλεξανδρέων θράσος καὶ στασιῶδες: *ibid.* Ubi adnotandum est, astronomiam jam antea a Christianis nonnullis suspectam fuisse et invisam, prout magicæ artem: *conf. supra, ad ii. 9. 8.*

15, 7. τῷ τετάρτῳ ἔτει] Hic non satis attentus fuisse videtur *Ant. Pagi*, cum ait, a Socrate non definitum esse annum quo interiit Hypatia. Exhibuit enim certissimas notas anni 415, juxta ipsius Pagi calculum: Ideoque Baronius qui hanc cædem ad istum annum retulit, Socratem authorem secutus est. Verum tamen est Theophanem, sub anno 406 secundum Alexandrinos, qui Kalend. Septemb. anni 413 nostræ æræ inchoatur, hæc habere: Τούτῳ τῷ ἔτει Ὑπατίαν τὴν φιλόσοφον,

θηγατέρα Θεῶνος τοῦ φιλοσόφου, βιαίῳ θανάτῳ τινὲς ἀνείλον. Vide *Ant. Pagi ad ann.* 415. n. xx. **READING.**

15, 7. Θεοδοσίου τὸ δέκατον] [Sic Steph. et Genev.] Male Christophorsonus τὸ ἑβδομον restituerat, eujus versio imposuit Baronio, ut videre est ad annum Christi 415. Ego vero ex optimis codicibus Florentino et Sfortiano emendavi τὸ ἕκτον, quod confirmant *Fasti consulares*. **VALES.**

Cap. 16. Conf. Cassiod. xi. 13. Niceph. xiv. 16.

16, 2. Ἐν Ἰγμεστᾶρ] Idem Theophanes, anno 408 secundum 362 Alexandrinos, qui Kalend. Septemb. nostri 415 inchoatur, ait: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἰουδαῖοι εἰς τὸ Ἴμμον παιδίον Χριστιανὸν συλλαβόντες—*Hoc anno Judæi puerum Christianum ad Immum comprehendentes, ludibriis exercendis, ac crucis deridendæ causa puerum eundem de ligno suspendentes, cruciatibus interfecerunt. De quo imperator certior factus, in Judæos dignis suppliciis usus est.* Hinc variæ sequentibus annis adversus eos constitutiones datæ. Vide Cod. Theodos. de Judæis. **READING.**

Extat lex Honorii et Theodosii, data iv. Kal. Jun. A. D. 408, quæ prohibuit *‘Judæos quodam festivitatis suæ solemnī Aman ad pœnæ quondam recordationem incendere, et sanctæ crucis adsimulatam speciem in contemptu Christianæ fidei sacrilega mente exurere’* cet. Cod. Theodos. xvi. Tit. viii. 18. Hanc legem Gothofredus censuit respexisse festum Judæorum quod actum est mense Sivan, sive Maio, quo interfectus fuerat Haman, secundum Esther. viii. 9: tum autem adnotat, “Huc tandem omnino facit, imo forte illud ipsum est, quod huic legi occasionem dedit, quod memorat Socrates, vii. 16, Ἐν Ἰγμεστᾶρ cet.” Quæ sententia si vera sit, erravit Socrates paulum in computandis annis. Fieri tamen potest ut flagitium illud patratum sit etiam postquam hæc lex constituta fuerit, quamobrem duplici nomine rei fuissent Judæi qui patravissent.

Cap. 17. Conf. Cassiod. xi. 14. Niceph. xiv. 17.

17, 2. πρότερον μὲν λόγων Ῥωμαϊκῶν διδάσκαλος ἦν] Locum hunc citat Suidas, in Παῦλος, col. 2898.

17, 3. ἐγὼ κατέλαβον ὄντα] His saltem verbis prodit Socrates se familiariter cum episcopo Novatianorum vixisse.

Cap. 18. Conf. Theodoret. v. 39. Evagr. H. E. i. 19. Cas- 363 siod. xi. 15. Niceph. xiv. 18.

18, 1. Χριστιανὸς οὐδαμῶς ἐδίωκε] Theophanes scribit, Chri-

stianorum persecutionem sub Isdigerde cœptam annos quinque durasse, ab anno nempe Ch. 414, usque ad mortem ejus, quæ anno 420 contigit. Socrates quidem hic asserit, Isdigerdem Christianos in Perside degentes nullatenus fuisse persecutum. Sed non dubito quin hallucinatus fuerit; cum Cyrillus monachus in vita S. Euthymii abbatis, a patribus Benedictinis in Analectis Græcis nuper publicata, disertis verbis asserat, Isdigerdem Christianos persecutum esse. *Initio*, inquit, *motæ tunc persecutionis in Perside, circa finem regni Isdigerdis Persarum regis, cum Magi omnes Christianos capere vellent, subditorum Saracenorum præfectos ubique viarum constituerunt, ne quis Christianorum in Perside degentium ad Romanos confugeret* seqq. Huic scriptori accuratissimo omnis fides hac in re habenda, ideoque dubium non est quin Socrates deceptus fuerit, licet Baronius, anno 420, n. xvii. hoc in suspensio relinquat. *Ant. Pagi ad ann. 408. n. v.* **READING.**

Vide locum Cyrilli, Vit. Euthym. in Coteler. Eceles. Gr. Monum. t. iv. p. 19, 20. Jam dixerat Socrates, supra, c. 8, 18, Isdigerdem pæne Christianum factum esse, mortem tamen obiisse *πρὶν τελέως χριστιανῶσαι*, ibid. 20: quod si verum fuerit, proinde non potuit persecutor fuisse. Attamen Isdigerdem revera Christianos persecutum fuisse testantur, præter Cyrillum modo indicatum, Theodoretus H. E. v. 39, et Amrus in Biblioth. Orient. t. iii. p. 371. Evagrius silet quidem de persecutione, sed de bello Persico Socratem citat prout ab aliis scriptoribus dissentientem, H. E. i. 19. Denique de hæc re Assemanum audiamus, sic, "Jezdegerdem quidem Agathias iv. p. 136, et Procopius Bell. Pers. i. 2. affirmant, dum vixit nullum adversus Romanos bellum suscepisse, nec Christianos ulla molestia affecisse. Sed contrarium tradunt, præter Syros scriptores, Marcellinus in Chronico, Theodorus v. 39, Theophanes ad annum x. Theodosii, et Cyrillus in vita S. Euthymii abbatis, idque Socrates ipse, vii. 21, confirmat, dum Romanos copias in Azanenam Persis subjectam provinciam hostiliter irrupisse scribit—. Horum itaque auctorum sententiam sic conciliabis, si dicas motam quidem ab Jezdegerde fuisse Abdæ causa persecutionem, sed mox sopitam, quum præclarum illud Acacii facinus contigit: idque totum circa finem regni ejusdem Jezdegerdis factum, ut notat Cyrillus in vita S. Euthymii

abbatis, hoc est circa A. D. 419. Quod enim ait Pagius, eam persecutionem ab anno 414 ad 420, id est, usque ad obitum Jezdegerdis, sine ulla interruptione durasse, quodque addit Amrus, eandem semel initio episcopatus Jabalahæ, et iterum post ejusdem obitum motam fuisse; id vero sine ullo idoneo teste affirmatur; imo ipsis scriptoribus repugnat, qui Jezdegerdem Christianos vexasse testantur" Biblioth. Orient. t. iii. p. 373. Conf. quæ adnotata sunt supra, ad c. 8. et Clinton. Fast. Rom. annis 414. et 420

18, 1. *τελευτήσαντος*] Scilicet A. D. 420. Regnavit Isdigerdes annos viginti et unum, ab A. D. 399. Vid. Pagium anno 420. n. xiv, Asseman. Bibl. Orient. t. iii. p. 396, et Clinton. F. R.

18, 8. *πόλεμος συνεκροτήθη*] Postquam pax viguisset Roma³⁶⁴ nos inter et Persas ab anno 381, ut eo anno apud Baronium videre est, a Theodosio nempe magno, usque ad annum 420, quo *Vararanes* Isdigerdi patri succedens, bellum in Romanos movit. *Ant. Pagi ann. 420. n. 14.* **READING.**

18, 9. *ὁ στρατηγὸς Ἀρδαβούριος*] Ὁ μὲν Θεοδοῦσιος ἀποπέλλει Ἀρδαβούριον τὸν στρατηγὸν—. *Hinc Theodosius Ardaburium ducem cum Romanis copiis; inde cum Persicis exercitibus, et innumeris Saracenorum auxiliarium copiis Arseum (Socrati Narsæum) Vararanes mandat. Ardaburium usque in Persidem penetrans, Arxane provincia devastata in Mesopotamiam ingreditur: Persarum duas pariter in Mesopotamiam versus Euphratem progreditur cum suis; qui cum Romanas acies ingruere arbitrantur, Dei impulsu, vanis terroribus agitati, ut erant armis instructi, in flumen desilierunt; adeo ut decem myriades aquarum vorticibus perierint. Reliquos omnes, et eam maxime Legionem ac myriadem, cui a Persis Immortalium nomen factum, cunctosque eorum duces quaqua versus Romano milite circumclusos, (Christo a Persis, quod injustam viris religiosis mortem intulissent, vindictam exigente) Ardaburium delevit. Theophanes Chronogr. p. 74. Gesta sunt hæc circa ann. 421.* **READING.**

Ibid. διὰ τῆς Ἀρμενίων χώρας] Refert quidem Moses Chorenensis, satrapas Armeniæ, qui Persarum regi subditi fuerant, mortuo Isdigerde arma sumpsisse Nerse duce, et Persas vicisse atque fugasse: tum autem secuta esse turbulenta tempora, et Armeniam rectore orbatam misere tres annos vexatam fuisse: quamobrem Isaacum magnum episcopum Armeniæ, ut ea

mala vitaret, confugisse in orientalem partem Armeniæ, quæ Romanis subdita erat, atque exinde opem petiisse a Romanis per legatos, scriptis epistolis ad Theodosium, ad Atticum, et ad Anatolium magistrum militiæ, quas ibidem exhibet Moses, Hist. Armen. iii. 56. 57.

18, 9. Ἀζαζηνή] Vid. infra, ad 21, 2.

18, 17. ἄγγελοι Θεοῦ] Conf. supra, vi. 6, 18, infra, 23, 9.

18, 25. Βιτανὸς] In Historia Tripertita quam vertit Epiphanius Scholasticus, hic Romanorum dux Beatianus [Byatianus] vocatur. Quod magis probo. Porro hæc Romanorum de Persis victoria contigit Eustathio et Agricola consulibus, anno Christi 401 [421], ut docet Marcellinus Comes in Chronico, et auctor Chronici Alexandrini, qui scribit victoriam illam nuntiatam esse imperatori Theodosio, mense Gorpieo, die octavo Idus Septembris, Feria tertia. Fuit hic annus 14 imperii Theodosii junioris. Quare fallitur Theophanes in Chronico, qui illam Romanorum victoriam de Persis, refert anno octavo decimo Theodosii. De hoc Vitiano Basilius in libro de miraculis beatæ Theclæ, cap. 4. VALES.

Cap. 19. Conf. Cassiod. xi. 15. Niceph. xiv. 21.

Cap. 20. Conf. eisdem locos.

366

20, 2. Ἡλιωνᾶ] Helion patricius memoratur infra, 24, 5.

20, 3. συγκάθεδρος] Pessime Christophorsonus Ardaburii ducis collegam interpretatur. Rectius Musculus assessorem verterat. Epiphanius autem Scholasticus consiliarium transtulit, quod idem est. De consiliariis seu assessoribus iudicium, tam civilium, quam militarium, multo olim observavimus in annotationibus ad Ammianum Marcellinum: quæ hic repetere nihil necesse est. Porro hic Maximinus idem videtur esse qui postea a Theodosio imperatore legatus missus est ad Attilam, ut scribit Priscus in Excerptis legationum: [5. p. 150, A. D. 448:] ubi eum genere nobilem, et ad multa negotia imperatori utilem fuisse testatur. VALES.

20, 8. Προκοπίω] Hujus Procopii mentionem facit Sidonius in Panegyrico Anthemii Augusti; ubi scribit illum generum fuisse Anthemii quondam consulis et præfecti prætorio, qui Theodosio juniore adhuc puero regnante, summam imperii administraverat. VALES. Vide Sidon. Carm. ii. 75, et Sirmond. ad l. Oper. tom. i. col. 666.

20, 13. γενομένους] Vulgatum hic γενομένους, eodem sensu 367

acceptum quo *δντας*, vix Græcum est: nam vocis *γενομένων* vis est, *qui fierent*, aut *facti essent*, Christiani; quemadmodum *γεόμενος κληρικὸς*, qui factus esset clericus, supra, v. 22, 50; quod loco non convenit. Porro ea constructio quam vox *γεομένων* exposcit, nempe, *ὁ πόλεμος κατεστάλη*, (hoc est, *desiit*) *διὰ τοὺς γεομένους Χριστιανοὺς*, sensu caret. Epiphanius in Cassiod. Hist. Trip. xi. 15, sic reddit, *Et hoc modo bellum contra Christianos exortum de Parthorum regione cessavit*; Nicephorus vero sic, *Ὁ μὲν οὖν Περσικὸς πόλεμος, διὰ τοὺς κινηθέντας ἐκέισε Χριστιανικοὺς διωγμοὺς τὴν ἀρχὴν εἰληφώς, τότε δὴ καὶ τέλος ἐλάμβανεν*: quorum uterque ob oculos videtur habuisse, *διὰ τοὺς ἐν Περσίδι γεόμενος Χριστιανοὺς ὁ πόλεμος*.

20, 13. *ὅς γέγονεν ἐν ὑπατεία τῶν δύο Αἰγούστων*] *Contigit autem consulatu Honorii xiii et Theodosii x*, Epiph. Schol. Certe his consulibus bellum Persicum, non gestum fuit, sed finitum. Cœptum enim fuerat superiore anno, Eustathio et Agricola consulibus, ut supra observavi. Atque id confirmat Marcellinus Comes in Chronico: *Honorio xiii. et Theodosio x. Coss. Persæ cum Romanis pacem pepigere*. VALES.

Ibid. *τετάρτῃ ἔτει*] Verius, secundo anno ejus Olympiadis: acta enim sunt Olympia trecentesima A. D. 421. Vid. Clinton. F. R.

Ibid. *διωγμὸς*] Licet persecutio, pacis occasione, conquieverit, eam tamen per annos triginta, ab anno 414 inchoandos, perdurasse testatur Theodorus, Hist. lib. v. cap. 39. Vide Ant. Pagi ad ann. 408. n. v. et ad ann. 422. n. xi. READING.

Cap. 21. Conf. Cassiod. xi. 16. Niceph. xiv. 22.

21, 1. *τῆς Ἀμίδης*] *Amida*, urbs Mesopotamiæ præcipua, ampla, et archiepiscopalis, in excelso monte, et limite Assyriæ, ad Tigrim fluvium, ubi recipit Nymphium. *Baudrand*. READING.

21, 2. *τὴν Ἀζαηνήν*] Sic etiam vocavit hanc provinciam supra in capite 18. Theophanes in Chronico *Ἀρξανήν* vocat, vel *Ἀρξανήν*: Sic enim habent aliquot exemplaria. Una fuit ex quinque regionibus Transtigritanis Arzanene dicta, teste Ammiano Marcellino in libro xxv [7, 9]: quæ et Arxanene et Araxiane et Araxene interdum dicitur, ut monui ad supra-dictum librum Ammiani Marcellini. VALES.

21, 3. *ῥύσασθαί τε τῶν στρατιωτῶν τοὺς αἰχμαλώτους*] Pessime 368

Christophorsonus vertit, milites captivos liberare. Nam qui capti fuerant a Romanis in Arzanene, inermes erant; plerique rustici qui regionem illam incolebant. Adde quod milites *καὶ ἔφοχην* dicuntur Romani, ad distinctionem barbarorum, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Ita Soocrates noster paulo post *στρατιώτας* appellat Romanos. *τιμήματα δὲ τοῖς στρατιώταις ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων καταβαλόν.* VALES.

21, 4. *χωνεύει μὲν τὰ κειμήλια*] Simile quiddam de S. Augustino scribit Possidius in vita ejus, cap. 24. *Nam et de vasis dominicis propter captivos et quam plurimos indigentes, frangi et conflari jubebat, et indigentibus dispensari. Quod non commemorassem, nisi contra carnalem sensum quorundam fieri perviderem. Et hoc ipsum etiam venerabilis memoriæ Ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendum et dixit et scripsit.* Ambros. lib. ii. Off. cap. 18. READING.

21, 8. *ἡ τοῦ βασιλέως γαμετή*] Eudocia, filia Leontii Heracliti, philosophi Atheniensis, mortuo patre, Constantinopolim cum cognatis suis venit, et nupta est Theodosio juniore imp. vii Idus Junias anni 421, nuptias conciliante Pulcheria Theodosii sorore, quæ sic virginem ad fratrem laudavit; *Inveni adolescentulam puram, egregie ornatam, subtili frontis descriptione et lineamentis, decenti naso, niveo candore, luminibus magnis, singulari gratia, coma crispa et flava, maturo incessu, eruditam, Græcanicam virginem.* Plura de hac re videantur in Chronico Alexandrino sub hujus anni consulibus. READING. Conf. Evagr. Hist. Eccles. i. 20.

Ibid. *Λεοντίου*] Hic est ni fallor Leontius, quem Olympiodorus suo studio et cura promotum esse scribit Athenis ad sophisticum thronum, cum id ille minime adhuc vellet, quemadmodum refert Photius in Bibliotheca. [Cod. 80.] VALES.

Cap. 22. Conf. Sozomen. ix. 1. Theodoret. v. 37. Cassiod. xi. 17. Niceph. xiv. 3.

22, 5. *ταῖς ἑαυτοῦ ἀδελφαῖς*] Hæ fuerunt Pulcheria, Arcadia, 369 et Marina, Sozomen. ix. 1, Philostorg. xi. 6, sive Maria, ut legitur in Theophane, A. D. 401. (408.)

22, 10. *ὅτι μὴδὲ Θεῷ μόνῳ*] Epiphanius Scholasticus totum hunc locum ita vertit: *Non est, inquit, magnum neque difficile hominem mori, quia neque Deo soli, semel mortuum ex poenitentia suscitare: supple ἀπὸ κοινοῦ magnum et difficile est.* Nicepho-

rus autem Callistus hunc locum ita expressit : οὐδὲν, εἶπε, καινὸν ἄνθρωπον οὕτω ἀποβιῶναι· Θεοῦ δὲ ἂν εἴη μόνου, τὸν ἀπαφθανόντα τῇ μεταβολῇ ἀνακαλέσασθαι. Quæ Langus ita vertit : *Nihil esse novi, dicit, si quis, homo quum sit, e vita excedat : unius autem Dei esse, eum qui semel mortuus sit, per pœnitentiam ad vitam revocare.* Sed non probo quod Nicephorus pro ἐκ μεταβολῆς, substituit τῇ μεταβολῇ. Neque enim hic sermo est de animæ, sed de corporis vita. Quare magis probo versionem Musculi, qui sic transtulit : *Ex pœnitentia vero revocare eum qui semel mortuus est, non est nisi soli Deo possibile.* Hæc tamen versio non placuit Christophorsono, eo quod pœnitentiam tribuere videatur Deo. Verum hæc locutio tolerari potest, cum in sacris libris Deus interdum pœnitere se dicat alicujus facti. VALES.

Minus usitata quidem est hæc forma, ὅτι μὴ proxime sequente δέ. Clarius fortasse erat sensus, si scriptum fuisset, ὅτι μὴ δὲ, quemadmodum habent Stephanus et Genevensis, quod perinde valeret ac si suppletum esset, οὐκ ἔστι δὲ ὅτι μὴ Θεῷ μόνῳ.

22, 12. παραβόλων] Scaliger in notis ad librum iv. Manilii, et post illum Salmasius in notis ad Capitolinum, p. 258, jamdudum observarunt, παραβόλους dictos esse a Græcis eos, qui operam suam locabant, ut cum bestiis depugnarent. Sed quod confectores cum iisdem παραβόλοις confundunt, non probo. Alii enim erant confectores, ut ad Eusebium [iv. 15, p. 170,] notavi : qui non pugnant cum bestiis, sed eas eminus conficiebant. VALES.

22, 14. Χεβρών] Quæ fuerit urbs ista, sequæ mihi ignotum 370 est, ac nomen ejus episcopi. VALES.

Ibid. Quid obstat, quo minus *Hebron* urbs Palæstinæ hic intelligatur? quam Χεβρών Septuaginta sine flexione casuum scribunt. Josephus autem et flectit, et inflexum relinquit, ut notavit *Christoph. Cellarius. Tempore Christianorum episcopali sede insignita fuit ; veteri tandem destructa, nova Hebron in vicino loco constructa est, nunc oppidum satis cultum,* inquit Mich. Ant. Baudrand. READING.

Ibid. σάγιον] Ita et Nicephorus legit : sed Christophorsonus et σάκκον Græce, et *saccum* Latine habet ; cui consentit Rob. Stephanus. READING.

22, 20. τῆ πεντεκαδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου] Idem scribit Theophanes in Chronico. Sed Olympiodorus dissentit, qui Honorium die sexto Kalendas Septembres mortuum esse scribit. VALES.

Apud Olympiodorum, loco vi *Kalend. Septembris*, legendum xviii *Kalend. Septembris*. In eo enim authore describendo, librarii non semel errarunt. Idem Olympiodorus, Cedrenus, et Philostorgius lib. xii. num. 13. Honorium *aquæ intercutis morbo obiisse* produnt. Mortuus est, non *Romæ*, ut Theophanes et auctor Miscellæ, quem Baronius secutus est, scribunt; sed *Ravennæ*, ut tam in Fastis Idacii, quam in Chronico legitur, idque Leges Codicis Theodosiani hoc anno, mense Augusto, Ravennæ ab eo datæ manifestum faciunt; cum nullæ Romæ hoc anno ab eo emissæ legantur. Natus erat Honorius anno 384, die 9 Septembris, ideoque (mortuus cum sit die 15 mensis Aug. anni 423) vixit annos 38, menses 11, dies 7. *Ant. Pagi ad ann. 423. n. ii.* READING. Conf. Clinton. Fast. Rom. A. D. 423.

Cap. 23. Conf. Philostorg. xii. 13. Cassiod. xi. 18. Niceph. 371 xiv. 7.

23, 3. πρωτοστάτης ὧν τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων] Hic est Joannes primicerius notariorum, qui cum urbs Roma obsideretur, legatus missus fuerat ad Alaricum Gothorum regem, cujus amicus atque hospes erat, ut scribit Zosimus in libro v. [40.] VALES.

Ibid. τὴν βασιλείαν ἀρπάζει] Contigit id quatuor aut circiter jam elapsis mensibus a morte Honorii, ut colligitur ex Olympiodoro, qui ait: *Missæ in Orientem literæ Augusti mortem nunciantes; quæ dum ultro citroque mittuntur, Joannes quidam tyrannidem occupavit; atque ejus inauguratione imperii, tanquam ab aliquo futuræ rei oraculo, jactum est: Cadit, non stat: quod vulgus dictum invertens exclamabat: Stat, non cadit. Vide Philostorgium, lib. xii. n. 11.* READING.

23, 4. ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ] Supra, c. 18.

23, 5. ἠτύχει] Nicephorus, citatus in margine textus nostri, indicat quomodo explicandus sit hic locus. Quanto successu Ardaburius bellum primo gesserit apparet e Philostorgio; qui refert, eum Salonas vi cepisse, mox vero Asparem filium ejus celeriter admodum atque faciliter Aquileia potitum esse; tunc

autem postea Ardaburium cum tribus navibus vento abreptum esse in manus inimicorum, et captum, xii. 13.

23, 9. ἄγγελος γὰρ Θεοῦ] Conf. supra, ad 18, 17.

Cap. 24. Conf. Philostorg. xii. 12. Cassiod. xii. 1. Niceph. 372 xiv. 7.

24, 2. βραχὺν αὐτῷ χρόνον συμβασιλεύσας] *Morbum Constantius contraxit, suscepti pœnitens imperii, quod non jam, ut antea, eundi redeundique quo et quando vellet, libertas esset: neque ludicris, ut moris ejus erat, operam dare jam imperatori permitteretur. Igitur septimo imperii mense pleuritide extinctus est, inquit Olympiodorus in Excerptis. Constantii imperium cepit die 8 Februarii, anni 421, et cum vita desiit die 2^{da} Septembris, ejusdem anni. Computante Ant. Pagio. READING.*

Constantius ille fuit qui Constantini rebellionem oppreserat, sicut narrant Sozomenus, ix. 11, ad 15, et Orosius vii. 42; deinde Gallam Placidiam uxorem duxit, Sozomen. ix. 16, A. D. 417: mox, A. D. 421, in imperii consortium levatus est: Sozomen. ibid. Clinton. Fast. Rom.

24, 3. Καίσαρα καταστήσας] Valentinianus, *Cæsar* nuncupatus est, post diem decimam mensis Octobris anni 424. Lex enim 33 Cod. Theodos. *de annona et tributis*, eo die Constantinopoli data, Theodosii duntaxat nomen præfert; ideoque post eum diem Valentinianus, qui jam in Occidentem missus fuerat, Cæsarea veste Thessaloniciæ indutus est, dum adhuc quinquennis esset, ut testatur Olympiodorus: unde natum esse Valentinianum anno 419 contendit Pagius, *ad ann. 424. n. v.* Vide Philostorgium, lib. xii. c. 13. READING.

Ibid. ἐπὶ τὰ ἐσπέρια μέρη ἀνέπεμψε] Philostorgius ait, Ardaburium et Asparem, cum missi essent contra Joannem, deduxisse Valentinianum et matrem ejus Placidiam usque ad Aquileiam, xii. 13. Olympiodorus item, Placidiam accepisse dignitatem Augustæ, Valentinianum autem Nobilissimi, et tunc a Constantinopoli missos esse cum Ardaburio, Aspare, et tertio duce Candidiano, contra Joannem; postea Helionem detulisse Cæsaris vestem Valentiniano ad Thessaloniciam; exinde profectos esse ad gerendum bellum contra Joannem; tandem, interfecto Joanne, Valentinianum Augustum nuncupatum esse Romæ (alii dicunt Ravennæ) altero post anno. Phot. Bibl. Cod. 80. fin. Plura vide in Clinton. F. R. A. D. 424. 425.

Ergo Socrates has res inverso ordine narravit: nam quæ in hoc Capite reperiuntur acta sunt ante ea quæ in Capite præcedente relata sunt.

Cap. 25. Conf. Cassiod. xii. 2. Niceph. xiv. 24. 25. 26. 373
27.

τοῖς διπύχοις] *Diptycha* erant libri ecclesiastici, qui præter alia continebant nomina mortuorum sanctorum, quæ in missa recitabantur, laudabili eorum fidei, pietatis, ac charitatis commemoratione facta. **READING.** De *Diptychis* vide *Glossarium Med. et Infim. Latin.* Ducangii, in voce.

25, 2. *μυελαν Ἰωάννου ἐν ταῖς εὐχαῖς ἐκέλευσε ποιεῖσθαι*] *Ægre* et invitum Atticum hoc fecisse, ipse testatur de se in epistolis duabus, ad Cyrillum Alexandrinum, et ad Petrum atque *Ædesium*, quas servavit Nicephorus; quamvis jamdudum Theophilus libellum ad eum scripserat, in quo suaserat ut Joannitas in communionem reciperet: vid. Synesii Epist. lxi. In illis epistolis causatur Atticus primo, obtemperandum esse populi voluntati pacis causa; tum, venisse prius ante aliquot annos Constantinopolim Alexandrum Antiochiæ episcopum, et hominum animos adeo in desiderium Chrysostomi commovisse ut metuendum esset ne populus per vim ejus memoriam in ecclesia fieri cogeret; postea, accepisse se ab Acacio, Theodotum episcopum Antiochiæ ad id compulsum esse; tum demum, dubitantem se adiiisse imperatorem, a quo admonitus fuit ut populo morem gereret; quibus argumentis adductum, reputantem insuper se nomen Joannis catalogo adscripturum esse non ut episcopi, verum ut mortui solummodo qui olim episcopus fuerat, tandem fecisse ut nomen albo episcoporum insereretur "*propter pacem universæ ecclesiæ.*" His rescripsit Cyrillus epistolam, quam Nicephorus dedit, xiv. 27, et Facundus Defens. Trium Capit. iv. 1. in qua argumenta Attici convellit, atque acerrime disputat, nullo modo licere tantum honorem indulgere memoriæ Joannis, "*quamvis extarent pauci aliqui seditiosi homines qui ejus malitiam etiam tunc defendere vellent.*" Theodoretus refert præterea, occidentalem Ecclesiam communionem Attico dene-gasse, quamvis ille sæpius eam per legatos peteret, donec nomen Joannis in catalogum episcoporum in albo ecclesiastico commemoratorum admisisset, H. E. v. 34. De tempore autem quo hæc acta sunt, notandum est Theodotum Alexandro An-

tiochiæ successisse A. D. circiter 421. aut 422. Vid. Le Quien. Or. Christ. tom. ii. col. 720.

25, 10. τοῦ Σαββαρίου] Supra, cc. 5, et 12.

25, 19. πρὸς τοὺς κληρικοὺς] [Sic editt.] Delenda est præpositio 374 πρὸς, quam nec Nicephorus agnoscit, nec Epiphanius, nec reliqui interpretes. Nisi forte quis malit pro vocabulo πρὸς substituere πῶς, quod non displicet. Ceterum hic locus non caret difficultate. Ex eo enim concludi videtur, clericos in Ecclesia catholica qui ob graviora crimina excommunicati essent, citra spem veniæ præcisos fuisse ab Ecclesia, laicos non item. Quod quidem ita explicari potest. Laici qui ob publica crimina separati fuerant a communione, per remedium pœnitentiæ pacem et communionem recuperabant, saltem semel. At clericis qui excommunicati fuerant, clausum erat ostium pœnitentiæ. Neque enim ad pœnitentiam publicam admittebantur. Manebant igitur in perpetuum excommunicari. Quare raro admodum excommunicabantur clerici: sed vel deponebantur, vel suspendebantur ab officio ad modicum tempus, vel certe ad communionem laicam redigebantur. Reclamat tamen canon primus synodi Neocesariensis, quo clerici qui fornicationem aut adulterium admiserint, communionem pelluntur, et ad pœnitentiam rediguntur. Potest etiam hic locus aliter exponi. Ex quo enim Nectarius pœnitentiarium sustulerat, libera communicandi facultas relicta erat omnibus laicis: nec jam ullus ob letale crimen a communione removebatur, exceptis clericis.

VALES.

Ibid. Θεῶν μόνῳ τὴν συγχώρησιν αὐτῶν ἐπιτρέποντες] Etiam si itaque Novatiani ecclesiæ communionem ejusmodi peccatores excluderent, Deum tamen iis, si resipiscerent, peccatorum impunitatem daturum non negabant; ac propterea eos ad pœnitentiam sæpe exhortabantur, ut ex Divo Ambrosio discimus, de Pœnitent. lib. i. c. 1. Non igitur Deo, sed ecclesiæ peccata remittendi, et peccatores reconciliandi potestatem negabant, ac propterea a catholica Ecclesia jure proscripti sunt, et damnati, quod clavium potestatem sacerdotibus detraherent.

Guil. Beveregius Annot. in viii. Can. Concil. Nic. i. READ.

25, 20. Προέγνω δὲ Ἀττικὸς]. Non solum Atticus diem obitus 375 sui prævidit, verum etiam diu ante obitum sibi sepulcrum

ædificavit, ut ex veteri epigrammate didici, quod, quia nondum editum est, hic apponam.

Παύλου Σιλεντιαρίου εἰς τάφον Ἀττικοῦ
τινὸς κατασκευάσαντος.

Ἀττικὸς ἐς ξυνήν με παναγρέος ἐλπῖδα μοῖρης
Θυμῷ θαρσαλέφ ζῶν, ἐλάχνηε τάφον.

Παίρων ἐξ ἀρετῆς θανάτου φόβον· ἀλλ' ἐπίδηρον
Ἥλιος, σοφῆς μὲνέτω ἡελίφ.

Exstat hoc epigramma in Anthologia Constantini Cephalse nondum edita. Quo quidem Epigrammate Atticum Constantinopolitanum Episcopum designari puto. Nullum quippe alium Atticum novi, cui convenire possit hoc sapientiæ ac virtutis elogium. Obstat tamen quod epigrammatis hujus auctor inscribitur Paulus Silentarius, quem diu post Atticum, temporibus Justiniani floruisse constat ex testimonio Agathie. Quare aut inscriptio, aut conjectura nostra falsa sit necesse est. VALES.

Simili modo mortem suam appropinquantem præsensit Cudberct episcopus Lindisfarnensis A. D. 687, cujus hæc verba sunt; *Memento, frater Hereberct, ut modo quidquid opus habes, me interrogas, mecumque loquaris: postquam enim ab invicem digressi fuerimus, non ultra nos in hoc sæculo carnis obtutibus invicem aspiciemus. Certus sum namque quod tempus mee resolutionis instat, et velox est depositio tabernaculi mei.* Beed. Hist. Eccles. iv. 29. Epigramma illud editum fuit in Anthologia Constantini Cephalse a Reiskio, et postea a Whartono Oxonii A. D. 1766. Non tamen adeo sapientia præclarus fuit Atticus ut diceretur, Ἥλιος σοφῆς. Neque in tetrasticho illo quidquam est quod apprime convenit Christiano episcopo.

25, 21. τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ ἔτει] Consulatus undecimus Theodosii, et Valentiniani primus, incidit in annum 425, qui erat annus tantum undevicesimus ex quo episcopus factus est Atticus, quod anno 406 accidit. *W. Lowth.* Cui consentit Ant. Pagi ad ann. 425. n. xii. Quis et qualis fuit Atticus, narrat Socrates supra, lib. vi. c. 20. et lib. vii. c. 2. Zelo immoderato adversatus est S. Chrysostomo. Palladio audit πάσης μηχανῆς τεχνίτης κατὰ τοῦ Ἰωάννου, omnium adversus Joannem molitionum artifex, vit. Chrysost. p. 95, et post Arsacium, in ejus tum

superstitis sedem successit. Mortui nomen in diptycha inserere recusavit, donec episcoporum occidentalium communione exclusus, post plures annos tandem restituit. *Guil. Cave.* Verum crimen poenitentia deinde, et recte factis expiavit, inquit *Ant. Pagi.* Ejusque in repurgandis hæresibus vigilantiam, et in orthodoxa fide propugnanda sinceritatem prædicant partes Ephesini. **READING.** De tempore conf. supra, vi. 20.

25, 23. ἐμνήσθη περὶ τὴν τρίτην καὶ εἰκάδα] Auctor Chronici Alexandrini hunc Socratis locum male intellexit. Putavit enim Valentinianum juniorem Placidiae filium, Augustum appellatum fuisse die decimo Kalendas Novembres: cum tamen Socrates id non dicat, sed tantum scribat, nuncupationem Augustam Valentiniani nuntiatam fuisse Constantinopoli die decimo Kalendas Novembres. Quæ quidem inter se longe differunt. Sigonius in libro xi. de Imperio Occidentali, Valentinianum Idibus Octobris Augustum factum esse scribit Ravennæ, Consulatu xi Theodosii Augusti et Valentiniani ipsius primo. Certe die octavo Idus Octobris iisdem consulibus, adhuc Cæsar erat Valentinianus, uti docet lex 47 Codice Theodosiano de Episc. Eccles. et Clericis, data Aquileiæ. Qui locus præcipue impulit Sigonium, ut nuncupationem Augustam Valentiniani referret Idibus Octobris, eamque Ravennæ factam scriberet. Cum enim nuntiata fuerit Constantinopoli die 25. ejusdem mensis, teste Socrate, tardius fieri non potuit. Sigonii sententiam secutus est Onufrius in Fastis. Porro hanc nuncupationem, Marcellinus quidem et Jornandes in libro de successione regnorum, Ravennæ factam esse memorant: Olympiodorus vero et Idatius in Chronico, Romæ. **VALES.**

Non placet Valesii de hoc loco sententia. Socrates et Chronicon Paschale in eo consentiunt, scilicet Valentinianum tertium Augustum pronuntiatum esse die x Kal. Novemb. his consulibus; quod Romæ factum esse Olympiodorus dicit: conf. supra, ad 24. Plura vide in Clinton. F. R. A. D. 425. col. 4, qui monet textum nostri emendari posse ἐμνήσθη, ἢ περὶ τὴν.

Cap. 26. Conf. Cassiod. xii. 3. Niceph. xiv. 29.

26, 5. τῆς χειροτονίας καθήψατο] Idem testatur Photius in 376 Bibliotheca, c. 35, ubi de Philippi Sidetæ Historia Christiana ita scribit: ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ τῆς ἱστορίας συγγραφῇ πολλὰν κατα-

δρομὴν Σισυννίου ποιεῖται, ὅτι τὸν αὐτὸν κλῆρον ἄμφω πληροῦντων, καὶν λόγοις πρωτεύει Φιλίππου δοκοῦντος, Σισυννίου, φασίν, εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἐξελεχταί. Id est, Porro in historia sua Sisinnium valde perstringit, quod cum ambo ejusdem gradus atque ordinis essent, et ipse in dicendo atque in omni genere doctrinae superior esse videretur, Sisinnius tamen ad pontificalem apicem evectus fuisset. VALES.

Cap. 27. Conf. eisdem locos.

27, 2. τὸν Ἀσιανὸν τῶν λόγων χαρακτῆρα] De illo dicendi genere confer Ciceronem; *Nam ut semel e Piræeo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se peregrinis oblineret moribus, omnemque illam salubritatem Atticæ dictionis, et quasi sanitatem perderet, ac loqui pæne dediceret. Hinc Asiatici oratores non contemnendi quidem nec celeritate, nec copia, sed parum pressi et nimis redundantés. Rhodii saniores, et Atticorum similiores; Brut. xiii. 51. Similiter Quintilianus; Et antiqua quidem illa divisio inter Asianos atque Atticos fuit, cum hi pressi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur, cet.; Instit. Orat. xii. 10. De Genere dicendi. Stylos hoc modo discernere didicerat quoque Hieronymus, cum scripsit, Quod in disertissimis viris Græciæ legimus, qui Asianum tumorem Attico siccabant sale, Epist. ad Rustic. cxxv. 6.*

27, 6. ὡς ἔχει γνώμης κρινέτω] De Philippi Christiana Historia Photius, qui eam legerat, sic judicat, Biblioth. Cod. xxxv. *Multum admodum verborum, sine ulla tamen urbanitate aut gratia profundit, quin et satietatem adfert, aut potius molestiam; adeo ut plus ostentationis habet quam utilitatis.* READING.

Cap. 28. Conf. Cassiod. xii. 4. Niceph. xiv. 31.

377

28, 2. ἀμελήσαντες τοῦ νόμου] Quænam fuerit ea lex, et a quo lata, incertum est. Ego imperialem legem fuisse existimo, qua cautum fuerat, ne Cyziceni præter consensum Attici Constantinopolitani episcopi antistitem sibi ordinarent. Nam si id in concilio episcoporum statutum fuisset, canonis vocabulo potius quam legis uteretur Socrates. Eam legem mortuo Attico Cyziceni insuper habuerunt. Dicebant enim id privilegium specialiter Attico concessum fuisse, nec ad successores ejus pertinere. Verum fallebantur. Diu enim ante Atticum Constantinopolitani episcopi Cyzicenis præsules dederant. Nam

Constantii temporibus Eudoxius episcopus Constantinopoleos, Eunomium Cyzici ordinarat episcopum. Vide Liberati Breviarium cap. 7. VALES.

Canon quidem Nicænus vi prohibuit, nequis fieret episcopus præter sententiam metropolitani, canon autem Constantinopolitanus iii decrevit, ut episcopus Constantinopolitanus primatum haberet proxime post Romanum. Socrates vero ipse dixerat hanc Constantinopolitanam synodum constituisse patriarchas, quorum primum nominavit Constantinopolis episcopum, supra, v. 8, 13, seqq. Credi quoque potest hæc constitutiones ecclesiasticas imperiali lege confirmatas fuisse, si non scripto edicto, saltem tacita aut implicita sanctione: quemadmodum videtur in ea lege de rebus ecclesiasticis in Illyrico, data A. D. 421, quæ sic incipit, *Omni innovatione cessante, vetustatem et Canones pristinos ecclesiasticos, qui nunc usque tenuerunt, per omnes Illyrici provincias servari præcipimus*, cet., et mox ipsam Constantinopolis prærogativam diserte affirmat. Cod. Theod. xvi. Tit. ii. 45. Verum quod Cyziceni in hac quæstione præ se tulerunt, jus istud primatus Constantinopolitani soli Attico datum esse, certe evincit novum aliquid de ea re constitutum aut sancitum fuisse vivente Attico.

Cap. 29. Conf. Cassiod. xii. 4. Niceph. xiv. 31.

29, 2. *Νεστόριος*] Nestorius natione Syrus. Germanicia Syriæ Euphratesiensis urbe ortus, in monasterio S. Euprepîi educatus. Diodorum postea Tarsensem præceptorem habuit; deinde ecclesiæ Antiochenæ presbyter factus. *Guil. Cave.* Sisinnio sub finem anni 427. mortuo successit, ordinatus non iv *Idus Apriles*, sed *Kalendis Aprilibus*, ut testis est *Liberatus* diaconus cap. 4, sui Breviarii. Et ratio est, quia hoc anno dies Dominica, quo Constantinopolitani episcopi ordinari soliti erant, in Kal. April. incurrerit. Verosimile est Socratem, diem quo Nestorius in sede episcopali collocatus est, pro die ejus ordinationis perperam sumsisse. *Ant. Pagi ad ann.* 428. n. xi. READING.

29, 3. *τῆς πρώτης αὐτοῦ διδασκαλίας*] Apud antiquos observari studiose solebat, quid episcopi, ac præcipue majorum ecclesiarum antistites, in prima ad populum concione dicerent. Ex ea enim concione de fide cujusque episcopi et de doctrina ac moribus conjecturam faciebant. Quare notari tunc solebant eorum dicta, et memoriæ commendari. Sic supra de prima

concione Eudoxii Constantinopolitani retulit Socrates in lib. 2 [ii. 43]. Sic de Meletii Antiocheni primo sermone ad populum scribit Theodoritus et Epiphanius. Denique Liberatus in Breviario cap. 19. de Severo ita scribit: *Fertur autem expositio ejus, quæ ab eo dicta est in enthronismo, in qua et unitivum suscipit Zenonis* seqq. Socrates ii. [43.] VALES.

De eadem re sic Cotelerius, qui ad hunc quoque Socratis locum provocat, "Huic primo novi antistitis sermoni nomen *Enthronistici* dari potest ex Liberato cap. 19 Breviarii; *Fertur*, inquit, *expositio ejus Severi Antiocheni, quæ ab eo dicta est in inthronismo*. Sicut enthronisticas epistolas memorat Evagrius, iv. 4, agens de eodem Severo." Ad Constitut. Apost. viii. 5. p. 396. Porro confer ipsum quoque Valesium, ubi fusiùs rem explicat, sic, "Rectius Joannes Langus in ii. 17 Nicephori sic vertit, *in eis, quæ enthronisticæ sive synodales dicuntur, epistolis* seqq. Ita vocabantur epistolæ quas in enthronismo, id est, in exordio episcopatus sui ad se mutuo missitabant patriarchæ. Erant enim enthronisticæ homiliæ seu conciones, quas episcopi in auspiciis episcopatus sui primas habebant ad populum," ad Evagr. ii. 4.

29, 10. Πυρκαϊᾶν] Incendiarium vertere malui cum Epiphanio scholastico, quam incendium. Quod si quis ad verbum transferre malit, tribus literis expunctis id perficiet. VALES.

Poterat quoque reddi, *facem*, secundum illud Plinii, *Cuium et Domitium Neronem—totidem faces generis humani*, N. H. vii. 6. (8.)

Cap. 30. Conf. Cassiod. ibid. Niceph. xiv. 40.

379

30, 1. πέραν τοῦ ποταμοῦ Ῥήνου] At vero videntur Burgundiones intra Rhenum recepti fuisse A. D. 413. Cassiodorus enim refert eo anno in Chronico, *Burgundiones partem Gallie Rheno tenere conjunctam*. De eorum origine trans Rhenum, tempore Valentianiani primi scribit Orosius, vii. 32, atque iterum eos commemorat inter barbaras gentes quæ Romanos fines perrumpere cœperunt ab A. D. 406, vii. 38. Conf. Fredegarii Fragn. De Hist. Franc. ii, ubi traditur eos in Galliam Lugdunensem invitatos fuisse post biennium quam primo ad Rheni ripas accessissent.

30, 3. πιστεύσαι τῷ Χριστῷ] Orosius, qui historiam suam anno 417 absolvit, de Burgundionibus sic scribit, lib. vii. c. 19.

Eorum esse prævalidam et perniciosam manum, Galliæ hodieque testes sunt; in quibus præsumpta possessione consistunt; quamvis providentia Dei omnes Christiani modo facti, catholica fide nostris clericis, quibus obedirent, receptis, blande, mansuete, innocenterque vivunt, non quasi cum subjectis Gallis, sed vere cum fratribus Christianis. Hinc Baronius ad annum 413. n. 26. recte ait, Socratem lib. vii. cap. 30, errasse quoad tempus quo Burgundi ad Christi fidem accessere; eorum enim conversionem refert ad annum circiter 430. Verum non in eo tantum hallucinatus est Socrates, sed in eo etiam quod hic subdit de Burgundionum victoria post acceptum baptismum; quæ victoria plane commentitia est. Tantum enim abest ut Burgundiones Hunnos superarint, ut hi Gundicarium Burgundionum regem *cum populo suo atque stirpe* deleverint, ut Prosper, qui hoc seculo vivebat, in suo Chronico ad annum 435 prodit, et post eum Cassiodorus in Chronico. Idem ac Socrates narrat Nicephorus, lib. xiv. cap. 40, sed uterque, sicut et reliqui Græci historici, de rebus apud Latinos gestis non raro male edocti. *Ant. Pagi ad ann. 413. n. xiii.* **READING.**

30, 6. Οὐπρασος] Hic est, ut existimo, Ootar Hunnorum rex, quem fratrem fuisse Rosæ, et Mundiüchi patris Attilæ, testatur Jornandes in Historia Gothorum cap. 35. **VALES.**

30, 7. Σαββάτιος] Conf. supra, cc. 5. 12. 25.

Cap. 31. Conf. Cassiod. ibid. Niceph. xiv. 31.

380

31, 1. καὶ ἄλλως ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἑαυτὸν μισεῖσθαι ἐπόλει] Hunc locum feliciter mihi videor restituisse. Nam cum in vulgata lectione nullus sit sensus, levi mutatione locum ita emendavi: καὶ ἄλλως ἐν τοῖς τοιοῦτοις αὐτὸν μισεῖσθαι ἐπόλει. Nec dubito quin Socrates ita scriptum reliquerit. Alioqui id quod subjungit de Antonio Germæ episcopo, nullatenus cum præcedentibus cohæreret. Mox lego ὡς τὰ ἐπ' αὐτοῦ γενόμενα δεικνυσιν. Quæ emendatio prorsus necessaria mihi videtur. Nam quod sequitur de Antonio episcopo, nequaquam factum est a Nestorio. **VALES.**

Non placent hæc: nam locus sic reddi potest, Nestorius aliis quoque modis in talibus rebus se odiosum præstabat: scilicet per alios, vel propter alios: nam Antonius ejus jussum causabatur, et exinde occasio oblata est ei novi in Macedonios

rigoris. Antonium, vel ut ipse scribit Antoninum, interfectum esse A. D. 429 refert Marcellinus in Chronico.

Cap. 32. Conf. Cassiod. *ibid.* Niceph. xiv. 32.

32, 3. αὐτὸν τῆς οἰκονομίας] Vide quod dictum est in margine: sensus videtur esse, *ipsum hominem dispensationis*, scilicet, *eum qui dispensationem subiit*, aut *suscipit*; id est, qui incarnatus est; cujus humanam naturam in dispensatione illa, ait, nequaquam a divina separari, didicerant homines Christiani.

Ibid. Διὸ ἀφέντες] Nicephorus, cum hunc Socratis locum scriberet, vocem addidit hoc modo, καὶ αὐθις, διὸ ἀφέντες seqq. indicans hac voce, quæ sequuntur verba esse ex epistola Pauli. Verba quidem quæ proxime antecedunt, leguntur in capite 5 epistolæ 2 ad Corinthios. Hæc vero unde petita sint, nondum comperi. VALES.

Hæc ex Heb. vi. 1. desumpta sunt, quod se minime comperisse fatetur Valesius: et sane ad rem de qua agitur, nihil faciunt. *W. Louth.* READING.

32, 11. Πᾶν πνεῦμα δὲ λύει τὸν Ἰησοῦν] In epistola prima ³⁸¹ Joannis, capite 4, sic habent hodie Græca exemplaria: πᾶν πνεῦμα δὲ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἔστι. Καὶ πᾶν πνεῦμα δὲ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι. In Latinis autem exemplaribus ita habetur: *Omnis Spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Et omnis Spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est.* In Græco igitur exemplari quo usus est vetus interpres Latinus, scriptum erat, πᾶν πνεῦμα δὲ λύει τὸν Ἰησοῦν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, prout in antiquis exemplaribus scriptum fuisse testatur Socrates. Videtur tamen Socrates legisse πᾶν πνεῦμα δὲ λύει τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστιν, quomodo in interpretatione mea posui. Sic enim paulo post ait Socrates, ὡς τινες εἶεν ραδιουργήσαντες τὴν ἐπιστολὴν, λύειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν ἀνθρώπον θέλουτες. In codice Alexandrino, cujus varias lectiones Angli nobis exhibuerunt, locus ille Joannis ita scribitur, καὶ πᾶν πνεῦμα δὲ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι. Quæ scriptura propius accedit ad vulgatam lectionem. VALES.

Conf. Millium ad Johannis 1. Epist. iv. 3: ubi tamen Cyrillus Alexandrinus, in De Fide ad Regim., p. 94. ed. Lutet. non habet δὲ λύει, sed δὲ μὴ ὁμολογεῖ.

32, 13. ἀλλὰ ἐν] Fallitur hic Socrates, et dum Nestorium reprehendit, in Eutychetis errorem delabitur, qui post unitiōnem, non duas in Christo, sed unam duntaxat naturam esse existimabat. Nisi forte Socratem de personis loqui dicamus, non de naturis. Hac ratione excusari posset Socrates, si verba ejus hunc sensum admitterent. Certe ἀνθρωπότης et θεότης de quibus hæc dicuntur, naturas omnino significant, non personas. VALES.

32, 14. ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ] Vide Euseb. in Vita Constantini 382 lib. iii. cap. 43. Ante eum Alexander episcopus Alexandrinus: ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σῶμα φορέσας ἀληθῶς, καὶ οὐ δοκῆσει, ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας. Theod. Hist. lib. i. cap. 4. ante hunc Dionysius Alexandrinus Christum appellat τὸν σαρκωθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, in epistola ad Paulum Samosatenum. Idem in illud Esai. c. 7. *Ecce Virgo concipiet et pariet Filium*, δεικνυσιν ὅτι ἡ θεοτόκος τινὰ συνέλαβεν, ἢ παρθένος δηλονότι. alibique sæpius beatam Virginem θεοτόκου nuncupat. Ante hos omnes Origenes vocem θεοτόκος non solum usurpavit, sed et prolixius exposuit in primo tomo Comment. in Epist. ad Romanos, ut præter Socratem, Liberatus in Breviario testatur. Latini, ad imitationem Græcorum, b. Mariam Deiparam vocant. READING.

Nescio equidem quo loco Liberatus in Breviario illud, quod Readingus dicit, de Origene testatus sit. Verum de voce illa θεοτόκος apponi meretur quod Heinechen adnotavit, sic, "Recte animadvertit Strothius ad h. l., Dieser bekannte Ausdruck, worüber in der Folge so viel Streit entstanden, verdient bemerkt zu werden [nota hæc vox, de qua postea tanta exorta est rixa, animadverti digna est]. Ostendit enim hic locus, quod temere negaverunt plures VV.DD., vocem illam θεοτόκος satis diu ante lites Nestorianas esse usurpatam. Vid. Augusti Denkwürdigkeiten t. iii. p. 14. t. iv. p. 225. Eadem voce usi sunt Dionysius Alexandrinus, Gregorius Thaumaturgus, Alexander episcopus Alexandrinus, et ipse Origenes, Johannes autem Antiochenus in epistola ad Nestorium, quamvis illam appellationem Mariæ convenire ipse negaret, tamen eam a pluribus patribus usurpatam, a nullo unquam repudiatam esse affirmat. Vid. Bevereg. annot. in Can. Conc. Ephes. p. 104. Pearson. Exposit. Symb. Apost. p. 178. Reading ad Socratem

[hoc loco] conf. Cramer Fortsetzung des Bossuet t. iv. p. 237. ed. nov." Heinichen ad Euseb. V. C. iii. 43.

32, 17. ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ] Locus indicatus est in margine, ubi tamen mendo typographico p. 5 scriptum est pro p. 22, ed. Lommatzsch, ab hac enim orditur locus iste sic, *Factus est autem sine dubio id, quod prius non erat, secundum carnem. Secundum spiritum vero erat prius, et non erat quando non erat*: seqq. Verum aut periit ea pars Commentarii ad quam Socrates provocavit, aut Origenes de generatione et natura Christi disseruit, non autem de θεοτόκῳ; nam hæc vox non extare comperitur in primo libro ejus Commentarii, quantum e Latina versione deprendere possumus.

32, 19. ἐνυπόστατον αὐτὸν ὁμολογεῖ καὶ ἐνούσιον] Idem fere censet Leontius de Nestorio, sic, 'Ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος, εἰ καὶ ψιλὸν ἀνθρώπου ἔλεγε τὸν Χριστὸν, ἀλλ' οὖν τὸν ἀυθυπόστατον λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ υἷὸν ἔλεγε γενέσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· περὶ γὰρ τὴν Τριάδα οὐχ ἡμάρτανεν ὁ Νεστόριος, De Sectis iii. 3.

32, 20. οἱ ἀπὸ Μουσανοῦ] Conf. supra, ad i. 23, 7.

32, 21. Οὕτω μὲν οὖν τὸν Νεστόριον φρονούντα εὗρισκω] Opera pretium erit iudicium Leontii quoque adducere; qui postquam retulerit Nestorium sententiam suam a Diodoro Tarsi et Theodoro Mopsuestiæ episcopis derivasse, hos autem visos esse Christum in duos dividere, dum S. Scripturam ultra verum torquerent ad confutandos Arianos, Macedonianos, et Apollinarim, tum pergit de ejus doctrina dicere, Τί δὲ ἦν τὸ δόγμα τοῦ Νεστορίου, ἥδη μὲν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν· καὶ νῦν δὲ μικρὰ διεξέλθωμεν. Οὐκ ἔλεγε γὰρ ἕνωσιν τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν ἀνθρώπου, ἀλλὰ δύο ὑποστάσεις ἔλεγε, καὶ διαίρεσιν. Ὅθεν οὐδὲ τὴν ἁγίαν Μαρίαν ἐκάλει θεοτόκον, ἀλλὰ χριστοτόκον. Εἰ δὲ καὶ ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ ἀπεκάλει τὸν Χριστὸν, ἀλλ' οὐκέτι ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ τῇ σχέσει καὶ τῇ οἰκειώσει, ὥσπερ λέγομεν περὶ δύο τιῶν φίλων, πάνυ ἀλλήλους ἀγαπώντων, ὅτι οἱ δύο οὗτοι μίαν ψυχὴν ἔχουσι, κατὰ τὸ ταῦτα ἀλλήλοις ἀρέσκειν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλίας. De Sect. iv. 4.

Cap. 33. Conf. eosdem locos.

33, 2. εἰς τὸ θυσιαστήριον] Hinc quoque constat θυσιαστήριον recte dici non de mensa, sed de spatio, sive sacrario, intra quod mensa sacra includebatur. Conf. quæ dicta sunt supra, ad i. 36, 7. et infra, 39, 3.

Cap. 34. Conf. Cassiod. xii. 5. Marii Mercat. Op. part. ii. 383
 Liberat. Breviar. v, vi. Evagr. H. E. i. 2, 3, 4. Leont. De
 Sect. iv. 4. Acta Conc. Ephes. in Mans. Concil. t. iv. col. 577.
 Nicephor. xiv. 34.

34, 1. πρόσταγμα τοῦ βασιλέως] Mandatum hoc datum est
 utriusque imperatoris nomine a Constantinopoli ante d. xiii.
 Kal. Decemb. A. D. 430. et recitatum in prima Actione Syn-
 odi: exemplar autem extat in Mans. t. iv. col. 1112. In eo
 præcepit imperator ut commune fieret episcoporum iudicium,
 δηλαδή μηδεμίαν πρὸ τῆς ἀγιοτάτης συνόδου καὶ τοῦ μέλλοντος παρ'
 αὐτῆς κοινῆ ψήφῳ ἐφ' ἅπασιν διδοσθαι τύπον καινοτομίας ἰδίᾳ παρὰ
 τινῶν γενομένης: quod Liberatus his verbis exprimit, *Et post
 hæc scripsit aliam sacram ad universos episcopos ut Ephesum
 convenirent, et conferrent de libris Nestorii et Cyrilli iudicium,*
 v. Leontius vero, Κελεύει ὁ βασιλεὺς γενέσθαι σύνοδον ἐν Ἐφέσῳ,
 καὶ κριτὴν γενέσθαι Κυρίλλου καὶ Νεστορίου Ἰωάννην τὸν Ἀντιο-
 χεῖας ἐπίσκοπον, iv. 4. Quamobrem re vera Cyrilli causa agenda
 erat, neque recte potuit ille concilio præesse.

34, 5. Ἐγὼ, ἔφη Νεστόριος] Hæc dicta fuisse aliquot dies
 ante consessum concilii testatus est Theodotus episcopus An-
 cyræ, qui plenius eadem retulit coram concilio, sic, Ταῦτα καὶ
 ἐνταῦθα διαλεγόμενος ἔφη, μὴ δεῖν περὶ Θεοῦ λέγειν γαλακτοτρο-
 φίαν, μηδὲ γέννησιν τὴν ἐκ τοῦ παρθένου· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πολ-
 λάκις ἔφη, διμνηαῖον ἢ τριμνηαῖον μὴ δεῖν λέγεσθαι Θεόν. Καὶ
 ταῦτα οὐχ ἡμεῖς μόνοι, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι πλείονες ἀκηκόαμεν οὐ πρὸ
 πολλῶν ἡμερῶν πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ ἐν Ἐφέσῳ διαλεγόμενον. Act.
 Conc. Mans. col. 1181.

34, 8. ἕτερον καθ' ἑαυτοὺς συνέδριον ποιησάμενοι] Fallitur hoc
 loco Socrates, qui Nestorio tribuit id quod a Joanne Antio-
 chie episcopo factum est. Itaque merito Evagrius, eumque
 secutus Nicephorus, Socratem nostrum reprehendunt. Res au-
 tem ita gesta est, ut ex actis Ephesinæ synodi didicimus. Cum
 Nestorius a sacrosancta synodo damnatus ac depositus esset,
 missæque ad ipsum essent depositionis literæ, relationem illico
 misit ad imperatorem Theodosium, qua querebatur de violentia
 adversariorum, et quod adventum orientalium episcoporum
 qui propediem adfuturi esse dicebantur, expectare nolissent.
 Huic relationi subscripserunt decem episcopi partis Nestorii.
 Quinto post die advenit Joannes episcopus Antiochiæ cum

orientalibus. Qui cum ea quæ gesta fuerant comperisset, collectis in unum episcopis, tam orientalibus quos secum adduxerat, quam decem illis, quos relationi Nestorii subscripsisse retulimus, Cyrillum et Memnonem episcopos deposuit. Huic Joannis conciliabulo Nestorius ipse non interfuit, eo quod damnatus episcopali sententia, nec synodali iudicio restitutus fuisset. Episcopi vero partis ipsius, quos synodi sententia nequaquam perstrinxerat, interfuerunt. Quamobrem excusari potest Socrates, si dicamus verba illa *οἱ περὶ Νεστορίου*, non ipsum Nestorium designare, sed episcopos qui a partibus Nestorii stabant, et qui relationi ejus subscriperant. In reliquis tamen Socrates excusari non potest. VALES.

34, 9. ἀμυνόμενος τὸν Ἰωάννην, καθαιρεῖ καὶ αὐτόν] Damnatus est Nestorius die Junii 22. Mans. col. 1123. Quo die lata sit sententia a Joanne in Cyrillum et Memnona non certo constat: fuit tamen post quintum diem a depositione Nestorii: et non solum Cyrillum atque Memnona deposuerunt Nestoriani, verum etiam omnes episcopos qui cum iis in concilio consederant excommunicaverunt: vid. Mansi col. 1260. 1267. Exinde Cyrillus et Memnon de depositione suæ conquesti sunt, et rem detulerunt ad concilium, Actione quarta Julii die 16: concilium autem Joannem ad se in iudicium vocavit; ib. col. 1310. Quo cum hic venire nollet, proximo die nempe Julii 17, sententia concilii depositi et a communione ecclesiastica exclusi sunt et Joannes, et triginta quatuor alii episcopi, qui cum eo Cyrillum et Memnona damnaverant. ibid. col. 1323. Subscripta quidem fuerant nomina quadraginta trium episcoporum sententiæ latæ in Cyrillum et Memnona; ibid. col. 1269: verum nonnulli horum non legitimi episcopi esse dicebantur: ibid. col. 1336. 1424: nec profecto ubique idem eorum numerus fuisse traditur.

34, 12. Ἡ μὲν οὖν τότε γενομένη σύνοδος] De anno quo celebrata est hæc tertia generalis synodus, non est ut dubitemus, quandoquidem ipsa Acta ejus hoc edocent, quorum partis secundæ initio hæc legimus: Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν δεσποτῶν ἡμῶν Φλαυίου Θεοδοσίου τὸ τρισκαίδέκατον, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τρίτον, τῶν αἰωνίων Ἀγούστων, πρὸ δέκα Καλανδῶν Ἰουλίῳ συνόδου συγκροτηθείσης ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει. Flavius Theodosius decimum tertium, et Valentinianus tertium consules

erant, ut Fasti testantur, anno Dom. 430. Sed habita est hæc synodus, non ipso anno quo illi consulatum gerebant, verum *μετὰ τὴν ὑπαρέλαν αὐτῶν*, hoc est, anno sequente, Basso et Antiocho coss. ut Socrates, concilio suppar, hic testatur. De die quo incepta est, aliquantulum dissensionis videtur. Nam Acta eam congregatam tradunt Junii 22. Socrates autem Junii 28. Sed Actis potius adhærendum est. Quamvis suffragatur Cyrillus in epistola ad clerum populumque Alexandrinum, quæ inter acta synodi hujus exstat. Dicit enim synodum hanc habitam fuisse *κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ εἰκάδα τοῦ Παυτί μηνός*. Verum neomenia Pauni in anno Actiaco incidit in Maii 26. Ergo dies Pauni 28. erat Junii 22, sive x Kal. Jul. *Guil. Beveregii annot. in Can. Concilii Ephesini*, p. 103. Huic consentit Antonius Pagi, ad ann. 431. n. xii. **READING.**

Acta et Socrates in anno consentiunt; illa tamen eum signant modo minus usitato, *post consulatum* prioris anni, cum possent ipsos consules instantis anni notare. Hoc ideo fortasse factum est, quia regium edictum, quo convocatum est concilium, priore anno publicatum erat. Veruntamen cum dicat Socrates, *σύνδος τοιοῦτον ἔσχε τέλος καὶ ἐπρακται μὲν ταῦτα—τῇ εἰκάδι ὀγδοῇ τοῦ Ἰουνίου μηνός*, meminisse oportet concilium sedisse usque ad finem mensis Augusti, neque dimissum esse ante Octobrem, et vergentem quidem, quantum videatur. Vid. Act. Mans. t. iv. et t. v. col. 256.

34, 13. πολλοὺς συναγάγων ἐπισκόπους] Negat Pagi recte hæc dici, nec habitam fuisse synodum Antiochiæ ante eam in qua reddita pax fuit Cyrillo et Memnoni; sed Tarsi habitam fuisse ait synodum quæ Cyrillum damnavit, Socratem vero erravisse. Certe convenisse synodum Tarsi demonstrat Pagi ex epistola Meletii in veteri synodico Latino edita, cujus hæc sunt verba, *Reversus est a Constantinopoli ad Orientem idem Antiochenus. Collegit rursus in Tharso concilium. Scripsit synodicas literas, in quibus et Cyrillum deposuit et eos quo pro eo adscenderant Constantinopolim*. Vid. Mans. t. v. col. 921. Plura de hac synodo Tarsensi habentur in eodem libello synodico, quæ indicantur in Mans. annot. ad l. Reditus vero iste Joannis a Constantinopoli ad Orientem fuit post ordinationem Maximiani: unde colligitur, synodum Tarsi convenisse post Octobrem ejus anni; nam Maximianus ordinatus fuit die 25 Octobris. Infra, 37, 19. Liberat. Breviar. vii. Et vetus versio

Latina Præfationis regii edicti contra Nestorium asserit Cyrillum ingressum esse Alexandriam d. 30 mensis Athyr, qui fuit Octobris: Mans. t. v. col. 255: dixit autem Socrates damnatum esse Cyrillum a Joanne postquam rediisset Alexandriam.

34, 13. *μικρόν τε ὑστερον*] Hæc gesta sunt A. D. 432, per synodum Antiochiæ habitam. Epistola synodica, ad Xystum et Cyrillum et Maximianum, annum signat his verbis in exordio suo, *κατὰ τὸ παραφηκὸς ἔτος ἐκ θεοπιάματος τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἀγία σύνοδος θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων συνήχθη κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν*. Mans. t. v. col. 285. Hujus synodi meminit epistola Alexandri et aliorum in veteri Synodico (quod appellatur Adversus Tragediam Irenæi), cap. liv sic, *Intravimus Antiochiam convocati. Habentes igitur de his quæ sunt agenda concilium*, Mans. t. v. col. 830. Habita est alia quoque synodus de eadem re Bercæ, secundum judicium Pagii et aliorum virorum doctorum: certe ibi Joannes Antiochenus cum episcopo Acacio convenit; ita enim ipse testatur, *Fui in Bercæ; et dum multa nobis hic exercitatio facta fuisset, et communis pater dominus meus Acacius sanctissimus episcopus omne bonum moveret, cet.* Synod. ibid. lxxvi. Mans. col. 854. Aliis quoque visum est etiam alibi convenisse synodum. Mansius opinatus est collectos esse episcopos cum Theodoro in incerto aliquo loco hujus provincie Euphratensis; t. v. col. 1157. Theodoretus quidem ipse scripsit, ad Alexandrum Hieropolitanum episcopum, *Hæc vero et in Antiochia, et in Bercæ, et in Hierapoli sumus sæpius collocuti*, Synod. ibid. c. lxxii. Mans. col. 849. Et credi quidem potest, episcopos sæpius et pluribus locis inter se convenisse atque collocutos esse de restituenda pace Ecclesie, sed non omni tamen hujusmodi colloquio recte dandum esse nomen *synodum*. Conf. Pagii. a. 432. v. Utcunque tamen hæc sint, constat pacem Cyrillo redditam esse con sensu synodali orientalium: id enim testatus est Ibas in synodo Chalcedonensi,— *ἡ ἀνατολικὴ σύνοδος ἐδέξατο αὐτὸν ἐρμηνεύσαντα τὰ ἐκεῖ κεφάλαια αὐτοῦ*—, Mans. t. vii. col. 240. Epistolam imperatoris ad Joannem missam per Aristolaum tribunum, ut pacem inire suaderet, vide in Mans. t. v. col. 277. Quibus autem conditionibus composita sit pax, docet epistola Cyrilli ad Donatum, p. 155. ed. Lutet.

34, 14. μετὰ δὲ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν] Nicephorus in chronico Nestorio attribuit annos tres et menses duos, neglecto scilicet tertio mense, qui incompletus fuit. *Ant. Pagi ad ann. 431, n. xli. READING.*

Cap. 35. Conf. Cassiod. xii. 7. Niceph. xiv. 37.

35, 2. κανόνα ἐκκλησιαστικὸν κωλύει] Vide Canones Apostolicos xiv et xv citatos in Annotationibus ad cap. 61, libri iii. Euseb. de vita Constantini. *READING.*

Cap. 36. Conf. Cassiod. xii. 8. Niceph. xiv. 39.

385

36, 3. ἐν τῇ ἑκτῇ] Euseb. H. E. vi. 11; scilicet sub initio sæculi tertii. Nicephorus vero, qui hæc exempla omnia e Socrate compilavit, et plura congessit quoque, inserit hoc loco narrationem de Petro apostolo, qui, quamvis Romæ constitutus episcopus, ad Alexandriam tamen et alias urbes transiverit.

36, 7. κρίνασα τὸ παριστάμενον ὄρση] Dionysius Exiguus vertit, *Quod visum fuerit, judicando decreverit.* Vetus item interpres, qui olim fuit in bibliotheca Henrici Memmii, et qui nuper Parisiis est editus, vertit hoc modo, *Sed spectare eum oportere, quousque provinciae synodus de eo quæ eis videntur, ordinet.* Ubi obiter notabis, veterem interpretem in suo exemplari non legisse vocem τελεία, sicut nec Socrates eam legit. Eadem locutio occurrit supra in appendice libri sexti [p. 728], ubi Joannes ita alloquitur episcopos, τὸ παριστάμενον ὑμῶν καταξίωσατε αὐτοὶ διαλαβόντες καὶ κρίναντες ὄρσαι. Quæ nos ita Latine reddidimus: *Causam ad vos delatam seqq.* Præstat tamen ita vertere, *quodcumque vobis visum fuerit seqq. VALES.*

36, 8. οὗτος μὲν οὖν ὁ κανὼν] Hic est canon 18 concilii Antiocheni. Sed fallitur Socrates, dum existimat hoc canone nixos esse episcopos, ut Proclum a Constantinopolitanæ sedis sacerdotio excluderent. Verum quidem est, Proclum fuisse ex numero eorum qui in supradicto canone designantur. Nam cum episcopus Cyzici ordinatus fuisset a Sisinnio patriarcha Constantinopolitano, admissus non fuerat a Cyzicenis, ut supra retulit Socrates. Verum episcopi qui electionem Procli impugnabant, non hoc canone nitebantur, sed primum et vicesimum canonem ejusdem concilii ad confirmationem sententiæ suæ adducebant, qui sic habet: *Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus a populis, nec ab episcopo necessitate compulsi: ma-*

neat autem in ecclesia, quam primitus a Deo sortitus est, nec inde transmigret, secundum pristinum de hac re terminum constitutum. Fallitur itaque Socrates noster, qui canonem 18 Antiocheni concilii posuit pro primo et vicesimo. Sed et in eo falsus est, quod verba illa in fine canonis 18, ἐκδέχασθαι δὲ αὐτὸν, ὅπερ ἂν seqq. suæ sententiæ favere existimavit. Ea verba Latine ita reddidimus: *Suscipere autem debet quidquid provinciæ synodus de ejus negotio judicans constituerit.* Putavit Socrates ex his verbis id consequi, ut si provinciæ synodus supradictum episcopum alio transferre voluerit, episcopus ille id observare debeat. Sed manifeste hallucinatur, cum canone primo et vicesimo translationes episcoporum discrete prohibeantur. VALES.

Rectius de hac quæstione judicare videtur Socrates quam Valesius. Nam canones illi, Antiochen. 21, et Apostol. 14 et 15, quos modo citavit Readingus ad §. 2, (aliter 11 et 12,) omnes id spectant, si quis suam parochiam alii cuidam posthabuerit et proinde deseruerit: at vero Proclus suam non deseruit, nunquam enim illuc accedere potuerat. Itaque recte Socrates ad eum canonem provocat qui intentatus est in episcopos designatos aut constitutos tantummodo, *ὀνομασθέντας*, non autem in eos qui episcopatum reliquerint. Fatendum quidem est exempla illa, quæ protulit ex historia, meras fuisse, quod aiunt, translationes: et fortasse fuerunt qui Procli institutioni hoc nomine adversabantur. Verum Socrates adeo fortius argumentum suum præstitit si utrumque commonstraverit, et licere per canones synodo provinciali statuere quid agendum esset de episcopo sic posito ut Proclus erat positus, quod habet Can. Antioch. 18, et usu sæpe factum esse in Ecclesia ut episcopi transferrentur propter Ecclesiæ necessitatem, quicquid statuerint alii canones.

36, 9. Περὶ γένους ἐν Πάρραις] Perigenes Corinthi, quæ metro- 386
polis est Achaïæ, natus ac baptizatus fuerat: deinde in clerum allectus, presbyter ejusdem ecclesiæ summa cum integritate diu permansit. Postea cum a Corinthiorum episcopo ad Patrensem episcopatum promotus fuisset, et Patrenses eum suscipere recusassent, Corinthum reverti coactus est; ubi cum episcopus civitatis non multo post abiisset e vita, Corinthii eum sibi postularunt episcopum, missa supplicatione ad Bonifacium Romanæ urbis antistitem. Sed Bonifacius nihil super ea re agere voluit priusquam litteras Rufi Thessalonicensis

episcopi accepisset, qui per Achaïam et Macedoniam sedis apostolicæ vices gerebat. Duas igitur ad illum de hoc negotio literas scripsit, quibus subjecta erat Corinthiorum postulatio. Datæ sunt hæc literæ Monaxio et Plintha consulibus [A. D. 419.] Postea Bonifacius cum Rufi literas accepisset, electionem Perigenis comprobavit, scripta ad Perigenem et ad Corinthios epistola. Hæc collegi ex duabus Bonifacii ad Rufum epistolis quæ nuper editæ sunt Romæ a Luca Holstenio viro doctissimo, et de antiquitate ecclesiastica optime merito. Porro hic Perigenes interfuit synodo Ephesinæ adversus Nestorium. Sic enim in actione prima scribitur, *Περιγένους Κορίνθου τῆς Ἑλλάδος*. VALES.

Epistolæ illæ extant, in synodo quæ habita est Romæ A. D. 531 a Bonifacio secundo, ubi recitatæ sunt, cum aliis de Illyrico scriptis, in Mans. Concil. t. viii. col. 752. seqq. Porro ex epistolis quæ duas illas secutæ sunt constat, non paucos fuisse Græcos episcopos quibus tunc Perigenis institutio displicebat; quos Bonifacius per prætensum Petri apostoli nomen et auctoritatem coercere satagit.

Ante Perigenem, et eos episcopos qui sequuntur in hoc loco, Nicephorus inserit alia exempla; scilicet, Eustathium qui translatus fuit a Bercea, sive Chalep, ad Antiochiam regnante Constantino primo, Maximum qui a Diospoli ad Hierosolymam, et Eudoxium qui a Germanicea ad Constantinopolim transiit.

36, 10. *Γρηγόριος*] Poterat Socrates etiam Euphronium nominare, qui a Colonia Armeniæ translatus est ad Nicopolim metropolim, probante et suadente Basilio magno, quemadmodum legitur in epistolis ejus a cccxvii. p. 349. usque ad cccxx. Ambigitur tamen inter viros doctos, utrum Euphronius relicto episcopatu Colonizæ curam Nicopolis solius susceperit, an ambarum simul parochiarum episcopus permanserit. Vid. Annot. Benedict. p. 350. Omisit quoque Socrates nomen unius episcopi cujus antea meminerat, scilicet Methodii episcopi primo Lyciæ mox Tyri: de quo vide supra, ad vi. 13.

36, 14. *Γόρδου τῆς Λυδίας*] Nicephorus Gordum urbem Lyciæ facit, non Lydiæ: sed reliqui omnes Lydiæ assignant. Porro hic Joannes episcopus Proconnesi interfuit concilio Ephesino, ut refertur in actione prima ejus concilii. VALES.

“ Quæ Ptolemæo Julia Gordus, Ἰουλιὰ Γόρδος, inter Hermum annem et Sipyllum montem posita, ipsa profecto est, quam Hierocles in Notitia Gordum nominat, velut et ipse Socrates vii. 36. In Notitiis aliis Lydiæ assignatur ὁ Γόρδων, Gordorum episcopus.” Le Quien Orient. Christian t. i. col. 881.

Ibid. Προκονήσφ] In codice Florentino scriptum est Προκονήσφ. Apud Nicephorum, et in jure Græco-Romano, et in actis concilii Ephesini scribitur Προκόνησος. Utramque scripturam tuetur auctor Etymologici in voce Προκόνησος. Et hujus quidem scripturæ, quæ ῑ habet adscriptum, originem ex eo deducit, quod hæc insula reliquis insulis marmor προίκα suppeditet, id est gratis; vel a voce προίξ, quæ hinnuleum significat. Sed Dionysius Atheniensis in libro quem κτίσεις seu de conditu urbium scripserat, Proconesum dictam esse tradit a cervorum multitudine, quos πρόκας vocant. Alii dictam volunt a vase quod πρόχωνν appellant Græci, eo quod Milesiis coloniam eo ducentibus primum occurrit virgo id genus vasis gestans. VALES.

36, 15. Παλλάδιος] Palladius Helenopolis episcopus amicus fuit Joannis Chrysostomi, et vim inimicorum ejus expertus. Vid. Pallad. V. Chrysost. iii. p. 21, et xiv. p. 52. Eundem auctorem fuisse Vitæ Chrysostomi crediderunt multi, alii vero negarunt. Vid. Bigotii Præfat. in Galland. Biblioth. Proleg. t. viii. p. xxv. Cave. Hist. Litter. et alios.

36, 17. Θεόφιλος ἀπὸ Ἀπαμείας] In libro quarto Juris Græco-Romani, pag. 93, scriptum est Θεοσέβιος. Ita quoque legitur in Historia Tripertita quam vertit Epiphanius Scholasticus, et apud Ivonem Carnotensem in Prologo Decreti. Nicephorus tamen Philippum vocat, quod miror. VALES.

Ibid. Σαλαμβριαν] Urbs est Thraciæ, quæ olim quidem a Græcis dicebatur Σηλυμβρία, teste Strabone ac Stephano: postea vero dicta est Salambria. Sic in itinerario Burdigalensi: Mansio Salamembra, 44 millibus distans ab urbe Constantinopoli. VALES.

Vid. Le Quien Orient. Christ, in Ecclesia Selymbriæ, t. i. col. 1137.

36, 20. Ὀπτιμος ὁ ἀπὸ Ἀγδαμείας] Hic est Optimus episcopus Antiochiæ in Pisidia, cujus meminit imperator Theodosius in lege 3, Codice Theodosiano De fide catholica; cui una cum

Amphilochio Iconiensi tradita est procuratio ecclesiarum Asiae. VALES.

36, 22. *εἰς ἑτέρας μετατιθέντων*] Hunc catalogum episcoporum Nicephorus continuavit usque ad suum ævum, additis triginta sex qui translati esse narrantur; præter alias quasdam mutationes parochiarum. Conf. Cotelerium de eadem re ad Canon. Apost. 11. in Patr. Apostol. t. i. p. 443.

Cap. 37. Conf. Cassiod. et Niceph. *ibid.*

387

37, 1. *τρίβωνα φορεῖν*] Male Christophoronus pallium philosophicum vertit, de suo hanc vocem adjiciens. Atqui Socrates non de philosophico pallio loquitur, sed rhetorico. Ait enim Silvanum prius fuisse rhetorem, id est scholasticum et schola Troili sophistæ: deinde abjecto pallio monasticum vivendi genus amplexum esse. De rhetorico pallio vide si placet quæ supra notavimus. Quibus jungendus est hic locus ex monodia Theophylacti Simocattæ, quam post obitum Phaucæ [Phocæ] dixit in laudem imperatoris Mauricii, ἀποκειράσθωσαν οἱ λόγοι τῶν κρότων [τὸν κρότον] τὴν εὐφημίαν αἱ Μοῦσαι τὸ λευκὸν Ἀθῆναι τρίβωνιον. Quæ verba citat ipse Theophylactus in libro octavo Historiæ, capite 12. [p. 338, ed. Niebuhr.] Ex quibus colligitur, pallium rhetoricum album fuisse, non rubrum aut puniceum, ut supra observavimus ex Cyrillo et Basilio Grammatico. De rhetorico pallio loquitur etiam Gregorius Nazianzenus in oratione 20 de laudibus Basillii, pag. 328. *προειληφότες τοὺς τρίβωνας*, ubi pallia philosophica vertit Billius, pari errore. VALES.

37, 2. *συλλαβῶν*] Non assentior Christophorono, qui hunc locum ita interpretatur, quasi Atticus Silvanum ad se accersiverit. Quid opus erat eum accersere, qui præsens erat Constantinopoli, rhetor scilicet in schola Troili sophistæ qui rhetoricam docebat Constantinopoli? Aliquid amplius significat vox *συλλαβεῖν*, comprehendere scilicet ac vim adhibere. Hoc igitur verbo indicat Socrates, Silvanum invitum ac reluctanter factum esse ab Attico episcopum Philippopoleos. Est autem Philippopolis, metropolis Thraciæ proprie dictæ. Sciendum porro est, ordinationem metropolitanorum Thraciæ pertinuisse tunc ad episcopum urbis Constantinopolitanæ. Nam patriarchæ, jure quodam singulari ordinabant metropolitanos, ut pluribus observavi in dissertatione ad canonem sextum concilii Nicæni. Hinc est quod idem Atticus patri-

archa Constantinopolitanus, Troadensibus postulantibus eundem Silvanum ordinavit episcopum. Alexandria enim Troas, metropolis erat Phrygiæ. Idque diserte cautum est canone 28 concilii Chalcedonensis, qui est de privilegiis sedis Constantinopolitanæ: ut scilicet Thracicæ, Ponticæ et Asianæ dioeceseos metropolitani soli a sanctissima sede Constantinopolitana ordinentur; factis prius ex more decretis, communi consensu cleri et populi, et ad patriarcham Constantinopolitanum directis. Sic enim statuit prædictus canon. *ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.* Intelligit decretum postulationis, cujusmodi Corinthii ad Innocentium papam [voluit dicere Bonifacium,] miserunt, Perigenem sibi episcopum dari postulantes, ut supra notavi. VALES.

Hæc de Silvano narrata evenerunt ante A. D. 425; eo enim anno mortuus est Atticus; supra, 25. De voce *συλλαβών* conf. infra, 46, 12, 13.

37, 5. *ἀπὸ χορτίνων σανδαλίων*] Epiphanius Scholasticus soleas de sparto interpretatur: quem secutus est Langus interpres Nicephori. Tales erant carbatinæ, quas Pollux et Hesychius viles calceos fuisse dicit rusticorum, *μόνιπελλον ὑπόδημα* exponit Hesychius; id est, simplici solea constans. VALES.

37, 8. *τὴν φροντίδα ἐπέθετο*] Hoc est, *cogitare cæpit*: nimirum de Silvano ad episcopatum Troadis instituendo. Conf. *φροντίδας ἐτίθη τίνα τρόπον καθέλοι τὸν τύραννον*, supra, i. 2, 3.

37, 11. *πλατὴν*] Conf. Suidam, *πλάτη: πλοῖον. Πλάτην μυριοφόρον, πύργοις τε καὶ περιφράγμασι παντοίοις κοσμήσας ἄνωθεν, κατὰ ρεῦμα ἀφήσι*: ex auctore ignoto, col. 2999.

37, 17. *οὐδένα τὸν τοῦ κλήρον δικαστὴν ἐδίδου ποτὲ*] Hinc colligit Tillemontius, “episcopus tunc non solum judicare solitos esse de causis privatorum hominum, verum etiam potuisse alios judices pro se delegare, quemadmodum S. Augustinus vicem suam Eraclio presbytero commisit,” *Memoir. t. xii. p. 428.* Vid. *Gesta Eccles. in Augustin. Epist. cexiii. t. ii. col. 790.* Certe tunc temporis judicia non minima pars erant episcopi muneris: de iis conquestus est Augustinus aliis quoque locis, præter hunc modo indicatum; sic, *Nam maligni exercent ad facienda mandata, a scrutandis autem avocant, non solum cum persequuntur aut litigare nobiscum volunt, verum etiam cum obsequuntur et honorant; et tamen suis vitiosis et negotiosis cupiditatibus adjuvandis ut occupemur, et eis nostra*

tempora impendamus efflagitant; aut certe infirmos premunt, et causas suas ad nos deferre compellunt: quibus dicere non audeamus. Dic homo, quis me constituit iudicem aut divisorem inter vos? In Psalm. cxviii. Serm. xxv. 3. t. iv. c. 1340. Et ait se, *tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotiis sæcularibus, vel iudicando dirimendis, vel interveniendo præcidendis, cet.* De Oper. Monach. 37. t. vi. col. 499. Porro in exercendis hisce iudiciis non deerat episcopis auctoritas, poterant enim verbera adhiberi jubere, si ita visum esset; ait idem iterum de inquisitione quadam, —*confessionem—virgarum verberibus eruisti.* *Qui modus coercionis a magistris artium liberalium et ab ipsis parentibus, et sæpe etiam in iudiciis solet ab episcopis adhiberi,* Epist. cxxxiii. 2. t. ii. col. 396. Licuit episcopis lege audire et iudicare causas ecclesiasticas, nempe in suæ *Dioceseos synodis.* Licuit illis etiam audire causas civiles cum consensu utriusque partis, per legem Constantini magni: vid. Sozomen. i. 9. Postea tamen deminuta est auctoritas in iudicando. Multa excepit ex illorum audientia lex data A. D. 376, Cod. Theodos. xvi. Tit. ii. 23. Plura repressit Novella Valentiniani A. D. 452, quæ sic incipit, *De episcopali iudicio diversorum sæpe causatio est. Ne ulterius querela procedat, necesse est præsentis lege sanciri.* cet. Post t. vi. p. 127. ed. Ritter. Rem plene examinatam vide in Gothofred. Commentar. ibid. loco supra citato, xvi. Tit. ii. 23. p. 58.

37, 19. *περὶ τὴν εἰκάδα πέμπτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου*] Scilicet post quatuor menses a depositione Nestorii, ut supra, cap. 35, cuius nomen e diptychis statim expunxit Maximianus, et duabus Constantinopoli synodis habitis, primarios partium Nestorianarum patronos deposuit. **READING.**

Cap. 38. Conf. Cassiod. xii. 9. Niceph. xiv. 40.

389

Cap. 39. Conf. Cassiod. xii. 10. Niceph. xiv. 41.

39, 2. *τῶν ὀρεῶν*] Apud Nicephorum scriptum est *ὀρεῶν* cum aspiratione. Et Langus horrea seu granaria interpretatur. Musculus *maxima ædificia* vertit, Christophorsonus *fortissima munimenta.* Ego Langum sequi malim. *ὀρεῶν* enim vox est Græco-barbara, quæ significat horrea, ut jampridem observavit Meursius in glossario Græco-barbaro. In codice Regio hoc loco scriptum inveni *ὀρεῶν.* Porro quinque Con-

stantinopoli fuerunt horrea publica; quatuor scilicet in regione 5. VALES.

39, 2. τὸ δημόσιον φ' ἐπάνυμον ἐστὶν Ἀχιλλεύς] In Chronico Alexandrino ita scriptum est, Theodosio Augusto decimoquarto et Maximo consulibus, ἐγένετο πυρκαϊὰ μεγάλη ἀπὸ τοῦ νεωρίου, καὶ ἐκάησαν τὰ ὄρια καὶ τὸ δημόσιον ὃ Ἀχιλλεύς μὴν Λῶφ. Epiphanius Scholasticus vertit, *Thermas quas vocantur Achilleæ*. Quam interpretationem confirmat Marcellinus Comes in Chronico, Maximo et Paterio consulibus, qui fuit annus Christi 443. *His consulibus*, inquit, *thermarum quas Achilleæ dicuntur, enceniæ factæ*. Et auctor Chronici Alexandrini, qui sic habet, ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη τὸ δημόσιον λούτρον ὃ Ἀχιλλεύς, μὴν Αὐδυναίφ, πρὸ γ' ἰδῶν Ἰανουαρίων. Thermæ igitur Achilleæ cum incendio consumptæ fuissent Theodosio decimoquarto et Maximo consulibus, anno Christi quadringentesimo tricesimo tertio, decimo post anno instauratæ sunt ac dedicatæ. VALES.

39, 3. εἰς τὸ θυσιαστήριον] Conf. supra, ad 33, 2.

39, 8. ἐν ὑπατείᾳ Θεοδοσίου τὸ τεσσαρεσκαίδέκατον] Is fuit 39^o annus Chr. 433. Scribit Marcellinus in Chronico, hoc incendium (quo magna pars CPoleos conflagravit) *per tres dies continuos* durasse. READING.

Eadem ante Marcellinum scripsit Prosper in Chronico hoc anno.

Cap. 40. Conf. Cassiod. xii. 10. Niceph. xiv. 37.

40, 1. δύο ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς πέντε μηνὶν] Obiit Maximianus anno Chr. 434. Accurate autem Socrates tempus computavit, quo Maximianus ecclesiæ CPolitanae præfuit, ideoque jam recte scripserat, eum ordinatum die 25 Octobris, anni 431. *Ant. Pagi ad ann. 434. n. ii.* READING.

40, 5. Κελεστίνου ἐπιστολαὶ] Assentior Baronio, qui ad annum Christi 434, recte observavit, has litteras Cœlestini papæ non hoc anno scriptas esse, sed biennio ante, cum scilicet, deposito Nestorio, de eligendo Constantinopolitanæ urbis antistite ageretur. Certe hoc anno, Aspare et Areobinda consulibus, mortuus erat Cœlestinus, eique Xystus in episcopatu successerat. VALES.

Aetio et Valerio Coss. Romanæ ecclesiæ præficitur xlii episcopus Sixtus, Prosper. Chron. A. D. 432. Et scriptas antea

fuisse has epistolas ipse Socrates indicare videtur: cum dicit eas tunc *præsentēs*, *παρούσας*, fuisse, quas Cœlestinus *miserat*, *ἀπεστάλκει*: quanquam festinata præter solitum fuerit Procli institutio.

40, 5. [Ρούφῳ τῷ Θεσσαλονίκῃς] Rufus Thessalonicensis episcopus vices sedis apostolicæ agebat per Illyricum, ut docent epistolæ Innocentii ac Bonifacii pontificum Romanorum ad illum datæ, quas habes in collectione Romana Lucæ Holstenii. Id enim privilegium habebant Thessalonicenses episcopi a temporibus Damasi papæ, ut ex eadem collectione discimus. Balsamo in Commentariis ad synodum in Trullo pagina 359, scribit Thessalonicenses episcopos olim fuisse legatos episcopi Romani; et episcopum Romanum jus habere dicit constituendi legatos in patriarchatu Constantinopolitano; episcopos autem ordinandi negat illum jus habere; in quo graviter fallitur. Nam provinciæ illæ quæ tunc, cum scribebat Balsamo, erant sub patriarcha Constantinopolitano, antea fuerant sub dispositione episcopi Romani. Porro synodus Nicæna statuit ut antiquæ consuetudines serventur. VALES.

Verum de potestate episcopi Romani in Illyrico orientali, cujus metropolis fuit Thessalonica, semper magnopere disputatum fuit, usque ab A. D. 380; quando primum, diviso Illyrico in duas partes, occidentale et orientale, cessit hoc in imperium Theodosii. Vide de ea divisione Pagium a. 380, vi. Gothofredus ad legem Honorii et Theodosii de rebus Ecclesiasticis in Illyrico, datam A. D. 421, hæc dicit, “Ex hac interim constitutione liquet *ἀνατιρρήτως*, episcopi Romani potestatem Illyrici provincias hac tempestate nondum pervasisse: Illyrici inquam, orientalis: nam de eo est hæc constitutio.” Comment. ad Cod. Theodos. xvi. Tit. ii. 45. t. vi. p. 103. Neque synodus Nicæna, cum “statuit, ut antiquæ consuetudines servarentur,” quod ait Valesius, nempe Can. 6, probari potest ex historia quidquam sanxisse de jure episcopi Romani in Illyricum.

Cap. 41. Conf. Cassiod. xii. 11. Niceph. xiv. 38.

391

41, 1. *ἀναγνώστῃς ἐτύγγαεν ὄν*] Addit his fabulam Nicephorus, Proclum primo fuisse ministrum et assecclam Joannis Chrysostomi; quo dum fungeretur officio, vidisse Paulum apostolum Joanni in aurem dictitantem, et vim mysticam epistolarum suarum explicantem. xiv. 38.

41, 2. τὴν Κυζίκου ἐπισκοπῆν] Episcopus Cyzici ordinatus est Proclus anno circiter 427, ibi vero nunquam commoratus. Vide cap. 28, hujus libri. **READING.**

Cap. 42. Conf. eosdem locos.

Cap. 43. Conf. Cassiod. xii. 12. Niceph. xiv. 38.

392

43, 1. τὴν τοῦ τυράννου ἀναίρεσιν] Supra, cap. 23.

43, 3. 'Ρούγας] Apud Priscum in Historia Gothorum 'Ρούας dicitur Hunnorum Rex, cui successit Attila. Apud Jornandem Roas vocatur, frater Octari et Mundiüchi, patruus Attilæ. Roilam vocat Langus interpretis Nicephori, qua ratione adductus nescio: nam in Nicephoro 'Ρούγας scribitur perinde ac in Socrate. **VALES.**

In Chronico quod sub Prosperi nomine edidit Pithæus, *Rugila* dicitur. **READING.**

Qui fuerint hi barbari incertum est. Hunni qui Joanni suppetias tulerant, post ejus cladem ad suam terram accepto pretio redierunt, sicut referunt Prosper A. D. 425, et Philostorgius xii. 14, atque Cassiodorus in Chronico. A. D. 427 Hunni e Pannonia a Romanis et Gothis, tunc fœdere junctis, expulsi sunt. Jornand. De Reb. Get. 32. Marcellin. Chron. A. D. 435 pugnatum fuit cum Burgundionibus. A. D. 436 bellum motum est a Gothis, in quo gerendo Romani auxiliares habuerunt Hunnos, donec finitum esset A. D. 439. Prosper. Chron. Jornand. 34. Clinton. Fast. Rom. Mox motum est bellum ab Hunnis, Attila duce, Eudoxio et Dioscoro Coss. A. D. 442. Prosper.

43, 6. 'Η δὲ προφητεία] Ezekiel. xxxviii. 2, et 22.

Ibid. ἀρχοντα 'Ρῶς] Sic habet editio septuaginta interpretum in capite 38 Ezechielis. Sed vox illa 'Ρῶς deest in versione vulgata, pro qua Hieronymus caput interpretatur hoc modo: *Principem capitis Mosoch.* Quare quod Langus hic annotat de Russis, meo quidem judicio alienum est ab hoc loco. **VALES.**

43, 7. ἐθαυμάσθη ἐπὶ τούτοις ὁ Πρόκλος] Veruntamen ante Proclum Ambrosius eundem locum prophetæ explicaverat de Gothis, et Gratianum hortatus erat bellum fidenter suscipere fretum divinis oraculis; *Namque et futuram nostri depopulationem, et bella Gothorum Ezekiel illo jam tempore prophetavit; nim habes, Propterea prophetiza, fili hominis. (v. 14.) cet. infra, Gog isto, ait, Gothus est, quem jam videmus exiisse, de*

quo promittitur nobis futura victoria, dicente Domino, Et deprædabuntur eos. (v. 11.) cet. De Fide ii. 16. Ambrosius vero non citavit verum 22, quem Proclus videtur suum fecisse textum.

Cap. 44. Conf. Cassiod. xii. 13. Evagr. i. 20. Niceph. xiv. 23.

44, 4. ἐν ἑπαρχίᾳ Ἰσίδωρον καὶ Σωάροπος] Hi consules fuerunt anno Christi 436. Sed dissentiunt a Socrate Prosper et Marcellinus Comes in Chronico, et auctor Chronici Alexandrini. Hi enim sequente anno has nuptias celebratas esse scribunt, Aetio ii. et Sigisvulto consulibus, mense Novembri. Idque confirmat Jornandes in libro de successione regnorum; ubi postquam locutus est de stupro quod Honoria cum Eugenio procuratore suo commiserat, quod factum est Areobindo et Aspare consulibus, anno Christi 434, subdit: *Posthæc tertio anno Valentinianus imperator a Roma Constantinopolim, ob suscipiendam in matrimonium Eudoxiam Theodosii Principis filiam venit: dataque pro munere socero suo tota Illyria, celebratis nuptiis ad sua regna cum uxore recessit.* De donatione Illyrici occidentalis idem testatur Cassiodorus in libro xi. Variarum, Epistola i. his verbis: *Placidiam mundi opinione celebratam, avorum prosapia gloriosam, purpurato filio studuisse percepimus; cujus dum remisse administrat imperium, indecenter cognoscitur imminutum. Nurus denique sibi amissione Illyrici comparavit, factaque est conjunctio regnantis, divisio dolenda provinciis.* VALES.

Imo Aëtio secundum et Sigisvulto Coss. anno Chr. 437, quod præter Prosperum, Marcellinum, et Cassiodorum in Chronicois, testatur auctor Chronici Alexandrini, qui rei gestæ mensem et diem memorat, quos ex actis publicis desumpsisse non dubitandum. *His Coss. Valentinianus junior mense Octobri, xii Kal. Novemb. ingressus Constantinopolim, nuptias celebravit, accepta in uxorem Eudoxia, Theodosii et Eudociæ Aug. filia, mense Octob. iv. Kal. Novemb. Suscepit ex ea geminas filias, Eudociam et Placidiam.* Ant. Pagi ad ann. 437. n. iii. Nata est autem Eudoxia anno 422. READING. Conf. Clinton. F. R. A. D. 437.

Cap. 45. Conf. Cassiod. xii. 14. Theodor. Lect. ii. 64. Niceph. xiv. 43.

45, 2. τὴν καθαίρειν] Scil. per synodum sub Quercu. W. Loth. READING.

45, 4. τὴν ἐβδόμην καὶ εἰκάδα τοῦ Ἰαννουαρίου] Quo die etiamnum s. Chrysostomi natale in ecclesia Romana celebratur. Facta est autem hæc translatio anno Chr. 438. a Proclo, qui, adolescens dum fuit, s. Chrysostomo sedulo adhæserat, tanquam Amanuensis. **READING.**

Marcellinus discrepat a Socrate uno die; ait enim sepultas esse reliquias Januarii d. 28; et eodem quoque die Theodorus Lector, ii. 64. Fabulam addit Nicephorus; nempe, loculum, in quo condita erant ossa Joannis, moveri non potuisse, donec imperator missa rubrica forma precis conscripta, ipsum sanctum venire exoraret: xiv. 43.

45, 7. ὅπως γέγονέ τε καὶ ἀεὶ γίνεται] His verbis sententiam suam non obscure innuit Socrates. Vult enim dicere, hæc per invidiam aut per gratiam fieri solere. Nam quod Origenes, tot annis post obitum elapsis damnatus est a Theophilo, id Theophili invidiæ erga ipsum Origenem, vel adversus monachos qui Longi dicebantur, adscribit Socrates. Quod autem Joannes Chrysostomus anno post mortem quinto ac tricesimo, honorifice reductus est in patriam, id Proeli et plebis Constantinopolitanæ amoris ac benevolentiae tribuit. Ego vero sententiæ Socratis non accedo. Etsi enim in hujusmodi negotiis affectus hominum nonnihil efficiunt: divina tamen justitia ac providentia, qua regitur Ecclesia, semper dominatur. Origenes igitur ob dogmatum impietatem damnatus, et Joannes Chrysostomus ob vitæ ac doctrinæ integritatem consecratus, usque in hodiernum diem in Ecclesia manet. **VALES.**

Socrates Origenem admodum miratus est, sicut ex iis apparet quæ sæpe dixit de eo: Chrysostomum vero aversatus, nam ubique eum sugillat. Hic autem innuit, in utroque parem factam esse injuriam, quemadmodum in talibus rebus fieri solet: in quibus verbis videtur mihi carpere judicia ecclesiastica, quæ plerumque improbat.

Cap. 46. Conf. Cassiod. xii. 14. Niceph. xiv. 41.

394

46, 12. ἕξιον εἶναι ἐβόων] Fuit hæc solennis acclamatio in 395 electionibus episcoporum, ut observavit Valesius in Euseb. lib. vi. cap. 29. *W. Lowth.* **READING.**

46, 13. τοῦ αὐτοῦ μηνὸς] Etsi codices nostri nihil mutant, assentior tamen Christophorsono et Savilio, qui τοῦ Ἀγούστου μηνὸς emendant. Certe cum Paulus Novatianorum episcopus

mortuus sit primo ac vicesimo die mensis Julii, ac triduo post ejus obitum resignata sit chartula in qua Marcianum successorem suum nuncupaverat, ut supra retulit Socrates, fieri non potest ut Marcianus primo et vicesimo die ejusdem mensis Julii ordinatus sit episcopus: quippe qui eo tempore delitesceret in Phrygiæ urbe Tiberiopoli: ex qua adducendus fuit Constantinopolim, ut ibi Novatianorum episcopus constitueretur. VALES.

Cap. 47. Conf. Cassiod. xii. 15. Evagr. i. 21, 22. Theodor. Lect. i. 1. Niceph. xiv. 49, 50.

47, 2. ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπεμπε] Hæc peregrinatio recte a Baronio anno 438 recitata est, cum filiæ matrimonium anno superiori peractum fuerit. Præterea Marcellinus in Chronico, sub anni 439. Coss. habet: *Eudocia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis ad urbem regiam remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, quæ in basilica sancti Laurentii positæ venerantur, secum deferens.* Ideoque anno 438 illuc sese Eudocia contulerat. Vid. Evagr. lib. i. cap. 20. *Ant. Pag. ad ann. 438. n. v.* READING.

Eudocia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis urbem regiam remeavit, Marcellin. Chron. A. D. 439. Fortasse illuc profecta est statim post nuptias filiæ suæ A. D. 437, si hoc anno redierit. Idem Marcellinus secundum ejus iter ad Hierosolymam memorat A. D. 444, aliis de causis factum: et Chronicon Paschale, quod et causas aliter narrat, prius vero ejus iter omisit. Evagrius, qui de utroque itinere una dicit, ad causas eorum ideo tantum alludit, ut profiteatur se scriptoribus, qui has narraverunt, fidem non habere.

Cap. 48. Conf. Cassiod. xii. 16. Niceph. xiv. 42.

48, 4. Θαλάσσιος] Hic est Thalassius vel Thalassus præfectus prætorio Illyrici, ad quem missa est lex unica titulo 6 legum Novellarum Theodosii junioris, quæ data est Constantinopoli iii. Idus Augusti, Theod. Aug. xvii. et Festo Coss. Post hunc igitur diem Thalassius hoc ipso anno factus est a Proclo Cæsariensis episcopus. Quod facinus Procli non sine causa miratur Socrates, ut novum, nec ab ullo superiorum pontificum usurpatum. Certe Nectarius cum prætor esset urbis Constantinopolitanæ, creatus fuerat episcopus ejusdem civitatis. Verum imperatoris consensus prius accesserat, ut

supra relatum est a Socrate. Hic vero Proclus proprio motu manum inicit præfecto prætorio, qui ad Orientis præfecturam administrandam a principe erat designatus. Intelligendum est tamen, consensum principis postea accessisse, qui rem a Proclo factam comprobavit. In minoribus autem iudiciis ad ecclesiasticos gradus promovendis, consensus principis haudquaquam necessarius fuit. Sufficiebat enim consensus præfecti prætorio, sub cuius dispositione erant præsides provinciarum. Hujus rei illustre exemplum habemus in vita sancti Germani Altissiodorensis, quam scripsit Constantius presbyter. Qui cum esset præses provinciarum, et Amator episcopus Altissiodorensis eum sibi successorem vellet designare, consensum prius Julii præfecti prætorio Galliarum Amator expetiit, priusquam id tentaret, ut refertur in capite tertio libri primi de vita b. Germani. Porro hic Thalassius Cæsariensis episcopus interfuit pseudosynodo Ephesinæ adversus Flavianum, ut docent acta ejusdem synodi quæ referuntur in actione prima concilii Chalcedonensis. VALES.

48, 7. Θεόδωρε] Conf. supra vi. 1. Quis fuerit iste Theodorus nondum compertum est. Fuerunt quidem qui crediderunt fictum fuisse nomen, quemadmodum nonnulli incertum esse opinati sunt an Theophilus s. Lucæ verum hominem designet, inter quos habendus est Epiphanius, dum ita scribit, εἰς ὅντιν Θεοφίλῳ τότε γράφων τοῦτο ἔλεγε, ἢ παντὶ ἀνθρώπῳ Θεὸν ἀγαπῶντι, Hær. li. 7. Hujus tamen opinionis nulla ratio afferri potest, nisi quod ignotum est quis fuerit homo; nec inde sequitur, fuisse neminem. Verisimile quidem videtur fuisse ipsum eum Theodorum, quem Liberatus memorat fuisse diaconum Procli, et tomum ejus ad Armenios scriptum portasse ad Joannem episcopum Antiochiæ, Breviar. x. Nam cum Socrates adeo Proclum miratus sit, potuit etiam amicum habere quendam ex ejus clero.

48, 8. ἐτῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα] Rotundo numero usus est Socrates: alioqui ab anno Chr. 305, unde initium Historiæ ducit, ad annum 439, ubi desinit, erunt tantum 135 anni. *W. Lowth.* READING.

OBSERVATIONUM ECCLESIASTICARUM

IN SOCRATEM ET SOZOMENUM

LIBRI TRES.

- I. EST DE MAGNO ATHANASIO.
- II. DE PAULO CONSTANTINOPOLITANO.
- III. DE SEXTO CANONE CONCILII NICÆNI.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

De anno quo primum restitutus est Athanasius.

CÆSAR BARONIUS in Annalibus, et DIONYSIUS PETAVIUS in Rationario temporum, BLONDELLUS in libro de Primatu Ecclesiæ, et alii, scribunt Athanasium anno Christi 338 ab exilio esse revocatum, anno scilicet post mortem Constantini, qui supradictum antistitem, cum adversariorum calumniis premi videret, ad tempus in Gallias relegaverat. Ego vero anno Domini 337, eo ipso quo mortuus est Constantinus, Athanasium restitutum esse contendo: idque certissimo argumento, ut opinor, evincam. Scribit enim Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos, p. 805 se solutum exilio, et patriæ restitutum esse a juniore Constantino, qui et literas ipsi dedit ad populum et clerum ecclesiæ Alexandrinæ. Eas literas ibidem refert Athanasius: quarum hæc est inscriptio: *Constantinus Cæsar populo catholicæ ecclesiæ Alexandrinæ*. Subscriptio autem est hujusmodi: *datum Treveris xv Calendas Julias*. Tam inscriptio, quam subscriptio harum literarum docet id quod dixi, Athanasium scilicet solutum esse exilio statim post obitum Constantini maximi, anno Christi 337. Nam si anno sequente restitutus fuisset, tum Constantinus junior non

supra relatum est a Socrate. H^{ic} manum injicit præfecto prætor administrandam a principe est tamen, consensum præ Proclo factam comprob ad ecclesiasticos gr^{ati} haudquaquam necesse præfecti prætorio. vinciæ. Hujus, Germani Altissiodor. Qui er

Altissiodor sum prius priusque de vit pus de cuncta diplomata atque edicta, ejus, tanquam Constantinus junior in suis ad Alexandrinos literis se duntaxat Cæsarem appellat, quippe qui nondum Augustus fuisset appellatus. Datæ enim sunt literæ xv Calendas Julias. Augustus autem cum fratribus nuncupatus est v Idus Septembres. Porro tunc temporis dum fratres tantum Cæsares vocarentur, summa auctoritas penes juniorem Constantinum erat, quippe qui fratrum natu maximus foret.

CAP. II.

Quo anno Julius Romanæ urbis episcopus, missis in Orientem presbyteris, Athanasium et Eusebianos Romam ad synodum evocaverit.

Reverso Alexandriam Athanasio, quod anno Domini 337 contigisse superiori capite demonstravimus, Eusebiani moleste ferentes ejus restitutionem, novis criminationibus apud tres Augustos eum vexare cœperunt. Nam et ad Constantinum et Constantem occidentalium partium imperatores literas scripsere, quibus præter vetera illa crimina toties decantata, eum insuper accusabant, quod post reditum suum plurimas in urbe seditiones excitasset, multosque civium in carcerem trudi, verberibus affici, et necari a judice fecisset. Eadem

Cæsarem se, sed Augustum appellasset. Nec a Constantino juniore restitutus fuisset Athanasius, sed a Constantio cui Orientis imperium obtigerat. Quare cum Constantinus ipse in iis literis Cæsarem tantum se appellet, et cum Athanasius se a Constantino juniore restitutum esse testetur, apparet id factum fuisse antequam Constantini senioris filii a militibus Augusti essent nuncupati. Etenim mortuo Constantino interregnum quoddam fuit; orbisque Romanus sine imperatore mansit per tres fere menses, donec fratres qui Cæsarum nomine diversas provincias regebant, ad dividendam Romani imperii summam in unum coissent. Obiit Constantinus xi. Calendas Junias, et ipso anno nuncupati sunt tres Augusti, Constantinus, Constantius et Constans, v Idus Septembres, ut legitur in veteribus Fastis, quos falso sub Idatii nomine publicavit Jacobus Sirmundus. Hoc ipsum est quod Eusebius in libro iv. de Vita Constantini scribit, illum post mortem imperasse, et cuncta diplomata atque edicta, ejus, tanquam superstitis, nomine fuisse insignita. Ob hanc igitur causam Constantinus junior in suis ad Alexandrinos literis se duntaxat Cæsarem appellat, quippe qui nondum Augustus fuisset appellatus. Datæ enim sunt literæ xv Calendas Julias. Augustus autem cum fratribus nuncupatus est v Idus Septembres. Porro tunc temporis dum fratres tantum Cæsares vocarentur, summa auctoritas penes juniorem Constantinum erat, quippe qui fratrum natu maximus foret.

CAP. II.

Quo anno Julius Romanæ urbis episcopus, missis in Orientem presbyteris, Athanasium et Eusebianos Romam ad synodum evocaverit.

Reverso Alexandriam Athanasio, quod anno Domini 337 contigisse superiori capite demonstravimus, Eusebiani molestè ferentes ejus restitutionem, novis criminationibus apud tres Augustos eum vexare cœperunt. Nam et ad Constantinum et Constantem occidentalium partium imperatores literas scripsere, quibus præter vetera illa crimina toties decantata, eum insuper accusabant, quod post reditum suum plurimas in urbe seditiones excitasset, multosque civium in carcerem trudi, verberibus affici, et necari a judice fecisset. Eadem

quoque scripserunt ad Julium Romanæ urbis episcopum, misso ad eum Macario presbytero, et Martyrio Hesychioque diaconis. Quare coactus est Athanasius, presbyteros suos cum literis suis, tum ad imperatores, tum ad Romanum pontificem mittere, ut illorum calumnias depelleret. Cum igitur Athanasii presbyteri Romam venissent, et coram Julio papa multisque aliis Occidentis episcopis qui tum Romæ aderant, Eusebii legatos in omnibus convicissent, tandem ipsis Eusebii legatis id postulantis, placuit ut tam orientalium, quam Occidentis episcoporum synodus Romæ congregaretur, utque Julius tam ad Eusebianos, quam ad Athanasium literas scriberet, quibus ad concilium convocarentur: quo cunctis presentibus et jus suum prosequentibus justa sententia depromi posset, et amotis discordiarum causis, pax Ecclesiæ in posterum firmaretur. Scripsit itaque Julius juxta petitionem legatorum, ad Eusebium per Elpidium et Philoxenum Romanæ ecclesiæ presbyteros. Scripsit etiam ad Athanasium: mandans ut intra certum diem Romæ ad causam dicendam adessent. Verum difficultas est, quo anno hæc legatio Julii papæ in Orientem profecta sit. Baronius quidem in Annalibus, quem ceteri fere sequuntur, has Eusebianorum criminationes adversus Athanasium de quibus supra dixi, confert in annum Christi 339. Quod equidem facile concesserim. Cum enim Athanasius et episcopi Ægyptii in synodica sua testentur, Eusebianos ad tres simul Augustos literas scripsisse, vix serius id potuit contingere. Etenim Constantinus junior ad quem illi literas dedere, anno Domini 340 interfectus est. Legationem autem illam a Julio missam esse dicit Baronius anno Christi 340: in quo ei assentiri non possum. Nam si id admittimus, biennium fere totum in sua legatione consumpserint necesse est, quippe qui anno 342 ex legatione sua reversi sint, ut Baronius fatetur. Atqui non est verisimile, tantum temporis spatium a legatis contritum fuisse: et si tamdiu detenti fuissent ab orientalibus, non id omisisset Julius in epistola quam Romanæ synodi nomine scripsit ad episcopos concilii Antiocheni. Neque vero id tacuisset etiam Athanasius, qui omnes adversariorum suorum dolos fraudesque accurate commemorat. Certe Julius papa id unum conqueritur de orientalibus, quod legatos suos usque ad mensem

Januarium detinuerat, quo scilicet dies ad quam synodus erat indicta, elaboretur. Athanasius vero in Epistola ad Solitarios id tantum dicit. Julii legatos ab Eusebianis detentos fuisse ultra diem a Julio constitutum. Quare verius esse existimo, hanc legationem a Julio papa missam fuisse anno Domini 341 ineunte, paulo antequam synodus Antiochiæ congregaretur. Id ipsum præterea colligi potest ex epistola Julii papæ ad episcopos synodi Antiochenæ. Etenim in ea epistola diserte testatur Julius, episcopos illos in suis literis inter cetera conquestos fuisse quod Julius non ad ipsos, sed ad unum Eusebium literas misisset per Elpidium ac Philoxenum. Jam tum ergo congregata erat Antiochiæ synodus, aut saltem indicta eo tempore, quo Julius literas illas ad Eusebium misit. Alioquin episcopi orientales nullam querimonie causam habuissent: eisque Julius id merito respondere potuisset: Qua ratione ad vos scribere poteram, qui nondum in unum conueneratis? An ego divinare potui vos Antiochiam ad encœnia venturos, atque illic synodum esse facturos? Sed nihil horum rescripsit illis Julius. Id unum dicit, se ad Eusebium solum scripsisse, propterea quod is solus litteras prior ad ipsum dedisset. Sed et Athanasius in epistola ad Solitarios id ipsum non obscure significat. Postquam enim dixit se Romam profectum esse simulatque audiisset Gregorium Alexandriam brevi mittendum esse cum militari manu, ut in episcopatum ipsius invaderet, hæc subjungit: *Julius vero presbyteros suos Elpidium et Philoxenum cum literis ad Eusebianos misit* seqq. 386
Idem tradit in Apologia secunda adversus Arianos p. 739. ἡμῶν τοίνυν ἀελθόντων εἰς τὴν Ῥώμην. Id est, cum igitur Romam perrexissem, Julius, ut par erat, etiam ad Eusebianos literas scripsit, missis etiam duobus presbyteris suis Elpidio et Philoxeno. Verum hoc loco nascitur difficultas. Nam si Elpidius et Philoxenus a Julio missi sunt in Orientem, Athanasio jam Romam ingresso, aut certe eo proficiscente; quomodo stare potest id quod Julius scribit in epistola ad orientales, Athanasium non sponte, sed literis suis accitum Romam venisse? Respondeo; Athanasium literis quidem Julii papæ evocatum fuisse, sed non per Elpidium ac Philoxenum legatos, verum per alios quosdam qui Julii literas ad ipsum detulerant, priusquam Elpidius ac Philoxenus ad Eusebianos mitterentur.

Id enim rationi consentaneum erat, ut accusatus prior ad dicendam causam evocaretur. Certe Athanasius in Epistola ad Solitarios, has duas citationes aperte distinguit. Et primo quidem loco ait Julium literas ad se scripsisse, quibus mandabat synodum oportere fieri, ubicumque Athanasius voluisset, ut Eusebiani tum crimina quæ aliis objiciebant probarent si possent, tum sibimetipsis objecta fidenter refutarent. ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ῥώμης Ἰούλιος, ἔγραψε χρῆναι γενέσθαι σύνοδον ἐνθα ἂν ἐθελήσωμεν seqq. Deinde pagina sequente subdit se Romam navigasse audito Gregorii adventu: Julium vero presbyteros suos Elpidium atque Philoxenum cum literis ad Eusebium misisse, certumque diem constituisse quo se in judicio sisteret, nisi pro calumniatore haberi vellet. Idem Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos non procul ab initio, diserte testatur, se priorem ad synodum Julii papæ evocatum esse. Sed verba ipsa præstat adscribere, eo quod ab interprete perperam translata sunt. κέκριται γὰρ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις· πρῶτον μὲν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ συναγομένη ὑπὸ ἐπισκόπων ἐγγὺς ἑκατόν· δεύτερον δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ, γράψαντος Εὐσεβίου καὶ κληθέντων αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, καὶ συναχθέντων ἐπισκόπων κάκει πλέον πενήκοντα. *Judicatum est enim secundum nos non semel neque iterum, sed sæpius. Primum quidem in nostra provincia, cum ad id coiissent propemodum centum episcopi. Secundo Romæ, cum Eusebius literas scripsisset, et tum ipse cum suis tum nos in judicium vocati essemus: congregatis illic quoque pluribus quam quinquaginta episcopis.*

CAP. III.

Quo anno Athanasius Romam venerit.

Baronius qui Elpidium ac Philoxenum presbyteros a Julio papa in orientem missos esse dicit anno Domini 340, consequenter etiam affirmat Athanasium eodem anno Romam venisse, accitum scilicet Julii literis: Baronii sententiam secuti sunt Petavius, Blondellus et ceteri. Verum eos falli, ipsius Athanasii testimonio demonstrabo. Is in Epistola ad Solitarios non procul ab initio, ait Eusebianos qui Julii literis Romam ad ecclesiasticum judicium fuerant evocati, cum scelerum conscientia victi, male sibi metuerent, et eventum Romani judicii reformidarent, sollicitasse Constantium ut sectæ

susæ patrociniū palam susciperet, et Homousianos ac præcipue Athanasium persequeretur. Ac primo quidem id egisse, ut Philagrius iterum præfectus Ægypti creatus Alexandriam mitteretur: Deinde ut Gregorius episcopus pulso Athanasio in locum ejus substitueretur. Statim igitur imperatoris mandato persecutio Alexandriæ excitata est: Gregorius cum militari manu ingressus, adjuvantibus eum Philgrio et Arsacio eunucho, ecclesiam Quirini occupat. Inde alii cæsi, alii in carcerem trusi: alii exsilio, alii bonorum proscriptione multati: aliis annonæ ablatæ sunt: eo scilicet consilio, ut omnes Gregorium vel inviti suscipere cogerentur. Ἐθανάσιος μὲν οὖν καὶ πρὶν γενέσθαι ταῦτα καὶ μόνον ἀκούσας, ἔπλευσεν εἰς τὴν Ῥώμην. Id est, *Antequam hæc fierent, Athanasius cum rem auditions tantum accepisset, Romam navigavit: μόνον ἀκούσας*, supple adventum Gregorii cum militibus. An non ex iis aperte colligitur, Athanasium non nisi post ordinationem Gregorii Romam venisse? Qui cum in synodo Antiochena constitutus fuerit episcopus, id est anno 341, necessario conficitur, Athanasium non ante hunc quem dixi annum in urbem venisse. Accedit Socratis testimonium, qui in libro secundo diserte scribit, post Gregorii ordinationem et post cruentum ejus ingressum in urbem Alexandrinam, Athanasium Romam ad Julium se contulisse.

CAP. IV.

Quo anno synodus Romana congregata sit in causa Athanasii.

Cum Athanasius tempus synodi Romanæ tam distincte notaverit, idque non uno in loco; mirum profecto est viros doctissimos in ejus synodi tempore falli potuisse. Et Baronius quidem in annum Domini 341 eam synodum contulit, quem deinde secuti sunt ceteri. Nisi quod Blondellus in libro de Primatu Ecclesiæ, eodem quidem anno, sed paucis ante synodum Antiochenam mensibus celebratam esse affirmat. Ait enim literas Julii papæ quibus orientales evocaverat, causam Romanæ synodo præbuisse, Romanam autem Antiochenæ occasionem dedisse. At Baronius, etsi Romanam synodum in eundem annum retulerit quo Antiochenam, illam tamen ista posteriorem facit. Cum enim ex epistola Julii ad orientales data, constet Athanasium Romæ mansisse annum inte-

grum et sex menses, dum Eusebianorum adventum expectaret; Baronius qui Athanasium anno 340 Romam venisse scripserat, necesse habuit Romanam synodum in qua absolutus est Athanasius, in exitum sequentis anni conjicere. Ego vero longe tutius esse existimo, in ea re Athanasii fidem sequi, quam Baronii. Certe Athanasius in Epistola ad Solitarios diserte scribit, Romanam synodum post dimissos ab Eusebianis Julii legatos Elpidium atque Philoxenum, esse celebratam. Locus est pag. 816. ubi postquam retulit Elpidium ac Philoxenum presbyteros a Julio missos fuisse, qui Eusebianos ad causam dicendam citarent, subdit Eusebianos audito nomine ecclesiastici judicii, adeo contremuisse, ut animum prorsus desponderent. Ad solitas igitur artes eos conversos, ait presbyteros Julii ultra diem synodo præfinitum a Julio detinuisse, vanasque prætulisse excusationes, quod metu Persici belli Romam ipsis proficisci non liceret. Tandem vero, inquit, presbyteros Julii dimiserunt: ἀμέλει τοὺς πρεσβυτέρους ἀπολύσαντες ἐπὶ τῇ ἀπιθάνῃ ταύτῃ προφάσει seqq. Deinde cruentum Gregorii introitum in urbem Alexandrinam, et cædes atque exsilia episcoporum recenset. Ac tum demum Romanam synodum commemorat pag. 818. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ συνελθόντες ἐπίσκοποι πον πεντήκοντα seqq. Id est, *Romæ vero congregati episcopi circiter quinquaginta. Eusebianos quidem ut suspectos, veritosque se in judicio sistere, repudiarunt, et quæ ab illis scripta fuerant infirmarunt. Nos autem susceperunt, et communionem nobiscum amplexi sunt.* An non ex hac Athanasii narratione liquido apparet, Romanam synodum nonnisi post reditum legatorum habitam fuisse? Certe ante reditum illorum nec potuit haberi legitime, nec debuit. Absurdum enim esset, si Julius qui legatos suos in Orientem miserat, ut Eusebianos ad synodum suam evocaret, ante regressum illorum et ante responsionem orientalium, synodum celebrasset. Nam et juris et æquitatis ratio postulabat, ut legatorum reditus expectaretur, quo sciri posset quidnam egissent, et utrum orientales idoneam absentiae suæ excusationem afferrent: ut omnibus examinatis atque discussis, in contumaces accusatores qui vocati non paruisent, justa ex legibus sententia promeretur. Hoc igitur absurdum est in opinione Baronii et eorum qui Baronium secuti sunt, quod synodum Romanam, eam dico

45, 4. τὴν ἑβδόμην καὶ εἰκάδα τοῦ Ἰαννουαρίου] Quo die etiamnum s. Chrysostomi natale in ecclesia Romana celebratur. Facta est autem hæc translatio anno Chr. 438. a Proclo, qui, adolescens dum fuit, s. Chrysostomo sedulo adhæserat, tanquam Amanuensis. **READING.**

Marcellinus discrepat a Socrate uno die; ait enim sepultas esse reliquias Januarii d. 28; et eodem quoque die Theodorus Lector, ii. 64. Fabulam addit Nicephorus; nempe, loculum, in quo condita erant ossa Joannis, moveri non potuisse, donec imperator missa rubrica forma precis conscripta, ipsum sanctum venire exoraret: xiv. 43.

45, 7. ὅπως γέγονέ τε καὶ δὲ γίνεται] His verbis sententiam suam non obscure innuit Socrates. Vult enim dicere, hæc per invidiam aut per gratiam fieri solere. Nam quod Origenes, tot annis post obitum elapsis damnatus est a Theophilo, id Theophili invidiæ erga ipsum Origenem, vel adversus monachos qui Longi dicebantur, adscribit Socrates. Quod autem Joannes Chrysostomus anno post mortem quinto ac tricesimo, honorifice reductus est in patriam, id Procli et plebis Constantinopolitanæ amoris ac benevolentiae tribuit. Ego vero sententiæ Socratis non accedo. Etsi enim in hujusmodi negotiis affectus hominum nonnihil efficiunt: divina tamen justitia ac providentia, qua regitur Ecclesia, semper dominatur. Origenes igitur ob dogmatum impietatem damnatus, et Joannes Chrysostomus ob vitæ ac doctrinæ integritatem consecratus, usque in hodiernum diem in Ecclesia manet. **VALES.**

Socrates Origenem admodum miratus est, sicut ex iis apparet quæ sæpe dixit de eo: Chrysostomum vero aversatus, nam ubique eum sugillat. Hic autem innuit, in utroque parem factam esse injuriam, quemadmodum in talibus rebus fieri solet: in quibus verbis videtur mihi carpere judicia ecclesiastica, quæ plerumque improbat.

Cap. 46. Conf. Cassiod. xii. 14. Niceph. xiv. 41.

394

46, 12. ἄξιον εἶναι ἑβόων] Fuit hæc solennis acclamatio in electionibus episcoporum, ut observavit Valesius in Euseb. lib. vi. cap. 29. *W. Lowth.* **READING.**

395

46, 13. τοῦ αὐτοῦ μηνός] Etsi codices nostri nihil mutant, assentior tamen Christophorsono et Savilio, qui τοῦ Ἀυγούστου μηνός emendant. Certe cum Paulus Novatianorum episcopus

mortuus sit primo ac vicesimo die mensis Julii, ac triduo post ejus obitum resignata sit chartula in qua Marcianum successorem suum nuncupaverat, ut supra retulit Socrates, fieri non potest ut Marcianus primo et vicesimo die ejusdem mensis Julii ordinatus sit episcopus: quippe qui eo tempore delitesceret in Phrygiæ urbe Tiberiopoli: ex qua adducendus fuit Constantinopolim, ut ibi Novatianorum episcopus constitueretur. VALES.

Cap. 47. Conf. Cassiod. xii. 15. Evagr. i. 21, 22. Theodor. Lect. i. 1. Niceph. xiv. 49, 50.

47, 2. ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπεμπε] Hæc peregrinatio recte a Baronio anno 438 recitata est, cum filiae matrimonium anno superiori peractum fuerit. Præterea Marcellinus in Chronico, sub anni 439. Coss. habet: *Eudocia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis ad urbem regiam remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, quæ in basilica sancti Laurentii posita venerantur, secum deferens.* Ideoque anno 438 illuc sese Eudocia contulerat. Vid. Evagr. lib. i. cap. 20. *Ant. Pag. ad ann. 438. n. v.* READING.

Eudocia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis urbem regiam remeavit, Marcellin. Chron. A. D. 439. Fortasse illuc profecta est statim post nuptias filiae suæ A. D. 437, si hoc anno redierit. Idem Marcellinus secundum ejus iter ad Hierosolymam memorat A. D. 444, aliis de causis factum: et Chronicon Paschale, quod et causas aliter narrat, prius vero ejus iter omisit. Evagrius, qui de utroque itinere una dicit, ad causas eorum ideo tantum alludit, ut profiteatur se scriptoribus, qui has narraverunt, fidem non habere.

Cap. 48. Conf. Cassiod. xii. 16. Niceph. xiv. 42.

48, 4. Θαλάσσιος] Hic est Thalassius vel Thalassus præfectus prætorio Illyrici, ad quem missa est lex unica titulo 6 legum Novellarum Theodosii junioris, quæ data est Constantinopoli iii. Idus Augusti, Theod. Aug. xvii. et Festo Coss. Post hunc igitur diem Thalassius hoc ipso anno factus est a Proclo Cæsariensis episcopus. Quod facinus Procli non sine causa miratur Socrates, ut novum, nec ab ullo superiorum pontificum usurpatum. Certe Nectarius cum prætor esset urbis Constantinopolitanæ, creatus fuerat episcopus ejusdem civitatis. Verum imperatoris consensus prius accesserat, ut

supra relatum est a Socrate. Hic vero Proclus proprio motu manum injicit præfecto prætorio, qui ad Orientis præfecturam administrandam a principe erat designatus. Intelligendum est tamen, consensum principis postea accessisse, qui rem a Proclo factam comprobarit. In minoribus autem iudicibus ad ecclesiasticos gradus promovendis, consensus principis haudquaquam necessarius fuit. Sufficiebat enim consensus præfecti prætorio, sub cujus dispositione erant præsides provinciæ. Hujus rei illustre exemplum habemus in vita sancti Germani Altissiodorensis, quam scripsit Constantius presbyter. Qui cum esset præses provinciæ, et Amator episcopus Altissiodorensis eum sibi successorem vellet designare, consensum prius Julii præfecti prætorio Galliarum Amator expetiit, priusquam id tentaret, ut refertur in capite tertio libri primi de vita b. Germani. Porro hic Thalassius Cæsariensis episcopus interfuit pseudosynodo Ephesinæ adversus Flavianum, ut docent acta ejusdem synodi quæ referuntur in actione prima concilii Chalcedonensis. VALES.

48, 7. Θεόδωρε] Conf. supra vi. 1. Quis fuerit iste Theodorus nondum compertum est. Fuerunt quidem qui crediderunt fictum fuisse nomen, quemadmodum nonnulli incertum esse opinati sunt an Theophilus s. Lucæ verum hominem designet, inter quos habendus est Epiphanius, dum ita scribit, εἰρ' οὖν τιμὴ Θεοφίλω τότε γράφων τοῦτο ἔλεγε, ἢ παντὶ ἀνθρώπῳ Θεὸν ἀγαπῶντι, Hær. li. 7. Hujus tamen opinionis nulla ratio afferri potest, nisi quod ignotum est quis fuerit homo; nec inde sequitur, fuisse neminem. Verisimile quidem videtur fuisse ipsum eum Theodorum, quem Liberatus memorat fuisse diaconum Procli, et tomum ejus ad Armenios scriptum portasse ad Joannem episcopum Antiochiæ, Breviar. x. Nam cum Socrates adeo Proclum miratus sit, potuit etiam amicum habere quendam ex ejus clero.

48, 8. ἐτὼν ἑκατὸν τεσσαράκοντα] Rotundo numero usus est Socrates: alioqui ab anno Chr. 305, unde initium Historiæ ducit, ad annum 439, ubi desinit, erunt tantum 135 anni. *Lowth.* READING.

OBSERVATIONUM ECCLESIASTICARUM

IN SOCRATEM ET SOZOMENUM

LIBRI TRES.

I. EST DE MAGNO ATHANASIO.

II. DE PAULO CONSTANTINOPOLITANO.

III. DE SEXTO CANONE CONCILII NICÆNI.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

De anno quo primum restitutus est Athanasius.

CÆSAR Baronius in Annalibus, et Dionysius Petavius in Rationario temporum, Blondellus in libro de Primatu Ecclesiæ, et alii, scribunt Athanasium anno Christi 338 ab exilio esse revocatum, anno scilicet post mortem Constantini, qui supradictum antistitem, cum adversariorum calumniis præmi videret, ad tempus in Gallias relegaverat. Ego vero anno Domini 337, eo ipso quo mortuus est Constantinus, Athanasium restitutum esse contendo: idque certissimo argumento, ut opinor, evincam. Scribit enim Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos, p. 805 se solum exilio, et patriæ restitutum esse a juniore Constantino, qui et literas ipsi dedit ad populum et clerum ecclesiæ Alexandrinæ. Eas literas ibidem refert Athanasius: quarum hæc est inscriptio: *Constantinus Cæsar populo catholicæ ecclesiæ Alexandrinæ*. Subscriptio autem est hujusmodi: *datum Treveris xv Calendas Julias*. Tam inscriptio, quam subscriptio harum literarum docet id quod dixi, Athanasium scilicet solum esse exilio statim post obitum Constantini maximi, anno Christi 337. Nam si anno sequente restitutus fuisset, tum Constantinus junior non

Cæsarem se, sed Augustum appellasset. Nec a Constantino juniore restitutus fuisset Athanasius, sed a Constantio cui Orientis imperium obtigerat. Quare cum Constantinus ipse in iis literis Cæsarem tantum se appellet, et cum Athanasius se a Constantino juniore restitutum esse testetur, apparet id factum fuisse antequam Constantini senioris filii a militibus Augusti essent nuncupati. Etenim mortuo Constantino interregnum quoddam fuit; orbisque Romanus sine imperatore mansit per tres fere menses, donec fratres qui Cæsarum nomine diversas provincias regebant, ad dividendam Romani imperii summam in unum coissent. Obiit Constantinus xi. Calendas Junias, et ipso anno nuncupati sunt tres Augusti, Constantinus, Constantius et Constans, v Idus Septembres, ut legitur in veteribus Fastis, quos falso sub Idatii nomine publicavit Jacobus Sirmundus. Hoc ipsum est quod Eusebius in libro iv. de Vita Constantini scribit, illum post mortem imperasse, et cuncta diplomata atque edicta, ejus, tanquam superstitis, nomine fuisse insignita. Ob hanc igitur causam Constantinus junior in suis ad Alexandrinos literis se duntaxat Cæsarem appellat, quippe qui nondum Augustus fuisset appellatus. Datæ enim sunt literæ xv Calendas Julias. Augustus autem cum fratribus nuncupatus est v Idus Septembres. Porro tunc temporis dum fratres tantum Cæsares vocarentur, summa auctoritas penes juniorem Constantinum erat, quippe qui fratrum natu maximus foret.

CAP. II.

Quo anno Julius Romanæ urbis episcopus, missis in Orientem presbyteris, Athanasium et Eusebianos Romam ad synodum evocaverit.

Reverso Alexandriam Athanasio, quod anno Domini 337 contigisse superiori capite demonstravimus, Eusebiani moleste ferentes ejus restitutionem, novis criminationibus apud tres Augustos eum vexare cœperunt. Nam et ad Constantinum et Constantem occidentalium partium imperatores literas scripsere, quibus præter vetera illa crimina toties decantata, eum insuper accusabant, quod post reditum suum plurimas in urbe seditiones excitasset, multosque civium in carcerem trudi, verberibus affici, et necari a judice fecisset. Eadem

quoque scripserunt ad Julium Romanæ urbis episcopum, misso ad eum Macario presbytero, et Martyrio Hesychioque diaconis. Quare coactus est Athanasius, presbyteros suos cum literis suis, tum ad imperatores, tum ad Romanum pontificem mittere, ut illorum calumnias depelleret. Cum igitur Athanasii presbyteri Romam venissent, et coram Julio papa multisque aliis Occidentis episcopis qui tum Romæ aderant, Eusebii legatos in omnibus convicissent, tandem ipsis Eusebii legatis id postulantis, placuit ut tam orientalium, quam Occidentis episcoporum synodus Romæ congregaretur, utque Julius tam ad Eusebianos, quam ad Athanasium literas scriberet, quibus ad concilium convocarentur: quo cunctis presentibus et jus suum prosequentibus justa sententia depromi posset, et amotis discordiarum causis, pax Ecclesiæ in posterum firmaretur. Scripsit itaque Julius juxta petitionem legatorum, ad Eusebium per Elpidium et Philoxenum Romanæ ecclesiæ presbyteros. Scripsit etiam ad Athanasium: mandans ut intra certum diem Romæ ad causam dicendam adessent. Verum difficultas est, quo anno hæc legatio Julii papæ in Orientem profecta sit. Baronius quidem in Annalibus, quem ceteri fere sequuntur, has Eusebianorum criminationes adversus Athanasium de quibus supra dixi, confert in annum Christi 339. Quod equidem facile concesserim. Cum enim Athanasius et episcopi Ægyptii in synodica sua testentur, Eusebianos ad tres simul Augustos literas scripsisse, vix serius id potuit contingere. Etenim Constantinus junior ad quem illi literas dedere, anno Domini 340 interfectus est. Legationem autem illam a Julio missam esse dicit Baronius anno Christi 340: in quo ei assentiri non possum. Nam si id admittimus, biennium fere totum in sua legatione consumpserint necesse est, quippe qui anno 342 ex legatione sua reversi sint, ut Baronius fatetur. Atqui non est verisimile, tantum temporis spatium a legatis contritum fuisse: et si tamdiu detenti fuissent ab orientalibus, non id omisisset Julius in epistola quam Romanæ synodi nomine scripsit ad episcopos concilii Antiocheni. Neque vero id tacuisset etiam Athanasius, qui omnes adversariorum suorum dolos fraudesque accurate commemorat. Certe Julius papa id unum conqueritur de orientalibus, quod legatos suos usque ad mensẽ

Januarium detinuerint, quo scilicet dies ad quam synodus erat indicta, elaberetur. Athanasius vero in Epistola ad Solitarios id tantum dicit, Julii legatos ab Eusebianis detentos fuisse ultra diem a Julio constitutum. Quare verius esse existimo, hanc legationem a Julio papa missam fuisse anno Domini 341 ineunte, paulo antequam synodus Antiochiæ congregaretur. Id ipsum præterea colligi potest ex epistola Julii papæ ad episcopos synodi Antiochenæ. Etenim in ea epistola diserte testatur Julius, episcopos illos in suis literis inter cetera conquestos fuisse quod Julius non ad ipsos, sed ad unum Eusebium literas misisset per Elpidium ac Philoxenum. Jam tum ergo congregata erat Antiochiæ synodus, aut saltem indicta eo tempore, quo Julius literas illas ad Eusebium misit. Alioquin episcopi orientales nullam querimoniam causam habuissent: eisque Julius id merito respondere potuisset: Quare ratione ad vos scribere poteram, qui nondum in unum conveneratis? An ego divinare potui vos Antiochiam ad encœnia venturos, atque illic synodum esse facturos? Sed nihil horum rescripsit illis Julius. Id unum dicit, se ad Eusebium solum scripsisse, propterea quod is solus literas prior ad ipsum dedisset. Sed et Athanasius in epistola ad Solitarios id ipsum 386 non obscure significat. Postquam enim dixit se Romam profectum esse simulatque audisset Gregorium Alexandriam brevi mittendum esse cum militari manu, ut in episcopatum ipsius invaderet, hæc subjungit: *Julius vero presbyteros suos Elpidium et Philoxenum cum literis ad Eusebianos misit* seqq. Idem tradit in Apologia secunda adversus Arianos p. 739. ἡμῶν τοίνυν ἀνελθόντων εἰς τὴν Ῥώμην. Id est, *cum igitur Romam perrexissem, Julius, ut par erat, etiam ad Eusebianos literas scripsit, missis etiam duobus presbyteris suis Elpidio et Philoxeno.* Verum hoc loco nascitur difficultas. Nam si Elpidius et Philoxenus a Julio missi sunt in Orientem, Athanasio jam Romam ingresso, aut certe eo proficiscente; quomodo stare potest id quod Julius scribit in epistola ad orientales, Athanasium non sponte, sed literis suis accitum Romam venisse? Respondeo; Athanasium literis quidem Julii papæ evocatum fuisse, sed non per Elpidium ac Philoxenum legatos, verum per alios quosdam qui Julii literas ad ipsum detulerant, priusquam Elpidius ac Philoxenus ad Eusebianos mitterentur.

Id enim rationi consentaneum erat, ut accusatus prior ad dicendam causam evocaretur. Certe Athanasius in Epistola ad Solitarios, has duas citationes aperte distinguit. Et primo quidem loco ait Julium literas ad se scripsisse, quibus mandabat synodum oportere fieri, ubicumque Athanasius voluisset, ut Eusebiani tum crimina quæ aliis objiciebant probarent si possent, tum sibimetipsis objecta fidenter refutarent. ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ῥώμης Ἰούλιος, ἔγραψε χρῆναι γενέσθαι σύνοδον ἐνθα ἂν ἐθελήσωμεν seqq. Deinde pagina sequente subdit se Romam navigasse audito Gregorii adventu: Julium vero presbyteros suos Elpidium atque Philoxenum cum literis ad Eusebium misisse, certumque diem constituisse quo se in judicio sisteret, nisi pro calumniatore haberi vellet. Idem Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos non procul ab initio, diserte testatur, se priorem ad synodum Julii papæ evocatum esse. Sed verba ipsa præstat adscribere, eo quod ab interprete perperam translata sunt. κέκριται γὰρ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις· πρῶτον μὲν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ συναγομένη ὑπὸ ἐπισκόπων ἐγγὺς ἑκατόν· δεύτερον δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ, γράψαντος Εὐσεβίου καὶ κληθέντων αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, καὶ συναχθέντων ἐπισκόπων κάκει πλέον πενήκοντα. *Judicatum est enim secundum nos non semel neque iterum, sed sæpius. Primum quidem in nostra provincia, cum ad id coissent propemodum centum episcopi. Secundo Romæ, cum Eusebius literas scripsisset, et tum ipse cum suis tum nos in judicium vocati essemus: congregatis illic quoque pluribus quam quinquaginta episcopis.*

CAP. III.

Quo anno Athanasius Romam venerit.

Baronius qui Elpidium ac Philoxenum presbyteros a Julio papa in orientem missos esse dicit anno Domini 340, consequenter etiam affirmat Athanasium eodem anno Romam venisse, accitum scilicet Julii literis: Baronii sententiam secuti sunt Petavius, Blondellus et ceteri. Verum eos falli, ipsius Athanasii testimonio demonstrabo. Is in Epistola ad Solitarios non procul ab initio, ait Eusebianos qui Julii literis Romam ad ecclesiasticum judicium fuerant evocati, cum scelerum conscientia victi, male sibi metuerent, et eventum Romani judicii reformidarent, sollicitasse Constantium ut sectæ

suae patrociniū palam susciperet, et Homousianos ac præcipue Athanasium persequeretur. Ac primo quidem id egisse, ut Philagrius iterum præfectus Ægypti creatus Alexandriam mitteretur: Deinde ut Gregorius episcopus pulso Athanasio in locum ejus substitueretur. Statim igitur imperatoris mandato persecutio Alexandriæ excitata est: Gregorius cum militari manu ingressus, adjuvantibus eum Philagrio et Arsacio eunuchō, ecclesiam Quirini occupat. Inde alii cæsi, alii in carcerem trusi: alii exsilio, alii bonorum proscriptione multati: aliis annonæ ablatae sunt: eo scilicet consilio, ut omnes Gregorium vel inviti suscipere cogerentur. Ἐθανάσιος μὲν οὖν καὶ πρὶν γενέσθαι ταῦτα καὶ μόνον ἀκούσας, ἐπλευσεν εἰς τὴν Ῥώμην. Id est, *Antequam hæc fierent, Athanasius cum rem auditions tantum accepisset, Romam navigavit: μόνον ἀκούσας, supple adventum Gregorii cum militibus. An non ex iis aperte colligitur, Athanasium non nisi post ordinationem Gregorii Romam venisse? Qui cum in synodo Antiochena constitutus fuerit episcopus, id est anno 341, necessario conficitur, Athanasium non ante hunc quem dixi annum in urbem venisse. Accedit Socratis testimonium, qui in libro secundo diserte scribit, post Gregorii ordinationem et post cruentum ejus ingressum in urbem Alexandrinam, Athanasium Romam ad Julium se contulisse.*

CAP. IV.

Quo anno synodus Romana congregata sit in causa Athanasii.

Cum Athanasius tempus synodi Romanæ tam distincte notaverit, idque non uno in loco; mirum profecto est viros doctissimos in ejus synodi tempore falli potuisse. Et Baronius quidem in annum Domini 341 eam synodum contulit, quem deinde secuti sunt ceteri. Nisi quod Blondellus in libro de Primatu Ecclesiæ, eodem quidem anno, sed paucis ante synodum Antiochenam mensibus celebratam esse affirmat. Ait enim literas Julii papæ quibus orientales evocaverat, causam Romanæ synodo præbuisse, Romanam autem Antiochenæ occasionem dedisse. At Baronius, etsi Romanam synodum in eundem annum retulerit quo Antiochenam, illam tamen ista posteriorem facit. Cum enim ex epistola Julii ad orientales data, constet Athanasium Romæ mansisse annum inte-

grum et sex menses, dum Eusebianorum adventum expectaret; Baronius qui Athanasium anno 340 Romam venisse scripserat, necesse habuit Romanam synodum in qua absolutus est Athanasius, in exitum sequentis anni conjicere. Ego vero longe tutius esse existimo, in ea re Athanasii fidem sequi, quam Baronii. Certe Athanasius in Epistola ad Solitarios discrete scribit, Romanam synodum post dimissos ab Eusebianis Julii legatos Elpidium atque Philoxenum, esse celebratam. Locus est pag. 816. ubi postquam retulit Elpidium ac Philoxenum presbyteros a Julio missos fuisse, qui Eusebianos ad causam dicendam citarent, subdit Eusebianos audito nomine ecclesiastici iudicii, adeo contremuisse, ut animum prorsus desponderent. Ad solitas igitur artes eos conversos, ait presbyteros Julii ultra diem synodo præfinitum a Julio detinuisse, vanasque prætulisse excusationes, quod metu Persici belli Romam ipsis proficisci non liceret. Tandem vero, inquit, presbyteros Julii dimiserunt: ἀμέλει τοὺς πρεσβυτέρους ἀπολύσαντες ἐπὶ τῇ ἀπίθῳ ταύτῃ προφάσει seqq. Deinde cruentum Gregorii introitum in urbem Alexandrinam, et cædes atque exsilia episcoporum recenset. Ac tum demum Romanam synodum commemorat pag. 818. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ συνελθόντες ἐπίσκοποι πνευματικῶντα seqq. Id est, *Romæ vero congregati episcopi circiter quinquaginta. Eusebianos quidem ut suspectos, veritosque se in iudicio sistere, repudiarunt, et quæ ab illis scripta fuerant infirmarunt. Nos autem susceperunt, et communionem nobiscum amplexi sunt.* An non ex hac Athanasii narratione liquido apparet, Romanam synodum nonnisi post reditum legatorum habitam fuisse? Certe ante reditum illorum nec potuit haberi legitime, nec debuit. Absurdum enim esset, si Julius qui legatos suos in Orientem miserat, ut Eusebianos ad synodum suam evocaret, ante regressum illorum et ante responsionem orientalium, synodum celebrasset. Nam et juris et æquitatis ratio postulabat, ut legatorum reditus expectaretur, quo sciri posset quidnam egissent, et utrum orientales idoneam absentiae suæ excusationem afferrent: ut omnibus examinatis atque discussis, in contumaces accusatores qui vocati non paruisent, justa ex legibus sententia promeretur. Hoc igitur absurdum est in opinione Baronii et eorum qui Baronium secuti sunt, quod synodum Romanam, eam dico

in qua absolutus est Athanasius, factam fuisse asserunt ante reditum legatorum qui ad citandos Eusebianos missi erant in Orientem. Est præterea alter locus Athanasii, qui id quod dixi, manifestius evincit. Is habetur in Apologia secunda adversus Arianos pag. 739. λοιπὸν οὖν συνελθόντες ἐπίσκοποι πλεόν πενήκοντα, ἔνθα Βίτων ὁ πρεσβύτερος συνήγευ seqq. Qui locus cum ab interprete male translatus fuerit, hic prout a nobis conversus est, apponetur. *Denique episcopi plures quam quinquaginta, congregati in Basilica in qua Vito presbyter populum colligebat, nostram quidem defensionem æquo animo susceperunt, et communionem nobiscum ac dilectionem fovendam esse sanxerunt: adversus autem Eusebianos indignati sunt, et Julium rogarunt ut hæc ad illos perscriberet, cum illi priores ad ipsum scripsissent. Scripsit ergo Julius, et literas misit per Gabianum comitem.* Sequuntur deinde literæ Julii, quarum hoc est exordium. *Julius Dianio, Flaccillo, Narcisso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro, et qui cum illis sunt; dilectissimis fratribus qui Antiochia ad nos scripserunt. Legi epistolam vestram quam presbyteri mei Elpidius et Philoxenus mihi attulerunt seqq.* Denique post recitatas Julii literas hæc addit Athanasius. *Hæc cum Romana synodus per Julium Romanum episcopum scripsisset seqq.* Ex his tria præcipue colligimus quæ ad institutum nostrum faciunt. Primo Romanam synodum qua Athanasius innocens pronuntiatus est, celebratam esse post reditum Elpidii atque Philoxeni. Secundo literas episcoporum Antiochenæ synodi ad Julium papam, quas supradicti legati detulerant, in eadem synodo Romana esse recitatas. 387 Tertio Julium papam rogatum esse ab episcopis synodi Romanæ, ut episcopis Antiochenæ synodi rescriberet, iisque decretum synodi Romanæ significaret. Postremo epistolam illam Julii quam ibidem refert Athanasius, et cujus initium duntaxat adscripsimus, eam ipsam esse quam Julius scripsit, rogatu et nomine synodi Romanæ quæ Athanasium absolverat. Quod si quis epistolam ipsam Julii in manus sumpserit, cuncta quæ dixi, multo apertius ac luculentius in ea confirmari deprehendet. Nam et literas episcoporum synodi Antiochenæ in synodo Romana lectas esse diserte testatur Julius in principio ejus epistolæ: nec solum post reditum legatorum suorum eam synodum celebratam esse indicat, verum etiam

diu post ordinationem Gregorii, et post violentum ejus ingressum in urbem Alexandriam. Certe cædes et exilia episcoporum, proscriptiones et carceres civium, et alia scelera ac sacrilegia commemorat, a Gregorio tunc temporis perpetrata, quem Julius ne nomine quidem episcopi unquam dignatur, ut videre est pag. 749. atque hæc Julius papa se accepisse dicit, tum ex literis episcoporum qui ex Ægypto hæc ad ipsum scripserant, tum ex presbyteris qui Alexandria Romam venerant. Sed et Carponam quemdam, olim ab Alexandro Alexandrinæ urbis episcopo ob Arianam hæresim damnatum, una cum aliquot aliis ob eandem perfidiam ab illo damnatis, a Gregorio ad se missum esse scribit pag. 743, qui scilicet pacificas, seu communicatorias Gregorii literas perferret. Idem diu postea tentavit Georgius Arianus, cum in locum Athanasii suffectus fuisset. Legatos enim suos misit ad Liberium papam, ambiens communionem ecclesiæ Romanæ, ut discimus ex epistola Liberii papæ. Cum igitur hæc Carponæ legatio anno Domini 342 contigerit, synodus Romana quæ post legationem illam facta est, ante annum 342 celebrari non potuit.

CAP. V.

Refellitur Baronii sententia, qui duas synodos Romanas facit.

Scio quid Baronius respondeat. Ait enim epistolam illam Julii papæ de qua superius diximus, non ad synodum illam Romanam pertinere in qua absoluti sunt Athanasius et Marcellus: sed ad alteram quæ sequente post anno facta est, cum Elpidius et Philoxenus ex Orientis partibus reversi essent, orientalium ad Julium literas secum deferentes. Duas enim synodos Romanas distinguit Baronius: alteram quinquaginta episcoporum, qui Athanasium et Marcellum innocentes esse pronuntiarunt anno Christi 341: alteram anno sequente factam, in qua lectæ sunt literæ orientalium episcoporum quas Elpidius et Philoxenus attulerant. Atque hanc Baronii sententiam secutus est, ut solet, Severinus Binius in editione conciliorum. Verum Baronio auctoritatem opponimus Athanasii, qui unam duntaxat agnoscit synodum Romanam, et in ea se omnium episcoporum sententiis innocentem judicatum esse scribit, et Julium papam rogatum esse ab episcopis, ut orientalibus qui ad ipsum literas scripserant, responderet,

quemadmodum superiori capite ostendimus. Aut igitur falsus est Athanasius qui id tam diserte affirmat, aut Baronius qui negat. Athanasium vero in causa sua falli potuisse aut voluisse fallere, nemo unquam crediderit. Cui enim bono id facturus fuisset? Sed videamus quænam ratio Baronium impulerit, ut duas synodos Romanas distinguerit, et epistolam Julii papæ ad orientales, quæ refertur ab Athanasio, scriptam esse diceret non rogatu atque nomine synodi Romanæ ejus quæ Athanasium absolverat, sed alterius synodi quæ sequente anno congregata est. Unicam hujus rei causam adfert Baronius, quod scilicet Julius in supradicta epistola testatur, orientales in literis quas ad ipsum scripserant per Elpidium ac Philoxenum presbyteros, graviter conquestos esse quod Julius Athanasium in communionem suscepisset. Atqui Athanasius nonnisi a synodo Romana in qua quinquaginta sedebant episcopi, susceptus est in communionem. Orientalium igitur literæ ad Julium papam scriptæ sunt post synodum Romanam in qua absolutus ab omni crimine et ad communionem admittus fuerat Athanasius. Ex quo sequitur, epistolam illam Julii papæ quam rescripsit ad orientales episcopos, non ex persona synodi Romanæ et quinquaginta episcoporum a quibus Athanasius in communionem susceptus est, datam fuisse, sed nomine et rogatu alterius synodi Romanæ. Hæc est Baronii ratiocinatio, ut videre est in gestis anni 341, cap. 47. Sed facillimum est cuivis eam refellere. Primo enim negare possumus, orientales in suis ad Julium literis questos fuisse quod ille Athanasium in communionem suscepisset. Certe in tota Julii epistola nullum ejus querimoniæ apparet vestigium. Conquesti quidem fuerant orientales in suis literis, quod Julius contra canones faceret, et quod flammam discordiæ accendisset. Sed de communionem cum Athanasio inita, nullum verbum hic legitur. Excusat etiam se Julius papa, quod profugos episcopos benigne exceperit, quod doluerit una cum dolentibus fratribus, quod cum flentibus fleverit. Sed nihil amplius dicit. Verum concedamus Baronio, orientales episcopos in suis ad Julium literis nominatim questos fuisse quod Athanasium in communionem suam recepisset. Quid tum? An ex eo sequitur, epistolam Julii papæ non esse scriptam nomine synodi Romanæ in qua Athanasius fuerat absolutus?

Minime omnino. Deceptus nimirum est Baronius et quicumque eum secuti sunt, dum existimant Athanasium nonnisi in synodo Romana susceptum fuisse in communionem. Quod ego non modo falsum, sed ab omni ratione alienum esse existimo. Sexdecim integros menses Romæ permansit Athanasius, adversariorum suorum adventum exspectans, antequam synodus Romana causam ipsius cognosceret. An igitur credibile est, Julium papam toto illo tempore a communionem Athanasii abstinuisse? Atqui contra est ipse Athanasius, qui in Apologetico ad imperatorem Constantium diserte scribit, se venisse Romam ut se suaque omnia ecclesiæ illi committeret. *Quo quidem tempore, inquit, assiduus eram in synaxibus.* Si in synaxibus Romæ assiduus erat Athanasius, ergo cum episcopo Romano communicabat. Deinde Julius papa et Athanasium et ejus adversarios Romam ad causam dicendam evocaverat. Non potuit igitur Julius ante causæ cognitionem, Athanasii communionem refugere, ne præjudicium causæ faceret. Id enim æquitatis ratio non patitur. Et Julius quidem cum Athanasii adversariis, cumque Eusebio ipso communionem fovebat, quippe qui et eorum literas accipiebat, et ad ipsos vicissim scribebat. Cur ergo idem Julius inclementior fuisset erga Athanasium, præsertim cum ille Julii papæ literis evocatus statim paruisset, et ad diem dictam adfuisset, adversarii judicium Romanæ sedis detrectantibus? Atqui presbyteros ipsius Athanasii, quos ad refellendas Eusebianorum calumnias Romam paulo ante miserat Athanasius, Julius benigne exceperat, et ad communionem suam admiserat. Id enim ipse Julius satis aperte significat in epistola ad orientales. Quæ igitur causa esse potuit, quamobrem præsentem Athanasio idem non præstaret? Postremo Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos, de synodo Romana loquens, perspicue declarat ecclesiam Romanam semper cum ipso communicasse. Non enim dicit quinquaginta episcopos qui ad synodum Romanam convenerant, ipsum ad communionem suscepisse: sed communionem cum ipso et caritatem suis sententiis confirmasse. Jam ergo antea cum ipso communicabant. Verba Athanasii hæc sunt; *καὶ ἐκύρωσαν εἰς ἡμᾶς τὴν τε κοινωλίαν καὶ τὴν ἀγάπην.* In Epistola vero ad Solitarios ejusdem synodi Romanæ sententiam refert his verbis: *ἡμᾶς δὲ ἀπεδέξαντο, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς*

κωνωνίαν ἠγάπησαν; id est, nos autem probaverunt, et communionem nobiscum foverunt. Ruit ergo funditus tota Baronii argumentatio, qua probare nititur duas synodos Romanas distinguendas esse; et epistolam Julii papæ ad posteriorem synodum Romanam pertinere, non ad priorem illam in qua absolutus fuerat Athanasius. Atque hæc sufficere poterant ad evertendam Baronii sententiam. Verum ne solius Athanasii testimonio niti videar, ipsius etiam Julii papæ auctoritate id evincam. Is in epistola ad orientales pag. 745. editionis Parisiensis, diserte testatur se totius synodi nomine ad ipsos scribere, quamvis non omnium episcoporum, sed solum ipsius nomen literis præfixum sit. Nam et cum priores literas ad ipsos scriberet, quibus ipsos ad synodum evocabat, se omnium occidentalium nomine scripsisse: *Et nunc, inquit, condicto die omnes adfuerunt, et ejusdem sententiæ omnes fuere, quam ego iterum vobis scribens significo*. Quid his verbis potest esse manifestius? Ait Julius omnes episcopos adfuisse ad diem constitutum quo synodum indixerat. Potestne de alia synodo id intelligi quam de Romana illa in qua Athanasius auditus et absolutus est? Ostendant igitur adversarii alteram synodum quam Romæ indixerit Julius; sed profecto nunquam ostendere poterunt. Præterea addit Julius se his posterioribus literis sententiam illius synodi orientalibus significare. Idipsum est quod antea dixerat Athanasius, Julium papam rogatum esse a synodo ut orientalibus scriberet. Vides quam bene inter se conveniant Athanasii et Julii testimonia; adeo ut Baronius qui has Julii literas ad orientales datas esse negat post synodum Romanam in qua auditus est Athanasius, non soli Athanasio, sed ipsi Julio papæ refragari videatur.

CAP. VI.

Utrum Athanasius bis Romam venerit. Refellitur Socratis et Baronii sententia.

Baronius in Annalibus Ecclesiasticis scribit Athanasium post judicium synodi Romanæ quo a criminationibus adversario- 388
rum fuerat absolutus, statim Alexandriam navigasse anno Domini 341, vel sub initium anni 342. Idque Socratis auctoritate confirmat. Paulo post vero cum Gregorius militari manu succinctus Alexandrinam ecclesiam occupasset, iterum

Romam venisse. Baronii sententiam secutus est Petavius noster in Rationario Temporum, Blondellus in libro de Primatu Papæ, et alii fere omnes, quibus Socrates ansam erroris videtur præbuisse. Verum Athanasius ipse id manifestissime refellit. Cum enim in libris suis sæpius locutus sit de sua in urbem Romam profectio, semel tantum ab urbe Alexandria Romam se venisse scribit. Primum in Apologetico ad imperatorem Constantium, respondens calumniis adversariorum qui ipsum apud imperatorem Constantium accusaverant, quod Constantem Augustum adversus fratrem suis sermonibus excitavisset, ait se profectum Alexandria, non ad comitatum Constantis Augusti, sed Romam iter fecisse: cumque se suæque omnia ecclesiæ illi commendasset, assiduum fuisse in collectis et conventibus ecclesiasticis. Quarto deinde post anno literis Constantis Augusti Roma evocatum se esse Mediolanum. Sed Græca verba ipsius Athanasii præstat apponere, quippe quæ sententiam nostram apertius confirmant. ταῦτα τοῖνυν εἰ καὶ ἱκανὰ πρὸς ἀπόδειξίν ἐστι, συγχώρησον ὁμῶς διηγήσασθαι ὅλως καὶ τὸν λογισμὸν τῆς ἀποδημίας. id est, *Hæc quidem sufficiunt pro demonstratione: sed tamen patere, quæso, ut totius profectiois meæ tibi rationem reddam, quo cognoscas quam temere me calumniatur adversarii.* Subjicit deinde Athanasius, ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, οὐκ εἰς τὸ στρατόπεδον τοῦ ἀδελφοῦ σου, οὐδὲ πρὸς ἄλλους τινας, ἢ μόνον εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήλθον seqq. Cum igitur testetur Athanasius se totius profectiois ac peregrinationis suæ rationem Constantio redditurum, si Romam bis venisset ab urbe Alexandria, certe id hoc loco commemorare debuisset, ne coram principe veritatem sciens occultasse videretur. Præterea in Apologia secunda adversus Arianos, semel se Romam venisse scribit ad causam dicendam, cum Eusebiani a Julio postulassent, ut ad causam Athanasii cognoscendam synodus Romæ congregaretur. De secunda autem profectioe ne verbum quidem exstat in tota illa Apologia. Denique in Epistola ad Solitarios, idem Athanasius cuncta quæ sibi contigerant diligenter enarrans, unius tantum in urbem Romam profectiois suæ meminit, tunc scilicet cum ad synodum Romanam Julii papæ literis est accitus. Post illam autem synodum ait, episcopos qui concilio interfuerant, ea quæ in synodo gesta fuerant Constanti Augusto per literas

nuntiasset; cuncta item quæ Alexandriae perpetrata erant a Gregorio, eidem significasse. Quod si post synodi Romanæ iudicium Athanasius Alexandriam reversus fuisset, atque illinc rursus in urbem Romam rediisset, nunquam id hoc loco omisisset Athanasius. Hoc enim ad ejus institutum maxime faciebat, ut mala atque ærumnas et calamitates quas ab adversariis suis perpessus fuerat, omnium oculis subjiceret. Huc accedit, quod Athanasius absque consensu et literis imperatoris Constantii Roma Alexandriam redire non potuit. Licuit quidem Athanasio, ut salutem suam consulere et inimicorum insidias effugeret, relicta Alexandria Romam navigare. Honestam enim est quævis ratio expediendæ salutis. Sed Roma reverti Alexandriam ab alterius principis ditione, idque post biennii moram, id vero non licuit sine mandato principis. Certe post Serdicense concilium, id est post œcumenicam synodum qua Athanasius innocens, adversarii vero illius calumniatores et hæretici iudicati sunt, vix tandem ausus est Athanasius Alexandriam reverti; neque id prius fecit quam creberrimis Constantii literis ad comitatum evocatus fuisset. Sed et antea, cum post obitum Constantini Maximi ex Gallicano exilio in Ægyptum reversus est, trium Cæsarum literis restitutus fuerat. Proinde si post synodum Romanam Athanasius Alexandriam rediit, tunc quoque Constantii literis munitus fuerit necesse est. Cur ergo eas Constantii literas nusquam memorat Athanasius, qui reliquas ejusdem principis epistolas ad suam causam ac restitutionem pertinentes, tam ambitiose tamque diligenter apponere consuevit? Fefellit Baronius Socrates, qui in libro secundo Historiæ scribit, Athanasium cum post violentam ordinationem Gregorii Romam se ad Julium papam contulisset, cognita causa, a Julio restitutum et Alexandriam cum ejusdem Julii literis reversum esse: ac deinde paulo post amoto Gregorio, et in ejus locum substituto Georgio, Romam iterum profugisse. Verum tota illa Socratis ac Sozomeni narratio, mendis innumeris scatet. Quorum maximam partem Baronius ipse ac Blondellus jam dudum observarunt: quare Socratis testimonium in rebus Athanasii nullius ponderis est, quippe qui pugnantia inter se dixerit atque contraria. Omissa igitur Socratis auctoritate, alteram Baronii rationem excutiamus: sic igitur ratioinatur Baronius

in gestis anni 341, cap. 49. Athanasium quidem reversum esse Roma Alexandriam hoc anno, vel sequentis anni exordio, ex eo quoque facile potest intelligi, quod constat tempore grassationis Arianorum in Alexandrinam ecclesiam anno sequenti factæ, eum illic repertum fuisse, quod ipsemet testatur in epistola ad Orthodoxos. Idem repetit Baronius in gestis anni 342, ubi totam fere Athanasii ad Orthodoxos epistolam transcribit. Ex qua manifeste colligitur, Gregorium circa Paschalis festi solemniam Alexandrinam ecclesiam occupasse, Athanasium vero, metu Arianorum in ecclesiam irruentium, clam se e medio subduxisse. Quæ cum anno 341 geri non potuerint, eo quod Antiochena synodus in qua Gregorius Alexandrinæ urbis episcopus est constitutus, et cujus gestis tanquam Alexandrinus episcopus subscripsit, maximam partem anni illius occupaverit, sequenti anno adsignentur necesse est. Hæc est Baronii ratiocinatio. Cujus sententiam non Petavius solum ac Blondellus, sed omnes quotquot vidi hactenus amplexi sunt.

CAP. VII.

De circulari Athanasii Epistola ad omnes Orthodoxos, utrum de Gregorio, an de Georgio scripta sit.

Ego vero contra affirmo, Baronium gravissime lapsum esse, qui Epistolam illam Athanasii ad Orthodoxos, de Gregorii ἐν-θρον.σμῶ scriptam esse crediderit, cum diserte nomen præferat Georgii Ariani qui diu post Gregorium, anno Christi 356 in Alexandrinam ecclesiam invasit. Fateor quidem id quod dicit Baronius, hæc duo nomina, Gregorii scilicet ac Georgii, inter se confundi solere. Verum hæc confusio in Latinis tantum codicibus usu venit, non item in Græcis. Cum igitur tota illa Athanasii epistola nomen ubique præferat Georgii, cur expuncto illius nomine Gregorii vocabulum reponemus? præsertim cum ea quæ illic narrantur ab Athanasio, Georgii potius invasioni convenient quam Gregorii. Primo enim Athanasius in dicta epistola ait Georgium, sic enim vulgo scribitur, postulatum fuisse episcopum ab Arianis qui erant Alexandriæ; quod de Gregorio nusquam dicitur. Deinde Georgius in eadem epistola dicitur introisse Alexandriam tempore quadragesimæ. Idem de ejus introitu diserte testatur Athanasius in Epistola ad Solitarios. At de Gregorio nusquam id ab illo

dictum invenimus. Præterea Athanasius in eadem epistola scribit populum urbis Alexandrinæ, cum in introitu Georgii Arianos tanta vi grassari adversus Catholicos videret, publice protestatum esse apud acta. Idem refert Athanasius in Epistola ad Solitarios, cujus ad calcem appositæ est ipsa Alexandrinorum protestatio. At de Gregorio nihil hujusmodi actum invenimus. Sed quorsum in his conjecturis hæremus, cum manifestissimo ac certissimo argumento convincere liceat, epistolam illam Athanasii ad orthodoxos adversus Georgium scriptam esse; non autem adversus Gregorium. Ipsum igitur Athanasium id quod dixi clare testantem audiamus. Porro Græca ipsius verba necessario hic apponemus, eo quod Latinus interpres sensum auctoris sui minime est assecutus; id quod Baronio ac cæteris fraudi fuit. Postquam ergo Athanasius dixit Georgium, utpote Arianum, Arianis duntaxat favisse; Catholicos vero tanquam extraneos et alienos insectari solitum, hæc subjungit. ἐπειδὴ γὰρ Γρηγόριον, ὄνπερ πρότερον οἱ περὶ Εὐσέβιον τοῖς Ἀρειανοῖς κατέστησαν, μετὰ τὸ γράψαι ἡμᾶς περὶ αὐτοῦ, πάντες ὑμεῖς οἱ τῆς καθολικῆς ἐπίσκοποι ἐπίστασθε, ὡς διὰ τὴν ἀσέβειαν εἰκότως αὐτὸν ἀνεθεματίσατε καὶ ἀπεκηρύξατε· τοῦτου ἕνεκα Γεώργιον νῦν τοῖς αὐτοῖς Ἀρειανοῖς ἀπέστειλαν. Εἶτα ἵνα μὴ καὶ δεύτερον ἀσχύνην ἀφλήσωσι, γραφόντων ἡμῶν πάλιν κατ' αὐτοῦ, διὰ τοῦτο τῇ ἕξῳθεν βίᾳ καθ' ἡμῶν ἐχρήσαντο seqq. Quæ verba sic Latine interpretor. *Nam quoniam Gregorium, quem antea Eusebiani Arianis episcopum constituerant, postquam de illo scripsissem, omnes vos Ecclesiæ Catholicæ episcopi jure merito ob impietatem anathemate percussistis et abdicastis, quemadmodum probe scitis: ob eam causam Georgium nunc iisdem Arianis miserunt episcopum. Deinde ne pudore iterum ac probro afficiantur, nobis adversus ipsos literas scribentibus, extranea vi contra nos usi sunt, ut ecclesiis in suam potestatem redactis, omnem Arianismi suspicionem a se amoliri viderentur* seqq. Quid his verbis Athanasii manifestius? An non apertissime Georgium distinguit a Gregorio? Et Gregorium quidem olim ab orthodoxis episcopis condemnatum esse dicit atque depositum, in synodo scilicet Serdicensi: Georgium vero ab iisdem Arianis nunc in ecclesiam Alexandrinam immissum esse. Et Arianos metuentes ne Georgius similiter ab orthodoxis episcopis condemnaretur, grassationem suam cal-

lide dissimulantes, ad ecclesias urbis Alexandriæ occupandas, extranea vi usos esse, id est Gentilium et Judæorum auxilio. Ita enim scribit ipse Athanasius in eadem epistola, et in Epistola ad Solitarios, ubi Georgii introitum describit. Quare supra dicta Athanasii Epistola circularis ad omnes Orthodoxos, 389 non adversus Gregorium scripta est, qui jampridem obierat: sed adversus Georgium recens intrusum in sedem Alexandrinam. Contra quem etiam scripta est ab eodem Athanasio altera circularis epistola ad episcopos Ægypti ac Libyæ, quæ in vulgatis editionibus perperam inscribitur Oratio prima adversus Arianos, cum tamen epistola sit encyclica, sicut dixi, ad omnes per Ægyptum et Libyam episcopos, quæ jungi omnino debet epistolæ circulari ejusdem Athanasii ad omnes Orthodoxos. Est enim ejusdem utraque argumenti. Porro reliquis Baronii argumentis, quibus ille sententiam suam firmare conatus est, nihil jam attinet respondere. Postquam enim veritas semel stabilita est, cuncta quæ objici possunt argumenta facile corruunt. Primo ait Baronius, in Epistola illa Athanasii ad Orthodoxos, Philagrius nominari præfectum Ægypti, qui episcopum illum de quo agitur in sedem Alexandrinam induxerit. atqui Philagrius iste Gregorium deduxit Alexandriam, teste Athanasio in Epistola ad Solitarios. Sed quid vetat, quominus idem Philagrius qui Gregorium prius cum militari manu introduxerat Alexandriam, aliquot post annis etiam Georgium induxerit? Erat certe Philagrius præcipuus minister Arianorum. Qui cum esset præfectus Ægypti, Valenti et Ursacio aliisque concilii Tyrensis legatis ad Mareoticam regionem missis, operam suam navaverat anno Domini 335. Idem postea præfectus Ægypti ab imperatore Constantio factus, Gregorium in Alexandrinam sedem induxit: quod anno Christi 341, gestum esse existimo. Quidni ergo Ægypti præfectus tertio creari potuit, suffragantibus Arianis qui apud imperatorem Constantium omnia pro arbitrio suo agebant, ut Georgius Arianae sectæ patronus a judice, Arianis fidelissimo et ad hæc gerenda aptissimo, Alexandriam deduceretur? certe Athanasius in dicta Epistola ad Orthodoxos pagina 945 ait, Philagrius istum jam olim in ecclesiam et virgines contumeliosum fuisse. Quæro igitur quando primum injuria affecerit ecclesiam ac virgines Philagrius, nisi tunc cum Gregorium

deduxit? Idem ergo Philagrius et Gregorium primum deduxit, et postea Georgium. Idque plane confirmat Athanasius in Apologia de Fuga pag. 703. Quod vero ait Baronius in supradicta Athanasii epistola, episcopum illum de quo agitur, ab Eusebio constitutum dici, deceptus est a Latino interprete, cum in Græco epistolæ textu non Eusebio id ascribatur, sed τοῖς περὶ Εὐσέβιον, id est Eusebianis. Constat autem Eusebianam factionem etiam post mortem ipsius Eusebii diutissime perseverasse. Certe Athanasius Eusebianos passim in libris suis nominat, licet ea narret quæ diu post obitum Nicomediensis Eusebii contigerunt.

CAP. VIII.

De Antiochena synodo, et de episcopis qui ad eam convenerunt.

Hactenus de rebus quæ ad Athanasium pertinent, quanta fieri potuit cura ac diligentia egimus, notatis et confutatis cunctis erroribus qui in ecclesiasticis annalibus occurrebant. Sed quoniam de Athanasii rebus scribentes, de Antiochena synodo sæpe locuti sumus quæ in encæniis magnæ ecclesiæ illic celebrata est, Marcellino et Probino consulibus, anno natalis Dominici 341, pauca de illa observare libet in gratiam studiosorum Ecclesiasticæ Historiæ. Considerunt in illa synodo nonaginta et amplius episcopi, ut ex Athanasio et Hilario constat. Eos maxima ex parte catholicos et orthodoxos fuisse Baronius observat: sed triginta sex Arianos fuisse, a quibus Gregorium in locum Athanasii substitutum, et varias illas fidei formulas conscriptas esse affirmat, non autem a reliquis orthodoxis. Baronii sententiam secutus est etiam Blondellus in libro de Primatu Papæ. Sed videamus, si placet, quonam auctore id asserat Baronius. Unum hujus rei auctorem laudat Julium papam, qui in epistola ad orientales episcopos, eos scilicet qui in hac Antiochena synodo convenerant, ita scribit: *Qui igitur sunt qui contra canones agunt? nosse qui cum tantis rerum documentis virum recipimus, an qui solum ad triginta sex suffragia eorum qui Antiochia fuere, externum hominem episcopum salutarunt, eumque militari manu Alexandriam deduxerunt?* Grave in primis et validum esset hoc Julii papæ testimonium, si quidem constaret Julium papam ita dixisse. Exstat hæc Julii epistola apud Athanasium in Apo-

logia secunda adversus Arianos, Græco sermone scripta, utpote ad Græcos, qui non alia lingua quam Græca utebantur. Nec est quod quis existimet, eam epistolam primum Latine a Julio scriptam, deinde in Græcum sermonem conversam esse. Cum enim id non dixerit Athanasius, sine auctore id credere non possumus. Quippe Athanasius ubi aliquod monumentum citat quod ex Latino sermone in Græcum translatum est, lectorem de eo monere solet. Adde quod epistola illa Julii adeo pure et eleganter Græce scripta est, ut evidenter appareat illam non ex peregrino sermone in Græcum versam fuisse. Quæcumque enim ex Latina lingua in Græcam translata sunt, ea semper barbara esse et obscura, et plurimis mendis scatereprehendimus, quemadmodum studiosi, tum apud Eusebium, tum apud Socratem et cæteros rerum ecclesiasticarum scriptores facile observabunt. Nec mirandum est quod Julius papa Græco sermone ad orientales scripserit, cum ad Alexandrinos quoque eodem sermone epistolam scripserit, quam refert Athanasius. Sic Cornelii papæ epistola Græce scripta exstat ad Fabianum Antiochenum episcopum. Nam pontifices Romani, cum propter sedis apostolicæ auctoritatem necesse haberent totius orbis legationibus respondere, viros Græci sermonis peritos semper habuerunt qui ipsis essent ab epistolis. Verba igitur Julii papæ ad orientales hæc sunt. σκοπέετε τοῖνυν τίνας εἶσιν οἱ παρὰ κανόνας πράξαντες; ἡμεῖς οἱ μετὰ τοσοῦτων ἀποδελξέων τὸν ἄνδρα δεξάμενοι, ἢ οἱ ἀπὸ τριάκοντα καὶ ἕξ μονῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀνομάσαντές τινα ὡς ἐπίσκοπον ζένον, καὶ ἀποστέλλαντες εἰς Ἀλεξάνδρειαν μετὰ στρατιωτικῆς ἐξουσίας. Id est, *Qui sunt igitur qui contra canones agunt? Nosne qui cum tantis rerum documentis virum recepimus? An qui a triginta sex mansionibus, Antiochiæ quendam velut episcopum externum hominem salutarunt, eumque militari manu stipatum Alexandriam miserunt?* Reprehendit Julius papa ordinationem Gregorii, eumque contra canones ecclesiasticos Alexandriæ episcopum factum esse asserit, quippe qui non in urbe Alexandrina ordinatus fuisset, suffragante clero et populo: sed in urbe Antiochia, quæ triginta sex mansionibus, id est triginta sex dierum itinere distat ab urbe Alexandria. Idem quoque vitium in ordinatione Georgii observat Athanasius in Epistola ad Solitarios pag. 860. qui a quinquagesima mansionem missus est

Alexandriam ut episcopatum illius loci gereret. Sed et in oratione prima adversus Arianos idipsum objicit Arianis episcopis, Cecropio scilicet, Auxentio et Epicteto, quod licet octoginta mansionibus dissiti, episcopatum tamen ambierint earum urbium quibus ignoti erant. ἀπὸ ὀγδοήκοντα μονῶν τυγχάνοντες, καὶ μὴ γνωσκόμενοι παρὰ τῶν λαῶν seqq. Igitur prava interpretatio Baronium in errorem induxit. Neque enim Julius dicit Gregorium a triginta sex tantum episcopis in urbe Antiochia episcopum fuisse salutatum: sed cum Antiochiæ designatus fuisset episcopus Alexandrinus, a triginta sex mansionibus missum eum fuisse Alexandriam. Tot enim sunt mansiones ab Antiochia Alexandriam usque, ut ex itineralio Antonini colligitur. Eodem modo loquitur Ammianus Marcellinus in libro xvi: ubi vanitatem Constantii Augusti perstringens, qui res a Juliano Cæsare fortiter in Gallia gestas sibi adscribebat, ait eum in epistola quadam scripsisse, se Argentoratensi prælio interfuisse et in prima acie pugnasse, cum tamen illius prælii tempore mansione quinquagesima disparatus esset ab iis locis. Sic enim loquitur Ammianus, pro eo quod alii dicerent, quinquaginta dierum itinere. Nec aliter loqui solet Cosmas in libris Topographiæ Christianæ, quorum excerpta mihi humanissime communicavit Emericus Bigotius, vir doctissimus ac de me optime meritis. Deleatur ergo hic error ex annalibus ecclesiasticis, ut ex animis eorum, qui Baronii auctoritate inducti, id pro certo atque indubitato hactenus tenuerunt, sex et triginta Arianæ factionis et communionis episcopos in Antiochena synodo consedissee. Scio multos ex veteribus in ea fuisse sententia, ut crederent Antiochenam synodum hanc, de qua nunc agimus, ab Arianis fuisse collectam. Ita præter cæteros Palladius in Dialogo de Vita Joannis Chrysostomi, ubi scribit Elpidium episcopum juris canonici peritissimum, coram imperatore Arcadio palam affirmasse, canones Antiocheni concilii ab Arianis fuisse compositos. Nam adversarii Joannis Chrysostomi nitebantur præcipue quodam canone illius concilii. Quod cum videret Elpidius, Severiano qui infensissimus erat hostis Chrysostomi, hanc conditionem detulit, ut subscriberet ejusdem se fidei esse cum episcopis Antiocheni concilii qui canonem illum condiderant. Quod quidem Severianus tunc facere detrectavit. Verum hoc in-

telligendum est, non quasi episcopi illi qui huic synodo interfuerunt, palam et aperte Arianam opinionem professi fuerint. Fuerunt enim professione catholici, ut constat tum ex testimonio Hilarii in libro De Synodis, tum ex epistola Julii papæ ad ipsos scripta. Certe nunquam Ecclesia Catholica eorum fidem et canones suscepisset, si ab Arianis fuissent promulgati. Quomodo igitur intelligendus est Palladii locus? Nimirum episcopos illos etsi palam catholici essent, occulte tamen Arianis faviisse. Atque ita Athanasium, Hieronymum, Theodorum et alios interpretari debemus, qui Eusebium Nicomediensem et Eusebianos passim pro Arianis nominant. Constat enim Eusebium Nicomediensem, licet semper Arianorum partes foverit, nihilominus pacem cum Julio Romanæ urbis episcopo et communionem cum Ecclesia Catholica ad obitum usque retinuisse. Nam et ad Julium papam paulo ante mortem literas pacificas misit, et ab eodem vicissim accepit, ut testatur Julius in epistola ad orientales. Julius certe in supradicta illa epistola quæ data est ad episcopos omnes qui Antiochenæ synodo interfuerant, tum Eusebium ipsum, tum reliquos, appellat fratres dilectissimos. Sic enim conceptus est titulus epistolæ apud Athanasium. Ἰούλιος Διανίῳ καὶ Φλακίλλῳ, Εὐσεβίῳ, Μάρει, Μακεδονίῳ, Θεοδώρῳ, καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀπὸ Ἀντιοχείας γράψασιν ἡμῖν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν. Sed et in corpore ipsius epistolæ, eosdem non semel dilectos nominat. Non igitur pro hæreticis eos habuit Julius, quos carissimos fratres appellat, et quos salvare optat in Domino. Porro hæc epistola a Julio scripta est anno Christi 342, quo anno Eusebium Nicomediensem mortuum esse constat, paulo antequam hæc Julii literæ in Orientem perlatæ essent. Ex quo apparet, verissimum esse id quod antea dixi, Eusebium Nicomediensem in communionem ecclesiæ Romanæ ad obitum usque perseverasse*. Cæterum miror, quam ob causam Julius

* Unde alterum horum necessario statuendum, aut Eusebium revera Arianum non fuisse; sed ex nimia tantum credulitate, qua Arianorum professionibus fidem habuerat, se partibus istis adjunxisse: aut Arianus cum fuerit, ecclesiam Romanam fefellisse iisdem artibus quibus usi sunt cæteri Ariani. Quod posterius longe probabilius judicabit, quisquis Arii ad Eusebium illum, et ipsius Eusebii ad Paulinum Tyri epistolas apud Theodorum attente legerit. *G. Bullus in Epitologo Defensionis Fidei Nic. pag. 294.* **READING.**

in titulo epistolæ supra memoratæ Eusebium Dianio postposuerit et Flaccillo. Nisi forte Dianius Cæsareæ Cappadociæ episcopus, antiquior fuerit Eusebio Nicomediensæ, qui recens admodum Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotium regebat. Ob eandem causam Flaccillus Antiochenus episcopus eidem Eusebio præponitur, non ratione habita Nicomediensis aut Berytiensis episcopatus quem prius gesserat idem Eusebius, sed ratione episcopatus Constantinopolitani quem paulo ante Eusebius occuparat. Postremo illud observandum est, legatos Julii papæ Elpidium atque Philoxenum, licet Antiochiæ fuerint cum synodus haberetur, et episcopis qui illic aderant literas Julii papæ reddiderint, ab iisque fraudulenter detecti fuerint usque ad mensem Januarium, tandemque cum vanis excusationibus ab iisdem dimissi, literas episcoporum ad Julium detulerint, synodo tamen Antiochenæ nequaquam adfuisse, quippe qui hoc in mandatis non haberent, sed tantum jussi essent literas Romani pontificis Eusebio et aliis quibusdam episcopis dare, quibus Julius ad synodum Romanam eos invitabat.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Quando primum episcopus factus sit Paulus.

SUPERIORE libro res b. Athanasii, quæ antea confusæ ac perturbatæ in annalibus ecclesiasticis legebantur, quanta fieri potuit cura ac diligentia digessimus. Idem nunc præstare conabimur in rebus Pauli Constantinopolitani, in quarum narratione Socratem et Sozomenum multa peccasse deprehendimus. Socratem deinde secutus est incertus auctor Vitæ et conversationis beati Pauli Constantinopolitani episcopi, cujus excerpta leguntur in Bibliotheca Photii. Hic quisquis tandem fuit, Socratis errores novis insuper erroribus cumulavit. Certe his actis Pauli, et actis Athanasii quæ illis adjuncta leguntur in Bibliotheca Photii, nihil est corruptius atque mendosius. Sed in Athanasii quidem rebus emendandis et ad veritatis normam redigendis, maximum nobis adjumentum confert ipsemet Athanasius in libris suis, qui plurimi et diser-

tissimi ad nos pervenerunt. In rebus autem Pauli Constantinopolitani hoc subsidio destituimur, propterea quod, præter scriptores historię ecclesiasticę, pauci admodum mentionem ejus fecere. Verum hunc defectum veterum scriptorum, cura ac diligentia nostra supplere conabimur. Ac primo quidem annum quo Constantinopoleos ordinatus est episcopus inquiramus. Socrates ac Sozomenus principatu Constantii Augusti Paulum ad Constantinopolitanę sedis sacerdotium evectum esse affirmant: eosque secutus Baronius, Blondellus ac cæteri, Alexandri Constantinopolitani obitum, et ordinationem Pauli referunt anno Christi 340, Acindyno et Proculo consulibus. Ego vero Paulum Constantino maximo regnante episcopum jam tum fuisse, duobus certissimis argumentis evincam. Primo enim Athanasius in Epistola ad Solitarios non procul ab initio, ubi Pauli exsilia recenset, ait illum a Constantino primum relegatum fuisse in Pontum. Deinde in Epistola Synodica orientalium apud Serdicam episcoporum quam refert Hilarius in fragmentis libri De Synodis, diserte scribitur, Paulum in synodo Tyri una cum reliquis episcopis subscripsisse depositioni Athanasii. Jam tum ergo erat episcopus, cum synodos Tyri congregata est: quam anno Christi 335 habitam esse constat, biennio ante obitum Constantini. Verba epistolę synodicę sic habent, *Paulus vero depositioni Athanasii interfuit, manuque propria sententiam scribens, cum cæteris eum etiam ipse damnavit.* Scio quid respondeat Blondellus in libro de Primatu Papę in Ecclesia. Ait enim utrumque testimonium, tam Athanasii, quam orientalium apud Serdicam episcoporum, de Paulo adhuc presbytero intelligi debere. Verum hæc responsio, meo quidem iudicio, inepta est et inutilis. Nam si Paulus adhuc presbyter interfuit synodo Tyrensi, eique subscripsit, vice episcopi sui Alexandri id illum fecisse oportet. Quod si ita est, non ipse Paulus Athanasium damnasse dicendus est; sed potius Alexander cujus vices agebat Paulus. Quis vero id credat de Alexandro Constantinopolitano episcopo, eum condemnationi Athanasii subscripsisse? Cum igitur Paulus ipse una cum reliquis episcopis qui in synodo Tyri convenerant, Athanasium damnasse dicatur, necessario colligitur illam jam tum episcopum fuisse. Quod autem spectat ad locum Athanasii, is de Paulo adhuc presbytero intelligi nullo

modo potest. Etenim in dicta ad Solitarios Epistola, Athanasius omnes ab initio recenset episcopos orthodoxos, quos Ariani ex suis sedibus expulerant. Ac primo quidem loco nominat Eustathium Antiochenum, deinde Eutropium, Euphrationem, Cymathium, Aselepam, Cyrum, Diodorum, Domnionem, Hellanicum, Marcellum. Postremo de Paulo ita scribit. *De Paulo vero Constantinopolitano episcopo nemini arbitror ignotum esse. Quanto enim clarior civitas, tanto minus factum celari poterit. Etiam huic quoque crimen objectum est. Idque falsum fuisse vel inde colligas, quod qui illum reum fecit Macedonius, qui nunc illius loco episcopus est ordinatus, nobis in ea accusatione presentibus, cum reo suo cujus presbyter erat, communicavit. Sed quoniam Eusebius illuc oculos cupiditatis adjecerat, episcopatum illius urbis rapere festinans: eodem enim modo a Beryto transiit Nicomediam: mansit nihilominus criminatio adversus Paulum. Nec ab insidiis destiterunt, sed perseverarunt in calumniando. Et primum quidem a Constantino in Pontum relegatus est seqq.* Totum locum diligenter a me conversum consulto hic apposui, propterea quod ejus testimonio sæpius infra sum usus. Porro ex hoc loco manifeste colligitur, Paulum jam tum episcopum fuisse, cum a Macedonio accusatus est impulsu Nicomediensis Eusebii. Id autem 391 factum esse regnante adhuc Constantino maximo, docet ipse Athanasius, cum ait se tum præsentem fuisse Constantinopoli. Atqui Athanasius nonnisi post synodum Tyri venit Constantinopolim, cum se factione inimicorum in concilio illo opprimi videret. Nec post id temporis Constantinopolim venit, Eusebio Nicomediensi superstite. Adde quod Athanasius diserte scribit, Macedonium qui Paulum accusabat, eo ipso tempore cum Paulo communicasse, et sub illo fuisse presbyterum. Si Macedonius presbyter sub Paulo tum erat, Paulus tunc episcopus fuerit necesse est. Ac proinde verissimum est quod dixi, Paulum Constantini magni temporibus episcopum fuisse urbis Constantinopolitanæ. Præterea duorum optimorum scriptorum auctoritate discimus, Alexandrum Constantinopolitanum episcopum mortuum esse adhuc regnante Constantino. Ita enim scribit Philostorgius in libro secundo Historiæ Ecclesiasticæ pag. 15. ubi paulo post encœnia urbis Constantinopolitanæ a Constantino magno celebrata, Alexandrum illius

urbis episcopum e vita migrasse scribit. *τελευτήσαντος δὲ τοῦ ταύτης τῆς πόλεως ἀρχιερέως Ἀλεξάνδρου, τὸν Νικομηδέας φησὶν Εὐσέβιον, εἰς τὸν τῆς νεοκτίστου πόλεως ἀρχιερατικὸν μεταστήσαι θρόνον.* Id est, *Αἰὶ Philostorgius, post obitum Alexandri Constantinopolitani episcopi, Eusebium Nicomediensem translatum esse ad episcopatum urbis recens conditæ.* Idem quoque scribit Theodoritus in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ cap. 19. Ac de Eusebio quidem impræsentiarum non disputo, quem Theodoritus ac Philostorgius in locum Alexandri subrogatum esse affirmant. Id unum contendo, Alexandrum Constantinopolitanum episcopum principatu Constantini Augusti mortem obiisse, ac proinde Paulum regnante adhuc Constantino ecclesiæ illius sacerdotium obtinuisse. Idem quoque scripserat Eusebius Pamphili, ut testatur Theophanes in Chronico. *Nec ut Eusebius ex omnibus historicis solus narrat, Nicomediensis Eusebius cum in encæniis insidias Athanasio strueret, Constantinopolitanam sedem obtinebat. Hoc enim vel ex temporum collectione falsi arguitur* seqq. Videtur tamen memoria lapsus esse Theophanes, et pro Theodorito Eusebium posuisse.

CAP. II.

Utrum Arius hæresiarches a synodo Hierosolymitana susceptus sit in communionem.

Verum hoc loco validissimum nobis argumentum opponitur. Cum enim constet Arium in communionem receptum esse in synodo Hierosolymitana, quæ paulo post synodum Tyri congregata est, vel potius ab urbe Tyro translata est Hierosolyma anno Christi 335, Alexander Constantinopolitanus episcopus superstes etiam tum fuerit necesse est. Quippe Alexander aliquanto post Arium ex hac luce migravit. Hic enim est Alexander, qui suis precibus a Deo id impetravit, ut Arius quem Eusebiani postridie in ecclesiam introducturos se esse minabantur, spe sua frustratus, fœdissimo mortis genere extingueretur, ut testatur Athanasius tum in Epistola ad Serapionem De Morte Arii, tum in circulari Epistola ad Episcopos Ægypti et Libyæ, quæ vulgo inscribitur Oratio prima adversus Arianos. Ex quo conficitur, Alexandrum anno Christi 336 adhuc episcopatum Constantinopolitanum administrasse, ac proinde falsum esse quod supra scripsi, Paulum Constantino-

politatum episcopum in concilio Tyri habito adversus Athanasium subscripsisse. Gravissima profecto hæc ratio est, et quæ nostram sententiam funditus evertit. Sed inquirendum est diligentius ac dispiciendum id quo uno nituntur adversarii: an videlicet Arius ipse in communionem receptus sit a concilio Hierosolymitano quod in encæniis basilicæ Constantinianæ celebratum est anno Christi 335. Exstat epistola synodica ejus concilii, ab Athanasio relata in libro De Synodis. Verum in illa synodica, non Arius ipse in communionem receptus esse dicitur, sed *οἱ περὶ τὸν Ἀρειὸν* id est Arii asseclæ, presbyteri scilicet et diaconi civitatis Alexandrinæ qui Arium secuti fuerant. Certe idem Athanasius alibi de hac synodo loquens, perpetuo dicit *τοὺς περὶ Ἀρειὸν*, et *τοὺς Ἀρειανούς*, in ea susceptos fuisse. Sic enim loquitur tum in Apologia adversus Arianos pag. 801. tum in Epist. ad Solitarios non procul ab initio. Nam initium illius epistolæ in vulgatis exemplaribus desideratur. Dicit aliquis Athanasium de ipso Ario loqui. Etenim in libro De Synodis postquam epistolam synodicam concilii Hierosolymitani retulit, quæ data est ad presbyteros et diaconos ecclesiæ Alexandrinæ, statim subjungit statutum fuisse ab illis episcopis, Arium sectatoresque ejus suscipiendos esse. Verum ego id sic intelligendum puto, non quasi Arius ipse adhuc superfuerit. Verum ideo sic locutus est Athanasius, quod receptis Arii asseclis, ipse Arius quodammodo suscipi videbatur. Idem respondendum censeo iis qui epistolam synodicam Antiocheni concilii nobis objiciunt, in qua episcopi qui in illo concilio sedebant, affirmant se Arium ideo suscepisse in communionem, quod fidem ejus rectam esse comperissent. Id enim aut eo quem dixi modo intelligendum est, de Arii videlicet asseclis: aut si de Ario ipso accipiat, non in synodo Hierosolymitana id factum esse dicemus, sed in priore aliquo conventu. Certe diu ante synodum Hierosolymitanam Arium et socios ab Eusebianis in communionem receptos fuisse testatur Athanasius in dicto libro De Synodis. Cæterum ex epistola synodica concilii Hierosolymitani satis aperte colligitur, episcopos non de Ario ipso, sed tantum de Arii gregalibus locutos esse. Scribunt enim in ea epistola, se literas imperatoris Constantini accepisse, quibus ipsos hortabatur, ut pacem et concordiam in

Ecclesia resarcirent, utque Arii sodales et sectatores placido et pacato animo suscipere: quorum rectam ac sinceram esse fidem, tum viva ipsorum voce, tum libello sibi ab ipsis porrecto cognoverat. Quem quidem libellum Constantinus suis ad synodum literis subiecit. Quod si de Ario Constantinus et episcopi illi loquerentur, cur Constantinus Arium postea Constantinopolim evocasset, ut de ejus fide inquireret, idque post synodale iudicium, et post ipsius suffragium? Cur Alexander episcopus Arium post hæc in ecclesiam admittere recusasset, qui celeberrimæ synodi iudicio in communionem admissus fuerat, et imperatoris iudicio comprobatus? Præterea Athanasius in epistola ad Serapionem, testatur se consultum fuisse a Serapione de quadam quæstione quæ in Ægypto exorta fuerat, utrum Arius in communionem et pace ecclesiæ diem extremum obiisset. Negat id Athanasius in dicta epistola. Quod si Arius ab Hierosolymitano concilio ad pacem et communionem ecclesiæ admissus fuisset, nunquam profecto id negasset Athanasius, nec Serapion id ignorare potuisset. Neque enim obscura fuit fama synodi Hierosolymitanæ, sed longe omnium celeberrima, et cum Nicæna synodo comparanda, si Eusebio credimus: quippe quæ ex omnibus Romani imperii provinciis ad dedicationem regalis basilicæ a principe esset congregata. Postremo Athanasius in dicta ad Serapionem epistola, mortem Arii commemorans, ait se quidem tunc temporis non adfuisse Constantinopoli cum Arius e vivis sublatus est, sed Macarium presbyterum qui illic aderat, cuncta ad ipsum scripsisse. Atqui Macarius presbyter Athanasii, fuit in urbe Constantinopolitana eo tempore quo Eusebiani conjuratione facta cum Meletianis adversus Athanasium, de lineæ vestis canone eum apud Constantinum imperatorem accusarunt. Testatur hoc Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos pag. 778. et post eum Socrates in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ. Nec post id temporis Macarium Alexandrinum presbyterum Constantinopolim venisse legimus. Hæc autem prima Athanasii accusatio aliquot annis præcessit synodum Tyri. Ad quam depellendam et confutandam Athanasius Macarium et Arium presbyteros suos misit Constantinopolim. Baronius in annalibus id factum refert anno 329 natalis Dominici.

CAP. III.

De primo exilio Pauli Constantinopolitani.

Mortuo Alexandro Constantino episcopo, quem anno Christi 331 obiisse existimamus, Paulus in ejus locum successit. Qui tametsi in synodo Tyrensi depositioni Athanasii subscripsisset, nihilominus ab Arianis et præcipue ab Eusebio qui sedis illius cupiditate flagrabat, per fraudem et calumniam appetitus est. Ac primo quidem Macedonium presbyterum ecclesiæ Constantinopolitanæ adversus eum incitarunt, qui Paulo confictum nescio quod crimen objiceret. Cæterum adeo leve erat quod ab accusatore intendebatur, ut pendente accusatione nihilominus accusator cum reo communicaverit. Verum Eusebiani rem urgere non destiterunt, propterea quod Eusebius Nicomediensis sedem illius rapere contendebat. Paulum igitur calumniari apud principem Constantinum non cessarunt, donec ille aures nimium faciles Eusebians præbens, Paulum in Pontum relegavit, quemadmodum supra retulimus ex Athanasio in Epistola ad Solitarios. Id gestum est anno Christi 336. Neque enim citius id fieri potuit, cum Paulus anno 335 concilio Tyrensi interfuerit. Ad hæc Athanasius se tum adfuisse scribit, cum Paulus a Macedonio accusatus est. Hæc autem accusatio, ut ex Athanasii narratione colligitur, satis longo tempore perseveravit. Proinde non ante annum Domini 336 Paulus in exilium missus videtur. Adde quod Athanasius in dicta epistola universos episcopos qui Constantino maximo regnante per fraudem et calumnias Arianorum in exilium pulsi sunt, ordine recensens, in Paulo Constantinopolitano episcopo narrationem suam claudit. Orditur enim ab Eustathio Antiochenæ urbis episcopo, quem nos in adnotationibus Eusebians, anno Christi 329 aut certe 330 relegatum fuisse demonstravimus. Post hunc Eutropius episcopus Hadrianopoleos, Eusebians adnitentibus, suffragante ipsis Basilina quæ nupta erat Constantio fratri Constantini maximi, pulsus est in exilium. Post hæc Euphration Bala nearum episcopus, Cymatius Palti, alter item Cymatius Antaradi, Asclepas Gazæ, Cyrus Bercæ in Syria, Diodorus Naissi, Domnio Sirmii, Hellanicus Tripoleos episcopi, eo quod hæresim Arianam odio prosequi tantummodo visi essent, alii fictis rebus, alii nullo ipsis objecto crimine, rescripto principis

ecclesiis suis pulsi sunt, suffectis in eorum locum qui Arianæ perfidiæ favebant. Marcellus deinde recensetur ab Athanasio, ac postremus omnium Paulus episcopus Constantinopolitanus. Marcellus quidem anno Christi 336 relegatus est post synodum Constantinopolitanam, in qua depositus fuerat ac damnatus. Eodem fere ordine Athanasius supradictos episcopos factione Arianorum relegatos enumerat in Apologetico de Fuga sua: ubi pro Cymatio Antaradi episcopo Carterium nominat. Ceterum etsi Athanasius diserte non dicit Paulum tunc episcopali iudicio damnatum fuisse, ex eo tamen quod accusatum illum esse scribit a Macedonio presbytero, satis innuit Paulum synodali sententia fuisse damnatum. Certe Constantinus, utpote princeps religiosissimus, nunquam illum in exilium mittere sustinisset, nisi prius ecclesiastico iudicio condemnatus fuisset. Sic enim Eustathium, sic Athanasium relegavit, post prolatam adversus eos episcoporum sententiam. Accusatus autem fuerat Paulus a Macedonio, ὡς οὐκ εἶ βεβηκὼς, ut ait Sozomenus in libro iii. cap. 3. id est, *quod turpiter et flagitiose vixisset*. Denique orientales episcopi in epistola synodica pseudosynodi Serdicensis, diserte testantur Paulum episcopali sententia damnatum fuisse. Sic enim aiunt de Maximino Trevirorum episcopo. *Causa igitur homicidiorum tantorum ipse fuit, qui Paulum olim damnatum ad Constantinopolim revocavit*. Ubi notabit obiter studiosus lector, Paulum non a Julio papa, sed a Maximino episcopo dici revocatum.

CAP. IV.

De prima restitutione Pauli.

Mortuo Constantino Maximo, tres ejus filii episcopos catholicos quos Constantinus ab Eusebianis in fraudem impulsus relegaverat, sedibus suis restituerunt, datis tum ad ipsos, tum ad singulorum civitates literis, quibus jubebant ut singuli a suis civibus et clericis pacate reciperentur. Testatur hoc Athanasius in Epistola ad Solitarios. Ubi post indicem illorum quos dixi episcoporum, quos Ariani Constantino regnante suis ecclesiis ac civitatibus ejecerant, hæc subjungit. ταῖς συνορῶντες οἱ τρεῖς ἀδελφοὶ Κωνσταντίνου, Κωνσταντῖος, καὶ Κεστας, ἐποίησαν πάντας μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς, ἐπαυελθεῖν τὴν πατρίδα καὶ τὴν ἐκκλησίαν γράψαντες περὶ μὲ

CAP. III.

De primo exilio Pauli Constantinopolitani.

Mortuo Alexandro Constantinopoleos episcopo, quem anno Christi 331 obiisse existimamus, Paulus in ejus locum successit. Qui tametsi in synodo Tyrensi depositioni Athanasii subscripsisset, nihilominus ab Arianis et præcipue ab Eusebio qui sedis illius cupiditate flagrabat, per fraudem et calumniam appetitus est. Ac primo quidem Macedonium presbyterum ecclesiæ Constantinopolitanæ adversus eum incitarunt, qui Paulo confictum nescio quod crimen objiceret. Cæterum adeo leve erat quod ab accusatore intendebatur, ut pendente accusatione nihilominus accusator cum reo communicaverit. Verum Eusebiani rem urgere non destiterunt, propterea quod Eusebius Nicomediensis sedem illius rapere contendebat. Paulum igitur calumniari apud principem Constantinum non cessarunt, donec ille aures nimium faciles Eusebians præbens, Paulum in Pontum relegavit, quemadmodum supra retulimus ex Athanasio in Epistola ad Solitarios. Id gestum est anno Christi 336. Neque enim citius id fieri potuit, cum Paulus anno 335 concilio Tyrensi interfuerit. Ad hæc Athanasius se tum adfuisse scribit, cum Paulus a Macedonio accusatus est. Hæc autem accusatio, ut ex Athanasii narratione colligitur, satis longo tempore perseveravit. Proinde non ante annum Domini 336 Paulus in exsilium missus videtur. Adde quod Athanasius in dicta epistola universos episcopos qui Constantino maximo regnante per fraudem et calumnias Arianorum in exsilium pulsati sunt, ordine recensens, in Paulo Constantinopolitano episcopo narrationem suam claudit. Orditur enim ab Eustathio Antiochenæ urbis episcopo, quem nos in adnotationibus Eusebians, anno Christi 329 aut certe 330 relegatum fuisse demonstravimus. Post hunc Eutropius episcopus Hadrianopoleos, Eusebians adnitentibus, suffragante 392
ipsis Basilina quæ nupta erat Constantio fratri Constantini maximi, pulsus est in exsilium. Post hæc Euphration Bala-
nearum episcopus, Cymatius Palti, alter item Cymatius An-
taradi, Asclepas Gazæ, Cyrus Berceæ in Syria, Diodorus Naissi,
Domnio Sirmii, Hellanicus Tripoleos episcopi, eo quod hære-
sim Arianam odio prosequi tantummodo visi essent, alii fictis
criminibus, alii nullo ipsis objecto crimine, rescripto principis

ecclesiis suis pulsi sunt, suffectis in eorum locum qui Arianæ perfidiæ favebant. Marcellus deinde recensetur ab Athanasio, ac postremus omnium Paulus episcopus Constantinopolitanus. Marcellus quidem anno Christi 336 relegatus est post synodum Constantinopolitanam, in qua depositus fuerat ac damnatus. Eodem fere ordine Athanasius supradictos episcopos factione Arianorum relegatos enumerat in Apologetico de Fuga sua: ubi pro Cymatio Antaradi episcopo Carterium nominat. Ceterum etsi Athanasius diserte non dicit Paulum tunc episcopali iudicio damnatum fuisse, ex eo tamen quod accusatum illum esse scribit a Macedonio presbytero, satis innuit Paulum synodali sententia fuisse damnatum. Certe Constantinus, utpote princeps religiosissimus, nunquam illum in exilium mittere sustinisset, nisi prius ecclesiastico iudicio condemnatus fuisset. Sic enim Eustathium, sic Athanasium relegavit, post prolatam adversus eos episcoporum sententiam. Accusatus autem fuerat Paulus a Macedonio, ὡς οὐκ εἶ βεβωκῶς, ut ait Sozomenus in libro iii. cap. 3. id est, *quod turpiter et flagitiose vixisset*. Denique orientales episcopi in epistola synodica pseudosynodi Serdicensis, diserte testantur Paulum episcopali sententia damnatum fuisse. Sic enim aiunt de Maximino Trevirorum episcopo. *Causa igitur homicidiorum tantorum ipse fuit, qui Paulum olim damnatum ad Constantinopolim revocavit*. Ubi notabit obiter studiosus lector, Paulum non a Julio papa, sed a Maximino episcopo dici revocatum.

CAP. IV.

De prima restitutione Pauli.

Mortuo Constantino Maximo, tres ejus filii episcopos catholicos quos Constantinus ab Eusebianis in fraudem impulsus relegaverat, sedibus suis restituerunt, datis tum ad ipsos, tum ad singulorum civitates literis, quibus jubebant ut singuli a suis civibus et clericis pacate reciperentur. Testatur hoc Athanasius in Epistola ad Solitarios. Ubi post indicem illorum quos dixi episcoporum, quos Ariani Constantino regnante suis ecclesiis ac civitatibus ejecerant, hæc subjungit. ταῦτα συνορῶντες οἱ τρεῖς ἀδελφοὶ Κωνσταντίνος, Κωνσταντῖος, καὶ Κωνστας, ἐποίησαν πάντας μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς, ἐπαγελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα καὶ τὴν ἐκκλησίαν γράψαντες περὶ μὲν τῶν ἄλλων τῇ

ὡς ἐκάστον ἐκκλησίᾳ seqq. Idem tradit Philostorgius in libro secundo Historiæ Ecclesiasticæ. Sed in Athanasio notanda sunt hæc verba, *ἐπέβησαν πάντας ἐκπελάθειν, οὐκ αὖτε, inquit, redire jusserunt.* Ergo et Eustathius Antiochenus et reliqui episcopi ad sedes suas reversi sunt. De Eustathio tamen nusquam id legitur. Ac fortasse ille delata sibi licentia ac facultate redeundi uti noluit, propterea quod ecclesiam suam ab Arianis obsessam atque occupatam videret. Certe Flaccillus qui Euphronio successerat, Antiochenæ urbis episcopatum perpetuo retinuit, jam inde a synodo Tyrensi ad synodum Antiochenam. Paulus igitur una cum ceteris ex Pontico exsilio reversus, Constantinopolitanam sedem postliminio recuperavit. Quem reversum Eusebius Nicomediensis iterum pristinis dolis atque artibus oppugnavit, accusatorem illi summittens Macedonium. Id certe insinuare mihi videtur Athanasius in loco illo ex Epistola ad Solitarios, quem superius adduxi, cum ait, *καὶ ὁμοῦς ἐμεινεν ἡ πρόφασις κατὰ Παύλου καὶ οὐκ ἠμέλησαν ἐπιβουλήs, ἀλλ' ἐμειναν διαβάλλοντες.* Vult enim dicere Athanasius, Eusebianos qui prius apud Constantinum calumniati fuerant Paulum, eundem postea apud imperatorem Constantium similiter calumniatos esse, et perfecisse tandem ut Paulus a Constantio quoque in exsiliu mitteretur. Constantius ergo calumniis Eusebianorum fidem accommodans, concilium episcoporum Constantinopoli fieri jussit: a quibus Paulus damnatus ac depositus est, et Nicomediensis Eusebius in ejus locum substitutus. Ita Socrates in lib. ii. cap. 6. Qui cum episcopos illos qui huic synodo interfuerunt, Arianæ perfidiæ fautores dicat fuisse, satis indicat ex eorum numero fuisse Theodorum Heracleotem, Marin Chalcedonium, Theognium Nicænum, et Ursacium ac Valentem, qui inter Eusebianos agmen duxere. Et Socrates quidem Paulum tunc tantummodo depositum esse dicit, non etiam relegatum. Quare cum Paulus liberam tunc haberet vagandi facultatem, conjunxit se cum Aselepa, Lucio atque Marcello, quos vix dum restitutos, iterum Ariani suis civitatibus atque ecclesiis expulerant. His junctus Paulus, plurimas urbes ac provincias occidentalis imperii peragravit, suffragium ac subsidium episcoporum ubique exquirens, ut in sedem suam restitueretur. Docet id epistola synodica orientalium apud Sardicam episco-

porum his verbis: *Deinde Paulo et Lucio et quotquot talibus conjuncti sunt, circumeuntes simul exterarum regiones, persuadebant iudicibus, non esse credendum illis qui in eos digne sententiam protulerunt.* De Marcello loquuntur, Asclepa et Athanasio. Romam porro utrum Paulus tunc venerit, nescio. Sed si verum est, Paulum aliquando Romam venisse, hoc tempore eum venisse oportet. Neque enim alio tempore Romam venire potuit, ut postea videbimus. Primus autem ex occidentalibus episcopis Maximinus Trevirorum episcopus, Paulum in communionem recepit, ut testantur orientales apud Serdicam episcopi in synodica supra citata.

CAP. V.

Quo tempore Eusebius Nicomediensis ad episcopatum Constantinopolitanum translatus fuerit.

Philostorgius quidem ac Theodoritus Eusebium Nicomediensem mortuo Alexandro episcopatum urbis Constantinopolitane suscepisse dicunt, principatu Constantini maximi. Verum eos refellit Athanasius, qui diserte testatur in Epistola ad Solitarios, Eusebium Nicomediensem non Alexandro mortuo successisse, sed in Pauli viventis locum per vim atque ambitum invasisse. Præterea Hieronymus in Chronico scribit, Constantinum paulo ante mortem Nicomediæ baptizatum esse ab Eusebio loci illius episcopo. Denique Ammianus Marcellinus auctor est, Julianum principem Nicomediæ educatum fuisse ab Eusebio episcopo, quem genere longius contingebat, sic enim loquitur Marcellinus. Porro quando Julianus Eusebio episcopo traditus est educandus, septennis ut minimum fuerit necesse est. Neque enim ante hunc annum pueri commendari solent institutoribus. Atqui Julianus vix septem annos impleverat tum cum Constantinus maximus ex hac luce migravit. Proinde Eusebius Nicomediensem episcopatum usque ad obitum Constantini retinuit. Certe Constantinus huiusmodi episcoporum translationes valde improbat, quemadmodum discimus ex ejus epistola ad Eusebium Cæsariensem episcopum, qui Antiochensæ urbis sacerdotium sibi delatum constanter recusaverat. Verior itaque est sententia eorum, qui Eusebium Nicomediensem Constantio regnante, ad epi-

scopatum urbis Constantinopolitanæ transiliisse dicunt. Ita Socrates, Sozomenus, Cedrenus ac Theophanes. Et Cedrenus quidem episcopatum urbis Constantinopolitanæ a Constantio mercedis loco delatum esse scribit Eusebio, propterea quod Eusebius testamentum quod Constantinus moriens ipsi commendaverat, primo omnium Constantio tradidisset. Socrates vero hanc Eusebii translationem refert paulo post mortem Constantini junioris, id est anno Christi 340, cui consentit etiam Baronius. Verum Baronius a seipso dissentit, et pugnantia inter se loquitur atque contraria. Cum enim fateatur, epistolam synodicam episcoporum Ægypti ad omnes ubique terrarum orthodoxos episcopos, qua respondent calumniis Eusebianorum adversus Athanasium, scriptam esse anno Domini 339, constet autem ex eadem synodica epistola, Eusebium Nicomediensem jam tum ad episcopatum urbis Constantinopolitanæ translatum fuisse, absurdum omnino est hanc Eusebii translationem in annum sequentem conferre. Quod vero episcopi Ægypti in sua illa synodica diserte testentur id quod dixi, ex eorum verbis apparet, quæ hic apponam: *Quamquam nihil ea re impeditus Eusebius, Athanasii creationem vituperat: homo qui ipse prorsus episcopus creatus non est, aut si unquam jus episcopi habuit, idipsum rescidit, utpote qui principio Beryti pro episcopo egerit, relictaque Beryto Nicomediam se transtulerit: illam quidem cathedram præter leges destituens, istam vero nulla lege invadens: proprii gregis sine ulla caritate desertor, et alieni nulla rationabili causa occupator, prioris episcopatus caritatem alieni cupiditate aspernatus est. Nec tamen hunc ipsum episcopatum quem tanta aviditate occupaverat, reservavit. Ecce enim jam quoque inde desiliens, alienum episcopatum denuo obtinet.* Ubi notanda sunt hæc verba, ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐκεῖθεν ἀποστὰς, ἀλλοτρίαν πάλιν κατέχει. Nam vocabulum illud ἰδοὺ, translationem hanc Eusebii a Nicomedia Constantinopolim, recens admodum et paulo antequam hæc scriberent, factam esse declarat. Quamobrem si hæc circularis epistola scripta est ab Ægypti sacerdotibus anno natalis Dominici 339, ut Baronius censuit, Eusebii translatio ad sedem Constantinopolitanam, vel eodem, vel superiori anno contigerit necesse est.

CAP. VI.

De secunda restitutione Pauli, et de secundo ac tertio ejusdem exilio.

Anno Christi 342, obiit Eusebius Constantinopolitanus episcopus, quem magnum Eusebium vocat non solum Philostorgius, sed etiam Eusebius Cæsariensis in libro contra Marcelum. In quem nescio cur tantopere invectus sit Baronius, cum superius a nobis ostensum fuerit, eum pacem et communionem cum ecclesia Romana ad obitum usque retinuisse. Post ejus obitum, cives Constantinopolitani Paulum ad sedem suam revocarunt; Eusebiani vero Macedonium in Eusebii locum substituerunt. Quæ res ingentem tumultum in urbe regia excitavit, ut refert Socrates in libro secundo. His auditis imperator Constantius qui in oriente bello Persico implicatus tenebatur, Hermogeni magistro militum mandavit, ut Constantinopolim ingressus, Paulum sede sua ac civitate exturbaret. Ægre siquidem ferebat imperator, quod absque suo consensu Paulus ecclesiam suam recepisset. At populus qui Pauli amore flagrabat, adversus magistrum militum commotus, domo ejus incensa ipsum corripuit, et pedibus tractum ac misere truncatum, in mare præcipitavit. Id gestum est Constantio tertium et Constante iterum consulibus. Quæ cum nuntiata essent Constantio, ille gravitor commotus, repente equo conscenso venit Constantinopolim. Et urbem quidem ipsam annona multavit; Paulum vero tanquam seditionis auctorem, catenis ferreis vinctum ad Castellum Mesopotamiæ Singara deportavit. De hac ingenti seditione loquitur Libanius in Basilico pagina 126, ubi testatur imperatorem Constantium admirabili celeritate usum esse in faciendo itinere, nec nives atque imbres eum ab incepto itinere deterruisse. Et sontes quidem ab illo castigatos esse dicit, neminem tamen morte adfectum, cum senatus urbis Constantinopolitanæ pro reis apud ipsum intercessisset. Socrates quidem, eumque secutus Baronius, Paulum tunc temporis Romam venisse dicunt. Ego vero Athanasium sequi malim, qui in Epistola ad Solitarios, ait Paulum a Constantio relegatum esse Singara, et aliquanto post inde Emesam esse translatum, metu scilicet Persicæ incursionis. Verba Athanasii sunt hæc, τὸ δὲ δεύτερον παρὰ Κωνσταντίου δεθεῖς ἀλύσει σιδηραῖς, εἰς Σίγγαρα τῆς Μεσο-

ποταμίας ἐξωρίσθη, καὶ ἐκεῖθεν εἰς τὴν Ἐμεσαν μετητέχθη. Id est, iterum vero a Constantio catenis ferreis vinctus Singara Mesopotamiæ deportatus est, atque inde translatus Emesam. Quod cum tam diserte affirmet Athanasius, non alio tempore id factum assignari potest, quam isto quod dixi. Etenim ingens illa seditio in urbe regia, et cædes magistri militum, et Pauli restitutio sine imperatoris consensu facta, Constantium non immerito commoverant, ut Paulum ferro vinctum in tam longinquum exilium amandaret. Ex quo tamen exilio non ita multo post Emesam eum transtulit, sive ut Constantinopolitanis qui Paulo inprimis studebant, gratificaretur, sive, ut dixi, Persarum metu, qui Singaris assidue imminebant. Certe haud multo post circa id castrum ingenti prælio Persæ cum Romanis confligere. Ceterum Ariani seditionem illam de qua dixi, cædesque hominum in ea factas, uni Paulo ascribebant, ut testatur epistola synodica pseudosynodi Serdicensis: *Sed et de Paulo Constantinopolitanæ civitatis quondam episcopo post reditum exilii sui si quis audierit, perhorrescet, et multo post. Asclepas vero cum ad Constantinopolitanam civitatem propter Paulum venisset, post immanitatem rerum atrocitatemque commisit, quæ media in ecclesia Constantinopolitana gesta sunt post mille homicidia quæ altaria ipsa humano sanguine coinquinaverunt, post interfectiones fratrum extinctionesque Gentilium, hodieque cum Paulo, cujus causa hæc gesta sunt, communicare non cessat.*

CAP. VII.

De tertia restitutione Pauli Constantinopolitani.

Scribit Baronius Paulum civitate sua atque ecclesia pulsum, Romam ad Julium se contulisse: cumque ab eo literas accepisset quibus in sedem suam restituebatur, eas literas effectum caruisse, quippe cum Paulus non nisi post Serdicense concilium ecclesiam suam recuperaverit. Sed Baronio assentiri non possum. Primo enim falsum est Paulum tunc temporis Romam venisse, ut in superiori capite demonstravi. Nec verius est quod asserit Baronius, Paulum Serdicensis synodi sententia restitutum esse. Certe in epistola synodica Serdicensis concilii, nulla ejus rei fit mentio. Immo vero Theodorus in libro secundo Historiæ Ecclesiasticæ diserte affirmat, Paulum Serdicensi concilio minime interfuisse. Obstitisse enim cives

urbis Constantinopolitanæ quominus eo proficisceretur, veritos silicet ne ab Arianis in itinere per insidias interficeretur. Sed et orientales apud Serdicam episcopi, in synodica sua aperte significant, Paulum ab ea synodo abfuisse, ut recte observavit Blondellus in libro de Primatu in Ecclesia. Jam ergo ante synodum Serdicensem Paulus episcopatus sui locum receperat. Quod quidem a Constantio factum fuisse arbitror, vel in gratiam Constantinopolitanorum, qui Paulum præcipuo quodam amore ac studio prosequerentur; vel ob metum Constantis Augusti, qui frequentibus literis ad Constantium missis, ut Paulus, Athanasius, et reliqui orientis episcopi suas in sedes restituerentur, postulaverat. Sane rationi consentaneum fuit, ut quoniam inter duos fratres Augustos tandem convenerat, ut ad causam episcoporum dijudicandam generalis synodus apud Serdicam congregaretur, episcopi omnes vinculis atque exsilio solverentur, quo libera ipsis facultas veniendi ad concilium suppeteret. Hanc igitur ob causam, ni fallor, Paulus a Singarensi et Emiseno exsilio reversus est Constantinopolim. Unde cum ad Serdicense concilium proficisci vellet, a Constantinopolitanis civibus detentus est, ut docet Theodoritus.

CAP. VIII.

De ultimo Pauli exsilio, ejusque obitu.

Post mortem Constantis Augusti, quæ contigit anno Christi 350, Ariani omni metu jam vacui, adversus catholicos antistites multo gravius quam antehac insurrexerunt. Ac primum omnium Paulum aggressi, persuadent Constantio, ut illum in exsiliu eiciat, Macedonium vero ejus loco in Constantinopolitanam ecclesiam inducat. Imperator igitur qui Arianæ perfidiæ patrociniu palam susceperat, mandat Philippo præfecto prætorio per Orientem, ut Paulum e sede sua protinus exturbet. Qui accepto principis mandato, Hermogenis magistri militum casu admonitus, rem prudentius aggredi statuit. Ingressus itaque lavacrum Zeugippi, Paulum ad se accersivit, quasi de publico quodam negotio cum eo consulturus. Qui cum venisset, præfectus clam per fenestram quandam eum demisit, et in palatium abripi jussit. Atque inde navigio impositum, in exsiliu misit Cucusum, Cappadociæ oppidum

quod postea minori Armeniæ contributum est. Ibi eum Eusebiani in arctissimo et obscurissimo quodam loco recluserunt, subtracto ei penitus alimento, ut hominem inedia enecarent. Post sextum autem diem ingressi, cum eum adhuc spirantem reperissent, contortis pallii laciniis strangularunt, quemadmodum scribit Athanasius in Epistola ad Solitarios. Et Athanasius quidem hoc Pauli exsilium quartum vocat. Ego vero tertium mallem dicere. Nam Singarenum et Emisenum, licet locis diversa sint, pro unico tamen exsilio sunt accipienda: cum Paulus a Singaris quo primum fuerat relegatus, postea translatus sit Emesam. Quod autem Socrates atque Sozomenus scribunt, Paulum a Philippo præfecto Thessalonicam esse relegatum, dupliciter falluntur, et in loci, et in temporis notatione. Id enim factum esse scribunt paulo post necem Hermogenis, id est anno Christi 342, quo quidem tempore Philippus non erat præfectus prætorii. Neque vero Philippus tunc potuit Paulum relegare Thessalonicam, quæ urbs tum parebat Constanti Augusto, non autem Constantio, sub quo præfecturam gerebat Philippus. Quare verius est quod Baronius scribit, hæc adversus Paulum a Philippo gesta esse anno Domini 351: quo anno Philippum præfectum prætorio fuisse, præter Athanasium docent leges Codicis Theodosiani, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Sed tunc ut dixi, id est anno 351, Paulus non in urbem Thessalonicam relegatus est, sed Cucusum, ut testatur Athanasius. Quomodo enim Thessalonicam relegari potuisset, quæ erat ipsius patria, sicut fatentur Sozomenus et Socrates? Quid magis contrarium, quam patria et exsilium? Benigne igitur cum Paulo actum esse oportet tunc cum missus est Thessalonicam. Quid ergo, dicet aliquis: An prorsus falsum erit quod aiunt Sozomenus et Socrates, Paulum Thessalonicam venisse, atque inde Corinthum proficisci simulantem, Romam navigasse? Id omnino verum puto, sed alio factum tempore tunc scilicet cum Paulus primum depositus est ac damnatus, suffecto in ejus locum Eusebio Nicomediense. Eo siquidem tempore Paulus cum liberam haberet vagandi potestatem, Thessalonicam et Romam et in alias urbes occidentalis imperii pro arbitrio suo proficisci potuit, quemadmodum superius observavi.

CAP. IX.

Cur Athanasius inter orthodoxos episcopos Paulum Constantinopolitanum minime recensuerit.

Mirari quis non immerito potest, quid causæ sit cur Athanasius in Oratione prima contra Arianos, orthodoxorum episcoporum indicem texens, qui Nicænam fidem constanter asseruerant, Pauli nostri nomen prætermiserit: quem tamen constat pro Nicæni concilii doctrina ac fide adversus Arianos fortiter decertasse. Certe Athanasius in oratione supra memorata mentionem facit Alexandri episcopi Constantinopolitani. Cur ergo Paulum quoque Alexandri successorem ei minime adjunxit? Nec est quod quis objiciat, Athanasium eo loco illos duntaxat episcopos commemorasse, qui jam fato functi essent; ac proinde Paulum ab illo præteritum esse, eo quod adhuc superstes esset. Hæc responsio admitti forsitan posset, si Paulus Constantinopolitanus superstes adhuc fuisset eo tempore, quo prima hæc oratio adversus Arianos scripta est ab Athanasio. Verum antequam eam orationem, seu potius epistolam scriberet Athanasius, Paulus jam e vivis excesserat. Mortuus est enim anno natalis Dominici 351 aut 352, ut ad Historiam Socratis observavi. Hæc autem Oratio adversus Arianos scripta est ab Athanasio post enthronismum Georgii, anno Christi 356, sicut in superiore libro adnotavi. Alia igitur hujus rei causa inquirenda est. Neque enim sine causa, aut per negligentiam id ab Athanasio factum esse crediderim. Existimo igitur Athanasium eo loco de industria Pauli nomen prætermisisse, eo quod in concilio Tyri cum Arianis permixtus, condemnationi ipsius subscripserat, ut supra vidimus. Eandem ob causam Maximi quoque Hierosolymorum episcopi nomen ibidem reticuit, licet Macarii Hierosolymitani mentionem fecisset. Quod quidem non ulciscendi animo ad Athanasio factum esse credendum est. Procul enim aberat ab hoc affectu Athanasius. Sed quoniam Athanasius eo loco illos duntaxat episcopos commemorare decreverat, qui procul ab omni crimine, et ab omni macula Arianæ communionis perpetuo abfuissent, idcirco Paulum et Maximum in eo numero noluit recensere, quos sciebat in illa apud Tyrum synodo communionem Arianorum fuisse pollutos.

quod postea minori Armeniæ contributum est. Ibi eum Eusebiani in aretissimo et obscurissimo quodam loco recluserunt, subtracto ei penitus alimento, ut hominem inedia enecarent. Post sextum autem diem ingressi, cum eum adhuc spirantem reperissent, contortis pallii laciniis strangularunt, quemadmodum scribit Athanasius in Epistola ad Solitarios. Et Athanasius quidem hoc Pauli exsilium quartum vocat. Ego vero tertium mallet dicere. Nam Singarenum et Emisenum, licet locis diversa sint, pro unico tamen exsilio sunt accipienda: cum Paulus a Singaris quo primum fuerat relegatus, postea translatus sit Emesam. Quod autem Socrates atque Sozomenus scribunt, Paulum a Philippo præfecto Thessalonicam esse relegatum, dupliciter falluntur, et in loci, et in temporis notatione. Id enim factum esse scribunt paulo post necem Hermogenis, id est anno Christi 342, quo quidem tempore Philippus non erat præfectus prætorii. Neque vero Philippus tunc potuit Paulum relegare Thessalonicam, quæ urbs tum parebat Constanti Augusto, non autem Constantio, sub quo præfecturam gerebat Philippus. Quare verius est quod Baronius scribit, hæc adversus Paulum a Philippo gesta esse anno Domini 351: quo anno Philippum præfectum prætorio fuisse, præter Athanasium docent leges Codicis Theodosiani, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Sed tunc ut dixi, id est anno 351, Paulus non in urbem Thessalonicam relegatus est, sed Cucusum, ut testatur Athanasius. Quomodo enim Thessalonicam relegari potuisset, quæ erat ipsius patria, sicut fatentur Sozomenus et Socrates? Quid magis contrarium, quam patria et exsilium? Benigne igitur cum Paulo actum esse oportet tunc cum missus est Thessalonicam. Quid ergo, dicet aliquis: An prorsus falsum erit quod aiunt Sozomenus et Socrates, Paulum Thessalonicam venisse, atque inde Corinthum proficisci simulantem, Romam navigasse? Id omnino verum puto, sed alio factum tempore tunc scilicet cum Paulus primum depositus est ac damnatus, suffecto in ejus locum Eusebio Nicomediense. Eo siquidem tempore Paulus cum liberam haberet vagandi potestatem, Thessalonicam et Romam et in alias urbes occidentalis imperii pro arbitrio suo proficisci potuit, quemadmodum superius observavi.

CAP. IX.

Cur Athanasius inter orthodoxos episcopos Paulum Constantinopolitanum minime recensuerit.

Mirari quis non immerito potest, quid causæ sit cur Athanasius in Oratione prima contra Arianos, orthodoxorum episcoporum indicem texens, qui Nicænam fidem constanter asseruerant, Pauli nostri nomen prætermiserit: quem tamen constat pro Nicæni concilii doctrina ac fide adversus Arianos fortiter decertasse. Certe Athanasius in oratione supra memorata mentionem facit Alexandri episcopi Constantinopolitani. Cur ergo Paulum quoque Alexandri successorem ei minime adjunxit? Nec est quod quis objiciat, Athanasium eo loco illos duntaxat episcopos commemorasse, qui jam fato functi essent; ac proinde Paulum ab illo præteritum esse, eo quod adhuc superstes esset. Hæc responsio admitti forsitan posset, si Paulus Constantinopolitanus superstes adhuc fuisset eo tempore, quo prima hæc oratio adversus Arianos scripta est ab Athanasio. Verum antequam eam orationem, seu potius epistolam scriberet Athanasius, Paulus jam e vivis excesserat. Mortuus est enim anno natalis Dominici 351 aut 352, ut ad Historiam Socratis observavi. Hæc autem Oratio adversus Arianos scripta est ab Athanasio post enthronismum Georgii, anno Christi 356, sicut in superiore libro adnotavi. Alia igitur hujus rei causa inquirenda est. Neque enim sine causa, aut per negligentiam id ab Athanasio factum esse crediderim. Existimo igitur Athanasium eo loco de industria Pauli nomen prætermisisse, eo quod in concilio Tyri cum Arianis permixtus, condemnationi ipsius subscripserat, ut supra vidimus. Eandem ob causam Maximi quoque Hierosolymorum episcopi nomen ibidem reticuit, licet Macarii Hierosolymitani mentionem fecisset. Quod quidem non ulciscendi animo ad Athanasio factum esse credendum est. Procul enim aberat ab hoc affectu Athanasius. Sed quoniam Athanasius eo loco illos duntaxat episcopos commemorare decreverat, qui procul ab omni crimine, et ab omni macula Arianæ communionis perpetuo abfuissent, idcirco Paulum et Maximum in eo numero noluit recensere, quos sciebat in illa apud Tyrum synodo communionem Arianorum fuisse pollutos.

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

ANTE annos plus minus quadraginta, gravis inter eruditos orta est controversia de sexto canone concilii Nicæni. Ad cuius expositionem multa tunc allata sunt a multis, dum singuli canonem illum ad suas partes trahere conantur. Sed cum doctissimi homines de ecclesiis ac regionibus suburbicariis acrius inter se contenderent, Rufini interpretationem potius, quam canonis ipsius verba exposuerunt. Exstitit postea Joannes Launoius, magni nominis Theologus, qui haud ita dudum librum edidit De Recta Interpretatione sexti canonis Nicæni. Verum hic quoque ad eundem quem priores illi lapidem impegit: Et quod in titulo operis sui promiserat, id duabus editionibus implere non valuit. Erroris autem causam ei præbuit prava via ac methodus, qua in ejus canonis expositione usus est. Nam cum canon Nicæni concilii exponendus esset sicut a Nicænis patribus est editus, et post Græcorum verborum explicationem ordine progrediendum esset ad explicationem interpretationis Rufinianæ: contra Joannes Launoius primo quidem sensum Rufini investigavit, deinde verba ipsa Nicænorum patrum, juxta eum sensum quem Rufini verbis tribuerat, exposuit. Nos vero interpretationem Rufini in præsentiarum quidem omittimus, quippe quæ verius paraphrasis sit quam versio. Ipsum vero canonem, prout a trecentis illis episcopis promulgatus est, proponentes, explicare conabimur.

Sic igitur habet canon sextus. τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατεῖτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον, πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν· ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σὺνηθές ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεία σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις· καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἢ μεγάλη σύνοδος ὄρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. Quæ verba Dionysius Exiguus ita Latine vertit. “Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam et Pentapolim, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem: quia et urbis Romæ episcopo parilis

mos est. Similiter autem et apud Antiochiam ceterasque provincias suis privilegia servantur ecclesiis. Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter Metropolitanam sententiam fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere."

CAP. II.

Duo præcipue in hoc canone notanda sunt. Primum est, hic agi de patriarchis. Alterum est non de sola ordinatione hic agi, sed de omni jure patriarchico. Ac prius quidem illud ita demonstrari potest. Patres concilii Nicæni, cum ecclesiarum quieti prospicerent, in canone quarto sanxerunt quo rite celebrandæ essent episcoporum electiones, easque a metropolitanis episcopis confirmari voluerunt. Cum igitur potestas metropolitanorum in capite illo quarto abunde stabilita esset, quid opus erat rursus in sexto de metropolitanis dicere? Prorsus inanis ac superflua esset hæc repetitio, quæ in viros tam graves cadere non potest. Præterea in hoc capite sexto agitur de episcopis qui regunt dioccesim, non autem de his qui regunt unicam provinciam. Atqui metropolitani unam duntaxat provinciam regunt. Singuli enim præsent episcopis suæ provinciæ, patriarchæ vero dioccesim, id est multas simul junctas provincias administrant, et subjectos sibi habent multos metropolitanos. De his ergo intelligendus est hic canon, non de simplicibus metropolitanis. Alioqui manca atque imperfecta esset constitutio patrum Nicænorum. Cum enim episcoporum ordinationi abunde prospexissent, quam a metropolitanis confirmari sanxerunt, restabat ut de metropolitanorum ipsorum ordinatione statuerent. Id autem diserte faciunt hoc canone 6, illos a patriarchis ordinari jubentes, qui sunt metropolitani metropolitanorum. Ita omnino intelligenda sunt hæc verba canonis nostri. *Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter metropolitanam sententiam fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere.* Certe Johannes Zonaras metropolitanos hoc loco interpretatur patriarchas, qui sunt majores metropolitani. Nam cum Alexandria metropolis sit totius Ægypti, et cum Antiochia a veteribus dicta sit metropolis totius Orientis, 395 episcopi illarum civitatum, metropolitani jure dici possunt.

Cumque patriarcharum nomen nondum usurpari cepisset, pro patriarchis Nicæni patres metropolitanos videntur posuisse.

CAP. III.

Omnes certe, tam antiqui quam recentiores qui ante Lau-noium scripsere, canonem hunc de patriarchis intellexere. Primum enim Innocentius papa in epistola ad Alexandrum, hunc Nicænum canonem ita intellexit: ait siquidem Antiochenam ecclesiam a Nicænis patribus hoc decreto, non supra unam provinciam, sed supra suam diœcesim esse constitutam. Deinde addit Antiochenum episcopum metropolitanos præcipuo quodam jure ordinare solitum esse, ex auctoritate scilicet hujus canonis Nicæni. Atqui ista solis conveniunt patriarchis. Hi enim soli diœcesim habent, et metropolitanos ordinant, ut infra videbimus.

Innocentio accedit Hieronymus in epistola ad Pammachium de erroribus Joannis Hierosolymitani, ita scribens. *Tu qui regulas quæris ecclesiasticas, et Nicæni concilii canonibus uteris, et alienos clericos, et cum suis episcopis commorantes tibi niteris usurpare, responde mihi, ad Alexandrinum episcopum Palestina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palestina metropolis Cæsarea sit, et totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem episcopum referre debueras, cui spreta communionis tua communicare nos noveras: aut si procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius literæ dirigendæ.* Fatetur Launoius, sextum canonem Nicæni concilii hic ab Hieronymo designari. Cum ergo dicat Hieronymus, Antiochenum episcopum ex decreto illius canonis, habuisse jus in ecclesiam Palestinæ, idque supra metropolitanum episcopum, de patriarchis eum canonem intellexerit necesse est. Patriarchæ enim erant supra metropolitanos, et quasi metropolitani metropolitanorum, ut supra dixi. Unde etiam Hieronymus, tam Antiochenum, quam Cæsariensem episcopum ibidem vocat metropolitanum, sic enim subjungit: *Sed novi cur Cæsaream, cur Antiochiam nolueris mittere. Sciebas quid fugeres, quid vitares. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum metropolitanum tuo honorem reddere.* Recte ergo Petrus de Marca observavit, canonem sextum Nicæni concilii de patriarchis, et de patriarchico jure intellectum esse ab Hieronymo.

Præterea Joannes Scholasticus, qui regnante Justiniano patriarcha fuit Constantinopoleos, in collectione canonum nuper Parisiis edita, sextum hunc canonem de patriarchis intelligit. Nam in primo titulo collectionis suæ, qui est de patriarchis, hunc sextum canonem Nicæni concilii primo loco ponit. Fuit autem Joannes Scholasticus patriarcha, ut jam dixi; ac proinde patriarcharum jura ignorare non potuit. Frustraque omnino Launoius ejus auctoritatem imminuere conatur, dum ei objicit, quod sub titulo de patriarchis septimum canonem concilii Nicæni retulerit, in quo agitur de honore Æliensis episcopi. Primo enim responderi potest, id additum esse recentiore manu, nec ab ipso Joanne Scholastico scriptum. Cur enim quæso, Joannes Antiochenus a canone septimo Nicæni concilii, potius quam a sexto ordiri maluisset? Deinde dici potest canonem illum septimum, licet re vera non agat de jure patriarchico episcopi Hierosolymorum, videri tamen ei juri occasionem præbuisse. Auctoritate enim hujus canonis nixi antistites Hierosolymitani, altius paulatim sese attollere cœperunt.

Sed et octava synodus canonem hunc non aliter intellexit. Sic enim habet in actione decima capite decimo septimo. *De Potestate Patriarcharum, et Metropolitanorum ad eos adventu.* "Sancta et universalis Nicæna prima synodus antiquam consuetudinem jubet servari per Ægyptum, et provincias quæ sub ipso sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus episcopus habeat potestatem, dicens quia et in Romanorum civitate hujusmodi mos prævaluit: qua pro causa et hæc magna et sancta synodus, tam in seniori et nova Roma, quam in sede Antiochiæ, et Hierosolymorum, priscam consuetudinem decernit in omnibus conservari, ita ut earum præsules universorum metropolitanorum qui ab ipsis promoventur, et sive per manus impositionem, sive per pallii dationem episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem: videlicet ad convocandum eos, urgente necessitate, ad synodalem conventum, vel etiam ad coëroendum illos et corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit." Et paulo post iidem patres de concilii patriarcharum ita scribunt. "Sed sancta hæc et universalis synodus, nec concilia quæ a metropolitanis fiunt interdicens, multo magis illa novit rationabiliora

esse ac utiliora metropolitanorum conciliis, quæ a patriarchali sede congregantur; et idcirco hæc fieri exigit. A metropolita quippe unius quidem provinciæ dispositio efficitur: a patriarcha vero sæpe totius causa diceceseos dispensatur." Quibus verbis sententia nostra apertissime confirmatur. Aiunt enim sanctissimi patres, in canone sexto Nicæni concilii, neque enim alium canonem designant, agi de patriarchis et de jure patriarchico. Confirmant præterea id quod superius observavi: patriarcham hoc præcipue differre a metropolita, quod metropolita quidem præest uni provinciæ: patriarcha vero regit integram dicecesim.

Sufficere poterat auctoritas concilii generalis, cui nefas est refragari. Omnes certe canonum interpretes Græci hunc canonem nostrum de patriarchis exposuerunt. Ita Zonaras et Balsamo, qui profecto melius canones intellexerunt quam Launois. Nec est quod quis objiciat, Græcos solos in ea fuisse sententia. Nego ullum unquam, seu Latinum, seu Græcum adhuc exstitisse, qui aliter eum canonem acceperit.

CAP. IV.

Sed dicet aliquis id quod a Launoio dictum est, patriarcharum nomen diu post tempora concilii Nicæni usurpari cœpisse, ac proinde in concilio Nicæno de illis agi non posse. Equidem fateor nomen patriarcharum post Nicænsæ synodi tempora invaluisse. Verum res ipsa nihilominus exstabat ante concilium Nicænum. Natura enim ita comparatum est, ut nomina rebus ipsis posteriora sint. At tu dices Alexandrinum pontificem non re vera fuisse patriarcham ante concilium Nicænum, cum ante illud concilium totam Ægyptum et Libyam ac Pentapolim rexerit, idque ex vetusta consuetudine, ut testantur patres Nicæni? Dic mihi igitur, quandonam Alexandrinus episcopus cœperit esse patriarcha? Idem de episcopo Romano et Antiocheno sentiendum est, eos semper fuisse patriarchas jam inde a primis Ecclesiæ temporibus, licet serius patriarchæ vocitati sint. Duo tantum in Ecclesia patriarchæ allekti sunt, Constantinopolitanus scilicet et Hierosolymitanus. Tres vero illi quos dixi, jam inde ab apostolicis temporibus, et ab ipsis Ecclesiæ cunabulis, patriarchæ fuerunt, id est patriarchicum jus obtinuerunt.

CAP. V.

Abunde, ut opinor, probavimus sextum canonem Nicænae synodi de patriarchis intelligendum esse qui dicecesim regunt, non autem de metropolitanis, qui uni tantum provinciæ præesse noscuntur. Idque confirmat etiam canon secundus concilii Constantinopolitani. In quo episcopi centum quinquaginta decretum Nicænae synodi confirmantes, supradictum canonem sextum explicant de episcopis qui dicecesim regunt. Ii vero non alii sunt quam patriarchæ. Superest ut ostendamus quod initio promisimus, non de sola ordinatione agi in eodem canone, sed de omni jure patriarchico. Id vero ita demonstrari facile potest. Si patres Nicæni concilii de sola ordinatione agere voluissent, nomen ordinationis omnino possuissent in hoc capite, et reliqua omnia exceperunt. Id enim ratio postulat. Atqui ordinationis nullam prorsus mentionem fecere; immo generaliter locuti sunt. Audi enim illorum verba: *ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν*: id est, *ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem*. Quod si quis dicat, his vocibus: *horum omnium*: loca duntaxat intelligi, Ægyptum scilicet et Libyam ac Pentapolim, ne sic quidem effugiet. Nam in his omnibus locis potestatem habere dicitur episcopus Alexandriæ. Est autem potestas nomen generale, et ad omnia extenditur nisi termino aliquo circumscribatur. Cum igitur patres Nicæni nullis eam finibus constrinxerint, id nos temere facere non debemus. Certe episcopi synodi Chalcedonensis, eo sensu quem dixi Nicænum canonem acceperunt. Ita enim eum referunt in actione decima sexta: *ὥστε τὸν ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας πάντων ἔχειν ἐξουσίαν*. Sed ut omnis tollatur difficultas, videndum est quidnam juris in Ægypto, Libya et Pentapoli, Alexandrinus pontifex habuerit ante concilium Nicænum. Nam si ostenderimus, ante illam synodum episcopum Alexandriæ omnium ecclesiasticorum negotiorum potestatem in illis provinciis habuisse, liquido apparebit, Nicænos patres in hoc canone non de sola ordinatione egisse, cum nihil ex antiqua consuetudine minuerint, sed eam potius confirmaverint.

CAP. VI.

396

Primum igitur reperio, episcopum Alexandrinum diu ante

tempora concilii Nicæni curam habuisse Pentapoleos. Cum enim Sabellius errorem suum apud Ptolemaidem urbem Pentapoleos disseminare cœpisset, multique statim ei contradixissent ex catholicis viris, utraque pars tam Sabellii, quam catholicorum, legatos misit ad Dionysium Alexandrinum episcopum; qui auditis partibus, quid sentiendum esset definivit, scripsitque ea de re ad ecclesiam Ptolemaidis. Docet id Dionysius ipse in epistola ad Xystum Romanæ urbis episcopum: ejusque verba referuntur ad Eusebio in libro septimo Historiæ Ecclesiasticæ. Idem confirmat Athanasius in libro de sententia Dionysii Alexandrini contra Arianos, cujus locum adversus semetipsum protulit Launoius. *In Pentapoli superioris Libyæ, quidam episcoporum sententias Sabellii amplectebantur seqq. Recognita Dionysius ad cujus curam eæ ecclesiæ pertinebant, legatos misit, qui auctores harum rerum ab illis pravis opinionibus retraherent.* Sed et Libyam ante concilium Nicænum, sub Alexandrini pontificis dispositione fuisse docet idem Dionysius in epistola ad Germanum, quæ refertur ab Eusebio in libro septimo. Nam cum Dionysius relegatus esset in vicum Libyæ Cephron, ait se illic verbum Dei incolis prædicasse, multosque sua prædicatione conversos fuisse ad fidem Christi. Quod quidem episcopalis jurisdictionis esse nemo, ut opinor, ambigit. Jam vero provinciam Thebaidis ante Nicæna tempora Alexandrino episcopo subjacuisse, apparet ex historia Meletii. Qui cum esset episcopus Lycopolis in Thebaide, et multa contra leges ecclesiasticas fecisse, adeoque diis Gentium sacrificasse argueretur, collecta synodo a Petro Alexandrino depositus est, viginti plus minus annis ante concilium Nicænum, ut scribit Athanasius in Apologia adversus Arianos. Idem confirmat Epiphanius in hæresi 68, ubi scribit Meletium illum Thebaidis episcopum, subjacuisse Petro Alexandrino episcopo, et ad illum ecclesiastica negotia retulisse, ex more institutoque veteri: *Hic enim mos est, inquit, Alexandrinorum Archiepiscoporum, ut per totam Ægyptum ac Thebaidem, Libyam, Ammoniacam, Marcotidem ac Pentapolim, ecclesiastica negotia administrent.* Non igitur solius ordinationis, sed omnium ecclesiæ negotiorum cura per eas regiones ad episcopum Alexandriæ pertinebat, idque ante synodum Nicænam. Quare cum Nicæni patres antiquas consuetudines in Ægypto firma-

verint, apparet eos non de sola ordinatione locutos esse, sed de omnibus negotiis ecclesiasticis. Omnes certe Ægypti episcopi ita semper hunc canonem intellexerunt, quemadmodum discimus ex concilio Chalcedonensi, actione 4, ubi Hieracius episcopus Ægypti, nomine episcoporum totius provinciæ ita dicit: *De epistola autem sanctissimi et Deo amicissimi archiepiscopi Romani Leonis, sciunt omnes sanctissimi patres nostri, quia in omnibus expectamus sententiam sanctissimi archiepiscopi; et petimus vestram clementiam expectare præsidentis nostri præsentiam, quia eum in omnibus sequimur. Nam et s. Patres qui in Nicæa congregati sunt 318, hanc regulam dederunt, ut sequatur omnis Ægyptiaca diocesis archiepiscopum magnæ urbis Alexandrinæ, et nihil absque ipso agatur ab aliquo ei subjacente episcopo.*

CAP. VII.

Abunde, ut opinor, probavimus id quod initio hujus disputationis polliciti eramus, canonem sextum concilii Nicæni de patriarchis agere quatenus patriarchæ sunt; nec de sola ordinatione accipiendum esse, sed de omni jure patriarchico. Nunc ad reliqua pergamus. Sequitur in dicto canone; *Quia et episcopo Romano parilis mos est.* Græca sic habent: *ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστι.* Quæ verba cum sint per se manifestissima, variis tamen multorum expositionibus in absurdissimum sensum detorta sunt, nos verbis ipsis inhærentes, sententiam Nicænorum patrum investigare conabimur. Duas igitur causas decreti sui afferunt sanctissimi antistites, quamobrem scilicet episcopus Alexandriae per Ægyptum, Libyam ac Pentapolim, omnimodam habeat potestatem. Prima est, vetus consuetudo illorum locorum. Sic enim dicunt, *antiqua consuetudo servetur per Ægyptum* seqq. Secundam deinde causam afferunt, exemplum episcopi Romani. Hanc enim vim habent hæc verba: *ἐπειδὴ καὶ* seqq. Ubi duo notanda sunt. Primum est episcopum Romanum proponi quasi exemplum et normam reliquorum patriarcharum. Deinde nihil in hoc canone statui de episcopo Romano, cum tamen de aliis aliquid statuatur, puta de Alexandrino, Antiocheno, et Hierosolymitano. Recte ergo Nicolaus papa in epistola ad Michaëlem imperatorem ita scribit: *Denique si instituta Nicænæ synodi diligenter inspiciantur, invenietur pro-*

fecto, quia Romanæ ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementum, sed potius ex ejus forma, quod Alexandrinæ ecclesiæ tribueret particulariter, sumpsit exemplum. Quod cum verissime dictum sit a Nicolao, Launoius tamen in dissertatione sua reprehendit. Nihil enim Alexandrino pontifici a Nicænis patribus tributum fuisse contendit, idque fere omnibus paginis inculcat. Verum ipse longe fallitur. Nam cum Alexandrini pontifices ante concilium Nicænum potestatem, quam in ecclesiis totius Ægypti habebant, sola consuetudine et antiquitate defenderent, Nicæni patres eam possessionem decreto suo confirmarunt. Multum ergo tribuerunt Alexandrino pontifici, qui potestatem ejus speciali canone stabilierunt, ita ut nemo in posterum ei refragari posset. Idem est igitur ac si diceres, cum senatus Parisiensis possessionem alicujus fundi aut juris uni ex litigantibus adjudicat, nihil illi tribuere. Post concilium Nicænum episcopi Alexandrini ex auctoritate universalis concilii sibi vindicarunt, id quod antea sola consuetudine usurpabant. Jus ergo illorum sancitum est et firmatum a synodo Nicæna, idque exemplo episcopi Romani. Id enim sibi volunt hæc verba: *Quia et episcopo urbis Romæ parilis mos est.* Idem est enim ac si dicerent, episcopus Alexandriae in toto Ægypto omnem habeat potestatem, quia episcopi quoque Romani eadem est consuetudo. Quibus verbis patres Nicæni primatum sedis Romanæ manifeste agnoscunt. Illud enim sine dubio primum est, quod est norma ac regula ceterorum. Hinc factum est, ut in quibusdam antiquis collectionibus hic canon inscriptus sit, De Primatu Ecclesiæ Romanæ. Ita certe sentit Gelasius papa in epistola ad orientales de nomine Acacii pag. 183, his verbis: *Qua enim ratione vel consequentia aliis sedibus defendendum est, si primæ b. Petri sedi antiqua et vetusta reverentia non defertur, per quam omnium sacerdotum dignitas semper est roborata atque firmata, trecentorumque decem et octo patrum invicto et singulari judicio vetustissimus judicatus est honor.* Sed et ante Gelasium Bonifacius papa in epist. ad episcopos Thessaliæ idem observarat, ita dicens: *Nicænae synodi non aliud præcepta testantur: adeo ut non aliquid super eo causa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic noverat Domini sermone concessa seqq.* Verum hic primatus multo apertius stabilitus

est in synodo Constantinopolitana, quæ præcepit ut episcopus Constantinopoleos secundum locum haberet post episcopum Romanum.

Illud præterea notandum est, Nicænos patres qui episcopi Alexandrini diocesim definierant, episcopi Romani non definiisse. Quod prudenter ab illis factum est. Nam cum ea synodus fere tantum ex orientalibus constaret episcopis, et ad Orientis atque Ægypti negotia ordinanda tantum esset congregata, de Romana diocesi nihil decrevit: sive quod ejus terminos non satis cognosceret, sive quod nihil ad se et ad præsentem quæstionem hoc facere existimaret. Porro cum patres synodi Nicænæ, potestatem quam habebat Alexandrinus pontifex per totam Ægyptiacam diocesim, comparent cum ea potestate quam habebat Romanus pontifex, omnino intellexerunt potestatem quam habet episcopus Romanus in sua diocesi. Utraque enim ex æquo sibi respondere debent: et sicut Alexandrinus componitur cum Romano, ita diocesis conferenda est cum diocesi. Alioqui inepta et imperfecta esset comparatio, si de Alexandrino quidem pontifice loquentes episcopi, universam ejus diocesim seu patriarchatum comprehenderent: de Romano vero pontifice non item, sed solam ejus provinciam Romanam intelligerent, quod est absurdissimum. Comparant igitur Nicæni patres et episcopum episcopo, et diocesim diocesi, et potestatem potestati, et consuetudinem consuetudini: consuetudinem scilicet regionum Ægypti, consuetudini dioceseseos Romanæ. Juxta has regulas intelligenda est expositio Rufini, qui hunc canonem ita interpretatus est. *Ut apud Alexandriam et in urbe Roma vetusta consuetudo seruetur, ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum ecclesiarum sollicitudinem gerat.* Per suburbicarias enim ecclesias intelligit Rufinus eas, quæ sunt sub episcopo urbis Romæ. Nam suburbicariæ ecclesiæ eodem modo dicuntur, quo suburbicariæ provinciæ. Ut ergo suburbicariæ provinciæ appellantur, quæ erant sub vicario urbis Romæ, sic ecclesiæ suburbicariæ dicuntur a Rufino, quæcunque subiacebant episcopo urbis Romæ. Et quemadmodum provinciæ suburbicariæ peculiarem constituebant diocesim vicarii urbis Romæ, ita ecclesiæ suburbicariæ diocesim constituunt episcopi Romani. Verum qui fuerint termini hujus dioceseseos temporibus

concilii Nicæni, haud facile fuerit affirmare. Tutissimum tamen mihi videtur, sequi sententiam Græcorum interpretum, qui Romano patriarchæ universum Occidentem adscribunt, licet id Romanis displiceat. Certe patres qui Arelatensi concilio interfuerunt, patriarchatum episcopi Romani non aliter 397 videntur accepisse. Sic enim loquuntur in epistola synodica quam ad Silvestrum papam scripserunt: *Placuit etiam, antequam a te qui majores dioceses tenes, per se potissimum omnibus insinuari.* Quæ sunt enim illæ majores dioceses, quas Romanus episcopus tenere dicitur, nisi Occidentis provinciæ? Quæ si cum Alexandrino vel Antiocheno patriarchatu comparentur, longe majores et ampliores esse deprehenduntur.

CAP. VIII.

Exposito canone concilii Nicæni, jam tempus est ut argumenta quibus Joannes Launoius sententiam suam firmare nititur, paucis refellamus. Ait igitur Launoius temeritatem Meletii causam huic canoni præbuisse. Nam cum Meletius in multis Ægypti regionibus ordinationes facere præsumpsisset, patres audaciam illius hoc canone represserunt, et pristinum jus Alexandrini antistitis confirmarunt. Hæc est argumentatio Launoii in capite I, Dissertationis de sexto canone Nicæno. Sed Launoius ante omnia probare debuerat, hanc fuisse causam condendi canonis. Cujus tamen rei nullum affert testimonium, sed sibi id affirmanti credi postulat. At nos in his præsertim rebus, sine teste nihil credimus. In hoc canone non de solo Alexandriae episcopo, sed etiam de Antiocheno aliisque agitur metropolitanis. Quid ad hos pertinuit Meletii schisma? Quod si contendis non aliam hujus canonis promulgandi causam fuisse, concedamus hoc tibi, si placet. An ex eo sequitur id quod vis, in hoc canone agi tantum de ordinatione? Nullo certe modo. Singularis enim res causam interdum præbere potest generali constitutioni. Nec magis firmum est quod in eodem capite scribis, hunc canonem 6, esse quandam velut exceptionem canonis 4, quo jus ac potestas confirmandarum ordinationum in singulis provinciis tribuitur metropolitano: Tu vero in Alexandrina et Romana diocesi metropolitanos nullum jus habuisse censes, in quo tamen tibi assentiri non possum. Synodus enim Nicæna in dicto ca-

none 6 nihil ademit metropolitanis. Quod manifeste confirmat ipsius canonis clausula quæ sic habet: *Illud autem generaliter clarum est, quod si quis præter metropolitani sententiam fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere.* Non igitur canon sextus exceptio est ac restrictio canonis 4, cum eum potius confirmet; nec adimit quidquam potestati metropolitanorum, sed metropolitanis adjungit patriarchas, qui sunt metropolitani metropolitanorum.

CAP. IX.

Multa soles dicere quæ non probas. Tale est illud quod ais pagina quinta, prisco more receptum fuisse ut Alexandrinus episcopus per universam Ægyptum episcopos, presbyteros, ac reliquos ministros ordinaret aut ordinari permetteret. De episcopis quidem tibi facile concedo, eos ab Alexandrino pontifice ordinatos fuisse: non tamen sine consensu metropolitani. Alioqui quodnam jus fuisset metropolitanorum in Ægypto? Neque enim putandum est, metropolitanos Ægypti pejoris fuisse conditionis quam ceteros. De presbyteris vero et aliis clericis nego. Nullum sane hujus rei testimonium profers. Nam quod adducis ex Sozomeni libro primo, ubi Meletius absente Petro qui persecutionis tempore aufugerat, ordinationes ministrorum ad Petrum solum pertinentes sibi vindicasse dicitur, id manifeste intelligendum est de presbyteris et diaconis ecclesiæ Alexandrinæ, quos absente Petro Meletius instituerat. Idque plane confirmat Athanasius in Apologia pag. 788, ubi scribit Alexandrum post synodum Nicænam quæ ordinatos a Meletio confirmaverat, prudenti usum consilio, exegisse a Meletio, ut indiculum sibi daret continentem nomina eorum, qui Alexandriæ ab ipso fuerant ordinati: quem quidem indiculum ibi adfert Athanasius. In eo recensentur nomina omnium episcoporum qui erant partis Meletii per Ægyptum. Sequuntur deinde nomina presbyterorum et diaconorum quos Meletius in urbe et in agro Alexandrino ordinaverat. Quod si alibi quoque presbyteros et diaconos habuisset Meletius, eorumque ordinatio soli competitivisset episcopo Alexandriæ, eorum quoque indiculum Alexander a Meletio flagitasset, ut apparet. Quod cum Alexander non fecerit, prorsus dicendum est, aut Meletium nonnisi Alexandriæ

presbyteros et diaconos ordinasse; aut ordinationem clericorum qui essent extra parœciam Alexandriæ, nihil ad Alexandrinum episcopum pertinuisse. Ex illo igitur Sozomeni loco nihil potes concludere: nihil item ex altero Socratis qui est in lib. vi. cap. 7. Ad quem locum ita observas; duo fecisse Theophilum. Primo episcopum constituisse Hermopoli, deinde clericos a se ordinatos episcopo adjunxisse. Credidisti enim Ammonium et ejus fratrem a Theophilo ordinatos esse clericos ecclesiæ Hermopolitanæ. In eadem quoque sententia fuisse video auctorem Geographiæ Sacræ. Sed profecto longe falleris. Theophilus enim Ammonium et fratrem secum retinuit, eosque clericos ecclesiæ suæ, id est Alexandrinæ ordinavit. Idque tam diserte dicit Socrates, ut mirer a te homine acutissimo id animadversum non fuisse. Quis vero sibi persuadere posset, presbyteros ac diaconos totius Ægypti ab Alexandrino episcopo ordinatos fuisse? Quidnam igitur remansisset episcopis, adempta ipsis ordinatione clericorum? Episcopus enim adempta ordinandi potestate, videtur quodammodo redactus in ordinem presbyterorum, cum hoc maxime episcopus distet a presbytero, quod ordinandi habeat potestatem, ut testatur Hieronymus.

CAP. X.

Notanda est etiam observatio tua quam in hoc capite posuisti pagina 8, ubi inquiris quibus in locis Meletius illicitas ordinationes facere præsumpserit. Ais enim: *Eleutheropoli*, inquit Epiphanius, *Basæ et Æliæ* seqq. Videris omnino has urbes pro Ægypti urbibus accepisse. Vis enim probare Meletium in tota Ægypto episcopos ac presbyteros ordinasse. Has igitur urbes, quæ tamen in Palæstina sunt, Ægypto tribuisti. Alioqui cur eas nominabas? Basam præterea nominas pro Gaza, ut recte legitur in editione Petavii. Ceterum ex hoc Epiphaniæ testimonio apparet, Meletium non in Ægypto solum, sed etiam in Palæstina ordinationes illicitas celebrasse. Cum enim damnatus esset in metalla Palæstinæ quæ Phœnesia dicebantur, in itinere, id est tam eundo quam redeundo, clericos ordinavit. Quod si scire vis in quibusnam Ægypti urbibus episcopos ordinavit Meletius, habes urbium et episcoporum nomina in indiculo Meletii quem refert Athanasius. Quem tu si legisses, testimonium Epiphaniæ omittere poteras.

CAP. XI.

In Corollario quarto ais, inter antiquas consuetudines quarum mentio fit in canone sexto concilii Nicæni, merito collocari posse morem illum quo Romanus episcopus Thessalonicensi episcopo vices suas delegabat. In quo dupliciter falleris: primo cum putas in supradicto canone Nicæno intelligi priscas quasdam consuetudines in regendis ecclesiis. Nullam enim aliam consuetudinem intelligunt Nicæni patres, quam illam quæ mox ab ipsis subjungitur, ut scilicet episcopus Alexandriae per universam Ægyptum omnium habeat potestatem: similiter episcopus Antiochiæ in sua dicecesi, et singuli metropolitani in suis provinciis. Quod autem putas, morem illum Romanorum antistitem qui Thessalonicensi episcopo vices suas mandabant, vetustiore fuisse concilio Nicæno, refellit te concilium Romanum, quod nuper editum est a Luca Holstenio. Illic enim cum origo ejus moris ab ultima vetustate repeteretur, nulla ejus ante pontificatum Damasi proferuntur indicia.

CAP. XII.

In Corollario decimo quarto, ubi refertur epistolam Innocentii papæ ad Alexandrum episcopum Antiochenum, male reprehendis doctissimum antistitem Petrum de Marca, qui recte notaverat, Innocentium in dicta epistola de jure patriarchico episcopi Antiocheni locutum esse, et prædictum canonem Nicænum eo sensu accepisse. Verba Innocentii sunt: *Revolventes itaque auctoritatem Nicænæ synodi, quæ unam omnium per orbem terrarum mentem explicat sacerdotum, quæ censuit de Antiochena ecclesia cunctis fidelibus, ne dixerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, qua super dioccesim suam prædictam ecclesiam, non super aliquam provinciam noscimus constitutum.* Fateor in cunctis editionibus legi *constitutum*. Sed si grammaticorum regulas consulisses, docuissent te profecto legendum esse *constitutam*. Alioqui quo referrentur voces illæ *prædictam ecclesiam*, nisi forte ecclesiam communis generis esse conseres? Recte ergo fecit Petrus de Marca, qui hunc locum ita edidit, cum aliter legi nec possit nec debeat. Porro ex his Innocentii verbis omnino conficitur, Innocentium in ea fuisse sententia, Nicænam synodum Antiocheno pontifici jus patriarchicum attribuisse. Ait enim Antiochenum episcopum

decreto synodi Nicænæ non super aliquam provinciam, sed super suam diocesim constitutum fuisse. Ii vero qui supra ³⁹⁸ diocesim sunt, patriarchæ vocantur; qui autem super provinciam, metropolitani. Quare cum Innocentius dicat Antiochenæ episcopum non esse constitutum super aliquam provinciam, satis indicat eum non esse simplicem metropolitanum. Dices fortasse multos esse qui habent diocesim, qui tamen non sunt patriarchæ: cujusmodi sunt exarchi seu primates. Sed respondeo hos esse minores patriarchas, qui habebant sub se metropolitanos. Unde etiam patriarchæ nomen interdum usurparunt. Deinde nihil interest, utrum primas, an patriarcha hoc loco dicatur Antiochenus episcopus. Abunde enim refellitur tua sententia, si ostendero non dicere Innocentium jus atque honorem metropolitani a synodo Nicæna attributum fuisse episcopo Antiochæno. Quod quidem certissime demonstratur ex iis quæ jam dixi. Sed et quæ sequuntur Innocentii verba, id prorsus evincunt. Addit enim: *Unde advertimus, non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem attributum, quam quod prima primi apostoli sedes esse monstretur, ubi et nomen accepit religio Christiana, et quæ conventum apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se consummatumque gauderet.* An non vides Innocentium hic loqui de præcipuo quodam honore ac privilegio, quod Antiochæ urbis magnificentiæ responderet, et quod pene æquale esset honori ac majestati sedis Romanæ? Ineptus omnino esset ac frigidus, si de metropolitano jure hæc diceret Innocentius, quod commune est Antiochæno cum innumerabilibus aliis episcopis. Jus ergo aliud præcipuum intelligat oportet: quod aliud esse non potest quam patriarchicum. Repugnans adhuc, et Antiochenum episcopum ab Innocentio metropolitanum vocari contendis his verbis. *Itaque arbitramur, frater carissime, ut sicut metropolitanus auctoritate ordinas singulari: sic et cæteros non sine permisso conscientiaque tua sinas episcopos procreari* seqq. Hic tu, ut soles, vitium editionis Moguntinæ pro vera lectione amplexus es, et ex ea falsam assertionem et Innocentii menti contrariam conclusisti. Sed si reliquas editiones consulisses, Colonienses scilicet duas: alteram Crabbi, alteram Binii: Hispanicam Antonii Augustini in lib. 3. Epitomes juris cano-

nici: Et novissimam omnium editionem Parisiensem Bibliothecæ juris Canonici, quam vir doctissimus Guilielmus Voellus una cum Clarissimo viro Henrico Justello nuper publicavit, vidisses profecto, non *metropolitanus* scribendum esse, sed *metropolitanos*: quomodo etiam Nicolaus Faber ad oram Moguntini codicis emendaverat. Quis vero sensus esset in tua lectione: *Sicut metropolitanus auctoritate ordinis singulari: sic et cæteros non sine permisso* seqq. Si lectionem tuam sequimur, nullum episcopum ordinaverit Antiochenus antistes. Præcipit enim Innocentius, aut potius suadet Alexandro, ut episcopos longius positos datis literis a metropolitanis vel aliis jubeat ordinari: vicinos autem si ita ipsi libitum fuerit, Antiochiam venire jubeat ad accipiendam manus impositionem. Deinde quid sibi volunt hæ particulæ, *sicut metropolitanus ordinis, sic reliquos* seqq. An non vides Innocentium duo hic genera episcoporum distinguere; metropolitanos scilicet, et reliquos provinciales qui vulgo suffraganei dicuntur? Et metropolitanos quidem ab episcopo Antiocheno ait ordinari auctoritate singulari, id est patriarchica. Soli enim patriarchæ ordinandorum metropolitanorum jus habent, ut docet synodus octava superius allata. Ordinant autem illos duobus modis, ut ait prædicta synodus; vel per manus impositionem, vel per missionem pallii. Qui posterior mos in Occidente magis invaluit, propter nimiam locorum distantiam, ut videtur, in- vectus. Hinc est quod in canone 28. concilii Chalcedonensis, quo jus patriarchicum concessum est episcopo Constantinopolitano, nominatim decernitur ut metropolitanos per Ponticam et Asianam et Thraciarum diœcesim ordinandi habeat potestatem: In agro autem barbarico etiam episcopos ordinet. Causa vero cur in agro barbarico hanc ei dederint potestatem, hæc est, quod apud barbaros nullus erat metropolitanus; ac proinde Constantinopolitanus patriarcha in illis regionibus implebat officium metropolitani.

CAP. XIII.

In septimo corollario ais Carthaginensem episcopum idem videri habuisse juris per universam Africam, quod Alexandrinus episcopus habebat per Ægyptum, Libyam ac Pentapolim: id est, habuisse jus ordinandi presbyteros et episcopos per

universam Africam. Hoc enim jus fuit Alexandrino episcopo per universam Ægyptiacam diocesim, ut tu quidem pluribus in locis dissertationis tuæ asseverasti. Verum canon Carthaginiensis concilii ex quo id concludis, non hoc dicit; sed tantum, licere episcopo Carthaginiensi, ex quacunque ecclesia voluerit, clericos sumere, ut eos ecclesiis a quibus postulati fuerint, presbyteros aut episcopos ordinet. Unde et titulus canonis ita concipitur: *Ut Carthaginiensi episcopo unde voluerit clericum liceat ordinare.* Non dicit *ubicumque voluerit*, sed tantum *unde voluerit*. Licuit ergo episcopo Carthaginiensi alienos clericos sumere, quos vel presbyteros, vel episcopos ordinaret. Sed in sua duntaxat provincia, id est in proconsulari, quæ etiam Carthago dicebatur. Extra hanc provinciam non licebat illi eos ordinare. Canon enim Carthaginiensis hanc ei potestatem non tribuit. At dices Aurelium Carthaginensem episcopum in hoc canone diserte affirmare, se cunctarum ecclesiarum sollicitudinem genere; ac proinde cunctas ordinationes ad eum pertinuisse. Respondeo, cum Aurelius dicit cunctarum ecclesiarum sollicitudinem ipsi incumbere, de ecclesiis provinciæ suæ eum loqui, non de universa Africa. Certe paulo ante idem Aurelius tantum dixit, se multarum ecclesiarum et ordinandorum sollicitudinem gerere. Multæ enim et maximæ erant ecclesiæ in provincia proconsulari: et in ipsa urbe Carthagine, quæ una erat ex maximis civitatibus imperii Romani, plures erant ecclesiæ pluresque presbyteri ac diaconi. Quod si tibi concedamus Carthaginensem episcopum, utpote primatem, curam habuisse ecclesiarum totius Africæ, non ex eo sequitur illum in tota Africa ordinationes celebrasse. Nam et episcopus Romanus, licet totius Ecclesiæ curam gerat, non idcirco omnium ecclesiarum ordinationes sibi vindicat.

CAP. XIV.

Exposito canone sexto concilii Nicæni, in quo de jure patriarcharum agi, abunde, ut opinor, probavimus, libet nunc corollarii loco quædam adjicere, quæ ad eosdem patriarchas pertinent. Sciendum est igitur, patriarchas in synodo episcoporum ordinari solitos esse. Nam post mortem patriarchæ, multi, tam metropolitani, quam provinciales episcopi ad patriarchalem ecclesiam conveniebant, tum funeris celebrandi, tum

patriarchæ in mortui locum substituendi causa, quo et illius sepultura, et hujus ordinatio esset illustrior. Ita Joannes Chrysostomus, sic ante illum Nectarius, et reliqui fere post illum episcopi Constantinopolitani in synodo episcoporum ordinati leguntur, ut videre est in Annalibus Ecclesiasticis. Porro simul atque ordinati fuerant, synodicas literas mittebant ad reliquos patriarchas, quibus et ordinationem suam illis nuntiabant, et fidei suæ formulam exponebant, poscentes ut ab illis vicissim literas pacificas seu communicatorias acciperent. Quin et episcopus Romanus, postquam ad pontificatus apicem evectus fuerat, ejusmodi literas ad reliquos patriarchas collegas suos mittere consueverat, fidem suam eis exponens, petensque ut eorum precibus et consilio adjuvaretur. Hujusmodi exstat epistola Gregorii papæ, scripta eodem exemplo ad omnes patriarchas, in libro primo ejus epistolarum. Duæ porro simul mittebantur epistolæ synodicæ. Nam et episcopi qui ad ordinationem novi patriarchæ convenerant, synodicam suo nomine ad omnes patriarchas epistolam scribebant, quæ patriarchæ recens ab ipsis ordinati præconium continebat: Et is qui creatus fuerat patriarcha, synodicam suam seorsum mittebat ad reliquos collegas suos. Cujus rei illustre exemplum habemus in Epiphanio patriarcha Constantinopolitano. Nam cum episcopi a quibus ordinatus fuerat patriarcha Constantinopolitanus, synodicam suam scripsissent ad Hormisdam papam, ipse peculiarem synodicam ad eundem Hormisdam per legatos suos direxit. Ac prior quidem illa proprie synodica fuit, quippe quæ a synodo scripta esset, et præfixa haberet nomina omnium episcoporum qui synodo interfuerant, præterquam ipsius Epiphanii. Posterior vero nonnisi improprie synodica dici potest. Utraque harum epistolarum habetur apud Baronium in Annalibus Ecclesiasticis anno Christi 520. Illud præterea observandum est, legatos patriarcharum qui synodicas literas deferebant, una cum patriarcha ad quem missi fuerant, ad altare procedere, et Missarum solemniam celebrare solitos esse. Idque indicium erat mutæ inter patriarchas communionis. Cujus rei duo habemus testimonia. Primum est Liberati Diaconi, qui in capite 18 Breviarii, de Miseno et Vitale legatis ecclesiæ Romanæ ad Acacium Constantinopolitanum episcopum, ita scribit: *Itum est Constanti-*

nopolim. Et supradicti episcopi in custodiam sunt redacti, chartis sublatis, ne Catholicis, quibus scriptum fuerat, redderentur. Quos iterum Acacius post hæc de custodia ejiciens, secum fecit procedere, ut quasi confirmato Petri sacerdotio dimitterentur. Alterum testimonium est Gregorii Magni, qui in epistola 31. lib. vi. ad Eulogium Alexandrinum et Anastasium Antiochenum episcopos ita scribit. *Responsales fratris et coepiscopi nostri Cyriaci venientes, ejus ad me synodicam detulerunt epistolam. Et quidem* 339 *inter nos et ipsum, sicut vestra beatitudo novit, propter appellationem prophani nominis est gravis discordia. Sed in causa fidei transmissos responsales ejus existimavi esse suscipiendos, ne culpa elationis, quæ in Constantinopolitana ecclesia pene contra omnes sacerdotes exorta est, dissensionem fidei et rixam ecclesiasticæ faceret unitati. Eosdem vero responsales, quia hoc omnino humiliter precabantur, Missarum solemniam mecum celebrare feci: quia sicut et serenissimo domino imperatori nostro significare studui, responsales fratris et consacerdotis nostri Cyriaci mihi communicare debuerunt, qui auctore Deo in elationis errorem non cecidi. Ubi vides, pro eo quod Liberatus Diaconus dixerat, procedere, Gregorius papam dixisse, Missarum solemniam celebrare. Utitur tamen ibidem Gregorius verbo procedens, in eodem sensu. Sic enim subjungit. Meus vero diaconus, cum prædicto Cyriaco Missarum solemniam celebrare non debet, qui per profanum vocabulum culpam superbicæ aut commisit, aut sequitur. Ne si, quod absit, procedit ei in tali elatione posito, vanitatem stulti nominis confirmare videamur. Idem Gregorius in epistola 30 ejusdem libri quam scripsit ad Mauricium imperatorem, de eadem re ita dicit. Meliusque eos quam consuetudo prisca fuerat honoravi, et mecum feci eos sacra Missarum solemniam celebrare: quia sicut meus diaconus ad exhibenda sacra mysteria illi non debet ministrare, qui elationis culpam aut commisit, aut ab aliis commissam ipse non corrigit: ita ministri illius in celebratione mihi adesse debuerunt, qui custodiens Deo, in superbicæ errorem non cecidi. Denique ipsi patriarchæ, si forte in unum convenissent, Missarum solemniam simul celebrabant. Sic imperante Basilio Porphyrogenneto; Agapius archiepiscopus Seleuciæ in Syria, factus Hierosolymorum patriarcha, cum Constantinopolim venisset, Missarum solemniam celebravit una cum patriarcha Constantinopolitano Nicolao, et cum sacra synodo; ut legitur in*

libro quarto Juris Græco-Romani pag. 294. Græca sic habent :
 ὁς εἰσελθὼν ἐνταῦθα, συνελειτούργησε τῷ μακαριωτάτῳ καὶ ἁγιο-
 τάτῳ πατριάρχει κυρίῳ Νικολάῳ, καὶ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ. Postea im-
 perante Alexio Comneno Sabas episcopus Cæsareæ Philippi,
 factus est Hierosolymorum patriarcha, qui veniens Constanti-
 nopolim Missarum solemnia celebravit una cum sanctissimo
 patriarcha Nicolao, et sacra synodo, ut legitur in eodem libro
 Juris Græco-Romani, συνελειτούργησε τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχει
 Νικολάῳ καὶ τῇ συνόδῳ. Scio Leunclavium doctissimum inter-
 pretem Juris Græco-Romani, verbum συλλειτουργεῖν Latine in-
 terpretatum esse, sacrum ministerium obire. Verum nostra
 interpretatio melior est, quippe quæ Gregorii Magni authori-
 tate firmatur, ut supra vidimus. Ejusdem moris illustre habe-
 mus exemplum in synodo V. œcumenica, cui quatuor patri-
 archæ simul interfuerunt, et in magna ecclesia s. Sophiæ
 Missarum solemnia simul celebrarunt; ut scribit Eustathius
 in vita beati Eutychii patriarchæ CPolitani: *Quadruplicem,*
inquit, quandam, et auream quodammodo conficiunt catenam: in
magnam ecclesiam ingressi sunt, et divinum incruentumque sa-
crificium obtulerunt seqq.

